3 1761 07833936 3

Digitized by the Internet Archive
in 2011 with funding from
University of Toronto

http://www.archive.org/details/thesaurusresolut88cath

THESAURUS

RESOLUTIONUM

SAC. CONGREGATIONIS

CONCILII

QUÆ CONSENTANEE AD TRIDENTINORUM PP. DECRETA,
ALIASQUE CANONICI JURIS SANCTIONES

MUNUS

SECRETARII EJUSDEM SAC. CONGREG.

OBEUNTE

R. P. D. JOSEPHO ANTONIO SALA

PRODIERUNT IN CAUSIS SUB ANNO 1826.

PROPOSITIS

EPISCOPIS, EORUMQUE VICARIIS, CAUSARUM PATRONIS,
AC ALIIS IN ECCLESIASTICO FORO VERSANTIBUS
APPRIME UTILIS, AC NECESSARIUS.

TOMUS LXXXVIII.

TRIPLICI

INDICE LOCUPLETATUS

ROMÆ MDCCCXXIX.

Ex Typographia Rev. Cam. Apostolicæ

BX
1935
A36
t. 88-91



INDEX
ALPHABETICUS CAUSARUM

Quæ in Sacra Congregatione Concilii propositæ fuerunt anno 1828. per Diœceses dispositus

A

Albinganen. Reductionis Missarum 15. Martii *pag.* 36.

Anconitana Concordiæ 26. Aprilis *pag.* 73.

Anconitana Reductionis Missarum 17. Maji *pag.* 114.

Aquilana Servitii Chori 26. Januarii *pag.* 8.

Ariminen. Capellaniarum 26. Aprilis *pag.* 65.

B

Brictinorien. Præbendarum et Servitii Chori 22. Novembris *pag.* 256.

Burgi S. Sepulcri Reductionis et Absolutionis 19. Julii *pag.* 183.

C

Callien. Jurium Parochialium 20. Decembris.

Camerinen. Ædificationis Ecclesiæ 20. Decembris.

Camerinen. Capellaniæ 26. Aprilis *pag.* 64.

Camerinen. Erectionis Ecclesiæ Collegiatæ 17. Maji. *pag.* 114.

Civitatis Castellanæ Reductionis et Dispensationis 17. Maji *pag.* 125.

F

Fanen. Legatorum et Transactionis 19. Julii *pag.* 182.

Fanen. Manutentionis Fabricæ Ecclesiæ Cathedralis et Expensarum 17. Maji *pag.* 103, et 20. Septembris *pag.* 239.

Faventina Beneplaciti Apostolici 26. Januarii *pag.* 5.

Faventina Indulti 22. Novembris *pag.* 297.

Ferentina Fabricæ 20. Decembris.

Ferentina Reædificationis 22. Novembris *pag.* 255.

Ferentina Restaurationis Ecclesiæ 20. Decembris

Firmana Dispensationis 22. Novembris *pag.* 255.

Firmana Pensionis 20. Septembris *pag.* 237.

Forolivien. Absolutionis et Reductionis 19. Julii *pag.* 184.

G

Gallipolitana 26. Aprilis *pag.* 63.

L

Lucana Redintegrationis 26. Januarii *pag.* 2.

Lunen. Sarzanen. Prædicationis 16. Augusti *pag.* 207, et 20. Septembris *pag.* 240.

M

Marsorum Jurium Parochialium 26. Januarii *pag.* 1.
Melevitana Subsidiorum Dotalium 20. Decembris.
Montis Alti Jurispatronatus 20. Septembris *pag.* 242.
Montis Falisci, Balneoregien., et Interamnen. Ordinationis 17. Maji *pag.* 120.
Montis Falisci Reductionis Canonis 20. Septembris *pag.* 241.
Montis Falisci Reductionis Missæ pro populo 26. Aprilis *pag.* 64.

N

Neapolitana Dispensationis Matrimonii 26. Januarii *pag.* 4., 20. Septembris *pag.* 233., et 20. Decembris.
Neapolitana Reductionis Servitii Chori 21. Junii *pag.* 141.
Novarien. Capellaniarum et Distributionum 16. Augusti *pag.* 203.
Nucerina Capellaniæ 17. Maji *pag.* 114.
Nucerina Residentiæ et Suspensionis 15. Martii *pag.* 45.
Nullius Trium Fontium Reductionis Missarum 21. Junii *pag.* 142.
Nullius Trium Fontium Unionis Beneficiorum et Reductionis Missarum 21. Junii *pag.* 141, et 20. Decembris.
Nursina Legati pii 15. Martii *pag.* 35.
Nursina Onerum 19. Julii *pag.* 181.

O

Oppiden. Præbendæ Theologalis 15. Martii *pag.* 38.

P

Perusina Capellaniarum 22. Novembris *pag.* 305.
Perusina Distributionum 21. Junii *pag.* 143.

R

Reatina Dismembrationis 26. Aprilis *pag.* 80.
Reatina, seu Spoletana Legatorum 16. Augusti *pag.* 205.
Romana Reductionis et Translationis Missarum 15. Martii *pag.* 36

S

Sancti Miniatis Absolutionis, Reductionis et Translationis 20. Decembris.
Sarsinaten. Canonum 26. Aprilis *pag.* 86.
Senen. Baptismi 16. Augusti *pag.* 221.
Senen. Reductionis Missarum et Erectionis Capellaniarum 19. Julii *pag.* 183.
Sorana Emphyteusis 20. Septembris *pag.* 242.

T

Terracinen. seu Privernen. Emolumentorum 16. Augusti *pag.* 213.
Theatina Dispensationis 15. Martii *pag.* 37.
Tiburtina Beneficii 26. Januarii *pag.* 3.
Tusculana Subsidiorum Dotalium 16. Augusti *pag.* 214.

U

Urbanien. Missæ Conventualis 16. Augusti *pag.* 204.

V

Verulana 19. Julii *pag.* 169.
Viglevanen. Commendæ 20. Decembris.

Die Sabbati 26. *Januarii* 1828. *in Palatio Apostolico Vaticano erit Sacra Congregatio Concilii, in qua præter alia proponentur infrascripta Dubia, juxta morem ejusdem Sacræ Congregationis de jure resolvenda.*

MARSORUM JURIUM PAROCHIALIUM

Sess.4. Cap. 4. et Sess.23.cap. 13.de Reform

Dubia

I. An, et ad quem spectet jus peragendi funebria officia, et canendi Missam sive præsente, sive absente cadavere in Ecclesia S. Francisci in casu etc.

II. An, et ad quem spectet expositio SSmi Sacramenti Eucharistiæ, et benedictio, quæ fit super populo in eadem Ecclesia in casu etc.

III. An, et ad quem spectet jus canendi Missas pro vivis in diebus minus solemnibus in eadem Ecclesia in casu etc.

IV. An, et ad quem spectet jus peragendi reliquas functiones non parochiales in eadem Ecclesia in casu etc.

V. An liceat Parochis SS. Cosmæ et Damiani docere doctrinam christianam in Ecclesia S. Francisci in casu etc.

VI. An, et ad quem pertineat custodia sacræ supellectilis in casu etc.

VII. An Parochi SS. Cosmæ et Damiani eadem supellectili uti possint in propria parochiali Ecclesia in casu etc

Dilata in omnibus, et scribatur Episcopo juxta mentem.

Sess. 25. cap. 11. de Reform.

LUCANA REDINTEGRATIONIS.

Dubium

An, et quomodo sit annuendum precibus administratorum hæreditatis Chifenti in casu etc.

Negative in omnibus.

TRI-

TIBURTINA BENEFICII. Acri partium certamine in comitiis diei 27. Januarii superioris anni 1827. pugnatum est inter Sacerdotem Stanislaum Sebastiani, et Presbyterum Aloisium Tiritante super prælatione ad Capellaniam ecclesiasticam sub invocatione S. Antonii Patavini in oppido Rubiani erectam. Verum propositis Dubiis I. *An intret arbitrium pro operitione oris in casu etc.* II. *An constet de nullitate nominationis favore Stanislai in casu etc.* Et quatenus affirmative III. *An sit manutenendus idem Socerdos Stanislaus, seu potius danda institutio Sacerdoti Aloisio in casu etc.*, causa cecidit Aloisius, responsumque prodiit: *Ad I. Negative. Ad II. et III. Provisum in primo.* Hoc fractus rescripto memoratus Aloisius die 25. præteriti mensis Decembris hujusmodi liti *puramente e semplicemente* nuntium misit. Altera in eisdem comitiis ad trutinam vocata fuit controversia super jurepatronatus, an scilicet jus præsentandi Capellanum pertineret ad superstites Moniales S. Mariæ Humilitatis, vel ad Principem Columna de Sciarra, seu potius libera Capellaniæ collatio foret devoluta ad Tiburtinum Antistitem. Proposito autem Dubio IV: *An, et ad quem spectet juspatronatus in casu etc.* EE. VV. rescribendum duxerunt: *Ad IV. Dilata, et reproponatur cum voto D. Secretarii, auditis omnibus interesse habentibus super jure activo jurispatronatus.* *Sess. 25. cap. 9. de Reform.*

Mandatis hinc S. Congregationis obsequens monui Procuratores Monialium, et Principis Columna de Sciarra, ut si quid animadversione dignum adhuc haberent, proferrent: nihil tamen mihi exibuerunt. Audivi etiam Tiburtinum Episcopum, atque Vicarium Generalem Ordinis Prædicatorum, et accepta distincta rerum serie, quae Monasterium spectant Humilitatis, ac superstites Sanctimoniales, demandatum votum exaravi, illudque in calce hujus folii typis edidi, ut Emi Patres, qua præstant, sacri juris prudentia decernere dignentur

An, et ad quem spectet juspatronatus in casu etc.

Collationem spectare ad Episcopum juxta votum D. Secretarii.

Sess. 24. Cap. 1. de Reform. Matrim.

NEAPOLITANA DISPENSATIONIS MATRIMONII. Percontanti mihi in Congregatione diei 15. Septembris superioris anni, an foret consulendum SSmo pro dispensatione super matrimonio rato et non consummato inter Mariam de Peruta, et Aloisium de Mauro, EE. VV. responsum dederunt: *Dilata, et ad mentem.* Mens autem fuit, ut altera Familiæ de Peruta famula, cui nomen Maria Fiorentino, examini subjiceretur, et Aloisio de Mauro novus unius mensis præfiniretur terminus ad subjiciendum corpus suum inspectioni peritorum, cum intimatione quod elapso termino, et perseverante eodem Aloisio in spretu mandati, *habebitur sua contumacia pro retractatione juramenti ab eo præstiti, et pro ultronea confessione non sequutæ consummationis, et suæ impotentiæ*, tandem ut nullum reciperetur folium extrajudiciale, quod forsan a præfato Aloisio exhiberi potuisset.

Mandatis Sacræ Congregationis morem gessit Emus Neapolitanus Archiepiscopus, actaque rite confecta ad hunc misit Sacrum Ordinem, quorum hæc est summa. Memorata ancilla tactis sacrosanctis Evangeliis deposuit, se numquam vidisse linteum sanguine inquinatum; quin imo paucis post diebus ab initis nuptiis se ab ipsa Maria, ejusque matre audivisse asseruit matrimonium non fuisse consummatum ob viri impotentiam: atque hac de causa mutuam inter conjuges pedetentim friguisse animorum conjunctionem. Aloisius autem de Mauro, licet pluries legitime monitus, ut dictis EE. VV. esset audiens, imperium jugiter detrectavit. Initio enim se infirma valetudine laborare finxit: dein se peritorum recognitioni subjecturum spopondit; sed frustra ei novum ad parendum terminum concessit Curia Archiepiscopalis, et falso Aloisius affirmare non erubuit, hanc Sacram adiisse Congregationem. Nunc igitur eadem proponitur controversia, postulante muliere, contradicente matrimonii defensore, et viri patrono vadimonium deserente.

Ex processu nuper exarato exploratum censet mulieris Defensor, nullo pacto dubitari posse neque de Mariæ virginitate, et de Aloisii impotentia ad coeundum, neque de gravi, et urgenti causa ad petitam dispen-

sa-

satisfactionem impertiendam. Ancilla enim Fiorentino plene confirmat, quæ Maria de Peruta jurejurando asseruit, ac testes ab ipsa inducti deposuerunt; imo refellit, quæ Aloisius de linteolo cruentato confinxerat. Hisce addit idem Defensor, pertinaciam Aloisii, eumque affirmat nulla alia de causa iteratis S. Congregationis jussis se contumacem præbuisse, nisi ad tegendam suam impotentiam, et ad conjugem vexandam.

At nihilominus Sacramenti Defensor ex viri contumacia nullum elici posse tuetur argumentum, ex quo ejus impotentia desumatur; quin imo timendum ait, ne ex condicto non obsequentem se præbeat, præsertim quia depositiones extrajudicialium peritorum, qui Aloisium inspexerunt, eum unanimiter ad matrimonii usum potentem judicarunt. Nec satis exploratam existimat mulieris integritatem, ac propterea postulat, ut denegetur dispensatio, vel triennale præcipiatur experimentum.

Reliqua fuse haurient Emi Patres ex folio diei 15. præteriti mensis Septembris, atque ex allegationibus denuo utrinque circumferendis, ut definire queant

An sit consulendum SSmo pro dispensatione super matrimonio rato, et non consummato in casu etc.

Dilata, et fiat nova inspectio mulieris in Urbe, et præfigatur Aloisio de Mauro terminus duorum mensium ad accedendum ad Urbem pro recognitione sui corporis, et notificetur Emo Archiepiscopo.

FAVENTINA BENEPLACITI APOSTOLICI. Speciès hujus controversiæ prostat in folio diei 21. Januarii an. 1826., ac tribus propositis dubiis: I. *An, et quomodo sit consulendum SSmo pro sanatione transactionis in casu etc.*, et quatenus negative II. *An, et quomo-*

Sess. 22. cap. 6. de Reform.

modo, et in qua summa descendentibus Jacobi Philippi Pani sit solvenda annua præstatio ex reditibus hæreditatis Sebastiani Scarsellini in casu etc. III. *An, et quomodo loco præstationis assignanda sint bona hæreditatis Scarsellini in casu etc.* Emi Patres responsum dederunt: *Ad I. Negative in omnibus. Ad II. Dilata, non retardata interim per modum provisionis executione transactionis anni* 1705., *et scribatur Episcopo ad mentem. Ad III. Negative in omnibus.* Instaurato certamine in Comitiis diei 18. Augusti anni 1827. EE. VV. tum quoad primum, tum quoad tertium dubium *In decisis, et amplius* standum esse decreverunt; ad secundum autem rescripserunt: *Affirmative pro annua præstatione scutorum sexaginta pro quolibet, ad decennium, firmis conditionibus* appositis in resolutione diei 30. Maji 1772. Adversus hujus dubii rescriptum nunc insurgit Congregatio Beneficentiæ, eique modum imponi exoptat. In primis enim contendit, annuam præstationem scut. sexaginta singulis de familia Pani ad decennium persolvendam, nimis pio Loco onerosam, eamque propterea ad annua scutata quadraginta cohibendam esse judicat. Enim vero juxta transactionem anni 1705. inter Panios et Sodalitium initam, ac postea ad Gallorum usque perturbationem, nemine obsistente, jugiter servatam non alia erat illis exhibenda præstatio, quam scutatorum triginta, etiamsi Panii eo tempore solummodo essent numero septem. Hæc profecto S. Congregatio anno 1772. eamdem præstationem ad scutata quadraginta pro quolibet capite augendam censuit; verum ad quinquennium dumtaxat ejusmodi augmentum indulsit, et *donec non adsint puellæ proxime dotandæ, et cum declaratione, quod puellis nuptis cesset in totum subministratio*; ac propterea effluxo quinquennio præstationem solummodo scut. 30. perceperunt singuli ex familia Pani. Ad tramites igitur hujus resolutionis non abnuit Congregatio Beneficentiæ, ut pensio scut. 40. singulis Paniis ad decennium exsolvenda decernatur.

Præterea animadvertit ejusdem Congregationis Defensor, hu-

sub-

jusmodi subsidium descendentibus Pani ex testatoris lege esse præstandum *in caso, che detti suoi Legatari, e discendenti non avessero figliuole femmine da maritare*. At in præsentiarum una, et altera adest puella de gente Pania, quibus dos constituenda est ex reditibus hæreditatis Scarsellini, atque tres adhuc superstites sunt fœminæ ad eamdem familiam spectantes, quæ jamdiu nuptui traditæ sunt, quibusque Sodalitium titulo dotis ab anno 1828. usque ad annum 1835. repræsentare debet scut. 727. 20.

Hinc postulat, ut in rescripto ab EE. VV. edendo ea lex addatur, ut pensio scut. 40. descendentibus Pani persolvi debeat, si non aderunt puellæ in matrimonium collocandæ, atque insuper ut illud annuum subsidium integre desinet fœminis, quæ nuptui fuerint traditæ. Tandem ad vitanda jurgia declarari efflagitat hæc subsidia non esse tribuenda uxoribus Paniorum, utpote non proficiscentibus ex designata familia; item subsidia esse præstanda quovis sexto mense, ac descendentes Pani quolibet carere jure a Congregatione poscendi alia subsidia præter annuam pensionem in scutatis quadraginta.

Contra Paniorum Defensor annuam præstationem ad scutata octoginta augendam esse tuetur. Ait siquidem reditus hæreditatis Scarsellini adeo excrevisse, ut quotannis summam attingant scut. 2683. Ampli hujusmodi reditus, usque dum Familia Pani non exaruerit, in ejus levamen sunt erogandi, cum testator supremis tabulis caverit, ne fructus suæ hæreditatis extraneis pauperibus tribuerentur, nisi *quando saranno estinte le discendenze de' suddetti Legatarii*. Jam vero pensio scut. 80. pro quolibet ex descendentibus vix annuam summam scutatorum mille excedit; qui autem supersunt annui fructus, longe ampliores sunt, quam tribuendarum dotium exigat necessitas. Hisce addit gravem Familiæ Pani paupertatem ad Em̃orum Patrum commiserationem excitandam.

Reliqua fuse haurient ex foliis dierum 21. Januarii 1826. et 18. Augusti 1827., atque ex allegationibus denuo utrinque circumferendis, ut dirimere possint

Du-

Dubium

An sit standum, vel recedendum a decisis quoad secundum Dubium in casu etc.

In decisis pro annua præstatione scut. sexaginta per capita, nempe pro quolibet ex descendentibus Familiæ Pani, exclusis uxoribus ad decennium, firma semper solutione dotium ad formam testamenti, et amplius.

Sess.24.cap.12. de Reform.

AQUILANA SERVITII CHORI. Canonici, aliique Capitulares Cathedralis Aquilanæ ex decreto hujus S. Congregationis anni 1757. Choro et Officiis divinis per mediariam alternis hebdomadis interesse obstringebantur, ita tamen ut festis, et quibusdam aliis diebus cuncti Ecclesiæ inservire tenerentur. Verum imminuto Sacerdotum numero, auctaque populi tum Civitatis Aquilæ, tum circumstantis agri spirituali necessitate, Episcopus Apostolicis præditus facultatibus die 26. Novembris anni 1813. nonnulla, quæ chorale servitium attingerent, ad biennium immutanda censuit. Decrevit enim „ I. Firma et intacta remaneat obligatio, quæ viget modo, universos Præbendatos interveniendi processionibus, quæ fiunt infra annum extra Ecclesiam, nec non assistendi „ Missæ cantatæ, et Vesperis diebus festivis totius „ anni, ac feria quarta cinerum, et solis vesperis „ octo dierum præcedentium Nativitatem Domini, et „ (excepto Completorio) omnibus horis Canonicis, „ et functionibus majoris hebdomadæ incipiendo feria quarta post prandium a primo tenebrarum matutino, ac tribus Paschæ, et Pentecostes, atque „ festis Assumptionis Deiparæ, et translationis S. Maximi præcipui patroni civitatis et Diœcesis. II. Omnes et singuli Capitulares absque ulla exceptione „ te-

„ tencantur deinceps persolvere integrum divinum „ officium in Choro (dempto pariter completorio) „ nocte, et die ejusdem Nativitatis Domini, nec non „ in solemnitatibus Epiphaniæ, Ascensionis, Corporis „ Christi, SS. Apostolorum Petri et Pauli, Dedicationis Ecclesiæ Cathedralis, omnium Sanctorum, Conceptionis Beatæ Virginis, et tandem in primis „ Vesperis relatæ festivitatis translationis S. Maximi. „ III. Pro hisce omnibus noviter adjectis absolvimus, „ et dispensamus pariter ad biennium Præbendatos „ prædictæ nostræ Cathedralis in ea hebdomada, qua „ fruuntur, favore alternativæ ab obligatione, quæ „ viguit huc usque assistendi Missæ cantatæ, et Vesperis in diebus feriatibus tantum, qui numerantur toto tempore Adventus, et Quadragesimæ, ac „ durantibus octavis Nativitatis Jesu, et Corporis Christi. IV. Durante tota quindena paschali, jubilei, et „ indulgentiarum tempore, nec non præcipuis anni „ solemnitatibus utriusque præcepti, præter Canonicum Pænitentiarium et Parochos, qui de jure tenentur, quatuor Capitulares, sive Canonici, sive „ Capellani, qui chorali habitu induti in eadem nostra Cathedrali confessiones excipiant, dum tali funguntur munere, ad unicum annum pro nunc, „ tamquam præsentes in choro habeantur, et quotidianis gaudeant distributionibus. „

Hoc Episcopi decretum, eisdem perseverantibus rerum circumstantiis, ad tempus pluries prorogandum existimavit hic Sacer Ordo, ac die 21. Februarii 1824. proposito dubio: *An, et quomodo sit prorogandum indultum in casu etc.* responsum prodiit: *Affirmative ad aliud triennium ad formam præcedentis.*

Quum hujusmodi triennalis prorogationis indultum ad exitum jam properasset, supplices ipse Aquilanus Episcopus dedit litteras ad hanc Sacram Congregationem, quibus perpetuam memorati indulti confirmationem enixe implorat. Ait enim „ Rationes perquam „ momentosæ, quibus nititur concessio, de qua agi„ tur, tam ab Episcopo Prædecessore meo, quam a „ me isti Sacræ Congregationi satis superque fuerunt „ alias patefactæ. Arbitror nihilominus mihi modo „ addendum dumtaxat infaustas causas, quarum vi

„ hujuscemodi commutationi fuit locus, quin cessa
„ verint, vel saltem decreverint, quemadmodum
„ exoptabam, esse nunc non parum adauctas ob nu-
„ merum Præbendatorum magis magisque imminu-
„ tum in quatuordecim fatiscentibus Collegiatis Aqui-
„ lanis, eo quia in ipsis collatio Canonicatuum no-
„ vem ab hinc annis remanet adhuc interclusa, et
„ quod pejus, nulla affulget spes melioris status in
„ posterum. Sufficiat tantum hic innuere ex sexa-
„ ginta septem Canonicis, qui antedictis Collegiatis
„ antea famulabantur, vix solos viginti duos ad præ-
„ sens superesse, comprehensis quoque iis, qui sæ-
„ nio, atque ægritudinibus Ecclesiæ servitio impares
„ evaserunt. Præmissarum idcirco perurgentium ca-
„ lamitatum intuitu exoptatam relati indulti commu-
„ tationem perpetuam favore meæ Cathedralis pro
„ animarum spirituali emolumento vehementissime
„ præstolari mihi fas erit. „

Proponitur

Dubium

An, et od quod tempus sit prorogandum indultum in casu etc.

Affirmative ad decennium ad formam præcedentis.

Sess. 25. cap. 4. de reform.

NURSINA LEGATI PII. Antonius ex Marchionibus Cianconi supremo, quo decessit, elogio, suum hæredem onere obstrinxit pendendi „ alla Congregazio-
„ ne delle anime sante del Purgatorio nella Chiesa
„ di S. Benedetto di Norcia scudi cinquecento per

una

„ una sol volta in tanti beni stabili, buoni, recipien-
„ ti, e fruttiferi ad arbitrio dell' infrascritto mio ere-
„ de circa la situazione, e luoghi de' medesimi, ma
„ che non siano sterili, e di quelli che mi toc-
„ cheranno nella divisione, quali dovranno stimarsi
„ da due periti da eleggersi una per parte di detto
„ mio Erede, e l'altro per parte de' Deputati di detta
„ Congregazione, con patto però che del frutto an-
„ nuo si ritrarrà da detti stabili se ne debbano ce-
„ lebrare tante Messe a disposizione di detti Deputati,
„ e voglio, che fintanto seguirà l' effettiva consegna
„ di detti stabili l'infrascritto mio Erede sia tenuto
„ pagare ogni anno contanti in mano dei sopradetti
„ Deputati scudi quindici per erogarli come sopra „.

Ab anno 1724., quo extremum obiit diem pius Testator, ad hæc usque tempora Administratores Congregationis annua scutata quindecim judicis nonnunquam interposita auctoritate ab hærede exegerunt, quin unquam ad stabilium traditionem juxta Testatoris voluntatem, illum compulerint. At hæredis moram ulterius non perferendam duxerunt hodierni Congregationis Administratores, et ad promptam in posterum pii Legati executionem Hyacintho ex Marchionibus Cianconi diem in Episcopali Curia constituerunt, ut vel summam scutat. 500. Congregationi repræsentaret, vel cederet tot stabilia, quæ eam pecuniæ vim æquarent. Interea Hyacinthus hunc sacrum adiit Ordinem, et innixus centenaria præscriptione declarari postulat, se onere duntaxat devinci pendendi Congregationi animarum purgantium annua scutata quindecim, vel tradendi unica vice scutata trecenta, quæ annuis fructibus scutatorum quindecim respondent.

Et sane præscriptione longissimi temporis actiones omnes perimuntur, rerumque etiam ecclesiasticarum dominium acquiritur, *L. 24. cod. de SS. Eccl.*, *cap. 4. de præscript.*, *S. Congregatio in Brictinorien. Paræciarum* 5. *Maji* 1824. §. *Quod*, cum usucapionis lex bono publico fuerit introducta, ne scilicet diu fereque semper incerta forent quarumdam rerum dominia, *L. 1. ff. de usurpat.*, *et usucap.* His addendum, centenariam consuetudinem afferre cujuscumque me-

lioris tituli præsumptionem, ac proinde etiam Apostolici beneplaciti, *L. Hoc jure §. Diutius ff. de aqu. quot.*, *Rota in Romana Locationis super devolutione* 15. *Martii* 1784 *cor. Emo Cesarei, et S. Congreg. in Perusina Capellaniæ* 15. *superioris Septembris §. Catharinæ*.

Hæc ipse Nursinus Episcopus, de informatione et voto requisitus, animadvertens partes Marchionis Hyacinthi hoc pacto tutatur „ Hujusmodi lapsus centum „ trium annorum efficax in linea præsumptiva videtur ad statuendum jus debitoris ad prosecutionem solutionis annuorum quindecim scutatorum, „ cum idem temporis lapsus præsumere faciat qualemcumque meliorem titulum etiam in ipsius testamenti eversionem, atque extinctionem. Hinc videtur prædictus Cianconi teneri tantum ad prosecutionem solutionis annuorum quindecim scutatorum, et Venerabilis Congregatio obligari ad tutam „ reddendam actionem suam cum speciali, vel generali hypotheca in suplicantis bonis „. Neque in Oratore desideratur bona fides ad præscriptionem inducendam necessaria, *cap. 5. et fin. de præscript.*, *et Reg. 4 I. in 6.*, sic enim pergit Episcopus „ Quod „ spectat bonæ fidei defectum, in supplicante Cianconi malam hanc fidem haud recognoscere valeo, „ quia semper annua scutata quindecim solvit „ juxta præscriptum tabulæ testamentariæ, quin „ ullam usque adeo oppositionem in administratoribus pro tempore animarum Purgantium adinvenerit; neque unquam pro hac parte eidem molestiæ illatæ fuerunt, nisi in elapso junio, quo supplicans Cianconi in hoc meo tribunali conventus „ fuit, ut vel cederet tot stabilia pro valore scutatorum 500., vel realem et effectivam summam „ scut. 500. solveret favore laudatæ Congregationis „.

Administratores autem Congregationis, ab Episcopo interrogati, ut jura sua deducerent, nihili æstimandam esse contendunt objectam consuetudinem, tum quia Orator, ejusque majores probe noverant expressam pii defuncti legem tradendi Congregationi tot bona stabilia, quæ summam scut. 500. exæquarent, tum quia actus facultativi, etiamsi longissimi, atque

im-

immemorabilis temporis intervallo exerciti, præscriptionem penitus excludunt, nisi oppositio, ac postea diuturna acquiescientia intercesserit, *Baldus consil.* 201. *num.* 1., *S. Congregat. in Reatina* 21. *Julii* 1827. §. *Itaque*, et in specie investimenti tradit *Rot. cor. Coccino decis.* 402. *num.* 10. inquiens „ Neque præ„ scriptio obstat Comiti Aloisio, quia in ejus facul„ tate erat agere, ut investimentum fieret, et in fa„ cultativis non currit præscriptio, etsi habens facul„ tatem steterit per mille annos, quod non sit usus „ facultate, nisi antecesserit prohibitio, et acquiescien„ tia, quæ non intervenit in casu isto „.

In themate agebatur de actu facultativo; siquidem testator legatum quidem scripsit scut. 500. *in tanti beni stabili*, atque ex illis, *che mi toccheranno nella divisione*, verum legem dixit suo hæredi, ut quotannis scutata quindecim solveret Congregationi, *fintanto seguirà l'effettiva consegna di detti stabili*. Ex hac pii defuncti dispositione, subdunt Administratores, facultas profecto inerat hæredi tradendi bona stabilia, vel etiam solvendi annuos fructus, donec Congregatio traditionem peteret bonorum, simulque Congregatio jure pollebat bonorum postulandi exhibitionem, vel etiam exigendi annua scutata quindecim, usque dum hæres tributa sibi a testatore facultate uteretur. Administratores igitur Congregationis dum annua scutata quindecim exegerunt, actu facultativo usi sunt; cumque ab hærede nunquam petierint fundorum traditionem, nec ipse eamdem traditionem hactenus denegaverit, sartum et integrum Congregationi animarum purgantium esse debet jus cogendi hæredem Hyacinthum Cianconi, ut ad formam testamenti fundos exhibeat.

Itaque si EE. VV. in ea fuerint sententia, ut nihili habendam censuerint centenariam hujusmodi præscriptionem, definire dignentur, sit ne Hyacintho ex Marchionibus Cianconi dicenda dies, ut Congregationi animarum purgantium bona stabilia, vel saltem summam scut. 500. tradat. Illud enim advertendum putat Hyacinthus, nullum a testatore fuisse præstitutum tempus pro fundorum traditione, ac propterea ab illius hæredis arbitrio pendere: se Gallorum tempore amisisse fere scutata quinquaginta millia ex

lo-

locorum Montium jactura: penitus latere quænam sint bona, quæ hæreditatem testatoris Antonii constituebant; et Congregationi animarum purgantium nullum inferri detrimentum, si annua scutata quindecim ei pendantur, potius quam bona stabilia tribuantur. Idque confirmat Nursinus Antistes ita edisserens „ Præfata summa solvenda in tot prædiis, seu „ stabilibus, nec omnino fertilibus, nec penitus in„ fœcundis (ut utar ipsius Testatoris verbis) non po„ test in nostris montibus afferre annuum fructum „ majorem tribus scutatis pro quolibet centenario et „ anno, detracta parte colonica, demptisque annuis „ vectigalium oneribus. Hinc purgantium animarum „ Congregationem ex hujusmodi bonorum consecu„ tione non reddere meliorem propriam conditionem „ clare dignoscitur „.

Dubia sunt

I. *An sustineatur præscriptio, ita ut Orator teneatur dumtaxat solvere annua scutata quindecim in casu etc.*

Et quatenus negative

II. *An Oratori sit præfiniendus terminus ad tradenda bona stabilia, vel summam scutatorum quingentorum in casu etc.*

Non proposita cum sequentibus.

RO-

ROMANA REDUCTIONIS ET TRANSLATIONIS MISSARUM. Ultimo elogio, quod Romæ condidit anno 1742. Laurentius Barberi, mandavit in primis: *Voglio dalla mia eredità si formi un capitale, il di cui frutto sia sufficiente per la celebrazione di centocinquanta Messe annue in perpetuo alla ragione di baj. quindici per ciascheduna, oltre il pagamento di scudi tre annui per gli utensili, e le suddette Messe si dovranno far celebrare nella Chiesa del Gesù all'altare privilegiato* = Cavit subinde: *E quando mai per alcun accidente si diminuisse il capitale, dovrà da miei Eredi rifondersi, affinchè si possa aver sempre l'intero frutto da erogarsi come sopra tanto pel pagamento dell' elemosina di dette messe, quanto per gli utensili.* Aliud paullo post scripsit pium legatum *imponendo alli miei Eredi di far celebrare altre dodici Messe basse in perpetuo nella Chiesa ed Altare suddetto, o altra Chiesa che gli parrà per l'anima della quondam Cecilia Tardioli, e questa coll'elemosina di un paolo per cadauna Messa.* Tertio hæredibus commisit annuam celebrationem aliarum Missarum nonaginta in expiationem animæ Alexandri Cittadoni, qui eam in causam quinque loca Montium Testatori antiquitus legaverat, veluti Comes Philippus Pontici hodiernus Laurentii hæres ultro fatetur, silentibus tamen supremis memorati Laurentii tabulis. Tandem suis filiabus Catharinæ, et Franciscæ *per ragion di prelegato, istituzione, e per qualunque altro titolo* reliquit *scudi diecimila per ciascheduna... per loro dote, e per tutto quello che potessero pretendere dalla mia eredità tanto a titolo di dote suddetta, quanto per il credito dotale materno, e per qualunque altra pretensione.* Easdem filias universales scripsit hæredes, et, alterutra sine filiis decedente, invicem substituit. Mandavit autem Tutoribus et Curatoribus, ut inventarium bonorum conficerent, *e tutto si venda, cioè argenti, gioje, e mobili ed altro che si troverà, e tutto quello che se ne ricaverà, si rinvesta in luoghi di Monti, o pure in Cambj.* In hanc quoque causam impendi jussit omnes suæ hæreditatis fructus, deducta decenti filiarum exhibitione, usque dum ipsæ in matrimonium collocarentur.

Sess. 25. cap. 4. de reform.

Quid

Quid post testatoris obitum certe acciderit, et cujus ponderis fuerit ejus hæreditas, penitus latet. Prælatus vero Comes Philippus narrat, vires hæreditatis summam attigisse scut. 39,016., quorum triginta millia collata fuerunt in emptionem locorum montium, *e rimasero nella eredità altri capitali per la somma di scudi* 9,016., *quali non si poterono secondo la mente del Testatore convertire in luoghi di Monte, perchè non fu possibile allora realizzarli.* Universum hoc patrimonium, e vivis erepta Francisca sine prole, adepta est ejus soror Catharina; verum ob præteritas temporum et Locorum Montium vicissitudines gravem hæreditas Barberi passa est jacturam; cuncta enim loca montium divendita fuisse perhibetur pro summa scutorum 7,200., nonnulla vero ex reliquis bonis inutilia evasisse.

Hanc bonorum imminutionem obtendens Comes Philippus Pontici ejusdem Catharinæ Filius et hæres a S. Congregatione Rev. Fabricæ S Petri anno 1816. absolutionem ob intermissam Sacrorum celebrationem certis quibusdam legibus impetravit, et anno 1820. ab Emo Urbis Vicario, cui preces cum facultatibus ablegatæ fuerant, obtinuit, ut legatum Missarum 150. ad triginta, alterum Missarum 12. ad quatuor, ac tertium Missarum 90. ad quinque reducerentur, cohibito tamen hujusmodi indulto intra lapsum septem annorum, quod mense Majo superioris anni jam defecit. Nunc igitur indultum illud reductionis in ævum ab hoc Sacro Ordine confirmari postulat; imo petit, ut legatum Missarum 150. ad Missas decem quotannis celebrandas contrahatur; item ut hujusmodi onera hac methodo reducta in qualibet Ecclesia pro sui, suorumque hæredum lubitu lituri queant; demum absolutio eidem impertiatur pro Missarum omissione ab anno 1816. ad annum 1820., quo temporis intercapedine sub judice fuit petita onerum reductio.

Rogatus Emus Urbis Vicarius, ut referret de viribus hæreditatis, ac legitima causa translationis, et perpetuæ reductionis Missarum, votumque suum aperiret dignaretur, responsum dedit, se audivisse Procuratorem Generalem Societatis Jesu, qui Missarum translationi obsistit, ac deinde ita animi sui sententiam pan-

pandit = Causam nullam affert Orator, ob quam Missæ in posterum celebrari commode non possint in „ Ecclesia Societatis Jesu. Ceterum perspicua est Testatoris voluntas quoad primum saltem Legatum „ Missarum 150. Quapropter nullam quoad hoc legatum translationem faciendam putarem; integra „ tamen Oratori libertate quoad alia duo legata = *di dì far celebrare etc. nella Chiesa suddetta, o in altra Chiesa che gli parerà* „ ceu testator ipse disposuit.

„ Quod autem respicit vires hæreditatis, earumque decrementum ob notissimas locorum Montium vicissitudines, ingenue fatetur idem Pontici Orator, sese nullimode ostendere valere, quanti esset Patrimonium de tempore obitus testatoris: quomodo ejusdem substantia in Locis Montium collocata fuerit; cujus tandem valoris sint bona, quæ supersunt, proindeque concludit pro confirmatione saltem præcedentium reductionum, et absolutione ob omissam antea celebrationem Missarum, veluti ex ejus epistola, quam pari obsequio transmitto.

„ Sane quum nihil certe habeamus quoad assertam deteriorationem Patrimonii Barberi, de rigore juris integrum legatorum implementum esset decernendum. At quoniam ex ejusdem Oratoris confessione innotescit, ob Locorum Montium vicissitudines quartam circiter partem Patrimonii periisse, putarem pro quarta parte imminui legata quoque posse. Quin obstet prælegatum dotium, ac si integrum illud esset præsumendum; quia ejus privilegium illud causæ piæ vincere haud poterit, ita ut saltem par utriusque conditio sit existimanda. „

Duæ in præsenti casu institui debent quæstiones; prima scilicet facti, altera juris. Quod attinet ad primam, seu ad vires hæreditatis sive tempore obitus testatoris, sive in præsens, cum desiderentur monumenta, quibus rei veritas innotescat, suæ confessioni fidem esse adhibendam contendit Orator. Ipse enim non adscitus, sed sponte sua hanc Sacram adiit Congregationem, ut propriæ conscientiæ prospiceret; id autem minime assequeretur, si quod narrat, a veritate devium existimaret. Pro certo itaque habeatur

oportet, vires hæreditatis, quando testator supremum obiit diem, summam attigisse scut. 39,016., nunc autem procul hæredum culpa adeo esse imminutas, ut ne summam quidem conficiant scutatorum 16,216.

Quod vero respicit quæstionem iuris, perspicuum censet idem Orator, prælegatum dotis scut. 20,000. ex iis, quæ nunc supersunt, hæreditatis bonis esse præsumendum, et siquid postea reliqui foret in causam piorum Legatorum erogandum. Neque enim incognitæ leges sunt, quibus cautum est, omnino parentum esse officium dotem pro sua dare progenie, *L. ult. Cod. de Dotis promis.*, *L. 7. ff. de jur. dot.*, ideoque dos a patre legata, utpote paternæ hæreditatis debitum, haud imminutionem pati debet, ut legata pro suo libitu a patre scripta solvantur, *Amostaz. de caus. piis lib. 1. cap. 12. n. 36.*

Illud etiam accedit, quod testator ejusmodi Legatum filiabus reliquerit nedum titulo dotis, sed etiam *per tutto quello che potessero prentendere dalla mia eredità . . . . per il credito dotale materno, e per qualunque altra pretensione*. Igitur Legatum illud tamquam testatoris debitum ceteris omnibus, atque etiam Legatis in animæ expiationem scriptis, præripiatur necesse est ex Barberi patrimonio. Quocirca, concludit Orator, Missarum onera sin delenda, saltem ita cohibenda, ut præterita reductio in perpetuum confirmetur, legatum Missarum 150. ad decem coerceatur, absolutio pro præteritis omissionibus impertiatur, atque Oratori facultas tribuatur in ea, quam ipse elegerit, Ecclesia curandi earum Missarum celebrationem; quoniam hæreditaria bona sine ulla possessorum culpa adeo decreverunt, ut legata dotium minime exæquent.

Nonnulla tamen pro meo munere animadvertere reor, quæ petitæ reductioni plane adversantur. Initio enim sorores Barberi hæreditatem adierunt sine beneficio legis et inventarii, ac propterea obligationem contraxerunt cuncta legata et debita cumulate solvendi etiamsi vires hæreditatis pares non essent, *L. fin. §. sin autem Cod. de jure delib.*, *et cap. In litteris 5. de raptor.* Dein a veritate absonum videtur, ut Orator,

qui

qui nulla vetusta affirmat exstare documenta devirilibus hæreditatis, tam sigillatim referat quantitatem locorum Montium aliorumque bonorum, quin fontem, unde hujusmodi rerum notitiam hauserit, leviter innuat, imo, quod est sane mirum, ut eum prætereat, quamnam attingant vim bona, quæ nunc supersunt, dum illam in supplici libello ad summam scut. 16,016. ascendere fassus est.

Verumtamen animo, si libet, effingatur, rem hæreditariam ita se habuisse, quemadmodum narrat Orator; nihilominus integrum Missarum implementum effungere non poterit. Enim vero ad exactam Missarum satisfactionem jussit testator certam constitui dotem; eaque imminuta aut perempta, alium ab hæredibus subrogari voluit fundum. Etiamsi igitur ex asse hæreditario post mortem testatoris decerpenda fuissent scut. 20,000. titulo dotium, attamen scut. 19,016. superfuisse dicendum est, quæ jure hæreditario sororibus Barberi ea lege obtigerunt, ut, si oporteret, integra insumerent in Missarum implementum. Jam vero hæc hæreditas post locorum montium decrementum sortem scutatorum quatuor mille profecto excedit, ejusque annui fructus longe superiores sunt, quam postulet eleemosyna Sacerdoti impertienda pro implemento trium Legatorum.

Frustra autem Comes Pontici objicit, patrimonium Barberi ob locorum Montium vicissitudines in præsentiarum vix pertingere ad scut. 16,016., quæ ne prælegatum quidem dotium exæquant. Ejusmodi namque Legatum ex hæreditate erat præcerpendum, ubi primum adita fuit hæreditas, *L. unic. Cod. de cad. toll.* ac propterea locorum montium imminutio ita est moderanda, ut pro ratione sortis æqua lance noceat legato dotium, et juribus hæreditariis, cum nulla subsit ratio, cur integra jactura in jura hæreditaria, et in legata Missarum sit refundenda; nam qui in pari conditione versantur, procul dubio sunt eodem jure censendi *ad text. in L. Eum qui de usucap.*, *Rot. cor. R. P. D. Gamberini decis.* 84. *num.* 1. Neque prætereundum, quod etiamsi Doctores pugnent inter se, utrum pia Legata pro rata diminui debeant, sicut et cetera legata prophana, quando testator ultra vires hæreditatis plura scripserit legata, *Pasqualig. de Sa-*

Sacrif. Miss. quæst. 1006. n. 2., Amostaz. de cans. piis lib. 1. cap. 12. num. 34., ubi tamen agitur de legatis Missarum, contrarium ex peculiari decedentium affectione erga propriam animam docent *Pasqual. loc. cit. num. 4., Amostaz lib. 2. cap. 6. num. 10.*

Similiter Missarum reductioni locus esse nequit ob auctam eleemosynam post testatoris obitum. Etenim testator non certam legavit pecuniæ vim per hæredem erogandam in Missarum celebrationem, sed certum designavit Sacrorum numerum quotannis offerendum, et solummodo *demonstrative* addidit designationem eleemosynæ, ad indicandam scilicet eleemosynam, quam ipse Sacerdoti tribuere præcipiebat tempore fundationis. Cumque in præsens creverit stipendium, hæres majorem eleemosynam solvere tenetur, quin Sacrorum numerus immutetur, uti in similibus casibus respondit hæc S. Congregatio in *Apuana reductionis Missarum 9. Septembris 1797.*, *in Placentina Reductionis 9. Septembris 1797.*, *et in Ventimilien. reductionis Missarum eodem die et anno*. Potius reductioni Missarum in expiationem animæ Alexandri Cittadoni pro ratione præsentium reditum foret locus, si quinque loci Montium taxative fuissent assignata ad tradita *per Ben. d. XIV. de Syn. Dioeces. lib. 13. cap. ult. num. 32.* Quum vero lateat pia testatoris voluntas, videant Em̃i Patres, quid in themate sit decernendum.

Quod vero pertinet ad translationem Missarum, nulla Orator, ceu adimadvertit Em̃us Urbis Vicarius, indiget facultate pro legato duodecim Missarum favore animæ Tardioli, nam testator in arbitrium hæredis contulit electionem Ecclesiæ. Nemini etiam dubium quin denegandi sit translatio Missarum 150. Fundator enim certam designavit Ecclesiam, et Orator nullam affert translationis causam, qua decedentium voluntas commutari solet, *can ult. voluntas caus. 13. quæst. 2.*, *S. Congreg. in Novarien. 6. Augusti 1791.* Similiter respuenda videtur petita translatio legati Cittadoni: quanquam enim ex testamento non constet, an certa designata fuerit Ecclesia, eum tamen hodiernus hæres Pontici ultro fateatur, istud legatum im-

implendum esse in Altari privilegiato Ecclesiæ SSmi Jesus, dubitari non potest etiam in posterum in eadem Ecclesia Missas esse celebrandas, ac, nulla intercedente justa causa, denegandam illarum translationem.

Decernent quoque Emi Patres, an sit indulgenda petita onerum absolutio. Orator sane nullam profert rei familiaris angustiam; quoniam vero explorata est patrimonii Barberi imminutio, et onerum satisfactio omissa fuit ab anno 1816 ad annum 1820., quia reductionis causa sub judice versatur, aliqua justa occurrere videtur causa ad exoratam concedendam absolutionem.

Igitur proponuntur

Dubia

I. An, et quomodo sint reducenda legata Barberi et Tardioli in casu etc.

II. An, et quomodo sit locus reductioni Legati Cittadoni in casu etc.

III. An sit concedenda translatio Legatorum Barberi, et Cittadoni in casu etc.

IV. An, et quomodo sit consulendum SSmo pro absolutione quoad omissiones ab anno 1816. ad annum 1820. in casu etc.

ALBINGANEN. REDUCTIONIS MISSARUM. Sebastianus Pastorelli Oppidi Tabiæ Dioecesis Albinganensis anno 1582. e vivis decessurus *legavit uni Religioso bonæ vitæ et famæ scutos decem auri in auro in perpetuum*

Sess. 21. Cap. 5. de Reform.

tuum solvendos omni et singulo anno in perpetuum de bonis et hæreditate ipsius testatoris, cumque onere obstrinxit tria statis cujusque hebdomadæ diebus litandi Sacra in fundatoris animæ expiationem. Anno autem 1655. ejus hæres Joannes Baptista legatum illud ad quotidianam Missam *per uno o più Religiosi come più piacerà, e parrà al suo erede, e successori, e in quei luoghi ch' esso vorrà* in perpetuum celebrandam evexit. Postea dotem tum veteris, tum novi legati hisce verbis constituit „ E per la servitù del presente le-
„ gato, o sia disposizione della Messa quotidiana, sia
„ da ora le assegna, lega, e dichiara il suo fondo,
„ lasciandogli luoghi otto de' Monti di quelli, ch'esso
„ Nobile Testatore ha e sono descritti in sua testa,
„ credito, e disposizione nella Città di Roma, cioè
„ quattro delle Cancellerie, e quattro del Sale secon-
„ da erezione. Il reddito de' quali otto Luoghi sia an-
„ nualmente di sei in sei mesi per il sudetto suo Ere-
„ de e successori, come sotto dirò, riscosso, e pagato
„ pronto e puntualmente a quello, o quelli Sacerdoti,
„ che celebreranno le sudette sette Messe la settima-
„ na; quali Luoghi otto de' Monti, come sopra vuo-
„ le, e ordina, che stiano sempre in perpetuo per
„ fondo di detto Legato, nè possano mai per qualsi-
„ voglia tempo, pretesto, o caso vendersi etc. etc."

Joannis Baptistæ votis indulsit e vestigio tunc temporis hæres, ceterique dein successores ad Legati solutionem rite perficiendam libentissime semper incubuere. Progressu tamen temporum factum est, ut in Diœcesi Albinganensi Missarum stipendia ad solidos 20 januensis monetæ augescerent, nec jam amplius oneri Missæ quotidianæ reditus Locorum Montium pares esse possent. Quapropter anno 1786. pro onerum imminutione preces porrectæ sunt Episcopo, qui Apostolicis fretus facultatibus exoratam ab hærede Pastorelli perpetuam Missarum reductionem ex fructuum et stipendii ratione concessit, nulla primævi legati aureorum decem habita ratione, quia forsitan in supplicis libello inconsulto reticita fuerat ejusdem mentio, ac natura.

Aliam

Aliam nunc Missarum reductionem efflagitat Marchionissa Maria Antonia Pastorelli Spinola, unica in præsens ex familia Pastorelli descendens et hæres. Octo enim Montium Loca, quibus Legatum pium erat præditum jussam sub Gallico regimine in Pontificii dominii finibus liquidationem subiisse asserit cum aliis plurimis Montium locis, quæ ad Pastorelli patrimonium pertinebant; atque hinc, ubi rescriptionis schedulæ receptæ sunt, harum omnium vi, additis insuper 511. libellis numerata pecunia quæsitis, emptum fuisse inquit agrum in Prænestino territorio positum, nec non domum Romæ ad Ecclesiam S. Praxedis proxime sitam. Hujusmodi fundos anno 1816. Jacobo Petrini vendidit scutatis 1450. pedetentim solvendis ad annum 1839., convento interim annuo fructu scutat. 60. 60. a vectigali prorsus immuni. Addit præterea, se, posteaquam in Pontificio regimine LL. MM. fructuum solutio peracta iterum est, tot Missas ad integrum annum 1825. celebrandas pro Legato jussisse, quot ex reditibus octo LL. MM. celebrari posse comperat. Denique cum videat eadem Marchionissa, detractis impensis in LL. MM. *liquidatione* factis, reditus Legati ex fundorum fructu nonnisi ad januenses libellas 15., et solidos 8. annuatim nunc ascendere, eodemque annuo fructu vix sexdecim quotannis sacra celebrari posse, ad hanc Sacram Congregationem confugit, suppliciter orans, obsecransque, ut pro anno 1826., et singulis in posterum annis liceat sibi ad ejusdem legati onera adimplenda sexdecim tantummodo Missarum celebrationem curare.

Precibus de more ablegatis pro informatione et voto, respondit defunctus Episcopus, eas consonas veritati esse censendas: se vero quoad Legati fundationem, et LL. MM. reductionem nihil posse testari. Quare id unum confirmat, ex libellis 15. et solidis 8., quibus Legati dos in præsentiarum constat, reapse ad sexdecim tantum Missas in sua Diœcesi sufficere, eo quod Missæ stipendium ad viginti solidos januensis monetæ auctum in sua synodo ipse sanciverit.

Duo in themate, ac secum prorsus distincta videntur lega-

legata ; quibus hæres Pastorelli in singulis anni hebdomadis oneratur : alterum trium Missarum anno 1582. a Sebastiano Pastorelli relictum ; alterum Missarum quatuor , quas anno 1635. Joannes Baptista ejus filius tribus illis addidisse perhibetur . Jam vero, cum prioris legati dos ita fuerit a Sebastiano luculenter instituta , ut Sacerdoti tres ejusmodi Missas celebranti decem auri scutata ab Familia Pastorelli in perpetuum quotannis solverentur ; certum exploratumque manet , eamdem familiam ad decem auri scutata pro trium Missarum legato solvenda esse obstrictam , etiamsi octo Montium loca integre periissent . Et sane nullo per testatorem taxative designato fundo ad implendum pium legatum , sed injuncta lege hæredi quotannis pendendi certum annuum fructum , hæres non eximitur a præstatione legati , quamvis certum fundum tradat , isque dein casu fortuito decrescat , aut pereat , sed compelli debet , ut , quod contigit , decrementum suppleat , et emendet , quo præscripta a pio fundatore Missarum onera cumulate impleantur , *Bened. XIV. de Synod. Dioec. lib.* 13. *cap.ult. num.*29 *et seqq.* Cum tamen Oratrix ex primævi legati fundatione annua aurea decem solummodo solvere teneatur ; si hæc pecuniæ vis impar deprehendatur sustinendo oneri trium in qualibet hebdomada Missarum, nemini dubium , quin reductioni fiat locus , ita ut is celebretur sacrorum numerus , quem patitur summa aureorum decem tributa Sacerdoti manuali eleemosyna , *Benedictus XIV. loc. cit. num* 35.

Potius igitur quæstio institui debet , utrum Familia Pastorelli ad secundi etiam legati perpetuam satisfactionem teneatur , etiamsi fundorum reditus , quibus ejus dos constiterat , admodum hoc tempore imminuti deprehendantur . Porro si Benedicti XIV. doctrinæ , et instructioni , per hanc Sacram Congregationem transmitti solitæ , cum alicui conceditur facultas reducendi Missarum onera , inhæreamus , fundi designationem non taxative , sed demonstrative conceptam renuntiare oporteret , ideoque Familia Pastorelli cogenda foret, ut suppleat , quod deest ad integrum quatuor Missarum

rum in singulis hebdomadis implementum. Etenim *si fundatores orationem, seu dispositionem inceperint ab impositione oneris, et subinde fundum assignaverint*, ita memorata Instructio apud eumdem Pontificem *loc. cit. num. 32. tunc onus dicitur demonstrative conceptum, ac fundatorum hæredes cogendi sunt ad perpetuam dicti oneris manutentionem, et supplendam summam deficientem tam pro præterito, quam pro futuro tempore*. In themate vero fundator orationem exorsus est ab onere Missarum, deinde ad fundum constituendum perrexit, ejusque fructus exigi voluit per hæredem, ut Missarum curaret celebrationem.

Nec tamen est silentio prætereundum, non deesse Auctores, qui aliter plane sentiant, ajentes inchoationem scripturæ ab onere nonnisi probabile præbere argumentum; præcipue si non quantitas pecuniæ in genere, sed certa species, legata sit, *Mantica de conjectur. lib. 12. tit. 6. num. 24., Card. Lanfredin. in respons. Eccles. 42. num. 4. apud Ferrar. Bibliot. append. verb. Legatum num. 4.* qui sic pergit. *Quamobrem non est præclusus aditus tutiori investigationi diversæ voluntatis defuncti, quæ si ex aliis argumentis et conjecturis appareat fuisse, ut non aliunde, quam ex talibus bonis specialiter designatis legatum adimpleretur, utique hæc defuncti voluntas sequenda est, spreto rigore litteræ neglectoque ordine scripturæ.*

Atque hæc quidem Auctorum sententia favet apprime Familiæ Pastorelli. Joannes enim Baptista voluisse videtur, ut ex designatis octo Montium Locis, nec aliunde unquam Legatum quatuor Missarum adimpleretur, cum illa Montium Loca designaverit, *per la servitù del presente legato, ossia disposizione . . . . quali Luoghi otto de' Monti ordina, che stiano sempre in perpetuo per fondo di detto Legato, nè possano mai per qualsivoglia tempo, pretesto, o caso vendersi ec.* Igitur locorum Montium, quæ dotem legati constituebant, imminutis fructibus, exaudita dignæ sunt Marchionissæ preces, ac Missarum onera ad rationem præsentium fructuum, et stipendii Sacerdoti suppeditandi reducantur oportet.

Videant quoque Emi Patres, an Oratrix pro præteritis omissionibus indigeat absolutione, quæ denegari non solet justa intercedente causa, ac definire dignentur

I. *An, et quomodo sit locus reductioni legati Sebastiani Pastorelli in casu etc.*

II. *An, et quomodo sit reducendum legatum Joannis Baptistæ Pastorelli in casu etc.*

III. *An, et quomodo sit consulendum SSmo pro absolutione quoad præteritas omissiones in casu etc.*

VO-

VOTUM SECRETARII

IN CAUSA

TIBURTINA BENEFICII

Super controversia jurispatronatus Capellaniæ inter familiam Columna de Sciarra, ac superstites Sanctimoniales Monasterii Humilitatis, nec non super devolutione liberæ collationis ejusdem Capellaniæ favore Episcopi Tiburtini.

In oppido Rubiani, quod generosæ familiæ Columna de Sciarra jure feudali olim suberat, exurgit Templum sub auspiciis S. Joannis Baptistæ, ibique extat Sacellum S. Antonio Patavino nuncupatum, quod volvente sæculo decimo septimo e fundamentis proprio ære construxit AEgidius Columna de Sciarra. Hujus quoque frater Præsul Jacobus Columna tanta in eumdem cælestem incolam ferebatur veneratione, ut ad ejus honorem Beneficium erigere, cunctaque sua bona Rubiani existentia illi donare animo complecteretur; at morte præpeditus, quod meditabatur, exoptabatque, efficere non potuit. Nec tamen pium ejus consilium in irritum cessit; cum enim huic Præsuli unica illius germana soror Anna Seraphina, seu Monasterium S. Mariæ Humilitatis ad radices Montis Quirinalis, in quo illa virginitatis suæ florem Deo voverat, ex lege hæres extiterit; tam ipsa, quam reliquæ moniales adeo vel ipsum defuncti desiderium veneratæ sunt, ut Capellaniam nullo jure cogente erigere deliberarint. Hinc, opportunis a Sede Apostolica impetratis facultatibus, *capitulariter congregatæ in parlatorio, et ad cratæs ferreas Ven. Monasterii B. Mariæ Humilitatis .... ubi pro negociis de eodem Monasterio congregari solent, RR. Priorissa et Moniales ..... vocem et nomen in capitulo habentes, et totum, et in-*

tegrum capitulum repræsentantes, constituerunt *dicti Ven. Monasterii procuratorem R.D. Joannem Baptistam Rossignolum*, ut se sisteret coram Tiburtino Episcopo, ab eoque erectionem peteret simplicis Beneficii sub titulo S. Antonii in Parochiali Ecclesia S. Jo: Baptistæ, et pro illius dote assignaret *bona ad ipsas RR. Moniales spectantia tamquam hæredes ab intestato R. D. Jacobi Columna ex parte dictæ Annæ Seraphinæ illius germanæ sororis*. Caverunt præterea, *quod esse debeat de jure patronatus ex fundatione, et dotatione ipsarum RR. Monialium*, jusque præsentandi Capellanum ad nutum amovibilem *semper spectet ad ipsas RR. Moniales constituentes, earumque in dicto Monasterio successores*. Huic mandato concinit instrumentum erectionis Beneficii die 5. Augusti 1674. obsignatum, quo illius juspatronatus reservatum fuit *ad favorem dictæ sororis Annæ Seraphinæ Columna ejus vita durante, et post illius obitum, ad favorem dicti Ven. Monasterii S. Mariæ Humilitatis de Urbe.*

Ad tramites fundationis, nemine obsistente, jure nominandi Capellanum jugiter gavisæ sunt Moniales ad superiores usque privatarum, publicarumque rerum perturbationes: quo tempore et ipsæ sacræ Virgines Humilitatis e propriis septis expulsæ, huc illuc palantes vitam ducere coactæ fuerunt. Et quamvis postea pace Ecclesiæ reddita, plurima Cœnobia in antiquum statum fuerint restituta; nihilominus cum omnia Monialium Humilitatis bona Gallis imperantibus in privatorum devenerint dominium, Summus Pontifex Sanctimonialibus, quibus nomen a S. Salesio, tradidit Monasterium Humilitatis, atque hujus Moniales in alia pro suo lubitu se receperunt cœnobia Ordinis Prædicatorum. Quædam enim ad terram Mareni, aliæ ad oppidum Velitrapi contenderunt; reliquæ in Urbe confugium sibi quæsiere, quarum novem apud Moniales SS. Dominici et Sixti, tres apud Sanctimoniales S. Mariæ Magdalenæ, et novem apud Virgines S. Catharinæ Senensis. Ex his, quæ Romæ remanserunt, octo jam supremum obierunt diem, atque in Monasterio S. Catharinæ tres tantummodo adhuc superstites sunt, quas inter soror Maria Rosa Dandini, quæ antè militarem invasionem Monialibus præerat S. Mariæ Humilitatis.

Hujusmodi Sanctimoniales nullam peculiarem, distinctam-

ctamque constituunt Communitatem, ac tamquam membra habentur Monasteriorum, quo se contulerunt, et ipsa soror Maria Rosa Dandini nulla pol'et jurisdictione, aut præeminentia in ejus consorores, sed non secus ac ceteræ subest præsidi Monasterii. Nec bona stabilia, nec Loca Montium ad antiquum Humilitatis Monas'erium pertinentia possident, suæque vitæ exhibitioni consulunt pensione, quam publicum ærarium Monialibus, ad Cœnobia non restituta spectantibus, pendere solet. Postulantibus tamen Monialibus Humilitatis, quæ in Monasterio S. Catharinæ vitam degunt, huic Monasterio ex rescripto S. Congregationis Reformationis diei 2. Martii 1818. addicta fuerunt Loca Montium proficiscentia ex pio Legato Franciscæ Baglioni Orsini *servatis conditionibus a Testatrice præscriptis*, nimirum erogandi illorum reditus in subsidia dotalia pro nobilibus puellis, quæ Deo se vovere cupientes, congrua carere dote noscuntur. Annuos vero fructus hujusmodi Locorum Montium non Moniales Humilitatis, sed quæ præest Monasterio S. Catharinæ, exigit, atque administrat, ac eorum partem, quo tamen jure me penitus latet, sacris Virginibus Humilitatis quotannis distribuit, ut ea pro suis utantur indigentiis.

Quum res Monialium Humilitatis ita se haberent, Tiburtinus Episcopus animadverteus onera Capellaniæ S. Antonii Patavini penitus negligi, quoniam illius Rector Franciscus Folgori, anno 1786. a Monialibus nominatus, in amentiam inciderat, Coadjutorem cum futura successione constituere decrevit, et liberam Capellaniæ collationem, defecto Monasterio Humilitatis, ad se devolutam existimans, consonas Summo Pontifici obtulit preces. Princeps vero Maphæus Barberini Columna de Sciarra supplicem SSmo porrexit libellum, sibi affirmans esse tribuendum Capellaniæ juspatronatus = per la ragione che i beni, co' quali „ è stata fondata la Cappella, erano di pertinenza de' „ suoi antenati, e perchè le Religiose Domenicane „ sembrano decadute dalla nomina, non essendo più „ nel Monastero =. At Moniales Humilitatis intra septa S. Catharinæ vitam traducentes, innixæ etiam antiqua possessione, novum Capellanum nominarunt, et ju-

re

re patronatus adhuc gaudere non dubitant. Quæstio hinc instituitur, pro quonam ex litigatoribus justi et æqui regula pugnet.

Quod pertinet ad preces Principis Columna de Sciarra, paucis me expediam. Quamvis enim nemini dubium, quin Summus Pontifex suprema, qua pollet, auctoritate eidem Principi tribuere valeat Capellaniæ juspatronatus; nihilominus cum mei muneris sit, non quid illi ex Apostolico privilegio concedendum, sed quid ex canonum ratione in præsenti controversia sentiendum sit, exquirere, compertum, exploratumque reor, nullum sibi asserere posse jus in controversum Capellaniæ patronatum. Et sane memoratus Princeps, extincto Monasterio sacrarum Virginum Humilitatis, nullo alio titulo ad Capellaniæ patronatum contendere posset, quam jure fundationis, aut hæreditatis, aut vocationis. Jam vero ex rerum serie aperte liquet, Capellaniam S. Antonii Patavini non ex bonis Principis Maphæi, imo neque ex bonis suorum majorum fuisse erectam. Etenim nec Jacobus Columna, nec ejus soror Maria Seraphina, sed Monasterium Humilitatis Capellaniam instituit: hæreditatem siquidem Jacobi eidem Mariæ Seraphinæ ab intestato delatam sibi quæsivit Monasterium, propriamque fecit; scitum namque est, monachum, quidquid acquirit, non sibi, sed Monasterio acquirere, ita ut bona ipsi relicta statim Conventui incorporentur, atque cum ceteris illius proventibus confundantur, *cap. Cum ad Monasterium de stat. monac., Concil. Trid. sess.* 25. *cap.* 2. *de Regul., Clemens. VIII. in decreto pro reform. Regul. incip. Nullus omnino* §. 3. Exinde sequitur, Principem Columna de Sciarra patronatum sibi adsciscere non posse jure fundationis; imo neque jure hæreditario, cum ipse fundatoris Capellaniæ, scilicet Monasterii, hæres non extiterit. Multoque minus patronatum concupiscere valet jure vocationis; quandoquidem Moniales Humilitatis neminem alium ad jus præsentandi Capellanum invitarunt, quam ipsum Humilitatis Monasterium. Quoquo modo igitur Principis de Sciarra postulatum expendatur, ex sacrorum canonum censura Capellaniæ juspatronatus nullo ad eum pacto spectare luculenter apparet.

Aliquam potius difficultatem præseferre videtur altera controversia, utrum defecerit genus personarum, seu Monasterium Humilitatis, cui Capellaniæ juspatronatus

tus servatum fuerat, ita ut Capellania evaserit liberæ collationis. Verum quælibet evanescit difficultas, si tabulæ fundationis Capellaniæ, et vicissitudines Monasterii præ oculis habeantur. Profecto ex fundationis lege, ac natura juspatronatus Capellaniæ dicendum est spectare ad Moniales Humilitatis non uti singulas, ac distinctas personas, sed tamquam Monasterium, seu religiosam Communitatem repræsentantes, ac efformantes. Etenim juspatronatus Beneficii bonis ad universitatem pertinentibus, ejusque nomine erecti, ad illius Officiales jure dumtaxat Collegii, non autem uti singulos pertinere passim tradunt doctores. Si „ „ fundatio, ita *Piton.de controv.patron. alleg.*95.*n.* 17., „ facta fuerit de bonis communitatis, et beneficium „ erectum ejus nomine, consequens est, ut juspa- „ tronatus fuerit attributum Juratis non tamquam sin- „ gulis particularibus, sed tamquam officialibus ipsius „ communitatis, et jure Collegii præsentare habenti- „ bus „. Concinunt *Card. de Luca de jurepat. disc.*34. *num.* 12., *et de Benef. dis.* 17. *num.* 6.,*Fargn. de jurep. part.* 1. *can.* 5. *cas.*7. *num.* 14. *et seq.*, *S. Cong. in Firmana Juris patronatus* 19. *Junii* 1790. *ad II. Dub.*

In themate Capellaniam congrua dote a Monialibus fuisse ditatam ex bonis Monasterii, seu ex hæreditate Jacobi Columna, quæ Monasterio obvenerat, tabulæ ipsæ fundationis Capellaniæ aperte evincunt. Erectam autem fuisse nomine Monasterii, seu Monialium Religiosam communitatem Humilitatis constituentium, ostendunt nedum Congregatio Monialium, quæ de Capellaniæ fundatione deliberaturæ sese capitulariter coegerunt, atque ipsum mandatum, quo *Ven. Monasterii procuratorem* designatus fuit Joannes Baptista Rossignoli, sed etiam reservatio jurispatronatus, siquidem Episcopus in instrumento erectionis Capellaniæ reservatum voluit juspatronatus *ad favorem dicti Ven. Monasterii S.Mariæ Humilitatis de Urbe.*

Nec aliter sentiendum, propterea quod in tabulis fundationis caveatur, Capellaniam fore *de jurepatronatus ipsarum RR. Monialium*, jusque præsentandi spectare *ad ipsas RR. Moniales constituentes*, *earumque in dicto Monasterio successores.* Præter quam enim omnis evanescit ambiguitas, si verba ista cum aliis conferantur, illud quoque accedit, quod eadem verba omnes moniales tum temporis, earumque successores in Mona-

ste-

sterio complectentia haud innuunt jus nominandi Capellanum reservatum fuisse Monialibus ut singulis, sed tamquam universis, ac religiosam illam communitatem efficientibus ad tradita per *Card. de Luca de Jurepatr. dis* 61. *n* 26., *Fargn. de Jurep. part.* 2. *cap.* 27. *cas.* 14. *n.* 28., *Rot. cor. Emerix sen. decis.* 123. *n.* 1. Imo juspatronatus Monialibus uti singulis competens, pugnaret cum voto paupertatis, quam Humilitatis sacræ Virgines ex regulæ instituto profiteri consueverant. Tametsi enim Monasterium, capax possidendi bona in communi, acquirere possit jus patronatus Beneficiorum, attamen singulæ Moniales, cum nihil proprii habere, sed tantum in communi possidere queant, careantque velle et nolle, jure præsentandi gaudere vetantur, *Sanchez ad præcept. decalog. lib.* 7. *cap.* 14. *n.* 7, *Lezzan. in sum. quæst. regal. tom.* 1. *part.* 2. *cap.* 11. *n.* 10, adeo ut si quis patronus religionem profiteatur, prohibetur ipse jure proprio Capellanum nominare, ac juspatronatus transfertur in Monasterium capax possidendi in communi, *Fargn. de jure patr. part.* 1. *can.* 5. *cas.* 3. *n.* 3. *et* 23., *Vivian de jurepat. lib.* 4. *cap* 2. *n.* 64.

Maneat ergo, juspatronatus Capellaniæ S. Antonii ex fundationis lege spectasse ad Moniales religiosam communitatem Monasterii S. Mariæ Humilitatis constituentes. Illud unum nunc inquirendum restat, an communitas illa Religiosa etiamnum existat, aut extincta sit dicenda, ut exinde judicium ferri queat, utrum quæ adhuc supersunt Moniales, fruantur jure præsentandi Capellanum, seu potius Capellania evaserit liberæ collationis. Fateor equidem expulsionem illam, quam Moniales Humilitatis Gallis dominantibus passæ sunt, haud renuntiandam esse legitimam religiosæ Communitatis suppressionem, sed violentum tantummodo bonorum Monasterii spolium. Quum vero Monasterium Humilitatis prudente ac sciente summo Pontifice, rerumque Monasterii adjunctis ita hortantibus, non fuerit in antiquum statum restitutum, tamquam suppressum, ac extinctum est judicandum. Et revera Monasterium Humilitatis aliis sacris Virginibus traditum fuit. Bona Monasterii Humilitatis Gallorum tempore demanio subjecta, atque ab ipso divendita in privatorum dominium devenerunt. Loca Montium ejusdem Monasterii haud Monialibus Humilitatis fuerunt reddita,

sed

sed a publico ærario non secus ac Loca montium aliorum monasteriorum, quæ publicis rebus ita suadentibus non fuerunt restituta, possidentur. Eisdem tamquam Monialibus ad Cœnobia non redintegrata spectantibus, annuam publicum ærarium ræpresentat pensionem. Quæ, reduce S. M. Pio VII. ad Apostolicam sedem, superstites erant Moniales Humilitatis in diversa contenderunt sacra septa, nullam ipsæ in his constituunt peculiarem communitatem, sed eodem, quo ceteræ Moniales Monasteriorum, ubi ipsæ vitam degunt, censentur iure: nullam habent bonorum administrationem, atque eadem Loca Montium proficiscentia ex legato Baglioni non a Monialibus Humilitatis, sed a præside Monasterii S. Catharinæ Senensis administrantur.

Cum itaque religiosa Communitas S. Mariæ Humilitatis neque in eodem, neque in alio Monasterio a Sede Apostolica fuerit hactenus restituta, nec ulla ob rerum adjuncta affulgeat spes, ut redintegretur, tamquam suppressa est renuntianda, ideoque libera Capellaniæ collatio ad Tiburtinum Episcopum spectabit; defecto siquidem certo genere personarum, cui beneficii nominatio fuerat relicta, libera ejus collatio devolvitur ad Episcopum Diœcesanum, *Barbos. Jus. eccl. cap.* 12. *n.* 154., *Pirhing. lib.* 3. *Decret. tit.* 38. *n.* 138., *Reiffenst. Jus canon. lib.* 3. *de jurep. n.* 125.

Neque Moniales Humilitatis, quæ adhuc vita fruuntur, sibi arrogare possunt jus nominandi Capellanum. Satis enim perspicuum censeo ex argumentis supra relatis, juspatronatus Capellaniæ non ad Moniales uti singulas, sed ad Moniales tamquam religiosam communitatem efformantes pertinere. Jam vero ea est natura jurispatronatus ad communitatem aliquam ratione collegii spectantis, ut = electio, seu præsentatio sit adeo apud omnes, ut apud nullum sit = quemadmodum tradit *Vivian de jurepatr. lib.* 8. *cap.* 2. *n.* 6., quia subdit *Fargn. loc. cit. part.* 1. *can.* 5. *cas.* 3. *n.* 26. = *Monasterium, ad quod spectat juspatronatus, non repræsentatur nec per solum Abbatem, seu Superiorem, nec per solos religiosos, sed per Abbatem simul, et religiosos, qui simul faciunt unum corpus formale, et totum Monasterium . . . . . cum sic soli, et uti singuli non sint patroni.* Ad validitatem vero nominationis per communitatem explendæ neces-

scilicet, ut omnes communitatem efformantes per eum, cui est jus convocandi, rite vocentur, vel saltem omnes in eodem loco conveniant, et collegialiter, non vero separatim nominationem emittant, quemadmodum post *Felin. in cap. Cum omnes. n. 46. de constitut.* tradit *Fargn. loc. cit. can. 5. cas. 7. n. 4. et seq., Rot. in Bononien. Parochialis 26. Januarii 1711. §. Constitit cor. Caffarello.*

At vero Moniales Humilitatis nec simul convenire, nec religiosam communitatem constituere, et nominationem Capellani collegialiter peragere queunt, siquidem pro certo habita Monasterii ejusdem extinctione, Moniales, etiamsi in unum cogerentur, religiosam communitatem Humilitatis efformare non possent. = Sumus in secularizatione inducta per suppressionem (ita ad rem nostram *Rot. decis. 99. n. 7. et 8. part. 7. recent.*) et ideo regulares prædicti non po-
„ tuerunt amplius appellari Canonici Collegii, sicut
„ supra destructi, neque in unum convenire ut uni-
„ versi, sed potius uti singuli, et tamquam homi-
„ nes privati, qui simul habitando non potuerunt de
„ novo constituere collegium de medio subtractum =.
Profecto si religiosa Communitas Humilitatis in aliud cœnobium fuisset translata, antiquis suis juribus adhuc frueretur, *Rot. decis. 351. n. 11. par. 6. recent*, et *decis. 363. n. 8. part. 14. recent.*, sed cum Humilitatis Monasterium per suppressionem amplius non existat, jura Communitatis perempta sunt dicenda = *Quando Conventus*, scribit S. Rotæ Tribunal *cor. Emer. sen. decis. 123. n. 6.*, *per suppressionem remansit penitus extinctus, et Canonici in varia loca divisi, amplius jus universitatis non habent, neque uti tales congregari possunt.*

Moniales igitur Humilitatis, quæ in plura se receperunt Monasteria, et antiquam Humilitatis communitatem amplius non constituunt, sed membra Monasteriorum, in quibus commorantur, evaserunt, nec quidquam proprii habere queunt, a jure nominandi rectorem Capellaniæ S. Antonii decidisse, ejusdemque Capellaniæ liberam collationem ad Episcopum Diœcesanum ex canonum censura devolutam putandum est.

Atque ita in sensu veritatis sum in voto, salvo etc.

J. A. Sala Secret. S. Cong. Concilii.

Die Sabbati 15. *Martii* 1828. *in Palatio Apostolico Vaticano erit Sacra Congregatio Concilii, in qua præter alia proponentur infrascripta Dubia, juxta morem ejusdem Sacræ Congregationis de jure resolvenda.*

NURSINA LEGATI PII.

Sess. 25. *Cap.* 4. *de Reform.*

Dubia

I. An sustineatur præscriptio, ita ut orator teneatur dumtaxat solvere annua scutata quindecim in casu etc.

Et quatenus negative

II. An Oratori sit præfiniendus terminus ad tradenda bona stabilia, vel summam scutatorum quingentorum in casu etc.

Ad I. Negative.

Ad II. Affirmative arbitrio Episcopi, et ad mentem

Sess. 25. *Cap.* 4. *de Reform.*

ROMANA REDUCTIONIS, ET TRANSLATIONIS MISSARUM.

Dubia

I. An, et quomodo sint reducenda Legata Barberi et Tardioli in casu etc.

II. An, et quomodo sit locus reductioni Legati Cittadoni in casu etc.

III. An sit concedenda translatio Legatorum Barberi, et Cittadoni in casu etc.

IV. An, et quomodo sit consulendum SSmo pro absolutione quoad omissiones ab anno 1816. *ad annum* 1820. *in casu etc.*

Ad I. Quoad Legatum Barberi, negative in omnibus: quoad Legatum Tardioli, affirmative ad manualem.

Ad II. Affirmative ad ratam redituum, et Emus Vicarius curet inscriptionem hypothecariam pro omnibus Legatis.

Ad III. Negative ad utrumque.

Ad IV. Affirmative, celebratis Missis centum quinquaginta sex intra annum.

Sess. 21. *Cap.* 5. *de Reform.*

ALBINGANEN. REDUCTIONIS MISSARUM.

Dubia

I. An, et quomodo sit locus reductioni Legati Sebastiani Pastorelli in casu etc.

II. An, et quomodo sit reducendum Legatum Joannis Baptistæ Pastorelli in casu etc.

III. An,

III. An, et quomodo sit consulendum SSmo pro absolutione quoad praeteritas omissiones in casu etc.

Ad I. Affirmative ad taxa mannalem pro scutis decem auri in auro ad formam testamenti Sebastiani Pastorelli.

Ad II. Affirmative ad annuas Missas decem, et Ordinarius curet fieri inscriptionem idonei fundi pro adimplemento utriusque Legati.

Ad III. Affirmative, celebratis quatuor Missis pro omnibus omissionibus.

THEATINA DISPENSATIONIS. Denuo Emorum Patrum judicio subjicitur quæstio super dispensatione matrimonii rati et non consummati inter Nicolaum ex Baronibus Henrici, et Mariam Bassi ex Ducibus Alanno. Cum enim in Congregatione dici 15. Decembris superioris anni rogaverim EE. VV., an foret concedenda petita dispensatio, responsum accepi: *Affirmative inhibito Nicolao ex Baronibus Henrici transitu ad alia vota.* At matrimonii Defensor illico instaurandi certaminis veniam postulavit, quam ex instituto hujus Sacri Ordinis eidem sum impertitus. Quoniam vero ea, quæ tum Sacramenti Defensor, tum Mariæ Bassi Patronus nunc in medium proferunt, fuse exposita habentur in præteritis Foliis, idcirco, ne actum agere videar, dignabuntur Emi Patres illa rursus consulere, ac dirimere *Sess. 25. Cap. 1. de Reform.*

Dubium

An sit standum, vel recedendum a decisis in casu etc.

In decisis.

OP-

Sess. 5. *Cap.* 1. *de Reform.*

OPPIDEN. PRÆBENDÆ THEOLOGALIS. Episcopus Perimezzi Theologalem Præbendam, in Oppidensi Cathedrali Ecclesia jamdiu erectam sextæ dignitati uniendam duxit, ac de illa in Synodo Dioecesana anni 1725. sermonem instituens edixit = Hæc Præbenda Theologalis a sacro Concilio Tridentino ad sacræ Scripturæ expositionem, et interpretationem est instituta, et hoc pacto elapsis ab institutione temporibus in nostra Cathedrali observata est, ac proinde ne in Theologiæ moralis lectionem vel aliam quamcumque commutetur futuris temporibus omnino prohibemus =. Verum cum mense junio anni 1816. ejusmodi Præbenda vacaverit, et Seminarium Episcopale aliqua premeretur rei familiaris angustia, Episcopus Thomasini, præviis edictis, adhibitoque certamine, illam contulit Sacerdoti Carolo Tosco, hac tamen lege ut „ juxta constitutiones nostri almi Seminarii Clericos „ instituas, eisque tradas psalmorum, et novi Testa„ menti explanationem, nec non sacræ Theologiæ dog„ maticæ et moralis sanam doctrinam, et præcepta, „ ea præsertim, quæ ad animarum curam pertinent, „ et singulis mensibus, exceptis vacationibus, ad ty„ ronum exercitium casum conscientiæ proponas co„ ram Capitulo, et Clero conferendum.

Hinc Canonicus Tosco, qui jam usque a duobus antea annis in Seminario episcopali Theologiam dogmaticam, et moralem Clericis tradebat, se ab expositione sacræ Scripturæ immunem existimans, Theologicas dumtaxat disciplinas in Seminario docere perrexit. Quamvis autem ad hujus muneris partes obeundas in litteris collationis Canonico Theologo assignati fuerint fructus, aliique solummodo proventus Præbendæ Theologalis, nihilominus certo constat, Seminarium eidem suppeditasse habitationem, et victum, aut annua ducata quinquaginta, licet ante Theologalis Præbendæ possessionem præter victum et habitationem ducata sexaginta quotannis illi pendere consuevisset.

Octo jam effluxerant anni, ex quo Canonicus Tosco hac methodo Theologi munere fungebatur, cum ipse SSmi Redemptoris Congregationem ingrediendam deliberavit, ut ibi sacrum habitum indueret; at sex post mensibus

sibus Congregationem deseruit, et Oppidum remeavit. Interea hodiernus Episcopus Franciscus Maria Coppola virum alterum elegerat, qui Clericos Seminarii in philosophicis, ac Theologicis rebus erudiret. Hanc Episcopi agendi rationem ægre tulit Canonicus Tosco, asserens ex collationis Theologalis Præbendæ litteris sibi uni jus esse Clericos Seminarii edocendi. Verum Episcopus animadvertens, Canonico Theologo ex præbendæ institutione onus incumbere statis diebus habendi lectiones sacræ Scripturæ, ac perpendens utiliorem fore operam novi Lectoris, quam Canonici Tosco, qui nondum sacræ Theologiæ laurea est donatus, supplicem huic sacro Ordini porrexit libellum, quid sibi agendum foret exquirens.

Preces eidem Episcopo ablegatæ fuerunt, ut audiret Capitulum, et Canonicum Theologum. In unum se coegerunt Canonici, sed in varias abierunt sententias. Canonicus Theologus rationum momenta, quibus ipse innititur, scripto exhibuit. Episcopus autem hæc habet: „ Prædecessor meus Alexander Thomasinus in dicta bulla Canonicum Tosco a munere legendi sacram Scripturam exemisse videtur, forte ob aliquem vocis defectum, quo, ut ajunt, tunc temporis laborabat, et onera adnexuit his verbis expressa . . . . . Qua de re Theologiam docere sibi tantum privative quoad alios spectare putat, adeo ut gravate ferat omnes singulos Clericos civitatis, et propinquorum suburbiorum, et Seminarii a me non compelli, ut penes ipsum solum studeant. Ast quomodo tam dura lege nolentes compellerem, dum de utiliori rerum divinarum magistro, qui rhetorices, mathematicæ, philosophiæ, atque Theologiæ tum dogmaticæ, tum moralis, nec non variarum eruditionum scientiis excellentiori gradu pollet, Seminarium providi, ut juvenes felicius, et uberius discant?

„ Interim proposui eidemmet Theologo, ut alterum de „ Theologi muneribus sibi assumat, nempe sacræ „ Scripturæ explicationem, sed frustra; nam asserit „ ex vi suæ bullæ se ad aliud non teneri, quam ad „ docendum Clericos Theologiam, et quæ in dicta „ bulla habentur adfixa, quamvis sub ultimo meo

„ meo

„ meo prædecessore Ignatio Greco munus explican-
„ di Scripturam adjungere non abnuerit.
„ Plura hic mentem meam angunt. De laurea nondum
„ adepta canonum scita non ignoro. Nec justum esse
„ duco, Clericos ad illum tantum audiendum cum
„ jactura ulterioris profectus compellere. Idcirco Sa-
„ cræ istius Congregationis oracula provocanda cen-
„ sui, quæ humiliter suscipienda, ac fideliter exe-
„ quenda instanter expecto. „

Ne cælestis ille sacrorum librorum thesaurus, quem Spiritus Sanctus summa liberalitate hominibus tradidit, neglectus jaceret, statuerunt Concilia Lateranense IV. et V., ac postremo Tridentina Synodus *sess.* 5. *cap.* 1. *de reform.*, ut in singulis Cathedralibus Ecclesiis, atque etiam in Collegiatis insignibus Theologalis Præbenda institueretur, cujus Rector ipsius sacræ Scripturæ expositionem et interpretationem facere teneretur.

Quæstio dein orta est, utrum Canonicus Theologus ad sacræ Scripturæ expositionem foret compellendus, vel potius munere suo rite fungeretur, etiamsi lectiones Theologiæ scholasticæ ad Clerum haberet. Hanc quæstionem exornat Benedictus XIV. in aureo opere *de Synod. Dioec. lib.* 13. *cap.* 9. *n.* 17., atque hujus sacri Ordinis allatis resolutionibus probat, decretum illud Tridentini Concilii æque comprehendere Scripturarum sacrarum expositionem, ac Theologiæ scholasticæ disciplinam, ideoque a Canonico Theologo non magis suo muneri satisfieri, si sacræ Scripturæ libros explicet, et declaret, quam si in Theologia scholastica Clerum erudiat. Addit præterea, nonnullorum Episcoporum mandato laudabiliter factum esse, ut per Canonicum Theologum ea traderetur Theologia, quæ est de conscientiis et moribus dirigendis. Hanc tanti Pontificis sententiam probavit S. Congregatio *in Pacen.* 28. *Septembris* 1765. *ad I. Dub.*, *et in Fulginaten.* 3. *Julii* 1784.

Attamen animadvertere præstat, in pluribus Præbendæ Theologalis erectionibus, ac Synodis Dioecesanis nedum alternatim, sed etiam conjunctim præscribi consuevisse onus docendi theologiam scholasticam, vel moralem, et explicandi sacram Scripturam. Hæc exem-

pla

pla referuntur *in Pacen.* 24. *Augusti* 1765. §. *Revera et in cit. Fulginaten.* §. *Non desunt.*

Exinde colligit Oppidensis Episcopus, Canonicum Tosco procul dubio suo muneri deesse, si expositionem Sacræ Scripturæ ad Clerum habere prætermittat. Hanc enim legem Canonico Theologo injunxit Synodus Dioecesana anni 1725., et sartam tectam servavit Episcopus Thomasini, qui Sacerdoti Tosco Præbendam Theologalem collaturus præscripsit, ut Clericis traderet *psalmorum, et novi testamenti explanationem.* Hujusmodi onus ipse amplexus est Canonicus Tosco, qui Sacram Scripturam explicandam suscepit, dum Antistes Greco Oppidensem regeret Ecclesiam.

Id unum itaque inquirendum superest, an Canonico Tosco jus sit docendi in Seminario Episcopali Theologiam moralem et dogmaticam. Episcopus profecto non impedit, quominus ipse, si velit, lectoris quoque munere fungatur; dummodo sibi uni non asserat jus docendi Theologiam, eamque sine ulla spe mercedis tradat. Munus enim docendi Theologiam, aut Canonico Tosco incumbit tamquam alterum ex oneribus Theologalis Præbendæ, aut tamquam officium ab Episcopo Thomasini eidem collatum. Si munus illud proficiscitur ex Præbenda Theologali, istud obire tenetur, quin ullum a Seminario episcopali sibi blandiri queat emolumentum. Et sane Præbendæ Theologalis institutio ideo a sacris canonibus demandata fuit, ut Canonicus Theologus, solis Præbendæ suæ fructibus contentus, onera illi inhærentia subire obstringeretur, *cap. Quia nonnullis* 3. *de Magistr.* Et revera in litteris collationis nulla habetur mentio præstationis ducatorum quinquaginta, aut victus et habitationis, sed solummodo edicitur, ipsi tradendam esse *portionem de reditibus universis, prout habent alii Canonici, et Dignitates.* Nec aliter suadere potest ipsa ducatorum quinquaginta præstatio; hanc siquidem, pergit Episcopus, illi exhibuit Antistes Thomasinus *per benignità e compassione, che àvrei senza forse allora usato ancor io verso di lui povero forastiere* (scilicet ex pedamontana ditione) *che aveva una prebenda tenuissima, colla quale non potcva af-*

fatto sostentarsi decentemente ; ma oggi dopo aver già colla sua attività ottenuto un pingue aumento di prebenda , oltre le prestazioni Conciliari delle Chiese della Diocesi , perchè darsi di più questo superfluo emolumento , col quale può ben occorrersi ad altri bisogni del Seminario?

Sin autem Canonicus Tosco Theologiam docuit in Seminario , tamquam Lector a Præsule Thomasini electus , injuria nunc queritur , munus illud alteri fuisse concreditum. Etenim Episcopus , auditis Seminarii Deputatis , facultate pollet constituendi Magistros , et Officiales , eosque ab officio removendi , *Monacel. part.* 1. *tit.* 12. *form.* 1. *n.*, 1. *S. Cong. in Tricarien. Administrationis* 24. *Martii* 1735. §. *In Fundana.* Iam vero Episcopus haud temere, sed justa intercedente causa alium censuit subrogandum , qui munere lectoris in Seminario fungeretur; Canonicus enim Tosco in Congregationem SSmi Redemptoris concesserat. Interea alium Lectorem eligere oportuit; nec egressus ejusdem Canonici e religiosa domo justam suppeditare videbatur causam , quamobrem ille ab officio removeretur ; quin imo profectui Clericorum conducere liquebat , ut ipse , qui nedum Theologiam , sed philosophiam , ac bonas artes tam scite tradere incoeperat , in suscepto munere perseveraret , Quocirca subdit Episcopus = non debbo tacere che per quanto oggi veggo , laddove si decidesse che il Canonico Tosco debba insegnare la Teologia , non troverebbe a chi insegnarla ; non fuori del Seminario , perchè affatto non lo vogliono , nè dentro il Seminario , perchè , almeno al presente , non vi sono studenti di Dogmatica , meno che uno , che sta terminando , e mal volentieri si piegherebbe a cambiare il Lettore , del quale è sodisfattissimo , e non resterebbe contento di lui = .

At vero Canonicus Tosco initio inquit explorati juris esse Canonicum Theologum muneri suo satis facere sive lectiones habeat sacræ Scripturæ , sive doceat Theologiam. Subdit autem sibi alterum ex his muneribus , scilicet erudiendi Clericos in sacra Theologia , fuisse impositum. Enim vero hujusmodi dumtaxat munus præseferre autumat verba illa episcopa-

lium

lium litterarum: *Clericos instituas, eisque tradas psalmorum, et novi Testamenti explanationem, nec non sacræ Theologiæ dogmaticæ et moralis sanam doctrinam.* Hanc fuisse earumdem litterarum vim et rationem perspicue elici contendit ex constanti, et pacifica octo annorum observantia, Oppidensem Ecclesiam moderantibus tam Antistite Thomasini, quam Præsulibus Greco. et Coppola. Quocirca sibi denegari non posse tuetur jus obeundi munus Lectoris Theologiæ in Seminario Episcopali; scitum namque est, ope litterarum collationis Episcopum inter, et Beneficiatum contractum iniri, a quo, alterutro invito, resilire non licet. Hinc se immunem prædicat a lectione sacræ Scripturæ, contenditque ad se tantummodo pertinere jus legendi Theologiam in Seminario episcopali, ac propterea dimittendum esse novum Lectorem ab Episcopo constitutum, et compellendos Clericos, ut a Canonico Theologo sacras disciplinas addiscant.

Ex munere Lectoris Theologiæ plane consequi arbitratur, sibi a Seminario esse suppeditanda annua ducata quinquaginta, aut victum et habitationem. Hac enim conditione se concursui præbendæ theologalis subjecisse affirmat. Id innuere existimat legem illam Canonico Theologo injunctam erudiendi Clericos *juxta constitutiones nostri almi Seminarii*, quæ præcipiunt Lectori Theologiæ esse quotannis pendenda ducata quinquaginta. Id confirmare putat tenuitatem redituum præbendæ theologalis; vix siquidem, aut ne vix quidem cogitatione effingi potest, ut Sacerdos Tosco, qui alio jam Canonicatu in eadem Ecclesia erat præditus, ad Theologalem Præbendam contenderet, et munera in litteris demandata obeunda susciperet, nisi stipendium quinquaginta ducatorum sibi a Seminario in posterum solvenda prospexisset. Rem denique eventum conficere propugnat; nec enim Episcopus Thomasini Canonico Tosco ducata quinquaginta a Seminario solvi jussisset, nec ejus Successor solutionem sivisset, nisi eidem Canonico jus illud inesse pro certo habuissent. Hanc autem præstationem servare oportet, cum Episcopo integrum sit ad tenues Præbendæ Theologalis augendos fructus præripere aliquam pro-

ventuum partem vel ex Beneficiis, vel ex Locis piis Sanxit enim Trid. Synodus *sess.* 5. *cap.* 1. *de reform.* = Et quatenus in ipsis Ecclesiis nulla, vel non sufficiens præbenda foret, Metropolitanus, vel Episcopus ipse per assignationem fructuum alicujus simplicis beneficii, ejusdem tamen supportatis oneribus, vel per contributionem beneficiatorum suæ civitatis et diœcesis, vel alias pro ut commodius fieri poterit, de Capituli consilio ita provideat, ut ipsa sacræ Scripturæ lectio habeatur =

Quod vero pertinet ad lauream in sacra Theologia, illam profecto suscipere tenetur Canonicus Tosco. Etenim Benedictus XIII. in constitutione *Pastoralis officii.* præcepit Episcopis Italiæ, et Insularum adjacentium, ut Præbendas Theologales semper conferrent *Doctori in sacra Theologia, vel qui infra annum doctoralem lauream in eadem facultate suscipiat.* Verum hactenus optima fide memoratus Canonicus se gessisse affirmat, cum ab Episcopis numquam monitus fuerit: nunc autem de onere laureæ capessendæ certior factus, se quamprimum illam suscepturum pollicetur, nisi Emis Patribus lubeat dispensationem illi concedere.

Igitur proponuntur,

Dubia

I. An Canonicus Theologus teneatur habere lectiones sacræ Scripturæ in casu etc.

II. An Canonicus Theologus jus habeat docendi Theologiam dogmaticam et moralem in Seminario episcopali in casu etc.

Et quatenus affirmative

III. An jus habeat exigendi a Seminario annua ducata quinquaginta aut victum, et habitationem in casu etc.

IV.

IV. An sit consulendum SSmo pro dispensatione a laurea doctorali in sacra Theologia in casu etc.

Ad I. Affirmative.
Ad II. Negative.
Ad III. Provisum in secundo.
Ad IV. Negative, et prætigatur terminus sex mensium ad lauream suscipiendam.

NUCERINA RESIDENTIÆ ET SUSPENSIONIS. *Sess. 23 cap. 16. de Refor.*

Angelus Petri Nucerinæ Diœcesis, cum annum ageret vigesimum secundum ætatis suæ, Seminarium episcopale ingressus est, ut studiorum curriculum absolveret. Brevi tonsura initiatus, ceterisque Ordinibus gradatim susceptis, titulo patrimonii sacri anno 1820. Presbyter effectus est, et paulo deinceps Parœciam S. Blasii Vici Lanciani, pastore destitutam, ab Antistite suo obtinuit. Hoc in officio sex annorum spatio perseveravit, usque dum Parœciam Nesinæ Cathedralis Ecclesiæ vacare sibi fuerit renunciatum. Hanc enim sibi oblatam occasionem captare cupiens, Parœciæ S. Blasii paupertatem, cælumque insalubre causare cepit, atque Episcopum per alium deprecatus est, ut vel ampliori beneficio donaretur, vel sibi potestas fieret ab Diœcesi discedendi. Spopondit Episcopus, se curaturum, ut ipse post alterum annum ad aliam Diœcesis Parœciam promoveretur, quemadmodum duobus aliis illius antecessoribus, ipso Episcopo auctore, obtigerat; interea tamen nulla ratione ob Sacerdotum inopiam eidem indulgere posse, ut ab Diœcesi discederet.

Hisce conditionibus minime quiescens Parochus Petri, a Diœcesi clanculum discedere meditabatur; idque

cum

cum primum rescierit Nucerinus Episcopus per Vicarium Generalem suspensionem ipso facto incurrendam ei indixit, si Parœciam descereret. At Vicarii Generalis litteræ, quibus præceptum non discedendi continebatur, ad domum parochialem perlatæ fuerunt, cum Sacerdos Petri paulo ante e Diœcesi migraverat, ita ut ejusmodi litteræ Assisii ei per consanguineos redditæ fuerint. Interim idem Episcopus rei certiorem fecit Nepesinum Antistitem, qui respondit, quod simul ac Sacerdos Petri Nepetem veniret, *gli farò conoscere gli ordini di V. S. Illma, e Rma, alli quali spero che vorrà arrendersi con docilità*. Nepetem revera perrexit Parochus Petri, ubi periculo facto novam Parœciam consequutus est; et dum illius possessionem inire curabat, clam ad suos remeavit, ut secum inde auferret, quidquid ipsi inesset domesticæ supellectilis. Dein supplicem libellum Sacræ Pœnitentiariæ porrexit, ut, si qua foret ecclesiastica censura irretitus, Apostolica dispensatione liberaretur. S. Pœnitentiariæ Tribunal Oratori injunxit, ut rem ageret cum Ordinario, a quo discessit, cui necessarias tribuit facultates providendi prout in Domino expedire judicaret. Hinc Nucerinus Episcopus conditionem obtulit Petri, ut ad Parochialem Ecclesiam S. Blasii reverteretur, eique inserviret saltem sex menses; quo termino elapso promisit, *di cambiargliela in altra Cura*, o *di dargli altro impiego ecclesiastico*. Huic conditioni haud sibi quiescendum censuit Petri, ac propterea Nucerinus Antistes adiit hunc Sacrum Ordinem, ut Parochus Petri ad suam Parœciam redire compellatur. Nepesinus autem Episcopus de informatione requisitus rationum momenta a Sacerdote Petri prolata transmisit, ac Presbyterorum penuriam in sua Diœcesi obtendens EE. VV. deprecatur, ut eidem Petri fas sit captam novæ Parœciæ possessionem retinere.

Priscis Ecclesiæ temporibus per sacram ordinationem suo Episcopo et Ecclesiæ multiplici nexu tenebantur Clerici; ac fiebat inde, ut, nisi antea Episcopus quidquam de pollicita sibi obedientia remisisset, nulla quidem de causa ab Diœcesi discedere possent, nec ulli Episcopo eos recipere liceret. *Si quis Episcopus*,

ita

ita Concilium Calcedonense *can.* 20, *post hanc definitionem susceperit Clericum ad alium Episcopum pertinentem, placuit, et susceptum, et suscipientem communione privari, donec is, qui migravit, Clericus ad propriam fuerit regressus Ecclesiam*. Hinc disciplinam in pristinum instauravit *Concil. Trid. sess.* 23. *c.* 16. *de reform.* „ ac vestigiis VI. Canonis Concilii „ Calcedonensis inhærendo, statuit, ut nullus in po- „ sterum ordinetur, qui illi Ecclesiæ, vel pio Loco „ pro cujus necessitate, aut utilitate assumitur, non ad- „ scribatur, ubi suis fungatur muneribus, ne incer- „ tis vagetur sedibus „. Quin imo ne quisquam Clericorum procul sui Superioris venia abiret, et in aliena Diœcesi confugium sibi quæreret, profugum censuris plectendum edixit, subiens „ Quod si lo- „ cum inconsulto Episcopo deseruerit, ei Sacrorum „ exercitium interdicatur. Nullus præterea Clericus „ peregrinus sine commendatitiis sui Ordinarii lit- „ teris ab ullo Episcopo ad divina celebranda admit- „ tatur „.

Ex hoc Tridentinorum Patrum decreto, cui adstipulatur Concilium Romanum anni 1725. *tit.* 6. *cap.* 2., ac Synodus Diœcesana Nucerinæ Ecclesiæ, colligit hodiernus Nucerinus Antistes, neque Sacerdoti Petri licuisse, renuente proprio Ordinario Diœcesim deserere, neque alteri cuiquam Episcopo fas fuisse eum recipere sine litteris testimonialibus proprii Ordinarii. Igitur Sacerdos Petri ad Parœciam S. Blasii, unde discessit, illico redire adigatur oportet, quemadmodum hic Sacer Ordo alias respondit, lege tamen Episcopo injuncta Clericis redeuntibus congruam assignandi, uti docent exempla *in Amerina* 17. *Julii* 1756, *in Nucerina et Tudertina Residentiæ et suspensionis* 19. *Septembris* 1818., *et in alia Nucerina et Fabrianen. Suspensionis eodem die et anno.*

Nec aliter suadere potest adepta possessio Parœciæ in Nepesina Ecclesia: explorati siquidem juris est, non posse Beneficiatos sine consensu Superioris Beneficia dimittere, atque aliud præsertim extra propriam diœcesim assequi, ac liberum esse Episcopo, ad quem pertinet prima Ecclesia, Clericos revocare, atque etiam anathematis gladio compellere *ad tex. in cap.*

Ad-

Admonet de renunc., ibique Fagnan. n. 4. et seqq., Reiffenst. lib. 1. Decret. tit. 9. n. 13. Illegitima itaque, nulliusque roboris renuncianda est inita a Sacerdote Petri Nepesinæ Parœciæ possessio, cum Antistes Nucerinus nedum consensum non præbuerit, sed plane obstiterit, ne ob Sacerdotum penuriam Parœcia S. Blasii aliquid caperet detrimenti. Subdit præterea Episcopus, Parochum Petri valde imminuere annuos Parœciæ fructus, cum pene scutata nonaginta attingant, et nuperrime ex Summi Pontificis munificentia scutatis circiter triginta aucti fuerint.

Negat tamen Parochus Petri sustineri posse Vicarii Generalis jussum non discedendi; contendit enim Concilium Tridentinum, ceterasque juris dispositiones loqui dumtaxat de iis, qui spernendo Superioris auctoritatem sine ulla causa Diœcesim derelinquunt. Jam vero idem Parochus affirmat, se hoc minime gessisse in contemptum obedientiæ Superiori debitæ, sed quia erat variis circumstantiis inductus, ac pene necessitate coactus. Domus enim Parochialis Pagi Lanciani quinto circiter lapide distat a Nucerina Civitate, ac sita est in agro, quem montes undique cingunt. Quam ob rem si Parochus adversa valetudine teneatur, ad eum difficile Medici convenire possunt; si ad ægrotos, quorum domus rurales uno vel altero etiam milliario ab Ecclesia distant, Sacramenta afferre debeat, non sine magno negotio ob incommoda itinera id efficere valet; si ipse Confessario opus habeat, is eidem præsto esse non potest, sed finitimos Parochos uno et altero lapide distantes adire compellitur: census Parœciæ adeo tenuis est, ut nec ipsi Parocho necessariam suppeditet vitæ alimoniam. Hisce tandem incommodis illud etiam addit Parochus Petri, quod ob tenuem aerem fere continuis afficiebatur capitis doloribus. Quæ omnia, et loci commoditate, et lucri copia, et aeris qualitate Nepete sibi perferenda non sunt. Hisce rationum momentis innixus idem Parochus propitium sibi blanditur EE. *VV.* judicium.

Nulla præterea se dispensatione ab irregularitate indigere arbitratur, cum in latam suspensionem non inciderit. Scitum namque est, quod in alieno territo-

torio jus dicenti impune non paretur, *L. ult. ff. de jurisd. omn. judic.*, *Devoti lib. 3. Inst. canon. tit. 5. §. 14.*, *Barbos. in cap. Ut animar. 2. n. 9. de constitut. in 6.* Quo autem tempore Vicarius Generalis eidem Parocho indixit præceptum non discedendi sub pœna suspensionis ipso facto incurrendæ, jam ille extra Nucerinam Diœcesim morabatur, ac propterea præcepto impune non paruit, nec in suspensionem incidit.

Sed animadvertere præstat ex Tridentini Concilii sanctione *sess. 23. cap. 1., et cap. 16. de reform.* facultate præditum esse Episcopum revocandi per censuras Parochos et Clericos inconsulto Superiore e Diœcesi abeuntes. Hujusmodi autem censuras illis infligere potest vel per citationem personalem, venia petita, atque impetrata ab Ordinario loci, ubi Clerici extorres versantur, *Reiffenst. lib. 1. decret tit. 39. n. 9*, *Devot. loc. cit. §. 14.*, vel per citationem in loco publico, aut etiam in propria domo territorii, unde emigrarunt, veluti post *Salmanticenses de censur. tract. 10. cap. 1. n. 108.* tradit B. Ligor. *Theol. moral. lib. 7. de censur. cap. 1. dub. 3. n. 22.*, *Ferrar. Biblioth. verb. censura n. 23.* In themate monitio, seu prohibitio non discedendi a Parœcia sub pœna suspensionis ipso facto contrahendæ Presbytero Petri indicta fuit in domo parochiali, eique extra Nucerinam Diœcesim jam commoranti per conjunctos delata est. Præterea idem Parochus deinceps ad Parœciam clanculum remeavit, ideoque, cum præceptum non discedendi adhuc suo polleret robore, per posteram discessionem illico in suspensionem incidisse videtur.

Verum etiamsi hæc censuræ indictio, aliquo laboraret vitio; nihilominus, subdit Nucerinus Antistes, Parochus Petri suspensione innodatus, ac irregularis foret renuntiandus. Enim vero ex decreto in actu sacræ Visitationis edito die 17. Septembris 1803., dum Sacris Ordinibus initiantur Clerici Nucerini, hac Episcopus utitur denunciatione „ Quod si hujusmodi „ servitium deserueris, atque a Diœcesi nostra animo „ non breviter redeundi, Nobis, et Episcopo Nu„ cerino pro tempore existente, inconsultis, vel im-

„ probantibus, discesseris, sacrorum Canonum, et „ præsertim Concilii Tridentini, et Concilii Romani „ pœnas nunc pro tunc omnino incursurum, mo- „ nemus, et declaramus „. Tridentina vero Synodus, et Concilium Romanum pœnam suspensionis a divinis comminantur in Clericos a propria Diœcesi inconsulto Episcopo, abeuntes. Hanc pœnam ipso facto ab eisdem Clericis contrahendam statuit memoratum decretum, nam dictio illa *nunc pro tunc omnino incursurum*, censuram latæ sententiæ, ac ipso facto incurrendam innuunt ad tradita per *Antoine de censur. cap.* 1. *quæst.* 2., *Reiffenst lib.* 1. *Decret. tit. de constit. n.* 218., *et seq.*, *S. Congreg. in Firmana fructuum et distributionum* 24. *Novembris* 1827. §. *Verum.* Jam vero Parochus Petri inconsulto, imo invito proprio Episcopo, et animo non redeundi e Diœcesi Nucerina profectus est, et idcirco suspensionem a divinis contraxit, ac per exercitium sacri Ordinis etiam irregularis evasit, *cap.* 1. §. *fin. de sentent., et rejud., et cap.* 1. *eod. tit. in* 6.

Erit igitur Emorum Patrum decernere

I. An Sacerdos Angelus Petri teneatur redire ad Paræciam S. Blasii in casu etc.

II. An Parochus Petri in suspensionem et in irregularitatem inciderit in casu etc.

Et quatenus affirmative

III. An sit consulendum SSmo pro dispensatione in casu etc.

Ad I. Affirmative.

Ad II. Affirmative.

Ad III. Affirmative arbitrio et prudentiæ Episcopi Nucerini juxta mentem.

GAL-

GALLIPOLITANA. Cum anno 1600. Episcopus Vincentius Capece suam Gallipolitanam Dioecesim lustraret, magno animi dolore perspexit Canonicos Cathedralis Ecclesiæ summa laborare egestate, eademque de causa et Chori servitium, et Missam Conventualem impune prætermittere. Ut ex hac igitur, qua Canonici premebantur, angustia levarentur, eorumque officium explere possent, præter alios nonnullos hinc illinc collectos reditus, eisdem donavit quartam partem piscium, quam piscatores ob veniam sibi ab Episcopo impertitam diebus festis exercendi piscationem ex vetusta consuetudine mensæ episcopali solvere tenebantur. En donationis verba: *Idem Dominus Episcopus donavit quartam piscationis piscium spectantem Mensæ Episcopali in diebus festivis dicto Capitulo et Clero . . . . . cum onere celebrandi dietim in choro horas canonicas, obtento tamen assensu Apostolico*. Hanc donationem eodem flagitante Episcopo roboravit Paulus V. Apostolicis litteris dici 27. Aprilis anni 1606., indulsitque Gallipolitano Capitulo *quartam partem cujusdam eleemosynæ valoris triginta scutorum monetæ regni neapolitani per piscatores illarum partium intuitu licentiæ piscandi dominicis, et aliis festivis diebus sibi ordinaria auctoritate concessæ, Episcopis Gallipolitanis pro tempore existentibus dari solitæ*. Hujus donationis, atque Apostolici beneplaciti sensum ita interpretati sunt Canonici, ut integram portionem, seu quartam piscium partem, ad mensam episcopalem olim spectantem, postea suam fecerint. Quam ob rem Episcopus Filomarini anno 1714. in acta sacræ visitationis retulit, Episcopum Capece assignasse *Gallipolitano Capitulo quartam piscationis piscium, quæ exigitur a piscatoribus pro piscatione in diebus Dominicis et festivis spectantem Mensæ Episcopali . . . . . Et quia in dicta assignatione reservata fuit impetratio assensus, et beneplaciti Apostolici, ideo in anno 1606. obtentus fuit assensus prædictus, ut apparet ex Bullis Apostolicis expeditis sub plumbo sub die 27. Aprilis 1606., et originaliter asservantur in archivio capitulari*. Usus tamen paulatim inolevit, ut Episcopi, silentibus Canonicis, quar-

Sess. 25. de reform. cap. 12.

tam partem a piscatoribus perciperent solemnioribus illis diebus, quos *Sabaoth* appellant.

Novissime autem controversia exarsit cum inter, qui Episcopo est a negotiorum gestione, et Canonicos, quinam sint dies inter festa Sabaoth recensendi. Hinc Canonici Sacri hujus Ordinis oraculum sibi exquirendum duxerunt. Verum requisito Episcopo, ut referret quid ex consuetudine loci foret intelligendum sub hebraica illa voce *Sabaoth*, et a Canonicis exhibito eidem Episcopo exemplo litterarum Apostolicarum Pauli V., in quibus nulla extat dierum *Sabaoth* mentio, nova, atque acrior exorta est quæstio, contenditque Episcopus, ad rationem earumdem litterarum litem esse dirimendam, ac propterea quadrantem dumtaxat eleemosynæ a piscatoribus Episcopo dari solitæ ad Capitulum spectare. Ait insuper, cogendos Canonicos, ut Bullam Pauli V., quæ in capitulari grammatophylacio asservatur, in episcopali archivio deponant.

Quocirca Episcopus ita causam suam dicit „ Capitulum „ postulabat a Sacra Congregatione, quæ proprie fo- „ rent intelligenda festa *Sabaoth* ob contentionem in- „ ter Capitulum ipsum et Œconomum meæ Episco- „ palis Mensæ ortam circa definitionem hujuscemodi „ festorum. A Capitulo enim dicebantur dies Domini „ festi præcipui, et ita ut excluderet quoque festum „ SSmæ Trinitatis, qui certe dies Domini maximus „ est. Œconomus vero dies *Sabaoth* existimabat dies „ festos ab Ecclesia primæ classis nuncupatos. Ne- „ minem latere debent divina verba Scripturæ, quæ „ Domino tribuit nomen *Sabaoth*, quod idem valet, „ ac si dicatur Dominus magnus, excelsus, et lau- „ dabilis super omnia. Dies igitur *Sabaoth* sunt dies „ Domini, et certe dies primæ classis; in his enim „ diebus Dominus super omnia celebratur.

„ Ast nunc quomodocumque dies *Sabaoth* intelligan- „ tur, contentio jam evanuit, et amplius locum non „ habet. Capitulum Gallipolitanum mihi scribendo „ exhibuit exemplar Bullæ Pauli V. quinto kalen- „ das majas 1606.; in qua non nominantur dies *Sa-* „ *baoth*, et conclusit, ne illos quidem meæ Mensæ „ deberi. Hæc Capituli præsumptio quæstionem di-

„ ri-

„ rimit circa dies *Sabaoth*, et non solum mihi non „ obest, verum plurimum prodest. Nam si in Bul- „ la non nominantur dies *Sabaoth*, Capitulo nil re- „ manet, nisi quarta eleemosynæ pars juxta Bullæ „ ipsius præscriptum.

„ Nec Episcoporum visitationes, qui me præcesse- „ runt, mihi debent imponere: potest Episcopus vi- „ tæ suæ tempore, relinquere quod vult; at volun- „ tas non debet stare pro lege, ita ut Successori- „ bus opus sit agere similiter. Nec etiam consuetu- „ do inveterata, a Capitulo in medium posita; con- „ suetudines enim legem jubere videntur, ubi alio- „ rum jura non inficiantur. Ad Bullam igitur Pau- „ li V. me appello: hanc tantum habeo pro lege, „ et legis locum tenere debet. Ipsa est, quæ distin- „ ctis et apertis verbis sic jubet: Quartam partem „ cujusdam eleemosynæ valoris triginta scutorum mo- „ netæ Regni Neapolitani. Petitio vero Episcopi Vin- „ centii Capece nullo modo verbis, et jussis bullæ „ intelligenda est adversari. Pontificia diplomata, ut „ constat in terminis semper exprimunt postulantium „ petitiones, et juxta illas gratia concedit[u]r, vel ne- „ gatur a Summo Pontifice. Ergo si bulla ita se ex- „ primit, necesse est concludi, quod verba bul- „ læ fuerint perfecte consona petitioni supradicti Epi- „ scopi „.

„ Oro itaque, ita pergit Episcopus, ut pro rei veri- „ tate, et justitia non solum rejiciatur petitio, a Ca- „ pitulo exhibita circa dies *Sabaoth*, quia non am- „ plius in causa, sed ut episcopalis Mensa in suum „ plenum reddatur jus, percipiendo scilicet integram „ piscationis eleemosynam, et dando Capitulo tan- „ tummodo quartam ejusdem eleemosynæ partem „.

Ex hac Episcopi informatione fuse habent Emi Patres, quæ illius jura spectant; ideoque rationum momenta a Canonicis prolata pro meo munere solummodo attingam. Jam vero isti haud Gallopolitano Antistiti denegandam censent integram quartam piscationis partem in diebus *Sabaoth*; inductam siquidem observantiam non respuunt, imo et venerantur et colunt, dummodo pro diebus *Sabaoth* ii dumtaxat juxta antiquissimam consuetudinem intelligantur,

tur, quibus Pontificalia solemniter ab Episcopo habentur. At minime assentiuntur, Bullam Pauli V. ita esse interpretatione explicandam, ut potius quadrantem, quam integram piscium quartam partem innuerit. Eam enim esse contendunt vim ac rationem verborum = *quartam partem cujusdam eleemosynæ* = ac si Bulla aperte enunciaret, Episcopum Capitulo donasse quartam piscium partem, quam titulo eleemosynæ, Mensæ episcopali piscatores tradere tenebantur. Et sane nec cogitandum, nec animo est præsumendum, Episcopum Capece aliud in sacra Visitatione Canonicis tribuisse, aliud a Sede Apostolica confirmari postulasse, præsertim quia Episcopi liberalitas sin futilis, saltem ad constitutum finem assequendum minus apta plane innotesceret, si ad quadrantem eleemosynæ mensæ episcopali tribui solitæ, seu ad annua ducata septem cum dimidio, foret cohibenda. Ne igitur sermoni res, sed rei sermo subjiciatur ad censuram *cap.* 6. *et* 8. *de V. S.*, ita Canonici litteras Pauli V. interpretantur, ut integram quartam piscationis partem Capitulo donatam significent.

Neminem insuper latet, maximi esse ponderis diuturnam ac perennem observantiam, quæ optima est legum et voluntatum interpres, eo magis si proxima fuerit constitutioni, et ex facto ipsius gravati originem duxerit, *Card. De Luca de jurep. disc.* 15. *num.* 9., *Piton. discep. eccl.* 85. *num.* 17., *et Sacra hæc Congregatio in Ferentina Residentiæ* 22. *Novembris* 1823. §. *Vetusta.* Atqui hujusmodi consuetudo non solum incepit ad instar Concessionis Antistitis Capece, sed ipsis inspectantibus posterioribus Episcopis, uti habetur ex visitatione Filomarini anni 1714., adolevit, et ad hæc usque tempora adamussim servata est. Habent igitur Canonici plusquam centenariam legitimeque inductam consuetudinem, qua omnia jura præscribuntur, *Auth. quas actiones Cod. de Sacros. Eccl.*, *Fagn. in cap. consuetudines de consuetud. num.* 90., *et S. Congreg. in Perusina Capellaniæ* 24. *Novembris* 1827. §. *Catharinæ.*

Tandem quod pertinet ad autographas Litteras Apostolicas Pauli V., multo jure arbitrantur Canonici, se compelli non posse ad illarum traditionem, ut in

Epi-

episcopali archivio asserventur. In primis enim jam inde ab initio curarunt Canonici, ut ejusmodi litteræ in capitulari tabulario custodirentur; quod quidem consentaneum est Constitutioni Sisti V. diei 29. Aprilis 1587., quæ incipit *Provida Romani Pontificis*, ac decretis peculiarium Synodorum, quas inter Concilium Romanum anni 1725. *tit.* 12. *cap.* 6. Dein tam Canonici, quam Episcopus extrahere nequeunt a capitulari grammatophylacio instrumenta, ceterosque libros; imo Episcopus prohibetur ab eodem archivio extrahere vel ipsas scripturas Mensæ episcopalis, licet cogere queat Canonicos, ut sibi ostendant scripturas illas, vel earum exemplar exhibeant, *Pignat. consult. can.* 66. *num.* 1. *tom.* 1., *S. Congreg. in Alatrina Mensæ Capitularis* 28. *Aprilis* 1827. §. *Addam.* Igitur proponuntur

Dubia

I. *An integra quarta pars piscationis spectet ad Capitulum in casu etc.*

Et quatenus affirmative

II. *An et quinam dicendi sint dies Sabaoth in casu etc.*

III. *An Canonici teneantur tradere autographas litteras Pauli V., ut asserventur in archivio episcopali in casu etc.*

Non proposita cum sequentis.

CA-

Sess. 23. *Cap.* 6. *et Sess.* 25. *cap.* 4. *de Reform.*

CAMERINEN. CAPELLANIÆ. Franciscus Croce ultimo suæ voluntatis elogio Capellaniam ecclesiasticam sub invocatione SSmi Sacramenti in Collegiata Ecclesia S. Martini Oppidi Caldarolæ erigi jussit, lege indicta illius Rectori tot Sacra litandi, quot ferrent annui Capellaniæ reditus ad rationem eleemosynæ juliorum trium pro singulis Missis. Jus nominandi Capellanum tribuit Familiis Croce, et Casini, ita vero ut senior dumtaxat cujusque Familiæ jus præsentandi exerceret *con questa espressa condizione, che essendoci persona idonea, atta, ed in età di esser presentata nelle dette Casate*, omnino ab eisdem duobus senioribus nominaretur, *ed in caso che in alcuna di esse due Casate Croce e Casini non vi fosse persona atta ad esser presentata, in tal caso abbiano facoltà di nominare un estraneo di buona condizione e fama, e in dottrina sufficiente.* Familia Croci jamdiu exaruit, atque integrum propterea jus nominandi coaluit in seniore gentis Casini. Capellania suo nunc caret Rectore, et Felix Casini, utpote senior Familiæ, Ladislaum ex Filio Nepotem nominare cupit, ut hic subsidium, quo indiget, sibi quærat, ac studiis commodius vacare possit. Quum vero Ladislaus clericali tonsura non sit insignitus, et sextum tantummodo agat suæ ætatis annum, idcirco Felix Casini, illum nominandi facultatem postulat.

Rogatus Archiepiscopus de informatione ac voto, et an alii essent passive vocati, retulit, Capellaniæ fructus modo pertingere ad *scutata duodecim et obolos duos: juspatronatus pertinere ad Felicem Casini, uti seniorem, qui nominare intendit puerum Ladislaum ob familiæ paupertatem. Hieronymus vero Casini ipsius Oratoris ex Fratre Nepos prætendit Capellaniam, de qua agitur, competere Clerico Petro Casini ejus Filio uti natu majori, cum annum undecimum suæ ætatis agat, et prima Clericali tonsura initiatus reperiatur, et jam in actis meæ Cancellariæ = Nihil transeat = apposuit.*

Precibus utriusque obstat tum voluntas Fundatoris, qui voluit, ut persona idonea nominaretur: voluntates vero testatorum adamussim servandæ sunt, *Can. ultima*

vo-

voluntas caus. 13. *q.* 2., tum etiam decretum Concilii Tridentini, quod *sess.* 23. *de Refor. cap.* 6. illis Beneficia ecclesiastica conferri vetuit, qui decimumquartum ætatis annum nondum inchoaverint, licet prima tonsura sint initiati, aut etiam in minoribus ordinibus constituti. Utrumque igitur ex contendentibus in themate dispensatione indigere compertum est: scitum namque Beneficia, et Capellanias ecclesiasticas eodem censeri jure, ac nomine tantum inter se discrepare, *Amostaz de Caus. piis lib.* 3. *cap.* 1. *n.* 7., *Lotter de re benef. lib.* 1. *quæst.* 3 *n.* 9., *S. Congerg. in Montis Alti Capellaniæ* 22. *Augusti* 1795. §. *Plura.*

Quod vero pertinet ad dispensationem, hic Sacer Ordo sæpenumero indulsit patronis, ut pueros, ac etiam infantes ex familia ad beneficia nominarent, ut videre est in *Barchinonen. Dispensationis* 30. *Januarii* 1740., *in Lucana Beneficii seu Capellaniæ* 17. *Maji* 1749., *et in Vercellen.* 19. *Julii* 1766. §. *Sæpissime.* Sed quæstio exurgit cujus precibus sit in themate annuendum.

Dispensatio concedenda videtur Ladislao Casini ob ejus paupertatem. Patronorum siquidem inopiæ, eorumque liberis subvenire mos est hujusce S. Congregationis vel per suspensionem nominationis, vel per administrationem Beneficii, vel per dispensationem ætatis ad assequenda beneficia, uti in *cit. Lucana Beneficii seu Capellaniæ*, *in Montis Regalis Capellaniarum* 23 *Novembris* 1793., *in Asculana dispensationis* 23. *Maji* 1786., etiamsi Patroni respectiva paupertate laborent, quemadmodum traditur *in Asculana Dispensationis* 20. *Maji* 1786., *et in Sabinen. Suspensionis nominationis* 25. *Junii* 1803. § *Ex Concilio.* Ladislai saltem relativam inopiam testatur ejus Parochus Maceratensis Civitatis, ubi ipse vitam degit, inquiens, Ladislai patrem, et avum in illa Civitate nullis potiri bonis, ac vitam traducere *col soldo che mensualmente percepiscono dal loro impiego in questo uffizio del Commissariato de' beni ecclesiastici.* Accedit in themate nominationem in præsens spectare ad Felicem Casini, qui Ladislaum nominare exoptat, ac præterea Patroni favorem plurimi esse faciendum ad

tradita per hanc S. Congregationem *in Callien. et Pergulana 24. Julii 1824. §. Præferendus.*

Nihilominus argumenta non desunt, quæ suadeant Petro Casini potius impertiendam esse dispensationem. Etenim is, æque ac Ladislaus, est cum fundatore sanguine conjunctus, major vero est ætate, et clericali tonsura initiatus: qui vero major est natu, et clericali militiæ mancipatus, utpote dignior, præferatur oportet, *Piton. de controv. patron. alleg.* 85. *n.* 15., *Rot. cor. Ansaldo in Volaterrana Beneficii 7. Julii 1709. §. ast*

Negat insuper Petrus Casini, Ladislaum esse pauperem, [illegible] ius, quibus ejus pater et avus fungun[illegible] emolumenti ad decentem familiæ [illegible]em; Caldaroiæ et Laureti quædam possi[illegible] prædia, et Ladislai Mater dote scutatorum bis mille, ut asserit, prædita sit.

Verum si EE. VV. precibus Ladislai annuendum duxerint, animadvertere precor, administrationem, vel possessionem Capellaniæ ipsi futuram esse inutilem, nisi etiam Missarum concedatur reductio, ut commodius studiis vocare queat.

EE. VV. decernere dignentur

I. *An et cui concedenda sit dispensatio in casu etc.*

Et quatenus favore Ladislai

II. *An, et quomodo sit concedenda reductio Missarum, in casu etc.*

MON-

MONTIS FALISCI REDUCTIONIS MISSÆ PRO POPULO. Intra limites Dioecesis Montis Falisci prope Lacum Vulsinii surgebat olim Castrum, quod Bisentii nomine innotescebat; sed labentibus annis ob rerum discrimina solo ita fuit æquatum, ut nostris hisce temporibus vix vestigia intueamur. Ecclesia tamen Parochialis adhuc existit, ad eamque accedunt nonnulli pecudum pastores, qui casas incolunt per agros extructas. Parochi autem qualibet domo carentes, suisque ovibus, huc illuc dispersis, jamdudum orbati in finitimis locis sedem collocare consueverunt. Hodiernus Parochus Paulus Moretti moram ducit in Oppido Capitis Montis, quod tertio distat lapide a memorata Ecclesia: verum singulis diebus festis Bisentium proficiscitur, vel Sacerdotem illuc mittit, qui in Ecclesia Parochiali Sacrum faciat, et semel in anno sacramentales quorundam Custodum ovium confessiones excipiat, licet iidem pastores Deum veneraturi, ac Sacramenta suscepturi aliam haud longe dissitam adire soleant Ecclesiam Patribus Reformatis concreditam. Hujus vetustissimæ Paroeciæ fructus aut temporum injuria, aut Rectorum negligentia adeo decreverunt, ut modo triginta septem scutata quotannis attingant; ex quibus si missarum stips, tuitio Ecclesiæ, et publica vectigalia detrahantur, tria dumtaxat supra decem Parocho supersunt scutata. Hinc præfatus Parochus enixe ab hac Sacra Congregatione postulat, ut applicatio Missarum pro populo ad unam in quolibet mense reducatur. *Sess.* 23. *Cap.* 1. *de Reform.*

Emus Episcopus pro informatione et voto requisitus sic mentem suam aperit „ Nil mirum si bonus pas„ tor ovibus suis hac illac dispersis, crassique aeri „ pertæsus Ecclesiam Parochialem, cujus erectionis „ memoriam ætas penitus obliteravit, reliquerit, one„ re tamen retento ad eam singulis diebus festis acce„ dendi, ut sacrum dumtaxat pro alicujus pecudum cu„ stodis commodo ageret illiusque Sacramentales con„ fessiones semel in anno audiret. Hujus Paroeciæ fru„ ctus ita paulatim decreverunt, ut modo argenteos „ nummos (italice scudi) triginta septem circiter „ soleant quotannis æquare, quorum, Missarum sti-

„ pe, alioque ære alieno detracto, vix tres supra de-
„ cem Parochi favore supersunt. Jure hinc merito-
„ que spes nobis maxima effulget, Eños Patres Ora-
„ toris precibus benigne fore indulturos, annuendo
„ scilicet, ut Missarum applicatio ad unicam tantum
„ in quolibet mense sit circumscripta, ea tamen
„ mente, ut omnium benefactorum, aliorumque in-
„ teresse quomodolibet habentium, animabus de-
„ beat suffragari, ne sit, qui ex hujusmodi provi-
„ dentia aliquod detrimentum patiatur. „

Rationum momenta, quibus innititur Parochus pro assequenda Missarum pro populo reductione, sunt ipsa redituum tenuitas. Beneficia enim eriguntur nedum ad onera implenda, sed etiam ad congruam alimoniam ministris Ecclesiæ suppeditandam, *S. Congregatio in Neapolitana Reductionis* 18. *Martii* 1826. §. *Si, et in Senogallien. Reductionis* 28. *Aprilis* 1827. §. *Jam vero.* Hinc eadem S. Congregatio imminutis Beneficiorum proventibus, si nulla subsit ratio illos augendi, onerum reductionem concedere consuevit, uti ostendunt exempla in *Senogallien. Reductionis Missarum* 10. *Maji* 1784., *et in Viterbien. Reductionis onerum* 8. *Maji* 1784.

In themate reditus Paroeciæ valde sunt tenues, nullaque affulget spes illos augendi. Nec aliquid negotii facessere videtur, petitam reductionem spectare Missas pro populo; siquidem Orator potiusquam Parochi, Capellani nomen meretur, quemadmodum perpendit EñusEpiscopus, ita edisserens „ Ecquis por-
„ ro in hoc rerum loco non fateatur, illius Eccle-
„ siæ Rectori, Capellani nomen satius convenire, ut
„ si Parochum adpellitemus fucum profecto facere ei
„ videamur? Ecquis præterea inficiasiverit, rectam
„ expostulare rationem, ut in adeo paupere regno,
„ missarum applicationi, æquitate duce, quoquo mo-
„ do prospiciatur? „

Verum hæc S. Congregatio Parochorum querelas, qui onus applicationis Missæ pro populo detrectabant, jugiter respuere consuevit, veluti testatur folium in *Oveten Missæ pro populo* 22. *Januarii* 1774. §. *notum*, probe sciens, animarum pastores jure divino esse obstrictos nedum ad plebem sibi commissam

sa-

salutaribus verbis instruendam, sed etiam ad sacrificium pro eis singulis diebus festis offerendum, *Conc. Trid. Sess.*23 *cap.* 1. *de reform.*, *Benedict. XIV. in Constitutione Cum semper oblatas.*

Tenuitas autem reddituum haud justam suppeditare videtur causam, quamobrem Orator ab onere, quod ei jure divino imminet, vel ex parte levetur. Animarum siquidem Curatores non pro ratione reddituum sed ex munere, quo ipsi funguntur, missam pro populo applicare tenentur, *Antonel. de jurib. cleric. lib.* 2. *part.* 6. *n.* 2., *S. Congreg. in cit. Oveten.* §. *ab onere*, ac propterea etiamsi congrua exhibitione destituantur, nihilominus a Sacrificio pro populo quolibet die festo celebrando non eximuntur, *Benedict. XIV. cit. Const.* §. 3, *et S. Congreg. in Oveten. Missæ pro populo* 18. *Novembris* 1826. §. *Qui.* Quin imo Benedictus XIV. potius quam reductionem ejusdem Missæ Parochis egenis impertiretur, tribuit Episcopis facultatem cum Parochis dispensandi, ut diebus festis eleemosynam a benefactoribus recipere possint, et missam pro illis applicare, translata ad alium diem infra hebdomadam applicatione Missæ pro populo, *cit. Constit.* §. 5.

Nec similiter quidquam officit, quod exiguus subditorum numerus in Oratoris Parœcia supererit. Cum enim animarum Curatores intra Parœciæ limites residere teneantur, etiamsi in illa tres, vel quatuor incolæ remanserint, uti respondit hæc S. Congreg. apud *Fagnan. in cap. Extirpandæ* § *qui vero n.* 11. *et* 56. *de Præbend*, eo magis ad Missæ applicationem pro populo singulis diebus festis obstricti dicendi sunt, *Garcias. de Benef. part.* 3. *cap.* 2. *n.* 179, *Barbos. de Offic. et potest Parochi part.* 1. *cap.* 8. *n.* 4., *S. Congr. in Ostien. Parochiæ Decimæ* 29. *Januarii* 1724. Dubitari autem non posse videtur, quin Orator tamquam verus Parochus sit habendus: ipse enim se Beneficium cum animarum cura possidere fatetur; Emus Episcopus templum Bisentii, in quo erectum est Beneficium illud, appellat Ecclesiam Parochialem, ejus rectorem pastorem vocat, certum, exploratum que est, olim Bisentii extitisse Parœciam, ac latet ejus suppressionem, qui supersunt in agro, licet perpauci incolæ spirituali subsunt ipsius Oratoris jurisdictioni. Cum igitur in dubium revocari non possit, Oratorem unicum

da

ac verum esse Curatorem animarum antiqui Castri Bisentii, ac propterea onere devinci pro iis Sacrificium quolibet die festo offerendi, Emi Patres decernere dignentur

An et quomodo sit locus reductioni Missæ pro populo in casu etc.

Die Sabbati 26. Aprilis 1828. in Palatio Apostolico Vaticano erit Sacra Congregatio Concilii, in qua præter alia proponentur infrascripta Dubia, juxta morem ejusdem Sacræ Congregationis de jure resolvenda.

GALLIPOLITANA

Sess. 25. de Reform. Cap. 12.

Dubia

I. An integra quarta pars piscationis spectet ad Capitulum in casu etc.

Et quatenus affirmative

II. An, et quinam dicendi sint dies Sabaoth in casu etc.

III. An Canonici teneantur tradere autographas litteras Pauli V., ut asserventur in archivio episcopali in casu etc.

Ad I. Affirmative

Ad II. Affirmative, et dies Sabaoth esse intelligendos juxta consuetudinem huc usque servatam.

Ad III. Negative salvo jure Episcopo extrahendi exemplar authenticum.

CA-

Sess.23.Cap. 6. etSess.25.cap 4 de Reform.

CAMERINEN. CAPELLANIÆ

Dubia

I. An, et cui concedenda sit dispensatio in casu etc.

Et quatenus favore Ladislai

II. An, et quomodo concedenda sit reductio Missarum in casu etc.

Ad I. Affirmative, deputato per Archiepiscopum Ecclesiastico Administratore, qui satisfactis tot Missis ad manualem, quot ad formam fundationis sunt celebrandæ, superextantes reditus Ladislao consignet, donec ad legitimam ætatem perventus ad Sacerdotium ascendat, facto verbo cum SSmo.

Ad II. Provisum in primo.

Sess. 23.cap.1. de Reform.

MONTIS FALISCI REDUCTIONIS MISSÆ PRO POPULO

Dubium

An, et quomodo sit locus reductioni Missæ pro populo in casu etc.

Negative.

ARI-

ARIMINEN. CAPELLANIARUM. In comitiis habitis die 24. Novembris superioris anni quatuor ad trutinam vocata fuerunt Dubia *I. An, et cujus favore constet de qualitate hæreditaria in casu etc. II. An, sit locus prælationi familiarum Vici, et Bianchini tum pro passiva vocatione ad omnes Capellanias, tum pro institutione in dioecesano Seminario in casu etc. III. An, et ad quot Capellanias, et quibus legibus, et conditionibus competat Communitati nominatio in casu etc. IV. An, et quomodo Communitati jus competat in deputatione Oeconomi, et administratione bonorum in casu etc.*, quibus EE. VV. placuit rescribere: *Ad I. Affirmative favore Ecclesiæ B. Mariæ Virginis Gratiarum. Ad II. Iterum proponatur. Ad III. Affirmative ad omnes, servatis legibus, et conditionibus testamenti. Ad IV. Negative in omnibus, salva tamen assistentia Consiliarii ad formam testamenti.* *Sess 22. cap 7. de reform.*

Capellani descendentes ex familiis Vici et Bianchini, hujus resolutionis accepto nuncio, vadimonium dixerunt patrono Communitatis et quorumdam patrumfamilias oppidi S.Joannis in Marignano, ac indicta certaminis die, qua secundum dubium sapienti EE.VV. judicio denuo subjiceretur, allegationem mihi exhibuerunt typis consignandam, quin tamen patronus Communitatis quidquam protulerit, licet eum opportune monere non prætermiserim.

Familiarum Vici et Bianchini Defensor non dubitat, Emos Patres fore responsuros, earumdem familiarum descendentibus jus esse prælationis tum pro passiva vocatione ad omnes Capellanias, tum pro institutione in episcopali Seminario. Scitum namque est, descendentes ex familiis cum fundatore sanguine junctis anteferendos esse extraneis, etiamsi in fundationis tabulis nihil de hac prælatione cautum reperiatur, *Card. de Luca de jurep. disc. 88. n. 2., Rot. cor. Molin. decis. 982. n. 32., et in Romana seu Albanen. Subsidiorum dotalium 10. Decembris 1756. cor. Frangypane §. fin.* In themate vero nedum præsumptam, sed expressam fundatoris vocationem favore familiarum

Vici, et Bianchini pro omnibus Capellaniis occurrere autumat idem Defensor, cum testator edixerit, quod ex illis descendentes *debbono sempre esser considerati, nominati, e preferiti in perpetuo durante dette linee.*

Hisce grave addit pondus antiqua, ac jugis observantia, quæ in dubio optima est fundationum interpres, *Rot. in nuperrim. decis. 29. n. 18. part. 7., et decis. 42. n. 35. part. 8.* Enim vero cunctæ Capellaniæ a Clericis earumdem familiarum in præsens possidentur, imo jam inde ab illarum institutione possessæ fuerunt, uno et altero excepto casu, in quo nemo ex iisdem descendentibus aderat capax potiundæ Capellaniæ.

Idem ferendum esse ait judicium de Clericorum institutione in dioecesano Seminario. Si enim Clerici familiarum Vici et Bianchini gaudent prælatione super extraneis ad omnes Capellanias; si educatio in Seminario ex testatoris præscripto viam sternit *ad ordinarsi in Sacris a titolo di Cappellania*: jam inde sequitur, descendentes Vici, et Bianchini cæteris præferendos esse vel ad institutionem in Seminario diœcesano ex regula, quæ tradit, eum velle antecedens, qui consequens voluit, *L. 56. et 62. ff. de procurat., Barbos. de axiom. verb. Consequens, Rot. cor. Ansaldo decis. 416. n. 1.*

Reliqua haurient EE. VV. ex allegatione circumferenda, atque ex foliis dierum 14. Junii 1824., et 24. Novembris 1827. Quoniam vero EE. VV. typis edi jusserunt testamentum Julii Antonii Silvagni anno 1750. exaratum, ideo mandatis obsequens illud hic exscribo, ea tamen silentio præteriens, quæ prorsus inutilia dignoscuntur.

„ In tutti, e singoli miei beni mobili, immobili, moventi, e semoventi, stabili, oro, argento, ragioni, azioni ovunque siino, e si troveranno, con la benedizione di Dio nomino, e costituisco mio Erede universale, e proprietario la Ven. Chiesa della B. Vergine Maria delle Grazie della Scuola delle ragioni di questa Comunità, con gl' infrascritti obblighi, e legati, come in appresso dirò, cioè

„ Primieramente voglio, ed ordino, che siino constituiti sei Cappellani, che debbano quotidianamente co-

celebrare la S. Messa in detta Chiesa, lasciandoli solo dodici Messe all' anno in loro libertà d' applicare a loro piacimento con l' annua provisione d' elemosina di cinquanta scudi di paoli dieci per scudo per ciascheduno. Quali Cappellani ora con la benedizione del Signore nomino il Sig. D. Giacomo Vici mio consanguineo, il Sig. D. Carlo Bianchini, con che non solo questi nominati, ma sempre i loro nepoti, e descendenza delle dette due Case, quali debbano sempre essere considerati, nominati, e preferiti in perpetuo durante dd. linee. In terzo Cappellano nomino nunc pro tunc il Sig. D Sebastiano Antonio Trebbi, ed in sua mancanza altri discendenti di casa Trebbi. In quarto Cappellano nomino il Sig. D. Gio: Costantini, ed in sua mancanza il Sig. D. Pietro Maria Masini d' Antonio Masini; e gli altri due da nominarsi, et eleggere da questa Comunità con l' intelligenza però sempre delli sudetti quattro Cappellani nominati, e da nominarsi, e questi siino della Terra, o suoi Borghi, e de' più poveri, e bisognosi talmente, che se questi non fossero Sacerdoti, ma puri Chierici intendo, e voglio, che siino prevenuti, e t. ammessi, e che possano essere ordinati a titolo di detta mia Cappella, con l' obbligo però, che debbano far celebrare le Messe quotidiane a loro spettanti solo colla sudetta riserva, fin a tanto che saranno giunti al Sacerdozio per celebrarle da se medesimi, intendendo però sempre, che questi siino esemplari, e d' ottimi costumi, di modo che debbano avere veri, e giurati attestati sì dal maestro di scuola pro tempore, che dal Paroco del luogo pro tempore.

E perchè alle volte accade, e come più volte si è inteso, che alcuni Sacerdoti non vogliano, nè vadino per la via religiosa intendo, e voglio, che in caso detti Cappellani esercitassero, o andassero per tali strade indecenti al carattere Sacerdotale, allora intendo, e voglio siino esclusi dalla lor carica di Cappellano, con impiegarvi da questo pubblico altro soggetto con l' intelligenza d' altri Cappellani, come è detto di sopra etc. quantunque fra questi vi fosse uno de' medemi nominati da me nel tratto del tempo, che per descendenza de' Vici e Bianchini devono essere chiamati al servizio, ed ufficio di dette Cappelle, che

se le compete, mentre è mia mente, non solo gli altri, e quantunque anco questi, benchè di linea consanguinea, debbano esercitare il loro officio di Cappellano d' esemplari, e morigerati costumi confacienti al carattere Sacerdotale, mentre in tali mancanze, voglio anch' essi siino esclusi, ed il tutto a buon fine, perchè giunti al loro intento non abbino motivo di trascorrere nelle sudette mancanze, e di servirsi di questo bene in mala, e sinistra parte, senza il vero culto di Dio, e però così voglio, intendo, e cemando.

„ In sequela delli nominati Cappellani voglio, ed intendo, che il Sig. D. Giacomo Vici primo Cappellano sia l'Econimo della mia eredità col prendere subito seguita la morte della predetta mia erede usufruttuaria in nota per pubblico Notaro tutte le mie massarizie di casa, suppelletili, mobili, imbiancaria, argenti, ori, diamanti, perle, anelli, e tutt' altro, che nella mia casa si trovarà dove di quel presente abitava detta mia erede usufruttuaria con formare un esatto, e giusto inventario, come anche dell' altre supelletili, e massarizie, che si trovaranno nella casa di Rimino. E per tal assistenza, e fatica detto Econimo dalla mia eredità abbi scudi venti di corrente moneta la prima volta oltre il cibario, che li dovrà occorrere nell' assenza da questo luogo per tale effetto, così pure intendo, e voglio venghino posti in Inventario tutti li miei beni stabili, bestiami, e censi, ed ogni, e qualunque altro genere di mia entrata, e capitale, e poscia negli anni venturi della sua economia detto economo debba avere scudi dieci all' anno per tale amministrazione con questo, che nel fine di ciaschedun' anno debba detto econimo rendere conto agli altri Cappellani con l' assistenza d' una persona dabene, e consigliere di questa Communità da eleggersi dalla medesima con passarli dalla mia eredità per di lui recognizione di scudi tre moneta corrente, quale renditione de' conti debbasi porre in questa pubblica Secretaria, ad oggetto sia palese, e noto in qual stato si trova la cassa della mia eredità, ed affine si veda il tutto giustificatamente amministrato, e fedelmente manegiato.

„ Inol-

„ Inoltre essendomi noto come questa povera Comunità deve sodisfare ogn' anno molti obblighi posti in tabella tanto per divini officj ed altre messe, e per il Corpus Domini, e per la festa dell' offerta di S. Pietro, che ogn' anno è tenuta somministrare alla Compagnia del SSmo Sacramento, ed alla Pieve per la festa di S. Pietro, e però intendo, e voglio, e comando dalla mia Entrata, che ogn' anno sopravanzerà, sodisfatti li Cappellani come sopra si debba col denaro della mia eredità sodisfare detti obblighi, ed ogni, e singuli officj come sopra senza che la medesima Comunità debba corrispondere cosa alcuna, atteso che la medesima soffre, e soffrirà l'annuo incomodo dell' elezione de' Capellani, assistenza alla revisione, e comodo, che prestarà, e presta della sua Chiesa a questa mia Eredità; così che dal giorno sarà seguita la morte della suddetta mia Erede usufruttuarii l' entrate della mia Eredità voglio, che soccombino ogni spesa per sollevare questa Comunità da quelle suddette obbligazioni, e sodisfazioni; lasciando però sempre in libertà la medesima Comunità di valersi di quel denaro, che dovea impiegare ne' suddetti riferiti obblighi di sorrogarli nel mantenere le solite sue spese straordinarie, che annualmente possano occorrere o per altri bisogni, mentre non intendo, che quelli mai debbano andare, ed essere posti in sgravio della lira degli Estimi, mercè in tal caso intendo, e voglio sia nulla questa mia disposizione, e per non fatta a prò di questa Comunità, quando non s' adempisca quanto ho disposto in questo particolare.

„ Inoltre voglio, ed intendo onninamente, che le suddette mie Cappelle come sopra fatte, e stabilite siano pure mere laicali, e non soggette in verun conto all' Ordinario, nè ad alcun' altro benchè fosse necessario d' esprimerlo, e che siano incompatibili con altro benefizio Ecclesiastico, e quando alcuni de' miei Capellani saranno, o fossero proveduti d' altro Beneficio, Cappella, Juspatronato, Canonicato, e qualunque altro beneficio subito questo, o questi siano esclusi, o escluso, e se ne elegga un altro, o altri in suo, o lo-

o loro luogo, che così voglio, e stabilisco sia eseguita la mia disposizione, e volontà

„ Parimenti comando, e voglio, che il mio Economo come sopra nominato primo Cappellano, ed altri simili Cappellani, che succederanno pro tempore descendenti da simile stipite Vici, ed in mancanza della loro linea a Casa Bianchini, quando, che possano essere persone capaci, che dalla mia Eredità debbano, cioè dall'annua Entrata, dare ad ogni cadauna Femina, che maritarassi figlie discendenti dalla Casa Vici, Bianchini, e d'Elisabetta Bernabei da M.sino, e di Vittoria sorella carnale di detta Elisabetta ora abitante in Scacciano, li siano somministrati, e dati in dote la somma di Sc. 30., dico scudi trenta per ciascheduna figlia femina delli suddetti, e suddette nominati, e nominate; con questa condizione però, non avendo le medesime, maritate che saranno, figlj, o figlie, o premorissero, in tal caso intendo, e voglio, che li detti Sc. 30. ritornino al luogo pio della mia Eredità.

„ Parimenti comando, e voglio, che dopo d'essersi fatta la nuova Chiesa, e formato il peculio nel Sacro Monte della Pietà agli anni sterili, ed accidenti come sopra espressi voglio, e comando con l'avanzo dell'Entrate di mia Eredità siano mantenuti due Chierici, o due figlj nati di leggittimo matrimonio de'più poveri galantuomini del luogo di questa Terra, e suoi Borghi, e non mai forestieri, che abitassero in questo luogo, nel seminario di Rimino dalli quindici anni della loro età sino agli anni venti uno, e non più, in cui in quel tempo saranno da ordinarsi in sacris a titolo della Cappellania; nel qual stato dal medesimo dovrassi fare celebrare le Messe al Venerabile Altare della B. Vergine col provento delli scudi cinquanta come sopra, che dovranno principiare avere dal giorno di detta sua ordinazione in Sacris, affinchè possa proseguire sino, che sarà ordinato Sacerdote, nel qual stato voglio debba da se sodisfare, e celebrare l'annue Messe perpetue con la sola riserva delle dodici Messe come sopra al medesimo Altare

re della B. Vergine delle Grazie detta della Scuola ; Inoltre detti Alunni mantenuti in Seminario sino all'età di 21. anno , e che non volessero attendere al Sacerdozio , siano ipso facto et ipso jure esclusi , e privi d'ogni beneficio del mantenimento della mia Eredità.

„ Parimenti in caso non ci fossero soggetti sufficienti per essere nominati Cappellani al servizio di detta mia eredità di num. sei abitanti, e nativi proprj Paesani , e non forastieri dentro al recinto della Terra e suoi borghi , che questi debbano sempre prevenire a riserva della Casa Vici , e Bianchini , in tal caso voglio , e comando , che essi siano ammessi al concorso della vacanza de' Cappellani gli altri Chierici , e religiosi secolari figlj di legittimo matrimonio , esemplari, e sempre di ottimi costumi, religiosi , abitanti , e nati nel Territorio di questo Luogo , sempre intendendo includervi li più bisognosi , e nè mai quelli, che sono proveduti di rendite patrimoniali ed altre Cappelle ,mentre è mia mente di sollevare tutti quelli , che sono più bisognosi della loro famiglia , e per sostentare la loro povera respettiva Casa.

„ Inoltre al medesimo primo Cappellano , ed Econimo s' aspetti esercitare tutte le funzioni ecclesiastiche concernenti a detti obblighi da sodisfarsi in detta Chiesa , ed in di lui mancanza , o impotenza possa , e debba sostituire chi li parerà ; intendendo però di non mai pregiudicare in questa parte nelle convenienze , e jus , che competesi al Padre Rettore , o Arciprete , e Paroco di questa Pieve , mentre è mia mente non sia in verun conto questa Pieve pregiudicata in questa parte.

„ Parimenti rispetto al medesimo Econimo , in caso col tratto del tempo non avesse luogo per mancanza di linea della Casa Vici , dovendosi passare a quella del Bianchini come secondo Cappellano, a cui dovrebbesi aspettare detta Economia a norma della sudetta espressiva , ed in mancanza di quella , debba succedere alla medesima Economia il Cappellano della Casa Trebbi , d' ora per allora dichiaro , e voglio , che in perpetuo abbia avere il suo terzo luogo , ed in mancanza delle linee dei suddetti primi , voglio , che

debba

debba avanzare, e succedere al primo posto; oltre di che intendo, e voglio in caso li sopradetti primo, e secondo nominati, nel trascorso del tempo non fossero capaci alla predetta amministrazione, onde per tale evacuazione rimettendomi sempre alla retta prudenza, e conscienza degli altri Cappellani, a quali s' saspetti in caso d' incapacità dei suddetti per tale amministrazione, possano constituire un Coadjutore sempre però ecclesiastico, e di morigerati costumi, e di ottima conscienza, al quale se li debba passare per suo emolumento quella somma di più delli scudi cinquanta assegnata come sopra.

„ Inoltre voglio in mancanza del Sig.D.Gio: Costantini da me nominato Cappellano; possa in suo luogo, vacando il posto d' un Cappellano, essere amesso un di lui nipote ex fratre, se sarà Prete Sacerdote, ed ornato d' ottimi, e religiosi costumi, e dabene, e quando al contrario, sia escluso, e per questo mi contento benche forestiere per una sol volta tanto, e non più oltre.

„ Finalmente intendo, e voglio, che le Messe tutte verranno celebrate dalli sudetti Cappellani in perpetuo voglio, che siino tutte celebrate all' Altare della B.V. della Scuola, ed anche quelle, che si dovranno far celebrare dalli due Chierici, come si è detto da quel tempo saranno eletti da ordinarsi a titolo di questa Cappella, fino a tanto, ed a quel tempo celebreranno da loro; lasciando solo a loro libertà di celebrare dodici Messe come sopra espresse, dove ad essi parerà, e piacerà, altresì prego tutti li miei Cappellani in quei giorni, che celebreranno le sudette dodici Messe di recitare in carità per l' anima mia l' Officio de' morti; a riflesso poi che alle volte per accidente, e per mancanza di tempo non si potessero celebrare tutte le sei Messe all' altare della B. Vergine, in tal caso mi contento di quattro, e l' altre all' Altare di S. Giuseppe. „

Rursus proponitur

Dub-

Dubium

An sit locus prælationi familiarum Vici et Bianchini tum pro passiva vocatione ad omnes Capellanias, tum pro institutione in diœcesano Seminario in casu etc.

Firmo remanente jure vocationis quoad primas duas Capellanias ad formam fundationis, quoad alias duas præferantur, cæteris paribus et servatis conditionibus a Testatore præscriptis, familiæ Vici et Bianchini; in reliquis negative in omnibus.

Sess. 22. Cap. 11. de Reform.

ANCONITANA CONCORDIÆ. Hujus controversiæ seriem, rationumque momenta, quæ illam spectant, fuse habent Emi Patres in elucubrato voto cl. me. Cardinalis Serlupi, cui preces Hernesti Grati, exquisita prius Anconitani Episcopi informatione, et auditis Capellanis Spampati, ablegatæ fuerant, ut rem perpendere, ac sententiam suam aperire dignaretur. Quid vero decernendum sit, dignoscent EE. VV. ex eodem voto, quod ad litteram exscribo.

„ Presbyter Franciscus Gonna hæres fiduciarius testamento institutus a Victoria et Francisca sororibus Spampati hæreditariam domum Anconæ positam in coloco, quem nuncupant le *Portelle* ad maris littus, anno 1795. vendidit Hernesto Grati pretio scut. 450. Numeratis in actu celebrationis Instrumenti scutis centum dumtaxat, Emptor reservatam sibi voluit facultatem solvendi pro libito reliquam constituti pretii summam, ita ut nunquam ad eam repræsentandam a Venditore, ejusque Successoribus cogi posset, atque interim fructus trientes compensandæ possessionis, et simul moræ gratia rependere promisit.

„ Qua die inita est emptio venditio domus, eadem Presbyter Gonna schedam clausam exhibuit apud acta publici Notarii, et in ea arcanam sororum Spampati

voluntatem contineri declaravit, nonnisi post mortem suam patefaciendam. Sed deinceps a fratribus Tullis Ascularis, qui ad sororum Spampati hæreditatem inhiabant, utpote cum iis propinquitate conjuncti, fiduciam palam facere coactus est. Patuit tunc, eam fuisse sororum voluntatem per hæredem fiduciarium explicatam, ut domus Grato vendita fundum constitueret pro binis Patrimoniis Sacris conferendis a Joanne Baptista Marini, ejusque Descendentibus per lineam masculinam, postea vero a Rectore et Deputatis Ven. Seminarii Anconitani.

„ Ad ea assequenda Patrimonia Sacra designati fuerunt Clerici vel ex Familia memorati Joannis Baptistæ Marini, vel ex Nepotibus aut Pronepotibus Mariæ Dianæ Spampati, vel ex pauperibus Civitatis Anconæ, qui bonis imbuti moribus Sacerdotio initiarentur. Iis onus injunctum quotidiana Sacra celebrandi in Ecclesia Sanctissimo Jesu Nomini dicata ad Aram Divi Aloisii Gonzaga; iisque tributus reditus pretii venditæ Domus, quousque alio providerentur Patrimonio, vel ecclesiastico Beneficio: tunc enim alii successive Clerici ad Capellanias erant nominandi.

„ Quam fiduciæ declarationem cum emitteret hæres Gonna, Domum Grato venditam enunciavit esse = *quasi cadente* = Nihilominus Emptor suis sumptibus illam et ampliorem et elegantiorem, et solidiorem reddidit. Quin vero unquam de excessivo emptionis pretio conquereretur, ille studuit mense Martio anni 1798. integri ejusdem pretii debitum dimittere. Obtulit hinc Presbytero Gonna summam scut. 4500. in tot nummariis schedis, nimirum cedulis, quarum valor in dies vilescebat. Renuit iste oblatam monetam recipere; quapropter Gratus depositum confecit. Veruntamen anno 1801. per sententiam Auditoris Episcopalis Anconitani depositi illius nullitas pronunciata est.

„ Gratus emptor exinde morosus pluries evasit in conventis fructibus rependendis. Insuper anno 1825. formale instituit coram Episcopo Anconitano judicium sive ejus Auditore Generali, contendens enormissima læsione infectum esse contractum emptionis vendi-

tio-

tionis Domus 1793. initum. Causa sæpius discussa, Judex opinionem suam pandidit pro læsionis actione rejicienda. Ne inimicam pateretur sententiam Gratus, supplex adiit Summum Pontificem, suasque enarrans domesticas angustias temporum injuria obventas, unaque simul gravamen sibi in memorato emptionis venditionis contractu illatum, humiliter postulavit, rem omnem ablegari ad Episcopum Anconitanum cum facultate proponendæ, ac definiendæ conciliationis, Pontificia mox sanctione roborandæ.

„ Summus Pontifex has Grati preces Sacro huic Consessui expendendas commisit. Informationem et votum exquisivistis, EE. PP., ab Episcopo Anconitano, lege dicta audiendi Capellanos in scriptis, et referendi super modiis propositæ transactionis, nec non de hujus legitima causa, et evidenti utilitate. Episcopus Capellanos audivit, peculiares partium deductiones quoad contractus læsionem distinxit; sed tandem suum sensum aperuit pro ineunda, quam Gratus imploraverat, conciliatione, cui nec ipsos Capellanos obstare declarat. Conciliatio (ita subjecit) litem submovet, periculum omne avertit totius jacturæ, cui Capellani subessent, si de læsione constaret, quippe quia restituendorum fructuum quantitas sortem integram absumeret; dum e converso Gratus nil, nisi judicii expensas amitteret.

„ In hoc autem erant conciliationis termini ab Episcopo propositi, nimirum ut tum sors, tum fructus a die motæ litis ad medietatem reducantur annuo constituto censu perpetuo in scutis 221 s. 50. conventis fructibus quincuncibus, immunibus ab omni onere imposito, et imponendo, et a quavis ratæ commodi retentione; ut fructus ante motam litem decursi in scutis 350. per quadriennium Capellanis tot in æqualibus ratis persolvantur, ut Judicii sumptibus hinc inde Partes valedicant. Hoc pacto rem conciliandam Episcopus Anconitanus proponit.

„ Antequam Sacræ hujus Congregationis judicium prodiret, placuit Eminentiis Vestris mihi committere, ut rem expenderem, meumque votum aperirem.

„ Duo videntur inspicienda sedulo, vestriqne maturitati subjicienda. *Primum* respicit institutam læsionis actionem; *Alterum* exhibitæ conciliationis terminos.

„ Ad læsionem quod attinet, non satis firma esse valet Grati emptoris actio. Læsio enormissima, de qua judicium ille instituit, utpote dolum, ac fraudem redolens, eas in jure probationes exquirit, quæ omnem penitus dubitationem excludant, quæ damnum emptori illatum ultra bessem justi pretii ad evidentiæ apicem ostendant. In quolibet enim ambiguitatis statu præsumptio juris adest pro contractus firmitate, et justitia, ac pro læsionis, doli, et fraudis suspicione excludenda.

„ Enim vero Gratus has, ut par esset, enormissimæ læsionis probationes non affert; plura imo sunt, quæ læsionem a contractu, de quo sermo, penitus abesse demonstrant.

„ Qualis præcise foret status, et valor Domus anno 1793., quo vendita fuit, hoc primum significare Gratus tenetur. Pluribus ille exagerat, Presbyterum Gonna in declaranda sororum Spampati fiducia, Domum descripsisse = *quasi cadente* = Utique hunc collabescentem Domus statum Gonna expressit. Non inde tamen læsionis probatio. Siquidem Domus, quæ in deteriori statu veniebat scutis quatuor millibus sexcentum, divendita forte fuisset scutis quinque, vel octo millibus, si statum optimum, omnemque exhibuisset soliditatem.

„ Profert Gratus Tabulas venditionum ejusdem Domus annorum 1678. et 1697., quibus illa vendita conspicitur sive scutis 450., sive scutis 403. At venditiones ejusmodi centum vel ultra annos expletæ ante illam, quam Gratus iniit anno 1793., nullam multo posterioris hujusce contractus læsionem probare valent. In tanta temporum varietate, ac distantia variari potuit Domus status, variari ædificiorum valor pro majori, vel minori incolarum numero, variari pro commercii vicibus, prout sæpe sæpius contingit de ædificiis ad maris littus positis, et in maritimo portu; variari demum pro diversitate usus, cui fuerint ædes destinatæ.

Nec

Nec quidquam prodesse poterit ad læsionem probandam censualis adnotatio anno 1713. confecta, quæque invaluit ad annum usque 1809., ubi valor controversæ Domus descriptus est in scutis 222. 21. Nil enim in foro antiquius, quam quod non exacta, nec legitima ex censualibus codicibus eruatur bonorum valoris probatio; præsertim cum post censualem adnotationem anni 1713. potuerit fundus vehementer ampliari.

„ Testes, ac Periti adducuntur de Domus statu collabescenti anno 1793, de illius demoliendæ necessitate, de ejusdem valore, qui excedere non poterat scuta 1354. 75. At si nequit in jure præsumi, testes reminisci posse, quæ ante decennium obvenerunt, multo minus in themate retinendum, Testes, vel Peritos describere hodie posse statum et valorem certum Domus, quæ triginta abhinc annis venditæ fuit, quæque statim reædificata veterem formam amisit. Neque ex eo, quod Testes narrant, fuisse domum ab emptore statim dejectam, illud sequitur, quod Gratus probare adnititur, nempe Domus ipsius valorem non excessisse scuta 1354. 75. Quandoquidem demolitio ab emptore peracta est, ut ampliores, elegantioresque Ædes construerentur, prout revera ipse emptor ob id se vetus ædificium dejecisse profitetur, venia etiam apud Anconitanos Municipes obtenta aliquantulum spatii ex area publica occupandi. Hoc tamen minime secumfert dejecti ædificii tenuem, quem Periti, vel Testes memorant, valorem.

„ Status insuper profertur, sive notula pensionum, quam Sacerdos Gonna exhibuit anno 1788., nimirum quinquennio ante venditionem. Sed hic status pensionum excludit per se assertam valoris modicitatem. Ex unica enim prima contignatione, atque ex binis promptuariis annua redibat pensio scutorum 101. Remanent autem alia duo promptuaria, quæ ut in ipsa assignatione legitur, locari consueverant „ *ordinariamente uno scudo l' uno, o otto paoli* = Ea propter adjicienda forent alia scuta annua viginti duo plus minus. Remanet demum alia superior contignatio, quam sibi Gonna reservaverat, quæ proportione ducta ex prima contignatione pensionem exhibet scutorum

rum triginta. Exinde pensiones totius Domus annuam conficiebant summam scutorum 153. Ex quo reditu, si caput conficiatur ducto calculo scutorum quatuor in singula centum, prout ex Domus pretio Emptor Gratus fructus rependere promisit, Domus ipsius valor ad scuta 3825. assurget, nec proinde ulla adesse poterit læsio.

„ Cum hanc læsionem non probet Gratus, tum plura sunt, quæ læsionem ipsam penitus excludunt. Tricenarium tempus, quod elapsum est ab inito contractu ad notam læsionis litem, et emptoris acquiescientia, si læsionis actionem præscriptam non exhibent, præsumptionem tamen præbent pro excludenda læsione, quam Gratus tam diu proponere non distulisset, et difficiliorem reddunt veri valoris probationem, habito respectu ad initi contractus diem.

„ Vehementius id suadent repetitæ Emptoris agnitiones in solutione fructuum conventi pretii per annos quamplures. Agnitio autem illa ex confecto anno 1798. integri pretii deposito in papyracea moneta rem per se conficit. Non modo enim per depositum illud ratam habuit emptor stipulationem anni 1793., sed imo post declaratam judicio depositi nullitatem nec minimum conquestus est de contractus læsione. Opportunius sane tempus esse non poterat proponendæ læsionis actionis, postquam emptor in judicio nullitatis depositi succubuerat. Siluit sed ille per alios annos quindecim; atque hoc continuato silentio nitidius significavit, nihil sibi esse, quod adversus initi contractus justitiam proponeret.

„ Accedit, Domus valorem non tantum ex cæmentorum æstimatione, et pensionum calculo, sed etiam ex sito, et loci opportunitate esse desumendum. Domus Grato vendita ad littus maris, ac prope Anconitanum portum est posita; plura, eaque satis ampla exhibet promptuaria, quæ commercii commodo sunt valde idonea. Hæc itaque Domus positio quoddam illi tribuit *affectionis* pretium, quod superat quandoque illud, quod ex cæmentis æstimatis, ac pensionibus deducitur.

„ Illud tandem non prætereundum, emptorem Gratum

tum Domum acquisivisse pretio convento scutorum quatuor millium sexcentum; at nonnisi quam scuta centum numerasse in stipulationis contextu. Reliquum pretium penes se retinuit, facultate sibi reservata illud quandocumque vellet etiam in ratis portionibus persolvendi, solutis interim fructibus ad modicam rationem scutorum quatuor in singula centum et annos. Hæc sane conventio, qua prohibebantur venditor illiusque Successores, quominus pretii numerationem ullo tempore exposcerent plurimi quidem habenda ad dimetiendam contractus justitiam, atque in pretio Domus constituendo correspectivitatem.

„ Abest itaque, meo judicio, læsio omnis ab eo, de quo res est, contractu. Quod sane prænoscere oportebat, ut propositæ ab Episcopo Anconitano conciliationis indoles expenderetur. Quo enim remotior esse videtur læsionis suspicio, eo favorabilior Capellanis Spampati conciliatio erit conficienda. Domus Anconitana designata fuit a sororibus Spampati pro fundo Patrimonii Sacri ad binos Clericos in Sacris instituendos. Si proposita ab Episcopo sortis et fructuum diminutio eo rem adducat, ut deficiat mensura, quæ a Dioecesano Synodo requiritur ad Patrimonium Sacrum constituendum, illico subvertitur sororum Spampati pia dispositio, illico jus adimitur quæsitum pauperibus Clericis, quibus spes est Sacra illa Patrimonia assequendi, ut in sortem Domini vocentur.

„ Animadvertendum quoque est onus Capellanis injunctum quotidianas Missas celebrandi, ex quo prohibentur eleemesynam pro Missæ celebratione aliunde percipere. Nec de cetero ulla necessaria subest causa Missarum numerum minuendi, sicque designatis suffragiis derogandi. Terminos itaque propositæ conciliationis ita moderandos existimo, si quidem ulla admittenda conciliatio videatur, ut tantum annui reditus ex domo Anconitana constituatur, quantum satis erit ad bini Patrimonii Sacri mensuram juxta diœcesanam Synodum implendam, atque ad compensandum onus quotidiani Sacri ab utroque Capellano celebrandi. Quæ omnia judicio Vestro, Emi Patres, libenter subjicio. „

Proponitur

Du-

Dubium

An et quomodo sit consulendum SSmo pro approbatione concordiæ in casu etc.

Negative, et Episcopus curet fieri inscriptionem hypothecariam super domo.

Sess. 21. cap. 4. de Reform.

CREATINA DISMEMBRATIONIS. Actum est de hac controversia in Comitiis diei 15. Septembris 1827., ac proposito Dubio: *An et quomodo sit providendum tenuitati redituum Ecclesiæ Collegiatæ Alabri in casu etc.* responsum prodiit: *Dilata, et ad mentem; et mens est, ut novus Episcopus referat magis præcise, et sollicite super omnibus ad formam præcedentis resolutionis S. Congregationis diei 2. Junii 1821.* Hisce mandatis obsequens novus Episcopus informationem transmisit, quam Eñorum Patrum judicio integram subjiciendam censui, ut rerum status clarius innotescat.

„ Etsi gratum semper, Eñi et Rñi Patres, jucundumque fuerit mihi vestris parere mandatis, fatear nihilominus necesse est invite me in iis pertractandis, quæ ad Alabri et Collium Ecclesias pertinent, operam impendisse. Plura enim, nec sine gravi causa, me exinimabant. Et revera, quomodo Sacræ Congregationis voluntati, ut fas est, morem gerere, et Collegiatæ fundationem transmittere possem, cum ne hujus erectionis vestigium quidem in Bullarum collectione perspexerim? Neque id mirum. Hæc enim collectio, bis in cinerem Episcopali tabulario redacto, nonnisi ab anno millesimo quingentesimo quinquagesimo octavo

vo ducit initium, et Collegiatæ origo est altius repetenda. Quomodo de statu activo et passivo Parœciæ, Ecclesiæ Collegiatæ, et Beneficii SSmi Crucifixi per decennium referre, cum nullus esset liber, ex quo id queat depromi? Sciebam præterea eadem a me peti, quibus a doctissimo Prædecessore meo, modo Auximi et Cinguli Antistite, oblatis non omnino Sacra Congregatio plausit. Attamen ut obedientiæ meæ, obicibus neglectis, sepositoque timore, Vobis argumentum præbeam, quæ ex sacris visitationibus ad rem decerpsi, et ex fidelium virorum relatu collegi, meliori quo per me fieri poterit modo, Vestra humanitate fretus, exponam.

„ Alabri Parochialis Ecclesia anno millesimo quingentesimo octavo aucta reditibus Ecclesiarum S. Joannis Baptistæ, S. Angeli, S. Mariæ Magdalenæ, S. Nicolai de Cryptis, et S. Thomæ de Gramuto, sibi Collegiata nomen induxit, et Archipresbytero, et duobus Canonicis Coadjutoribus tantum constabat. Sed quia, ut ista Collegiata constitueretur, Familiæ DD. de Crispoltis et Vitelleschi decimarum oneri subjecerunt quædam sua terrena *Decimatorium* hac de causa imposterum nuncupata, et, nescio quid, Universitas contulit, jus nominandi et præsentandi Archipresbyterum, et duos Canonicos fuit per eas acquisitum, et hucusque retentum.

„ Anno millesimo sexcentesimo nono Gaspar Paschalis Episcopus Reatinus ex bonis S. Mariæ de Luce, et S. Mariæ ad Nives tertium erexit Canonicatum, et Societati de Luce ad eum nominandi jus tribuit; eaque suppressa, liberæ collationis Canonicatus evasit.

„ Progressu temporis Candelia quædam filia Clementis et Uxor Octavii Celi Reverendis Patribus S. Augustini Alabri degentibus sexcenta scutata hac adjecta conditione legavit, ut, quoties hi alibi se conferrent, ad Collegiatam Ecclesiam hujusmodi Legatum deveniret. Patres Augustinenses e Terra Alabri discesserunt, et Collegiata Ecclesia Legato potita fuit.

„ Tandem Bernardina Cioli Beneficium sub invocatione SSmi Crucifixi, cui nunc alterum S. Catharinæ appellatum, nescio quo modo, unitum invenitur,

erexit, reservato jure nominandi ex linea masculina suæ familiæ, et hac cessante, ex fœminina descendentibus, eique placuit, ut, si et masculina et fœminina hæc linea deficeret, quod accidit, Collegiatæ Ecclesiæ Archipresbyter, Patrum Reformatorum tunc temporis Cœnobium ad Nives incolentium, Localis Gubernator, et Universitatis Prior jus præfatum acquirerent.

„ His de Collegiatæ Ecclesiæ erectione, ac successivo ejus Beneficiatorum incremento præjactis, dicam de qualitate servitii Choralis pro temporum vicissitudinibus ab iisdem præstiti.

„ Initio Archipresbyter ac duo Canonici Coadjutores quolibet die festo, Quadragesimali, et Adventus tempore Choro sistebant, vicissim sacrum pro populo peragebant, et Legatum cujusdam Angeli Nobili vicissim persolvebant. Addito tertio Canonico Missæ quotidianæ pro benefactoribus hoc modo celebrabantur. Primis octo diebus Archipresbyter, alteris octo primus, tertiis octo secundus, et a die vigesima quinta usque ad finem cujuscumque mensis tertius Canonicus faciebat. Nullam hucusque servitium Chori mutationem pertulit. Verum posteaquam Collegiata Ecclesia Legatum scutatorum sexcentorum a Candelia Celi ut diximus, relictum iniit, recessis e terra Alabri Patribus Augustinensibus, Reatinus Episcopus Antonius Camarda ad quotidianam Divini Ufficii in Choro recitationem, et alternam Missarum a dicta Candelia impositarum celebrationem Archipresbyterum, et Canonicos impulit. Insuper Bernardina Cioli præcepit, ut Possessor Beneficii sub invocatione SSmi Crucifixi ab ea erecti Choro cum aliis Præbendatis in quolibet die festo, et in majori hebdomada interesset.

Ita se res habuit usque ad annum millesimum octingentesimum secundum. Cum enim omnes Beneficia prædicta respuerent ob extenuationem, quam eorumdem census, possessorum culpa et negligentia, passus fuerat, siluit ab eo tempore Chorus, teste Saverio Marini hujus Civitatis Episcopo, et nunc, Archipresbyteratu, duobus Canonicatis Coadjutoribus,

et

et SSmi Crucifixi Beneficio vacantibus, in sola Missarum pro populo celebratione servitium positum est. Nihil superest aliud, nisi ut de statu activo et passivo nedum Collegiatæ Ecclesiæ, et de Beneficio SSmi Crucifixi; sed etiam Ecclesiæ Collium Alabri verba faciam. Ut me paucis expediam, hic reditus et onera respective adnotabo.

Annui reditus Collegiatæ

Ex rubris quinque tritici —— ₰	30 —
Ex duobus rubris frumenti indici —— ₰	8 —
Ex duobus rubris Ordei —— ₰	6 —
Ex octo cadis Musti —— ₰	8 —
Ex glandis et castaneis —— ₰	4 —
Ex fœnu —— ₰	3 —
Ex Leguminibus —— ₰	1 —
Ex fructibus censuum —— ₰	49. 29
Ex Canonibus —— ₰	2. 25
Ex Locatione Domus pene dirutæ —— ₰	— 60
Ex incertis —— ₰	20 —
₰	132. 14

Onera ejusdem

Pro annuis fructibus Cambii passivi	₰	18. 32
Pro annuis missis octuaginta pro populo	₰	12 —
Pro missis tercentum sexaginta pro benefactoribus	₰	54. —
Pro missis triginta ex Legato Nobili	₰	4. 50
Pro missis triginta sex ex Legato Candeliæ	₰	5. 40
Pro missis centum viginti a tertio Canonico celebrandis	₰	18 —
Pro Datiis	₰	6. 54
Pro Cera	₰	4. 50
Pro Sacrarii Custode	₰	8 —
Pro Concionatore adventus	₰	3 —
Pro Cathedraticis	₰	1. 75
Pro manutentione Supellectilium	₰	2 —
Pro manutentione agrorum, et horrei	₰	5 —
	₰	143. 01
	₰	132. 14
Superant onera	₰	10. 87

Annui reditus Beneficii SSmi Crucifixi

Ex rubris quatuor frumenti	₰	24 —
Ex rubris quatuor frumenti indici	₰	16 —
Ex rubro uno Leguminum	₰	4 —
Ex tribus cadis musti	₰	3 —
Ex nucibus et glandis	₰	1 —
Ex puntis	₰	3 —
Ex fructibus censuum	₰	25. 71
	₰	79. 71

Onera

Onera ejusdem

Pro missis centum et octo —— ₰	16. 20	
Pro aliis missis decem ex quibusdam Legatis celebrandis —— —— ₰	1. 50	
Pro manutentione Capellæ et Supellectilium —— —— ₰	2 —	
Pro cera —— —— ₰	1. 50	
Pro manutentione agrorum et domus ruralis —— —— ₰	4 —	
Pro Datiis —— —— ₰	3. 41	
—— ₰		28 61
Superat introitus —— ₰		51. 10

Annui reditus Parochialis Ecclesiæ Collium

Ex Decimis rubra septemdecim tritici ₰	102 —
Ex iisdem rubra octo frumenti indici ₰	32 —
Ex iisdem rubra tria Leguminum —— ₰	12 —
Ex incertis —— —— ₰	8 —
Ex Legatis —— —— ₰	1. 10
₰	155. 10

Onera ejusdem

Pro missis octuaginta pro populo celebrandis —— —— ₰	12 —	
Pro Cera —— —— ₰	5 —	
Pro Decimis Mensæ Episcopali persolvendis —— —— ₰	2. 80	
Pro supellectilibus —— —— ₰	5 —	
Pro pensione Domus ab Archipresbytero habitatæ —— —— ₰	8 —	
—— ₰		32. 80
Superat reditus —— ₰		112. 30

„ Ce-

„ Ceterum observandum mihi videtur, antequam orationi meæ finem imponam, pinguiores reditus Archipresbytero, et aliis Præbendatis Ecclesiæ Collegiatæ Alabri ex suis possessionibus retici posse, si hæ majori studio et diligentia exercerentur. Erit nunc sapientiæ vestræ, Emi, et Rmi Patres, ejusdem Ecclesiæ egestati occurrere. „

Denuo proponitur

Dubium

An, et quomodo sit providendum tenuitati redituum Ecclesiæ Collegiatæ Alabri in casu etc.

Ad D. Secretarium cum SSmo juxta mentem.

Sess. 22. cap. 11. de reform.

SARSINATEN. CANONUM. Quatuor Canonicatibus, quibus olim constabat Capitulum Cathedrale Sarsinatis Ecclesiæ, alii quinque dein accesserunt, præter nonnullos laicali juripatronatus subjectos. At jam inde ab institutione Canonicatuum secundæ erectionis factum fuisse liquet, ut Canonici Seniores illud præcipuum sibi haberent, ut ipsi tantummodo quosdam perciperent capitulares reditus, scilicet decimas, et canones, quos vocant *Livelli perpetui* super quibusdam bonis tam rusticis, quam urbanis. Hujusmodi proventibus Canonici primæ erectionis jugiter gavisi sunt, donec a gallico exercitu, qui Æmiliæ provinciam invaderat, edita lege anni 1797. canones, seu *Livelli* abrogati fuerint. Accidit insuper anno 1806., ut Capitulum ab Italico Regimine suppressum, cunctisque bonis expoliatum fuerit, annua singulis Ca-

no-

ponicis, *dum vitam viverent*, assignata pensione ab Erario persolvenda. Sed publicis rebus compositis, legitimoque Apostolicæ Sedis dominio restituta Familia, S. M. Pius VII. Sedem Episcopalem, Capitulumque Cathedralis Ecclesiæ quam cito Sarsinæ instauravit.

Præsul Monti ad Sarsinatem Ecclesiam promotus, illico preces obtulit Sacratissimo Principi, ut Capitulum et Ecclesia Cathedralis congrua instrueretur dote. Hinc S. Congregatio Deputata, cui preces ablegatæ fuerant, perpensis rerum circumstantiis die 18. Augusti 1817. decrevit, *che Monsignor Tesoriere Generale debba verificare l'annua rendita, di cui godeva l'anzidetto Capitolo prima dell'occupazione delle Legazioni, ad oggetto di regolare su questo dato la nuova dotazione.* Cumque hujusmodi S. Congregationis decretum probaverit Summus Pontifex, ad Capituli dotationem deventum est, publicis obsignatis tabulis die 21. Septembris 1819.

In his Commissarius R.P.D. Thesaurarii Generalis = assegna al Rmo Capitolo ripristinato nella Cattedrale di Sarsina . . . le attività, e rendite riferite per compendio nell'unito stato marcato N.° I., e cioè

„ In Capitali censi coll'annua rendita complessiva	₰	333	99	9
„ In Livelli perpetui	₰	—	—	—
„ In interessi di capitali ripetibili . .	₰	12	68	—
„ In Legati pii	₰	—	—	—
„ In Decime attive collettabili . . .	₰	10	75	—
„ In prodotti de'fondi urbani annui. .	₰	11	08	—
„ In prodotti de'fondi rustici per annui	₰	71	77	7
„ E così in corpo . . .	₰	440	28	6

Declarat insuper, ejusmodi reditus fuisse sejunctos ab Administratione bonorum ecclesiasticorum = all'oggetto di assegnarli al Capitolo della Cattedrale di Sarsina ora ripristinato, e sono del compendio di quelle (rendite) che possedevansi dal medesimo Capitolo, prima della sua soppressione, state preservate dalla vendita presso la suddetta Amministrazione, e che . . . vengono rinunciate in surrogazione dell'assegno annuo temporaneo che a vita dei

„ Ca-

„ Canonici quiescenti dell' antico Capitolo si pagava „ dall'Erario Camerale = In statu autem num. 1., de quo supra fit mentio, singuli referuntur reditus nuper memorati, sed silentio reticentur proventus *in livelli perpetui, in legati pii.*

Quo tempore Sarsinati Capitulo facta est bonorum restitutio, sex tantummodo ex antiquis Canonicis adhuc vita fruebantur, scilicet quatuor seniores, et duo juniores. Hinc in præfato statu annuus reditus scut. 440. 28. 6. indistincte sex Canonicis attribuitur, sed postea inter eos æqua lance dispertitus fuit. Quoniam vero ex munificentia feliciter regnantis Summi Pontificis Mensa capitularis aucta fuit annuo censu scut 378. 22., ideo Episcopus anno 1826. ad antiquum explendum Canonicorum numerum tres alios restituit Canonicatus, eisque certam ejusmodi reddituum partem assignavit. Verum die 9. Octobris anni 1819. edita lege, qua Canones, seu *Livelli* in Æmilia abrogati, in antiquum statum fuerunt restituti, et ad illos pertinere declaratum fuit, qui ante militarem occupationem illis fruebantur, lis exarsit inter Canonicos seniores, ac duos juniores, quibus jam inde ab anno 1819. bona fuerunt restituta, utrum ad Canonicos dumtaxat seniores spectarent jura et proventus ex canonibus redintegratis proficiscentia.

Quæstione ad hunc Sacrum Ordinem delata, rogatus fuit Episcopus, ut, auditis Canonicis tam senioribus, quam junioribus, Sacram Congregationem instrueret, votumque suum panderet. Is rationum momenta a Canonicis exhibita transmisit, et animi sui sententiam ita aperuit „ Tota quæstio fundata videtur, an Ca- „ pitulum suppressum fuerit, vel non. Quod Episco- „ patus Sarsinæ fuerit suppressus juxta decretum fa- „ ctum in Concordatu Regni Italici, non est dubium, sed „ neque in re, neque in actu fuit suppressus, cum sem- „ per remanserit in eodem statu, neque pacta fue- „ runt servata. Sed de Capitulo quid dicendum? Sup- „ pressum fuit civiliter, sed an etiam ex auctoritate „ ecclesiastica penitus ignoro: nam me latet, an cir- „ ca hoc emissa fuerint Pontificia decreta; potest enim „ fieri, ut Capitulum existat sine Episcopo, ut vide- „ re est in Collegiatis, sed non e contra. Secunda

„ quæ-

„ quæstio, an Canonici seniores in nova institutione
„ Capituli redierint ad primæva jura emphyteutica
„ exclusive, ut negant juniores, vestrum erit Emi
„ Patres judicare.

„ Sed EE. VV. a me petunt, an restituta fuerint eadem
„ bona, quæ possidebat Capitulum, et in eadem quan-
„ titate. Respondeo: Non fuerunt restituta eadem bo-
„ na, sed a Pio VII. fc. re. fuerunt assignata pro sex
„ Canonicis scutata 440., et pro novem Canonicis
„ adjuncta fuerunt a SSmo Domino Nostro Papa LEO-
„ NE XII. alia annua scutata 378. 22., unde modo
„ aliquid percipiunt ultra quam antea habebant; nam
„ unusquisque percipit scut. 96., et Archidiaconus
„ unica Dignitas scut. 100. Quare mea esset opinio,
„ quod reditus parvi, et reor, qui proveniunt ex bo-
„ nis emphyteuticis, vel omnibus Canonicis capitu-
„ laribus indistinctim essent distribuendi, vel nullis
„ directe, et personaliter, idest applicandi fabricæ,
„ seu Sacristiæ, quoniam pro ea parva assignatio fa-
„ cta fuit, nempe scut. 66. 45. „.

Votum quoque R. P. D. Thesaurarii Generalis exquirendum censui, qui in ea est mente, ut controversi proventus communes sint sex Canonicis, qui anno 1819., dote aucti fuerunt, *perchè il Santo Padre nel ristabilire il Capitolo di Sarsina non intese, nè potè intendere di reintegrarlo al possesso delle antiche sostanze, perchè dichiarò di volergli fissare una nuova dotazione, qual dotazione fu necessariamente comune a tutti i sei Canonici in essa contemplati, perchè tutti godevano la pensione vitalizia, a cui fu surrogata, dal che ne siegue, che niuno di essi può vantare maggior diritto dell'altro, oltre la quota a ciascuno attribuita sulla rendita de' capitali assegnati.*

Canonici seniores ad jura sua tuenda inticiantur, Capitulum Sarsinatis Ecclesiæ fuisse suppressum. Quamvis enim Canonici ex decreto Italici Regiminis omnium bonorum spolium passi fuerint, et Capitulum veluti suppressum haberetur; cum tamen Sedes Apostolica, cujus est Capitula Cathedralia erigere, eaque supprimere, nullum umquam ediderit decretum, quo Sarsinas Capitulum supprimeretur, sartum tectum jugiter remansisse dicendum est. Actum quidem fuit

inter Sanctam Sedem, et Italicum Regimen de Capituli, sicuti etiam de Sedis Episcopalis suppressione, verum ad eam numquam deventum est, testimonium invictum perhibentibus Apostolicis Litteris, quibus nuper Sarsinas Sedes unita fuit Brictinoriensi Ecclesiæ. In his enim legitur „ Non ignoramus equidem „ præteritorum temporum conversione propositam „ fuisse hujusce Sedis (Sarsinatis) Episcopalis sup„ pressionem, ad quam tamen reapse perficiendam „ nunquam deventum fuit „ .

Itaque si Capitulum Cathedrale numquam legitimam subiit suppressionem, sed tantummodo violentum pertulit bonorum spolium, haud peremptæ, haud confusa renuntianda sunt antiqua cujusque Canonici jura, sed per Capituli redintegrationem, et bonorum redditionem quisque eorum honoribus, ordini, et omnibus ceteris restitutus est judicandus *arg. L.* 1. *Cod. de sentent. pass.* Jam vero Canonici seniores ante gallicam occupationem jure pollebant percipiendi canones ex bonis in emphyteusim concessis. Igitur jus illud, quod inviti, ac injuria amiserant, per Capituli redintegrationem recuperarunt; ea enim est vis ac ratio restitutionis in integrum, ut læsum restituat in eum statum, sive jus, a quo per læsionem deciderat, *L.* 1. *ff. de in integ. restitut.*, *Cap. Auditis*, *eod. tit.*

Nec iidem Canonici sibi adversum tenere autumant instrumentum restitutionis bonorum. In hoc enim haud derogatur juribus seniorum Canonicorum, nec præscribitur methodus, qua bona restituta sint inter Canonicos dividenda, sed solummodo bona ad Capitulum olim spectantia restituuntur, ac nulla facta, aut decreta partitione sex Canonicis traduntur; ac propterea ita partitio moderanda est, ut bona omnia singulis Canonicis sint communia, uti erant ante militarem occupationem, præter illos proventus, qui ex vetustissimo jure ad seniores Canonicos spectabant.

Præterea subdunt Canonici primæ erectionis, in præfato instrumento restitutionis bonorum mentio quidem habetur canonum; verum in statu *num.* 1., quem superius memoravimus, silentio prætereuntur, ac sex Canonicis dotis titulo assignantur scut. 440. 28. 6. Exinde

de elici putant iidem Canonici, summam illam scut. 440. 28. 6. fuisse inter sex Canonicos æqua lance dividendam, non autem canones, qui seniorum Canonicorum erant proprii, atque eo tempore nullum afferebant fructum propter gallicam legem, quæ illos abrogaverat. Denique rem conficere autumant edictalem legem diei 9. Octobris anni 1819.: hæc siquidem in pristinum revocavit canones, ac patulis verbis jus exigendi ejusmodi proventus eis restituit, qui hoc jure gaudebant ante militarem invasionem. Convenit autem inter partes, controversos canones olim pertinuisse ad Canonicos seniores; igitur etiam nunc ad eos spectent necesse est.

Contra duo Canonici juniores anno 1819. in pristinum statum restituti contendunt, eorum Capitulum revera fuisse suppressum, antiqua Canonicorum jura omnino esse perempta, atque ex nova dotatione Canonicos omnes pari censendos esse jure. Ita enim suadere arbitrantur verba illa rescripti S. Congregationis Deputatæ = *nuova dotazione* = atque etiam alia, quæ leguntur in tabulis dotationis = *Capitolo ora ripristinato = Capitolo Cattedrale di Sarsina ora di nuova erezione, siccome ripristinato dalla Santità di Nostro Sig. = Sostanze derivanti dalla soppressione del Capitolo stesso* = Cum itaque vetus Capitulum suppressionem subierit, novumque erectum fuerit, frustra nunc Canonici seniores jura antiqua, jam penitus extincta, in medium proferunt, sed cujusque Canonici jura metienda sunt ex instrumento dotationis Summi Pontificis jussu expletæ.

Porro hisce in tabulis nulla facta seniorum et juniorum mentione, Capitulo et Canonicis inter cetera bona assignantur etiam proventus canonum. Et quoniam nulla inter Canonicos decernitur hujusmodi bonorum partitio, sequitur, æqua parte inter sex Canonicos, quibus bona tributa fuerunt, vel ipsos canones esse distribuendos. Præterea antequam hæc nova fieret Capituli dotatio, tum Canonicis senioribus, tum duobus Canonicis junioribus pensio ab Ærario persolvebatur. Huic pensioni suffecta fuerunt cuncta bona et jura, quæ in tabulis novæ dotationis Capitulo assignantur, cum aperte declarent eadem bona et jura tradi *in sur-*

surrogazione dell' assegno annuo temporario che a vita dei Canonici quiescenti dell'antico Capitolo si pagava dall' Erario Camerale. Quemadmodum autem par erat seniorum et juniorum Canonicorum jus ad pensionem, ita etiam par esse debet eorumdem jus ad symbolam ex omnibus bonis pensioni subrogatis lucrandam. Cumque inter hujusmodi bona recenseantur etiam canones, seu *livelli perpetui*, patet eorumdem proventuum participes faciendos esse vel duos Canonicos juniores, sicut ipsi in partem decimarum, nemine seniorum Canonicorum obsistente, vocati fuerunt, etiamsi ante militarem invasionem eædem decimæ ad Canonicos dumtaxat seniores pertinerent.

Erit tamen Emorum Patrum decernere
An, et ad quos Canonicos spectent canones in casu etc.

Affirmative ad Canonicos Seniores.

Sess. 22. Cap. 6. de reform.

NUCERINA CAPELLANIÆ. Sacerdos Dominicus Fabri publicis obsignatis tabulis die 17. Maji anni 1741., laicalem Capellaniam in Ecclesia S. Benedicti oppidi Fossati Nucerinæ Diœcesis instituit, eique nonnulla bona in dotem tradidit, reservato sibi usufructu, donec debitum naturæ solveret. Capellano onera injunxit bis in hebdomada Sacrum litandi, et festum B. Mariæ Virginis a Monte Carmelo celebrandi. Jus nominandi il *Sacerdote o Chierico*, qui Capellaniam possideret, tribuit *al suo erede nel modo e forma che gli prescriverà nel suo testamento*. Quod si a l Capellaniam nominatus nondum sacris Ordinibus esset insigni-

gnitus, ab hærede eligi edixit vir aliquis, qui onera impleret, bona administraret, et quidquid reliqui foret ex annuis fructibus, *si rinvesta in capitali fruttiferi . . . in aumento del detto giuspatronato.* Sivit tamen *che se il nominato non avesse altro modo da potersi ordinare in Sacris, possa ordinarsi a titolo di detto giuspatronato, ed ordinato che sia in Sacris possa pigliare i frutti del medesimo.*

Ultimum elogium revera condidit Sacerdos Dominicus, ac jus nominandi Capellanum reliquit nepoti ex fratre Josepho Antonio, atque hujus descendentibus masculis ex masculis, lege tamen adjecta *che debano nominare sempre uno de' loro figliuoli o discendenti, che sia Sacerdote, o almeno ordinato in sacris.* Casum vero prævidit, in quo nullus extaret agnatus Sacro Ordine præditus, et tunc eligi jussit *il più prossimo parente discendente dalla linea mascolina . . . che sia Sacerdote, o in Sacris, quale sia Cappellano, e goda i frutti di detta Cappellania, fintantochè uno dei detti figli e discendenti si faccia Sacerdote, oppure prenda gli Ordini Sacri.* Defectis autem masculis ex masculis Josephi Antonii, jus nominandi eisdem legibus et conditionibus pertinere voluit *ai figli maschi discendenti dalle femine de' sudetti miei Nipoti.* Extinctis autem vel descendentibus ex fœminis in alios plures, ac tandem in Sodalitatem Presbyterorum contulit jus nominandi, ita tamen ut Confratres ad Capellaniam eligerent *il più povero Prete o Chierico di detto luogo.* Ut vero electus Clericus studiis vacare posset in aliquo Seminario, cavit, = *che adempiti tutti li pesi, il Ministro gli debba somministrare dei frutti di detto giuspatronato quindici scudi l'anno per cinque anni, e il di più si debba rinvestire a favore ed in aumento di detto giuspatronato con fargli dare una idonea sicurtà, o almeno una cauzione giuratoria, che arrivato all' età di venticinque anni, e non facendosi Sacerdote, sia obbligato restituire il denaro percetto.*

Adhuc virescit linea Josephi Antonii Fabri. Duo enim adsunt masculi ex masculis, scilicet Augustinus, ejusque filius Marcus, qui nuper uxorem duxit. Adest præterea fœmina ex fœmina nomine Marcellina, quæ ex Viro suo Andrea Colbassani Bentivogli sex suscepit

filios

filios, quos inter Nicolaum quatuordecim annos natum. Ob mortem novissimi possessoris Capellania Fabri vacua effecta est: cumque ex designata Familia nemo inveniatur idoneus, qui Capellaniam assequi valeat; hinc memorata Marcellina, quæ ob rei familiaris angustias filium suum Nicolaum, licet ad statum clericalem a Deo vocari videtur, in Seminario alere nequit, enixe postulat, ut Capellaniæ fructus, cunctis impletis oneribus, in ejusdem filii subsidium erogentur.

Rogavi Episcopum de informatione et voto, ac præsertim, ut auditis Patronis referret de Oratoris vocatione ad statum ecclesiasticum, et an alii extarent, quibus præjudicium inferretur, responsumque accepi „ Reditus Capellaniæ ex relatione Vicarii Foranei Fos- „ sati, detractis oneribus, sunt annua scuta quadra- „ ginta circiter. Ætas Nicolai est annorum quatuor- „ decim: dispositio autem istius ad Ecclesiasticum „ statum videtur facilis, et consentanea, cum de eo „ hoc testimonium mihi fuerit relatum ab fide digno „ suo Moderatore = *niente conosco in lui, che sia* „ *opposto allo stato ecclesiastastico, anzi vi scorgo* „ *delle buone disposizioni: è sano di costume, ha del-* „ *la pietà, ha talento, studia, e profitta.* = Denique „ an alii sint passive vocati idonei? Nullum esse res- „ pondeo, cum unus tantum filius Patroni jam uxo- „ rem duxerit, nullusque, quod ego sciam illi adhuc „ natus sit filius. „

„ Sententia autem patroni contraria est, cum satius illi „ sit omnes redituum excessus in bona stabilia in- „ vestiri spe filiorum, quos filio suo superventuros „ esse confidit, quam pronepoti suo, hoc auxi- „ lium in præsenti necessitate, etiam cum parentes „ illius eidem opem suppeditando impares omnino „ sint, impertiri. Mea vero opinio esset, dividi ex- „ cessum redituum hujus Capellaniæ, et pro medie- „ tate illum in bonis stabilibus investiri, aliam au- „ tem medietatem huic consanguineo juveni educan- „ do in episcopali Seminario ad ecclesiasticum sta- „ tum, bonis artibus, scientiis, et ecclesiasticis mo- „ ribus imbuendo, saltem ad triennium attribui.

Ni-

Nihil magis cæsareo ac pontificio juri consonum. Iamvit Augustinus Fabri, qui in præsens jure nominandi gaudet, quam supremas decedentium voluntates adamussim esse servandas, *can. ult. voluntas caus. 13. quæst. 2. L. 1. Cod. de SS. Eccl.*, *et S. Congregatio in Tolentinaten. Commutationis voluntatis 22. Aprilis 1823. §. Verum.* Vulnus autem infligeretur voluntati Dominici Fabri, si EE. VV. precibus Marcellinæ annuendum arbitrarentur. Enim vero legem dixit fundator, ut ad Capellaniam nominarentur masculi ex masculis lineæ Fabri, hisque deficientibus proximiores consanguinei ejusdem lineæ, si tamen Presbyteratu, vel a quo Sacro Ordine essent insigniti. Cum ita que Nicolaus Marcellinæ filius adhuc in minori ætate versetur, ac nullo ordine sit præditus, atque adeo nec dum Ecclesiasticæ militiæ nomen dederit, a Capellaniæ possessione est plane repellendus.

Neque etiam annui Capellaniæ fructus eidem sunt concedendi, cum id menti Testatoris adversetur, et in damnum vergeret futurorum descendentium hodierni patroni. Cautum enim legitur in tabulis fundationis, quod si ad Capellaniam nominatus saltem ad Subdiaconatus ordinem non sit promotus, integri fructus impendantur *in capitali fruttiferi in aumento del detto giuspatronato*, et Capellanus illos suos facere nequeat, nisi postquam *ordinato che sia in Sacris*.

Oratrix tamen animadvertit, a Sede Apostolica nedum posse, sed commutari consuevisse supremas morientium voluntates, si justa, aut necessaria præsto esset causa, *Concil. Trid. Sess. 22. cap. 6. de reform.*, *S. Congregatio in Faventina Comm. Volunt. 22. Februarii 1823.*, *et in Camerinen. Comm. volunt. 23. Decembris 1826. §. Si ea*. In themate sin necessaria at certe utilis et justa occurrit causa, ut voluntati fundatoris derogetur. Et sane agitur de voluntate commutanda, ut subsidium suppeditari queat adolescenti, qui est optimæ spei, bonis moribus imbutus, et ad statum clericalem vocatus, sed ob rei familiaris angustias in Seminario Episcopali studiis vacare prohibetur.

Nec prætereundum memoratum adolescentem esse cum fundatore sanguine conjunctum, ideoque facile conji-

ci

ci posse, quod si fundator, dum testamentum condidit, prospexisset, nullum aliquando extiturum sive ex masculis, sive ex fœminis Familiæ Fabri descendentem sacro ordine initiatum, indulsisset, ut reditus Capellaniæ erogarentur in alimoniam sui consanguinei, qui divino se mancipare servitio, et in Episcopali Seminario clericalem disciplinam addiscere cupit. Hujus propitiæ voluntatis argumentum ipsæmet præbent testamentariæ tabulæ. In his enim decernitur pauperi Clerico, ut in studia incumbere valeat in aliquo Seminario, annua scutata quindecim fore suppeditanda, cum nominatio Capellaniæ ad Sodalitium Præsbyterorum erit devoluta. Jam vero si Fundator adeo benevolum se ostendit erga egenos Clericos nullo sibi sanguinis vinculo junctos, dubitari non potest, quin æque benignum se præbuisset erga pauperem juvenem, qui ex prædilecta linea originem ducit, et se ad statum ecclesiasticum a Deo vocari intelligit, si hunc casum prævidisset, *Card. De Luca de testam. disc. 72. num. 15.*, *S. Congregatio in Ripana Commutat. voluntatis 27. Julii 1822.*, *et in Sorana Reductionis 18. Septembris 1824. §. Extremam.*

Igitur proponitur

Dubium

An, et quomodo sit annuendum precibus Marcellinæ in casu etc.

Non proposita cum sequenti.

Sess. 25. Cap. 4. de Reform.

ANCONITANA REDUCTIONIS MISSARUM. Ultimo suæ voluntatis elogio, quod Anconæ condidit anno 1726. Antonius Bertola, universalem hæredem insti-

stituit Mastrum Bertola, hæreditatemque suam Anconitanæ Communitati tradidit administrandam. Quatuor Capellanias in Parochiali Ecclesia B. M. V. Misericordiæ erigi jussit, et singulis Capellanis ad nutum Communitatis amovibilibus onus imposuit quotidie sacrum litandi, indicta insuper lege ut singuli post Missæ celebrationem quotidie Litanias B. M. V. recitarent, item ut ex Sacris alterum ante auroram, alterum circa meridiem ad populi commodum facerent; tandem, ut e Capellanis unus statis diebus Sacramentales Fidelium Confessiones exciperet. Huic postremo Capellano annuum repræsentari voluit stipendium scutorum sexaginta, ceteris autem scut. 42. Denique in extremo testamenti ita disposuit „ Paghi che saranno detti debiti, legati annui d'ogni sorte, collette, il Ministro .... il restante del fruttato dell' „ Eredità suddetta si eroghi in tante Doti a povere ed „ onorate Zitelle di questa Città, nè mai in alcun tempo forastiere, con dargli scudi quindici per ciascheduna di paoli dieci per scudo.„

In Codicillo autem, quod eodem anno 1726. conscripsit testator, ita suam pandidit voluntatem „ Ordino e vo„ glio che portando il fruttato de' miei beni presenti, „ o di quelli che potrò accrescere, e che saranno ac„ cresciuti dalla vendita della Casa di mia abitazione, „ oltre gli altri Cappellani da me stabiliti per la Chie„ sa della Vergine Santissima della Misericordia sia „ un altro eletto in aumento nelle forme prescritte „ cogli obblighi stessi aggiunti alli precedenti, e con „ la stessa annuale provigione.„

Anno 1772. Cardinalis Bufalinus Anconitanus Episcopus, dum Sacrum ageret Visitationem, præcepit, ut Capellanus Confessarii munus exercens Parocho Ecclesiæ B. M. V. Misericordiæ in animarum cura gerendæ esset adjumento, ceteri vero statis quibusdam horis Sacrum peragerent. Ex quo factum est, ut auctis oneribus stipendia quoque auxerit Capellanorum, ac primo constituerit stipendium scut. 90., reliquis autem eleemosynam scut. 50. Cumque postea Missarum eleemosyna ad obolos quindecim evecta fuerit, Capellani reductionem onerum a Sede Apostolica pluries impetrarunt. Quæ postremo indulta fuit reductio pro

tertia dumtaxat onerum parte, ad exitum properavit mense Septembri superioris anni. Id ipsum nunc postulant, qui partes Communitatis agunt, atque hoc facili negotio sese adepturos sperant, ea freti ratione, quod majores modo, quam antea, præsto sint causæ, quæ reductionem suadeant impertiendam.

Preces ad Episcopum Anconitanum remissæ sunt, ut auditis Parocho et Capellanis referret de viribus hæreditatis, deque vera necessitate prorogationis, et cur non sint potius dotalia subsidia reducenda. S. Congregationis mandatis paruit Episcopus, animique sui sententiam ita pandidit. „ Omnium fuit sententia, Capellanos, qui in eadem Ecclesia Sacrum peragunt, „ venia non concessa, omnino defuturos. Equidem in „ eorum sententia mihi veniendum esse non dubito, „ tum quia hisce nostris temporibus victus, cultusque personarum carior est, tum etiam quia gravissimum est onus Capellanis impositum, Sacrum „ scilicet faciendi aliis aliis mensibus, vel paulo post „ auroram, vel sub meridiem diebus feriatis, et non „ feriatis, ut nihil dicam de altera obligatione, qua „ omnes gravantur certis horis celebrandi diebus feriatis. „

„ Cur autem non sit potius a dotalibus subsidiis aliquid „ detrahendum, res ipsa declarat, quod superiorum „ temporum calamitate imminuto hæreditatis Bertola „ censu imminui quoque necesse fuerint dotalia subsidia; et quæ reliqua sunt, quatuor nimirum, „ adeo parva est supellex, ut tot provideatur puellis egentibus, quibus hæc Civitas abundat.

Accepti insuper et expensi tabulas transmisit, quas EE. VV. oculis subjicere necessarium existimo.

STA-

STATO ATTIVO E PASSIVO RISGUARDANTE L'EREDITA' BERTOLA

A T T I V O

Signori Cesare Pezzotti e Mariano Fratelli Fazzini annua corrisposta enfiteutica ——	₰	687	37
Signor Gabriele Lanci frutti compensativi in ₰ 93. 90. che ora si verificano prossimativamente per annui ——	₰	60	—
	₰	747	37

P A S S I V O

A quattro Cappellani semplici ——	₰	200.	—
Ad un Cappellano Confessore ——	₰	90.	—
Al Paroco per utensili di Sagrestia ——	₰	42	—
Al suddetto per olio e cera approssimativamente ——	₰	14	—
Al Chierico pro tempore ——	₰	4.	80
Alla Cappella di musica per Decreto Bufalini ——	₰	20.	—
Al Maestro di Cappella per musica nella Festa della B. V. della Misericordia ——	₰	3.	—
Legato ai Minori Osservanti ——	₰	1.	—
Idem al Ragionatore publico ——	₰	2.	—
Idem al Segretario Comunale ——	₰	2	—
Idem ai Revisori ——	₰	8	—
Ai due Deputati all' Estrazione delle Doti	₰	8.	—
Dativa e rata comodi a calcolo ——	₰	138	—
Provisione all'Amministratore al 10. per 100. a calcolo come sopra ——	₰	68.	37 5
Estrazione di num. 4. Doti a scudi 20 30. per cadauna ——	₰	81	20
	₰	682	37 5
Più attivo di riserva per supplire all'evenienza al pagamento delle molte Doti arretrate ——	₰	64.	99 5
	₰	747	37

Si reditus a Fundatore assignati impares evadant præscriptis oneribus perferendis, ex hujus S. Congregationis instituto aut illos augere, aut hæc immiouere oportet, uti docent folia *in nullius S. Martini 27. Julii 1822. §. Jam vero, et in Neapolitana servitii Chori 18. Martii 1826. §. Si.* Impares autem dicuntur assignati reditus, ac justam suppeditant reductionis causam, si ob auctam eleemosynam constituta dos non sufficiat sustinendis Missarum oneribus *Bened. XIV. de Synodo Diœces. lib. 13. cap. ult. num. 28. S. Congr. in Januen. Reductionis missarum 22. Aprilis 1826. §. Supremas.* Cum itaque in themate Missarum eleemosyna ab obolis decem fuerit evecta ad obolos quindecim, cumque Capellani Bertola ex Sacro quotidie faciendo annua tantum scutata 50. percipiant, jure meritoque reductionem onerum ab hac S. Congregatione enixe precantur, atque hæc reductio eo amplior, quam obolorum quindecim exigeret eleemosyna, concedatur oportet, quo gravius est onus Missam certo loco, statisque diebus et horis valde incomodis celebrandi *S. Congregatio in Terracinen, et Setina administrationis Legati pii et reductionis Missarum 26. Augusti 1826. §. utilitas.*

Capellanorum quidem stipendium potius augere, quam Missas reducere oporteret, cum prius alia onera quam Missæ imminui debeant ad regulam, de qu *Fagn. in cap. Ex parte de constit. n. 34. S. Congreg in Faventina Reductionis Missarum 24. Aprilis 1763* præsertim si reliqua onera implenda sint ex superex tantibus fructibus post Sacrorum satisfactionem: at tamen videant Emi Patres, utrum voto Episcopi si potius concedendum, integra servando subsidia Do talia. Enim vero interest quam maxime et Ecclesiæ et Reipublicæ, ut pauperes puellæ, quibus abundat Anconitana Civitas hisce dotalibus subsidiis non priventur, ut facilius in Domino nubere queant, nec dubitandum, quin magna erit merces, quam Deus rependet ei, cujus bona in usus tam pios erogantur.

Præterea si transmissæ accepti et expensi tabulæ perpendantur, liquescet, nulla opus esse Missarum, et subsi-

subsidiorum imminutione. Et sane in statu passivo delenda sunt scut. 64. 99. quæ assignantur pro insolutis dotibus quolibet anno persolvendis, cum superius ratio jam habita fuerit scut. 81. 20 quæ summam conficiunt quatuor dotium quotannis conferendarum. Hæc pecuniæ vis, quæ frustra in arca singulis annis servatur, si Capellanis distribuatur in augmentum dotis, integrum fortasse missarum numerum perferre poterunt.

Quod si hujusmodi augmentum par non esset ad congruam dotem Capellanis tribuendam, delendi forent ex tabulis expensi sumptus illi, quos testator non memorat in suo elogio. Hi sunt. 1. scutata viginti Choro Musicorum annuatim solvenda ex decreto Bufalini. 2. scutata tria choriphæo musici concentus in die B. Mariæ Virginis a Misericordia. 3. Denique scutatum unum, quod minoribus Observantibus relictum traditur.

Attamen si EE. VV. petitam reductionem duxerint concedendam, videant quæso, sint ne Capellaniæ, an Missæ reducendæ. Testator enim in supremo elogio quatuor dumtaxat instituit Capellanias, in codicillo autem si hæreditatis suæ sinerent vires, quintam erigi edixit = Ordino e vogiio che portando il fruttato de' „, miei beni presenti, o di quelli che potrò accrescere „ e che saranno accresciuti dalla vendita della Casa „ di mia abitazione, oltre gli altri Cappellani da me „ stabiliti per la Chiesa della Vergine SS. della Mi- „ sericordia, sia un altro eletto nelle forme pre- „ scritte etc.

Ex hac porro pia Testatoris voluntate illud videtur inferri, ut de Capellanis potius, quam de missis sit ineunda reductio, ea præsertim de causa quia majus ex missarum, quam ex Capellaniarum imminutione pia Testatoris fundatio pateretur detrimentum.

Vestrum tamen erit EE. PP. ea, qua polletis, sapientia dubia dirimere.

I. *An, et quomodo sit concedenda prorogatio reductionis Missarum in casu etc.*

Et

Et quatenus negative

II. *An, et quomodo sit concedenda reductio Capellaniarum in casu etc.*

Et quatenus negative

III. *An, et quæ onera sint reducenda in casu etc.*

Die

Die Sabbati 17. Maji 1828. in Palatio Apostolico Vaticano erit Sacra Congregatio Concilii, in qua præter alia proponentur infrascripta Dubia, juxta morem ejusdem Sacræ Congregationis de jure resolvenda.

FANEN. MANUTENTIONIS FABRICAE ECCLESIAE CATHEDRALIS ET EXPENSARUM. Plures inter hodiernum Fanensem Antistitem, et Capitulum Cathedralis Ecclesiæ exarserunt controversiæ super expensis pro instauranda ejusdem Ecclesiæ fabrica, ac pro comparandis, tuendisque rebus, quibus Ecclesiam instructam esse oportet, ut divinus in ea exerceatur cultus, ac merito Domus Dei refulgeat nitore. Reditus Sacrarii ad hujusmodi impendia perferenda destinatos existimans Episcopus, integram fabricæ et Ecclesiæ tuitionem Sacrario, sin minus Capitulo imminere contendebat. Canonici e contrario se a quovis onere immunes, Sacrarii autem proventus in paramentorum conservationem, et in sumptus pro rebus Sacristiæ necessarios erogandos esse arbitrabantur; ac propterea putabant, Episcopum ad memoratas subeundas impensas esse obstrictum. Quæstiones omnes amica primum transactione componere nisæ sunt partes: sed postea, conatibus in irritum cedentibus, Canonici ad hanc Sacram Congregationem confugerunt. Quum vero Summus Pontifex LEO XII., quem Deus diu sospitet, incolumemque servet, flagitante Episcopo, et annuente Capitulo, ad obortas controversias dirimendas peculiarem Congregationem tribus S. R. Ecclesiæ Cardinalibus e gremio hujus Sacri Ordinis compositam delegaverit; ideo ejusdem Congregationis judicio die 16. Januarii 1826. subjecta fuerunt duodecim Dubia a partibus concinnata, et in calce hujus folii exscribenda. Verum eadem Con-

Sess. 21. cap. 7 de reform.

gre-

gregatio judicium protelandum, ac rescribendum censuit = Dilata, et ad D. Secretarium cum Sanctis-
„ simo ad mentem. Mens est, ut delegetur Emus D.
„ Cardinalis Testaferrata Episcopus Senogalliensis cum
„ facultatibus Apostolicis ad effectum verificandi re-
„ ditus Mensæ Episcopalis Fanensis, Sacrarii, et Ca-
„ nonicorum tum quoad Massam capitularem, tum
„ quoad Præbendas, et distributiones, nec non cu-
„ randi amicabilem transactionem, qua in futurum
„ quæstiones omnes penitus eliminentur, et idem
„ Emus in quocumque eventu referat, ac sententiam
„ suam aperiat. Interea incumbat inter verificet, et ex-
„ pleri jubeat reparationes urgentes, quibus fabricam
„ Ecclesiæ Cathedralis indigere comperierit, ac man-
„ det per modum provisionis, et absque præjudicio
„ jurium utriusque partis sumptus suppleri pro dua-
„ bus partibus a Mensa Episcopali, ac pro alia ter-
„ tia parte a Capitulo, et Sacrario, facta eidem Emo
„ potestate creandi debitum pro summa necessaria,
„ si opus fuerit, illudque pro rata, ut supra, super
„ bonis respective imponendi „.

Emus Cardinalis Testaferrata concreditum munus libenter gerendum suscepit, ac omni sollicitudine Partes ad optatam transactionem adducere studuit. Cum vero concordiæ conditiones tum ab Episcopo, tum a Capitulo prolatæ longe dissiderent, retulit idem Emus nihil inter Partes fuisse statutum, et præfatas conditiones ad Sacram misit Congregationem. Quamobrem denuo coacta peculiari Congregatione, eademque rursus proposita controversia, die 27. Novembris 1826. rescriptum prodiit.

„ S. Congregatio particularis re mature discussa censuit, consulendum Sanctissimo pro approbatione concordiæ juxta sequentes articulos.

„ 1.° Integrum maneat Episcopo onus persolvendi stipendium Concionatori tam in Adventu, quam in Quadragesima, ac supplendi expensas pro lotione pedum feria V. in in Cœna Domini, etiam absente Episcopo; item pro festo Assumptionis B. M. V., aliisque extraordinariis functionibus ab Episcopo indicendis, iis tantummodo exceptis, quæ pro publica necessitate præcipiantur.

„ 2.° Nova Organa Episcopi sumptu, attenta etiam spontanea ejus oblatione, comparentur, et cum primum

fieri

fieri possit, perficiantur, onere tamen imposito Sacrario eadem in postremum manutenendi.

„ 3.° Pro reliquis vero expensis, de quibus actum est in duodecim dubiis a partibus concinnatis, et coram S. Congregatione propositis, Episcopus scuta sexaginta in singulos annos Fabricæ et Sacrario Cathedralis persolvet; ac vicissim Capitulum omnibus in iisdem dubiis contentis, præsertim ordinariæ tuitioni Ecclesiæ et annexorum, prospicere tenebitur.

„ 4.° Capitulum de erogatione redituum Sacrarii et Fabricæ rationem quotannis reddat Episcopo. Quo vero de oneribus ad Sacristiam et fabricam spectantibus decerni possit, atque ab iis distinguantur, quæ Capitulo incumbunt, accuratiores tabulæ ad S. Congregationem transmittantur, in quibus reditus, comprehensis dimidiis annatis, eorumque erogatio distincte etiam enunciatis singulis stipendiis, clare, diligenterque adnotentur.

„ 5.° Quæ ad quæstiones omnes inter Episcopum, et Capitulum eliminandas præsenti decreto sancita sunt, futuros quoque Episcopos afficiant, atque ab utraque parte perpetuo, inviolabiliterque serventur „. Factaque Summo Pontifici relatione, Sanctissimus die 29. Novembris ejusdem anni 1826. resolutionem S. Congregationis in omnibus benigne approbavit, et confirmavit.

Post hæc omnis quæstio penitus absoluta videbatur, et revera Episcopus ea, quæ ab ipso erant perferenda, exequi cœpit. At Canonici resolutionem peculiaris Congregationis ægre ferentes, a Sacratissimo Principe impetrarunt, ut, rejecta concordia, rem prout de iure hic Sacer Ordo definiret. Hæc est summa controversiæ, quæ hodierna die Emis Patribus definienda proponitur, instante Episcopo, ut peculiaris Congregationis sententia firmetur, contradicentibus Canonicis, qui omnia, et singula dubia dirimi exoptant.

Ex sacrorum canonum censura, ac dudum recepta Ecclesiæ disciplina Doctores ordinem, seu quosdam gradus constituunt, quos servari oportet in reficiendis, instaurandisque sacris ædibus. Si enim Ecclesia certos, designatosque habeat proventus fabricæ usui destinatos, tunc iidem ad templum reparandum primo conferendi sunt, *can.* 30. *dist.* 12. *quæst.* 2., *Benedictus XIV. Instit. Eccl.* 100. *num.* 9., *S. Cong. in Ter-*

rœinen. et Setina 17. *Martii* 1781. §. *Quoad restaurationem, et in Ariminen.* 19. *Septembris* 1789. Item ubi aliqua intercedat fundationis lex, statutum, aut consuetudo, ut alicui personæ immineat Ecclesiarum reparatio, eidem legi, aut consuetudini parendum est, *Engel. lib.* 3. *de ædifican. Eccl. num.* 8., *Ferrar. Biblioth. can. verb. Ecclesia num.* 68., *S. Cong. in Brictinorien. Paræciarum* 8. *Maji* 1824. §. *Verum.* Sin autem hæc non suppetant media, aut minus paria deprehendantur, ac de emendanda Cathedrali Ecclesia agatur, Episcopus quartam partem redituum Mensæ episcopalis qua præsentium qua futurorum in reparationem Ecclesiæ impendere, illamque pro tam pio usu servare obstringitur, *Bened. XIII. in Constitutione Pius et Misericors, Ventrigl. in præx. notab. tom.* 2. *art.* 18. *num.* 7., *S. Rot. in Acheruntina Pecuniaria* 24. *Aprilis* 1750. §. 3 *cor. Cortada, S. Cong. in Tolentinaten. Comm. Volunt.* 26. *Aprilis* 1826. §. *Tandem.* Quod si hujusmodi quarta non sufficiat, aut illam ob redituum tenuitatem suppeditare nequeat Episcopus, ad Ecclesiam reædificandam, et sarciendam cogendi sunt Canonici, et alii qui in Ecclesia possident Beneficia, *Antonel. de regim. Eccl. lib.* 1. *cap.* 2. *num.* 14. *et* 15., *Barbos. Jus. Eccl. cap.* 4. *num.* 10., *Sperel. decis.* 68. *num.* 20. Qui vero sartam tectam Ecclesiam servare tenentur, illi etiam sumptus necessarios facere debent pro iis omnibus, quibus Templum præditum sit oportet nedum ad tuendam, conservandamque fabricam, verum etiam ad ornandam Ecclesiam, et ad cetera comparanda, ut in illa sacræ functiones decore peragi queant, *Panimol. decis.* 6. *adnot.* 8. *num.* 9., *Bellet. disquisit. de cleric. debit.* §. 13. *num.* 13., *Francez de Eccl. Cathed. cap.* 20. *num.* 40., *Rot. in Lucana Restaurationum* 21. *Junii* 1765. §. 4. *cor. Herreros, et in Leodien. Reparationis Turris* 18. *Februarii* 1778. §. 4. *cor. Azedo.*

In constituendis elementariis hujusmodi sacrorum canonum principiis convenit Episcopi Patronus cum Defensore Canonicorum: at pugnant inter se, utrum in præsenti casu Episcopus, an potius Sacrarium, et Capitulum sumptus omnes pro reparanda Ecclesia, et pro sacro ministerio in ea obeundo perferre teneatur. Ad hanc obligationem in Sacrarium, et Capitulum refundendam animadvertit Episcopi Defensor, in Ecclesia Cathedrali adesse Sacrarium amplis

ad-

auctum reditibus, atque huic incumbere pondus instaurandi fabricam, ac prospiciendi ornatui Ecclesiæ. Id luculenter evinci autumat tum ex actis sacræ visitationis anni 1574. ubi legitur = *Habita notitia, quod Sacristia habeat nonnullos reditus ad illius usum, et fabricam Ecclesiæ . . . . præbendisque hujusmodi vel ipsi Capitulari Mensæ, vel Sacristiæ ad Ecclesiæ Fabricam, et ornatum, quod sibi incumbit, annecti, et incorporari* =, tum ex libris administrationis bonorum ad Sacrarium spectantium ab anno 1636. ad annum 1654. exaratis, ex quibus patet nonnullas peractas fuisse expensas in Ecclesiæ et annexorum tuitionem.

Capitulo autem hujusmodi onus imminere colligit in primis ex effusis donationibus jam a vetusto tempore in Capitulum collatis per Antistites pientissimos, qui jure percipiendi oblationes vivorum et mortuorum sese expoliarunt, ut illud in Canonicos transferrent. Porro deficiente fundo ad Ecclesiæ reparationem constituto, incontroversi juris est, ex decimis et oblationibus huic necessitati satis esse faciendum, adeoque eos teneri, qui oblationes, et decimas percipiunt *ad tex. in caus.* 10. *quæst.* 3. *can.* 3. Cum itaque Canonici emolumentum oblationum acceptum habuerint, justitiæ consonum est, ut reparationis Ecclesiæ onus subire teneantur.

Hisce grave pondus addunt decreta ab Episcopis in sacra obeunda visitatione edita, ut quæ in Ecclesia instauratione indigebant, quam cito sarcirentur, emendarentur. Et quamvis in memoratis decretis nulla fiat Sacrarii, aut Canonicorum mentio; cum tamen nemo sibi imperet, non aliis, quam Capitulo, et Canonicis instaurationes illas præscriptas fuisse dicendum est, nam Episcopi siquid impenderunt, id donandi animo expleverunt. Exinde colligit idem Defensor, in dubium revocari non posse ordinarias expensas pro instauratione, et cultu Ecclesiæ Cathedralis Sacrario in primis, ac dein Capitulo prorsus imminere.

Hisce rationum momentis innixus contendit quoque, Sacrarium et Capitulum onere devinctum esse tum comparandi, tum sarciendi ea omnia, quæ necessaria sunt ad sacras functiones in Ecclesia Cathedrali sive ab Episcopo, sive ab aliis peragendas. Scitum namque est, Episcopo sive in Ecclesia Cathedrali, sive in privato Sacello Sacris operaturo paramenta, luminaria,

va-a, aliaque sacra supellectilia a Sacrario esse suppeditanda, nec tenetur ipse illa sibi comparare, *Scarfant. animad. ad Ceccop. Lucub. canon. lib. 3. tit. 7. n. 8.*, *Albert. de sacris utens. cap. 13. num. 2.*, *S.Cong. in Urbevetana 9. Februarii 1737.*, *in Tiburtina Sacræ Supellectilis 17. Decembris 1825.* Quod quidem in themate præsertim locum sibi vindicare debet, in quo Sacrarii reditus in conservationem paramentorum, rerumque Sacristiæ insumendi sunt. Neque Canonicos ait esse audiendos, qui reditus Sacrarii, et Capituli valde imminuunt, ac censum Mensæ Episcopalis extollunt; siquidem ex tabulis accepti et expensi apparet, annuos fructus, subductis oneribus, vix congruam Episcopo debitam attingere, ac propterea, etsi eidem Episcopo vera inesset obligatio, nullo modo sinerent onus instaurandi, ac tuendi Ecclesiam.

At Capituli Defensor in primis tuetur, nullos in Ecclesia Fanensi extare reditus fabricæ, et Ecclesiæ cultui assignatos. Sua quidem Sacrarium habet bona; verum haud in alios eroganda sunt usus, quam in sacram supellectilem, in candelabra, in cereos, et in alias Sacristiæ necessitates. Et sane cap. 22. capitularium Constitutionum, quas litteris editis die 26. Junii 1506. probavit Summus Pontifex Julius II., decernitur, quod bona Sacrario jam tributa, et in posterum concedenda *sint*, *et esse debeant dictæ Sacristiæ*. *Declarantes quod dictus Camerarius pro Sacristia specialiter deputatus*, *teneatur de ipsis bonis pro ipsa Sacristia*, *et pro ipsius Sacristiæ bonis expendere et facere expensas necessarias ad conservationem paramentorum*, *et omnium aliarum rerum Sacristiæ*; *et reliquum quod supererit*, *teneatur pro ipsa Sacristia servare*. *Addentes etiam quod omnia alia bona a bonis Sacristiæ*, *et a bonis Præbendatorum distincta*, *dicantur*, *et esse debeant Mensæ Capituli*, *et venient distribuenda* =. Sacrarium itaque in Ecclesia Fanensi aliud est, quam patrimonium fabricæ, idque luculentius elici existimat tum ex eo quod in Diœcesi Fanensi mediæ annatæ exigantur pro Cathedralis Ecclesiæ tuitione, quarum solutioni ex censura Constitutionis Benedicti XIII., quæ incipit *Pius et misericors*, non fieret locus, si in Fanensi Ecclesia *opus*, *seu peculiare patrimonium fabricæ* extaret, tum ex vetusta, et centenaria consuetudine, quæ suadet

det onus manutentionis fabricæ et Ecclesiæ haud Sacrario, sed Episcopo incumbere.

Ad hanc probandam consuetudinem proferunt Canonici epistolam Cardinalis de Mantua, qui anno 1558. Fanensem regebat Ecclesiam, ita ad Canonicos scribentis = *Prima che riccvessi la lettera vostra . . . . avevo dato commissione che si spendesse quel tanto che fosse necessario per ridurre la Chiesa a forma onesta*. Afferunt transactionem anno 1737. initam inter Episcopum Beni, et hæredes decessoris Antistitis, ubi inter concordiæ causas recensetur omissio *dei necessarii risarcimenti non meno di quel Palazzo Vescovile, e Chiesa Cattedrale, che nelle Case rurali di detta Mensa*. Aliam insuper in medium adducunt transactionem anni 1765., qua Episcopus Orsi ab hæredibus demortui Præsulis Beni accepit scut. 687. *per li risarcimenti della Chiesa, Palazzo, Campanile, Case urbane e rurali*. Producunt tandem tum codices Sacrarii, et Mensæ Episcopalis, tum acta Capitularia, tum plura hominum testimonia, ex quibus liquido apparere arbitrantur, sumptibus Mensæ Episcopalis non autem Sacrarii ex vetustissimo tempore fabricam Ecclesiæ fuisse instauratam, et quæ opus erant pro divino cultu exercendo, fuisse comparata. Ex quibus duo consequi autumant Canonici, Sacrarium nimirum oneri manutentionis fabricæ, et Ecclesiæ haud esse subjectum, et Episcopum nedum ex juris dispositione, sed etiam ex diuturna observantia obstrictum esse ad sumptus omnes perpetrandos pro instauranda, tuenda, et ornanda Cathedrali Ecclesia; si enim ad firmandam obligationem, quæ juris dispositioni consona est, satis habetur decennalis consuetudo ad tradita *per Rot. in Civitatis Castellanæ Decimarum* 14. *Junii* 1790. §. 4. *cor. Strasoldo*, *et in Romana Pecuniaria* 26. *Martii* 1792. §. 6. *cor. Paracciano*, eo vehementius in themate hæc juris regula vim suam exercere debet, in quo diuturna, et centenaria præsto est consuetudo.

Contendit præterea Canonicorum Patronus, Sacrarium esse immune ab onere suppeditandi Episcopo sacra indumenta, quæ ipsius personæ inserviunt, dum Sacris solemniter est operaturus. Hujusmodi enim sacras vestes, et ornamenta proprio ære sibi quærere debet Episcopus ad tradita *per Pignatel. consult. can.*

55. *n.* 1. *tom.* 5., *Ferrar. Biblioth. can. verb. Paramenta sacra n.* 34 : suo penu sibi compararunt Fanenses Antistites, ac solummodo ex comitate eis Sacrarium aliquando suppeditavit, quæ ex spoliis Præsulum, aut aliunde Sacrario obvenerant.

Quamobrem concludit idem Defensor, expensas omnes pro sarcienda Ecclesia, et sacris functionibus peragendis necessarias subeundas esse ab Episcopo, quin ipse tenuitatem redituum Mensæ Episcopalis obtendens, ullam sibi immunitatem blandiri valeat. Etenim ex ipso statu activo et passivo ab Episcopi Defensore exhibito liquet, annuum censum, cunctis detractis impendiis, atque etiam scut. 400. *per spese di Chiesa*, congruam Episcopo a sacris canonibus statutam excedere. E contrario fructus Sacrarii ob temporum vicissitudines adeo exiguos evasisse inquit, ut quotannis desint scutata duo supra octoginta, atque eidem Canonici ex proprio peculio suppetias ferunt.

Nec ad levandum Episcopum ab onere, quod ipsi incumbit ex jure, ac longæva consuetudine, sumptus restaurationis et tuitionis Ecclesiæ transferendi sunt in Capitulum. Canonici siquidem in subsidium tantummodo, quatenus nempe fructus Mensæ Episcopalis pares non sint illis ferendis impendiis, pro rata reditnum contribuere tenentur. Hisce accedit, quod reditus Canonicorum valde tenues sint, quodque nihil unquam impenderint in Ecclesiæ manutentionem. Nec ullum, pergit memoratus Defensor, sibi præsidium quærere potest Episcopus ex vetustissimis largitionibus in Capitulum collatis. Præter quam enimt diuturna ac perennis observantia quamlibet excludi obligationem; illud non est prætereundum, quod ejusmodi largitiones expletæ fuerint *pia devotione*, ac nullo alio addito onere, quam annuæ præstationis unius libræ ceræ, et precum pro anima donantis, ejusque successorum; ac tandem quod mos ille offerendi oblationes jamdiu defecerit, ideoque cum cessaverit emolumentum, evanescere etiam debuit onus in correspectivitatem impositum, *Rot. in Anconitana Onerum Junii* 1734. §. 6. *cor. Calcagnino, et in Forolivien. Honorarii* 7. *Junii* 1816. §. 5. *cor. cl. me.*

Ser-

Serlupi, S. Cong. in Prænestina Reparationis Ecclesiæ 9. Julii 1825. V. Cum.

Cetera haurient Emi Patres ex allegationibus utrinque distribuendis, ac dirimere dignabuntur

Dubia

I. *An, et quomodo sit exequenda resolutio Sacræ Congregationis particularis, seu potius sint disputanda sequentia Dubia in casu etc.*

Et quatenus negative ad primam partem, et affirmative ad secundam

II. *An, et ad quem spectet manutentio Fabricæ, Capellarum mutius juripatronatus subjectarum, Altarium, et Turris campanariæ cum campanis, tintinnabuli cum funiculo ante fores Sacrarii, et adnexorum Ecclesiæ Cathedralis in casu etc.*

III. *An, et cujus sumptibus comparari et manuteneri debeant januæ, cancelli, fenestræ cum velariis, chorus, pulpitum, baptisterium, organum, et exedræ pro excipiendis confessionibus in casu etc.*

IV. *An, et cujus sumptibus comparari, et manuteneri debeant Icon altaris majoris, genuflexorium pro Episcopo ante Capellam SSmi Sacramenti, Palmatoria, Solia Episcopalia, Umbella, Faldistoria, Scamna pro Canonicis, et Abacus una cum eorum respective tapetibus, pulvinaribus, mantilibus, cæterisque necessariis, quæ hactenus a Sacrario suppeditata non fuere pro Pontificalibus in casu etc.*

V. *An, et cujus sumptibus comparari et manuteneri debeant vasa, oleum, abacus, cæteraque necessaria pro sanctorum Oleorum confectione sive in Cathedrali, sive in alia Ecclesia exequenda in casu etc.*

VI. *An, et ad quem spectent sumptus pro festo Assumptionis B. M. V. in casu etc.*

VII. *An, et ad quem spectent sumptus cereæ pro palmatoria Episcopi, ac pro collatione Sacramentorum Confirmationis et Ordinis in casu etc.*

VIII. *An, et ad quem spectent sumptus cereæ ante Cruces in anniversario dedicationis Ecclesiæ, et cæteris omnibus sacris functionibus sive ordinariis sive extraordinariis in casu etc.*

IX. *An*

IX. *An, et ad quem spectet onus stipendii pro Cantoribus ac Fidicinibus in majoribus Ecclesiæ solemnitatibus, et in diebus Pontificalium sive ab Episcopo sive ab alio celebrentur in casu etc.*

X. *An, et ad quem spectet onus stipendii pro campanarum pulsatione in casu etc.*

XI. *An, et cujus sumptibus comparari, et manuteneri debeant tabulatum, velaria, ac tapetia pro quadragesimali prædicatione et spiritualibus exercitiis in casu etc.*

XII. *An, et cujus sumptibus sint comparanda necessaria pro lotione pedum feria V. in Cœna Domini sive præsente sive absente Episcopo in casu etc.*

XIII. *An, et ad quem spectent sumptus pro dealbandis et mundandis parietibus, ac interiori lacunare Ecclesiæ, nec non pro lustranda platea ac via circum Ecclesiam occasione SS. Processionum, aut tempore decidentis nivis in casu etc.*

Ad I. Affirmative in omnibus ad primam partem, negative ad secundam, et quoad executionem articuli quarti exhibeantur etiam tituli provenientiæ bonorum Sacrarii.

Ad II. et reliqua Provisum in primo.

Sess. 22. Cap. 6. de Reform.

NUCERINA CAPELLANIÆ

Dubium

An, et quomodo sit annuendum precibus Marcellinæ in casu etc.

Affirmative ad quinquennium juxta votum Episcopi facto verbo cum SSmo.

Sess. 25. Cap. 4. de Reform.

ANCONITANA REDUCTIONIS MISSARUM.

Dubia

I. *An, et quomodo sit concedenda prorogatio reductionis Missarum in casu etc.*

Et quatenus negative

II. *An, et quomodo sit concedenda reductio Capellaniarum in casu etc.*

Et quatenus negative

III. *An, et quæ onera sint reducenda in casu etc.*

Dilata, et ad mentem.

Sess. 24. cap. 15. de reform.

CAMERINEN. ERECTIONIS ECCLESIÆ COLLEGIATÆ.

Inter ceteras parochiales Ecclesias civitatis Camerini Templum extat S. Mariæ in Via nuncupatum, quod volvente sæculo decimo septimo cl. me. Cardinalis Angelus Giori proprio ære e fundamentis excitavit, ac picturis marmoribusque exornavit, atque sacris supellectilibus copiose ditavit. Tanta autem in hanc cælestem Patronam idem Cardinalis ferebatur veneratione, ut non solum parochialem Ecclesiam S. Mariæ omnium suorum bonorum hæredem in-

instituerit, sed etiam duodecim erexerit Capellanias totidem Presbyteris conferendas, qui ibi Sacrum facere, et Choro, atque divinis officiis per mediariam alternis hebdomadis ad instar Ecclesiæ Cathedralis interesse tenerentur. Has omnes Capellanias mere laicales, atque ad Patronorum nutum omnino amovibiles esse sanxit, earumque nominandi jus ita distribuit, ut quatuor ad Archiepiscopum, quatuor ad Capitulum Ecclesiæ Cathedralis, binæ ad Xenodochii Præfectos, atque aliæ binæ ad Sodalitatem S. Crucis spectarent. Cuilibet Capellano annuum stipendium assignavit scut. 75., quæ nunc ob LL. MM. decrementum ad annua scut. 51. et obolos 50. redacta sunt, imminutis etiam Missarum oneribus ad annua Sacrificia centum. Legem præterea dixit a Capellanis jure-jurando firmandam, omnia se adamussim observaturos, quæ in ipsa fundatione præscripta fuerant. Ac ne hujusmodi fundationis leges ullo unquam tempore immutarentur, hæc insuper mandavit = Ed in „ evento che in qualunque modo si controvertesse, „ inquinasse, o contravenisse a questa sua fondazione „ con erigere o far' erigere in titolo collativo, e con- „ ferire, o farsi conferire le dette Cappellanie *ad tem- „ pus* o *ad vitam* o in perpetuum, o commutarle „ in altre opere o cause pie ed ecclesiastiche, o gra- „ vare di pensione il detto salario e stipendio, o in „ qualsivoglia altro modo venga derogato o in parte, „ o in tutto, o a preghi, o per capriccio di altri, „ ovvero anche per motu proprio del Sommo Ponte- „ fice; in qualsivoglia di detti casi adesso e per allo- „ ra, finchè durerà l'alterazione di questa sua volon- „ tà, libera ed assolve se ed i suoi Eredi e Successo- „ ri dal pagamento dello stipendio, e vuole che que- „ sto debba impiegarsi nella celebrazione di tante „ Messe nella sudetta Chiesa, o altrove. =

Ad tramites fundationis omnia peracta sunt ad hæc usque tempora, quin testatoris voluntatem vel minimum immutare aliquis unquam excogitaverit: verum superiori anno nonnulli ex Camertibus Patriciis supplicem SSmo Domino Nostro porrexerunt libellum, quo Ecclesiæ S. Mariæ in Via in insignem Collegiatam erigi postularunt. Vellent nimirum ex duodecim Capellaniis totidem institui canonicales præbendas, quarum unaquælibet comprehensis distributio-

nibus habeat annua scut. 51. et ob. 50., eisque adjungi aliam præbendam Prioris, qui in eadem Ecclesia curam habet animarum, cui juxta testatoris præscriptum annua scut. 40. pro chorali servitio sunt pensitanda. Hic licet primus inter æquales, tamen hujusce novi Capituli foret prima dignitas, ab Apostolica Sede, prævio concursu, Sacerdoti doctorali laurea in Sacra Theologia, vel in Jure Canonico insignito jugiter conferenda; sartum vero tectum singulis patronis servaretur jus præsentandi ad omnes Canonicatus. Hac ratione autumant Camertes Patricii, tum Domus Dei decorem, tum cultum erga Deiparam haud parum augeri, ideoque suas preces exaudiri vehementer exoptant.

Precibus per Emum Cardinalem Pro-Datarium Archiepiscopo ablegatis pro informatione et voto, hic tam suam, quam omnium patronorum sententias retulit, sed cum istorum opiniones inter se discrepantes repertæ fuerint, et Camertium postulatum disquisitione dignum videretur, SSmus votum Sacri hujus Ordinis exquiri mandavit.

Quod pertinet ad Archiepiscopum, cujus voto adhærent Capellani, atque etiam Deputati Hospitalis, Oratorum petitioni favendum esse arbitratur. Monet enim, quod præter commune civium ac præsertim Patriciorum desiderium, ut Parochialis Ecclesia S. Mariæ in Via in Collegiatam erigatur, id etiam postulat singularis erga perantiquam Deiparæ imaginem devotio, ad quam in fidelium cordibus magis foven lam, cultumque divinum promovendum, novæ hujus Collegiatæ erectio quamplurimum conferret. Addit præterea, Camertis Cleri bono conducere, ut ex duodecim Capellanis Giori totidem Canonicatus constituantur; hoc enim pacto illorum Clericorum indigentiæ consuleretur, qui ob patrimonii sacri deficientiam Sacros Ordines suscipere nequeunt. Demum animadvertit, nullam fieri reditnum hæreditatis Giori distractionem, aut commutationem: cumque testator eam ob causam et Ecclesiam construxerit, et Capellanias fundaverit, ut nimirum Deiparæ imago coleretur, et in Choro hymnis et canticis nomen Dei celebraretur, quæ omnia post novæ Collegiatæ erectionem melius decentiusque perficerentur, hinc concludit, eam fundatoris menti non modo non adversari, sed potius consonam esse.

Hu-

Hujusmodi insuper Collegiata satis amplo aucta esset censu, quo divino cultui, et Canonicorum exhibitioni decore prospiceretur. Annui enim hæreditatis Giori reditus summam fere attingunt scutatorum mille. Isti autem reditus pares sunt ferendis oneribus; nam subductis scut. 40. Parocho Priori solvendis, scut. 618. inter Capellanos, seu Canonicos æqua lance distribuendis, scut. 50. Nosocomio pendendis, scut. 80. pro tuitione fabricæ, et sacræ supellectilis, ac tandem sc. 100. pro expensis divini cultus, reliqua forent circiter scutata 100., quæ insumenda sunt in publica dissolvenda vectigalia, et in mercedem Æditui, aliisque Ecclesiæ servitio addictis repræsentandam.

Hæc sunt præcipua rationum momenta, quæ pro sua tuenda sententia in medium profert Camerini Antistes. Sane urgente necessitate, vel majori suadente utilitate testatorum voluntates posse commutari docet Concilium Tridentinum *sess. 22. cap. 6. de reformat.*, cui concinit Sacra hæc Congregatio *in Nullius Piscen. Commutationis Voluntatis* 13. *Julii* 1720., *et in Faventina Commutationis voluntatis, applicationis et sanationis* 22. *Februarii* 1825. In themate vero licet urgens necessitas desideretur, attamen major subesse videtur utilitas. Nihil enim hac nostra præsertim ætate opportunius, quam media suppeditare, quibus ministrorum Ecclesiæ excrescere valeat numerus. Justa itaque occurrit causa ad supremam Cardinalis Giori voluntatem commutandam; eoque facilius Oratorum votis est concedendum, quod fundatoris voluntati vix derogari videatur: Capellani siquidem jam Chori servitio addicti sunt, eadem, quæ antea, indesinenter subirent onera, ac præter canonicalem titulum nihil prorsus sibi acquirerent.

Verum contrarium omnino sentiunt Canonici Ecclesiæ Cathedralis, et Sodalitas S. Crucis. Atque in primis animadvertunt non domus Dei decorem, sed hominum dumtaxat honorem ex hac novæ Collegiatæ erectione augeri. Enim vero Ecclesiæ servitium haud increbresceret nec ministrorum copia, nec sacrarum functionum accessione, nec demum exteriori pompa choralium insignium, quibus psalmorum cantus absolvitur, nam Capellani ex Summi Pontificis indulto utuntur rochetto ac mozzetta cærulei coloris. Quin imo imminui posse existimant divinum cultum, si

Ora-

Oratorum petitionibus annuatur. Quum enim in præsens Capellani sint ad nutum amovibiles, ab omni prorsus fallentia se abstinent, ne a patronis Capellaniarum possessione priventur; at Capellaniis ad Canonicatus gradum evectis, verendum profecto, Chori servitium neglectum iri.

Denique vehementer pertimescunt Ecclesiæ Cathedralis Canonici, ne hujus Collegiatæ erectio pacem ipsis eripiat; imo illorum jurium detrimentum inferat, quibus Canonici partim ex fundatoris lege, partim ex diuturna consuetudine hactenus gavisi sunt. Enim vero cavit Fundator, ut Archiepiscopus, et Canonici Cathedralis Ecclesiæ = *deputino due de' miei Cappellani Giori stimati più abili con uno dei Signori Canonici di detto Capitolo, quali unitamente abbiano l' amministrazione di questa mia eredità* =. Eosdem Canonicos rogavit, ut die, qua subsidia dotalia puellis distribuuntur in Ecclesia S. Mariæ in Via, Missam solemnem canerent, ac processioni interessent, injuncta Capellanis lege memoratis Canonicis inserviendi = *puntualmente, e con affetto* =. Ex vetusta dein transactione Apostolicis Litteris Clementis VIII. anni 1597. roborata jure pollent Canonici in mensibus Apostolicæ Sedi non reservatis eum inter approbatos ab Examinatoribus synodalibus in concursu ad Parœciam S. Mariæ in Via eligendi, quem ipsi digniorem existimaverint, illumque præsentandi Archiepiscopo pro assequenda canonica institutione. Tandem a tempore, cujus initium in tenebris delitescit antiquitatis, ad Ecclesiam S. Mariæ alterum ex Canonicis mittere solent, qui demortuo ejusdem Ecclesiæ Priori justa persolvat. Porro si Camertes Patricii, et Capellani voti compotes redderentur, Capitulum Cathedralis Ecclesiæ jure eligendi, et præsentandi Priorem expoliaretur, Capellani facili negotio a Canonicis desciscerent, juraque Capituli, ac legem fundatoris parvipenderent.

Capitulo adhæret hodiernus Prior, seu Parochus Ecclesiæ S. Mariæ in Via, qui cum jam litteras Apostolicas expediverit, quibus Parœciæ possessionem nactus est, novas expensas pro Apostolicarum litterarum expeditione facere detrectat. Subdit, per Collegiatæ erectionem tum Prioris, tum parochialis Ecclesiæ jura val-

valde imminui, et Priorem inter ac Cappellanos lites facile exorturas, illorum præbendam haud satis esse sustinendo decenti Dignitatis, et Canonicorum gradui, Ecclesiam S. Mariæ necessaria instauratione adhuc indigere, atque in eam causam ad annum usque 1829. ex Summi Pontificis venia erogandos esse fructus unius et alteræ vacantis Capellaniæ. Quapropter se propositæ erectioni assensum haud præbere amplissime contestando denuntiavit.

Hisce accedit, religiose servandas, et pro lege habendas esse Testatorum voluntates, *L. 120. ff. de Verborum signif.* Nihil enim est, quod magis hominibus debeatur, quam ut supremæ voluntatis, postquam aliud velle non possunt, liber sit stylus, *Can. Ultima voluntas Caus. 13. q. 2., L. 1. Cod de Sacros. Eccles., et S Congreg. in Novarien Reductionis et Absolutionis 18. Septembris 1824. §. Servanda.* Qua ex re cum testatoribus jus sit in quod voluerint opus, et quo maluerint modo bona sua reliquendi, nedum in æquale, sed nec etiam in melius commutari debent ultimæ voluntates, *Clement. Quia contigit de Relig. domibus, L. 7. Cod. de Testam., Gratianus discept. forens. in Cap. Nos quidem de Testamentis n. 35.*, præsertim si testatores aperte, veluti in præsenti casu, caverint, ne eorum voluntas immutaretur, *Piton de controv. patron. olleg. 80. n. 5., S. Congr. in Asculana Congruæ 21. Julii 1827. §. Abrogatum*, sedus fideles voluntatibus defunctorum per commutationem vulnus intligi sentientes a legatis in pias causas scribendis abducerentur, *Sacra Congr. in Faventina Commutationis Voluntatis, applicationis et sanationis 22. Februarii 1823. §. Et concinit.* Atque his certe de causis EE. VV. *in Tolentinaten. Commutationis voluntatis 22. Aprilis 1826.* putarunt haud annuendum esse precibus Deputatorum Fabricæ Ecclesiæ Cathedralis, qui postulabant, ut quæ Aloisius Gullinelli reliquerat pro ædificanda Ecclesia in loco prorsus inutili, templo Cathedralis Ecclesiæ denuo extollendo applicarentur. Hæc autem si locum sibi vindicant, ubi agitur de commutanda cujuslibet testa-

statoris voluntate, eo vehementius vim suam exercere debent, ut servetur fundationis lex conscripta a viro, qui amplissima fulgebat dignitate.

Videant igitur Emi Patres, ea qua pollent sapientia, utrum in præsenti casu impertienda sit petita voluntatis commutatio, ac respondere dignentur

Dubio

An, et quomodo sit consulendum SSmo pro erectione Collegiatæ in casu etc.

Negative in omnibus.

Sess.22.cap. 8. de reform.

MONTISFALISCI BALNEOREGIEN.ET INTERAMNEN. ORDINATIONIS. Archangelus Pasquetti Spica ortum suum habuit Subluci Interamnensis Diœcesis, ubi ejus Familia domicilium antiquitus posuerat. Ætate jam major, et Gubernatoris munere perfunctorus in oppidum Capitis Montis, quod situm est in Diœcesi Montis Falisci, se contulit, ibique decem et ultra annos commoratus est, stabilia bona acquisivit, ac uxorem duxit, a qua filium Charitæum suscepit. Hinc aliquot annis Castellione Tiberinæ, dein Civitellæ Alleani Balneoregiensis Diœcesis cum ejus familia habitavit, tribus demum abhinc annis in Terr-

terram Baschi Tudertinæ Diœcesis profectus est, quo in loco officium publici Secretarii exercet. Interim filium Charitæum ætatis annorum decem circiter et octo inter Convictores Balneoregiensis Seminarii adscribi curavit, et secundus jam effluxit annus, ex quo ibidem litteris operam navat. Hic Charitæus prima tonsura initiari desiderans, ab hoc S. Ordine supplici implorat libello, ut ob incertam, quam ejus familia semper habuit, sedem, dimissoriales litteras ab Antistite Balneoregiensi valeat obtinere.

Preces ablegavi tum Emo Episcopo Montis Falisci, tum etiam Antistiti Interamnensi, ac Præsuli Balneoregiensi, ut Sacram Congregationem instruerent, votumque suum aperirent. Isti litteras mihi dederunt, ex quibus expositam rerum seriem deprompsi. Balneoregiensis autem Episcopus licet fidem perhibeat, Oratorem laudabiliter se gerere, nulloque canonico impedimento affectum esse; nihilominus fatetur „ juvenem ad hanc Diœcesim minime pertinere, evi„ denter constare; sed nec ad Dioecesim Montis Fa„ lisci, quia in eadem ex accidenti, ob moram sci„ licet patris ratione officii, in lucem editus est. „ Remanet igitur Episcopus Interamnensis, utpote „ verus patris Ordinarius ratione originis, eumque „ jus in filium quoad Ordines exercere posse, non ap„ paret ambigendi locus „ Verum Episcopus Interamnensis audivisse affirmat Parochum terræ Subiaci, qui respondit, *tredecim annorum tempore, ex quo in dicta terra commoratur, patrem Oratoris domiciliatum unquam se meminisse, et certo scit bona stabilia, ædesque instructas numquam habuisse.* Tandem Emus Episcopus Montis Falisci ait „ patrem Oratoris eam in loco tum conceptionis, tum nativita„ tis filii duxisse moram, quæ ad legitimum domi„ cilium constituendum, legalem titulum suppedi„ taret, tum quia ibidem decennium, et ultra vixit, „ tum quia bona immobilia acquisivit, tum quia „ denique nupsit, ut ideo animum permanendi ha„ buisse jure merito quisque præsumat oporteat, que„ madmodum permansisset, nisi graves temporum vi-

„ cissitudines alio eum advocassent. Jam vero, ut
„ fatear quod sentio, absenti Oratori testimoniales
„ litteras dare mei esse officii non abs re certe cre-
„ diderim.

Is proprius ac legitimus est sacræ Ordinationis Episcopus, qui aut ratione originis, aut domicilii, aut beneficii, aut familiaritatis eum sibi subditum, addictumque habet, qui ecclesiasticæ militiæ se mancipare cupit, *cap. Cum. nullus de temp. ordin., Bened. XIV. Inst. eccl. 33. §. 6., et S. Congregatio in Lunen. Sarzanen. Sacræ Ordinationis 29 Maji 1824 §. Quum quum.* Cum autem in præsenti casu nec beneficii, nec familiaritatis titulus præsto sit, quæstionem potius instituere oportet de Epi-copo domicilii et originis,

Jam vero ex rerum serie liquido apparet, rationem haberi non posse hodierni domicilii sive Charitei, sive ejus patris. Ille enim studiorum causa Batneoregium petiit, hic autem ad oppidum Bischi profectus est, ut munere Secretarii fungatur; ac propterea in utroque animus deesse videtur perpetuo manendi in loco, quem nunc inhabitant. Quin imo desiderantur illa rerum adjuncta, quæ eumdem animum evincunt, scilicet diuturna inhabitatio cum instructis ædibus, bonorum translatio, ac juramentum se vere et realiter animum habere perpetuo ibidem permanendi. Hujusmodi enim conditiones tam necessario intersint oportet ad verum, legitimumque comparandum domicilium pro suscipiendis sacris ordinibus, ut alterutra deficiente animus in aliquo loco perpetuo manendi non præsumatur, ut statuit notissima Constitutio Innocentii XII. cujus initium *Speculatores* §. 11., et docet *S. Congregatio in Lunen. Sarzanen. Sacræ Ordinationis 29. Maji 1824. §. Contendit, et in Spoletana et Fulgitanen. Ordinationis 27. Maji 1826. §. Nulli.*

Summa itaque rei contrahitur ad titulum originis. Porro subditus ratione originis, ita memorata Constitutio §. 9., is tantum esse intelligitur, qui naturaliter ortus est in ea Dioecesi, in qua ad Ordines promoveri desiderat; *dummodo tamen ibi natus non fuerit ex ac-*

ci-

cidenti, occasione nimirum itineris, officii, legationis, mercaturæ, vel cujusvis alterius temporalis moræ, seu supermanentiæ ejus Patris in illo loco; quo casu nullatenus ejusmodi fortuita nativitas, sed vera tantum et naturalis patris origo erit attendenda. At si pater, subdit in sequenti §. 10., *in alieno loco, ubi ejus filius natus est, tamdiu, ac eo animo permanserit, ut inibi vere domicilium de jure contraxerit, tunc non origo patris, sed domicilium per patrem legitime, ut præfertur, contractum pro ordinatione ejusdem Filii attendi debeat.*

Inquirendum est igitur, utrum Charitæus in oppido Capitis Montis ex accidenti ortum duxerit, ita ut origo patris, non autem filii sit spectanda, vel potius in eodem oppido originem traxerit, dum ejus pater ibidem domicilium constituerit, ideoque filii origo sit attendenda. Jam vero Charitæi patrem in terra Capitis Montis sedem suam collocasse ex eo deducit Emus Episcopus Montis Falisci, quod Oratoris pater avitum domicilium Subluci penitus deseruerit, ac terram Capitis Montis petierit, ibique uxorem duxerit, lares collocaverit, immobilia acquisierit bona, ac per decennium et ultra jugiter vixerit. Hæc autem argumenta, et præcipue decennalis habitatio declarant, Archangelum Pasquetti animum habuisse perpetuo manendi in memorato oppido; nam si eo ipso quod quis per decennium in loco habitaverit, præsumitur in dubio habuisse animum ibi domicilium constituendi *Bartol. in l. Cornelia §. Si demum ff de injur., Fagnan. in cap. Significavit de Paroch. n. 50., S. Congregatio in Fabrianen. et Camerinen. Ordinationis 19. Augusti 1797. §. Concedenda*, quæ libet sane evanescit dubitatio, si diuturnæ habitationi alia adstipulentur rerum adjuncta, quæ clarius animum evincant, *Fagnan. loc. cit. n. 54., Baldus consil. 334., S. Congregatio in Lunen. Sarzanen. Sacræ Ordinationis 29. Maji 1824. §. Episcopus.*

Balneoregiensis tamen Antistes putat Charitæum in terra Capitis Montis ex accidenti in lucem fuisse editum, ac propterea Oratoris ordinationem ad Episcopum intera-

teramnensem pertinere. Explorati siquidem juris est, ad verum sibi in aliquo loco comparandum domicilium haud satis esse moram quamvis decennalem, ac magis diuturnam, sed præterea animum requiri perpetuo ibidem commorandi, *L. Domicilium ff. ad Municipal.*, *Barbos. de offic. et potest. Episcop. part. 2. alleg. 4. n. 25.* A Charitæi autem patre abfuisse videtur animus stabilem sedem certumque domicilium in terra Capitis Montis collocandi. Ipse enim eum in locum minime se contulit, ut ibidem perpetuum domicilium constitueret, sed ut munus Gubernatoris obiret. Qui autem ratione dumtaxat officii in loco aliquo etiam per longissimi temporis spatium commoratur, verum non contrahere domicilium patet ex Innocentiana Constitutione §. 9. et docet *S. Congregatio in Fanen. Legati* 20. *Aprilis* 1771. §. *Civilitas*, *et in Romana seu Tudertina* 13. *Julii ejusdem anni* §. *Neque*, cum eo animo comparatus censeatur, ut illinc sit discessurus, simul ac officium, quo ipse fungitur, alio eum advocet. Et revera Charitæus paternarum rerum probe conscius in supplici libello huic Sacro Ordini porrecto affirmat, parentem suum *per essere impiegato nei Governi* non habuisse *domicilio fisso in alcun luogo.*

Illud tandem hic pro meo munere animadvertendum reor, quod cum Orator prius in Diœcesi Montis Falisci, dein in Tudertina Diœcesi una cum patre moram traxerit, et in præsens in Balneoregiensi Seminario commoretur, deliberent quæso Emi Patres, utrum Testimonialibus Episcoporum earumdem Diœcesum indigeat, ut licite clericali tonsura initiari, et ad Ordines promoveri queat. Eas quidem necessarias suadet Innocentiana Constitutio, atque in similibus casibus ita respondit hic Sacer Ordo, ut dignosci possit, an ad Ordines promovendus aliquo irretitus sit canonico impedimento. Exempla prostant in *Bononien. seu Ferrarien. Ordinationis* 14. *Novembris* 1733., *in Asculana et Camerinen. Ordinationis* 19. *Augusti* 1797., *in Lunen. Sarzanen. Sacræ Ordinationis* 29. *Maji* 1824. *et in Spoletana et Fulginaten. Ordinationis* 27. *Maji* 1826.

Hinc proponitur

Du-

Dubium

An, ad quem, et quomodo spectet Ordinatio Charitei in casu etc.

Affirmative ad Emum Episcopum Montis Falisci, impetratis litteris testimonialibus ab Episcopis Balneoregien., et Tudertino.

CIVITATIS CASTELLANAE REDUCTIONIS ET DISPENSATIONIS. Capitulum Collegiatæ Ecclesiae Valderani duabus constat Dignitatibus, decem Canonicis, et quinque Beneficiatis. Jam inde ab ipsa fundatione tenues constituti sunt reditus, adeo ut Canonici scutata triginta, et Beneficiati scutata quindecim quotannis percipierent. Labentibus annis, ac temporum tristitia valde decreverunt capitulares proventus, et Sacerdotum numerus imminutus est: quo factum, ut nemo sive ex indigenis, sive ex alienigenis inveniretur, qui ad quasdam vacantes præbendas contenderet, et qui canonicali gradu jam erant insigniti conquererentur de gravi servitii choralis pondere, ac de fructuum exiguitate. Quapropter Canonici hanc sacram adierunt Congregationem, et sequentia Dubia proponi petierunt: I. *An, et quomodo sit concedenda reductio Canonicatuum, et præbendarum beneficialium in casu etc.*, et quatenus negative: *II. An, ad quod tempus, et quomodo sit concedenda suspensio collationis earumdem præbendarum in casu etc. III. An, et quomodo sit locus reductioni servitii choralis in casu etc. IV. An, et quomodo sit locus reductioni binæ Missæ quotidianæ ad binam in hebdomada in casu etc.* rescriptumque prodiit die 19. Julii 1820. *Ad I. Provisum in secundo. Ad II. Affimative ad decennium pro duo-*

Sess. 22. cap. 4. et Sess. 24. Cap. 15. de reform.

bus.

bus Canonicalibus, et tribus Beneficialis ad effectum conficiendi multiplicum ex superextantibus reditibus, satisfactis Missarum oneribus, deputato per Episcopum ecclesiastico administratore, non retardata interim provisione Præposituræ, et notificetur Ministris Datariæ Apostolicæ. Ad III. Affirmative ad decennium ad omnes dies festos etiam reductos cum solitis clausulis. Ad IV. Affirmative per decennium ad unam Missam tantum quotidianam.

Ad tramites hujus resolutionis reditus proficiscentes ex canonicalibus, et beneficialibus præbendis, quarum collationis indulta fuit suspensio, multiplico collocacarunt Canonici ad integrum annum 1825. Verum postea illud intermiserunt, cum annui reditus ob vilescens rerum pretium vix pares essent congruæ scutatorum triginta singulis Canonicis quolibet anno pendendæ. Hinc Canonici denuo preces obtulerunt huic S. Ordini, et immunitatem postularunt ab onere investimenti.

Requisitus Episcopus, ut audito Capitulo referret de summa depositi hactenus peracti, votumque suum aperiret, hæc retulit „ Quæ in supplici libello Capitu„ lum Collegiatæ S. Andreæ in terra Vallerani expo„ nit, veritati nituntur. Triginta scutata annua uni„ cuique ex Canonicis Laurentius Augustini, et Pe„ trus Rossetti fundatores Capituli constituerunt. Pro „ anno autem 1827. adeo tenues fuere reditus ex fun„ dis præcipue rusticis percepti, ut vix scutata vigin„ ti quilibet ex Canonicis perceperit, et id etiam in „ divisione pro currenti anno fortasse eveniet. Hinc „ accidit, ut prætato anno 1827. minime effectum „ fuerit depositum a S. Congregatione præscriptum: „ quod quidem depositum neque anno 1826 peractum „ est; facta enim divisione et Capituli oneribus sup„ putatis nihil eo anno præter scutata triginta pro quo„ libet Canonico fuit super.

„ Quamobrem si ita EE. VV. videbitur, quarum ju„ dicio sapientissimo, ut par est, hos animi mei sen„ sus submitto. Arbitror Capituli precibus annuen„ dum ad formam tamen resolutionis Capituli, quam „ adjungo, ita scilicet, ut, suspensa obligatione an„ nui depositi ad totum annum 1830., Canonici pro

quo-

„ quolibet ad dictam epocham anno percipiant scu-
„ tata triginta, et in fine dictæ epochæ investia-
„ tur favore Capituli, et juxta rescriptum a Sacra Con-
„ gregatinne anno 1820. editum, quidquid superes-
e, se potuerit.

„ Summa resultans ex depositis peractis est scut. quin-
„ gentorum et septem. „

Canonicorum preces adversantur quidem providæ hujus Sacris Ordinis resolutioni; nam eam ob causam suspensionem concessit collationis quarumdam præbendarum, ac multiplicum fieri jussit, ut demum capitulares reditus augerentur. Si autem EE. VV. memoratis precibus annuerent, redituum exiguitas in ævum protraheretur.

Verum commiseratione digni sunt Canonici. Ipsi enim haud facultatem postulant in proprios usus convertendi fructus præbendarum, quarum suspensa est collatio, sed tantummodo ut sibi liceat ex capitulari mensa quotannis percipere scutata triginta, et quidquid reliquum erit, multiplico collocare. Eam sane pecuniæ vim ex fundationis lege sibi vindicant Canonici. Valde tenuis præterea videtur hujusmodi congrua pro ratione servitii choralis, et Missarum, quas celebrare tenentur; ideoque æquitati consonum est, ut illa dumtaxat pecuniæ vis in augendam præbendarum dotem erogetur, quæ, subductis prius scutatis triginta pro singulis Canonicis, ex annuis reditibus ad integrum usque annum 1830. supererit.

Proponitur

Dubium

An sit standum vel recedendum a decisis quoad secundum dubium in casu etc.

In decisis juxta modum, nempe juxta votum Episcopi, qui curet summam scutatorum quingentorum septem statim investiri.

Sess. 24. cap. 15. de reform.

NEAPOLITANA REDUCTIONIS SERVITII CHORI. Hujus controversiæ speciem haurient Emi Patres ex folio diei 18. Martii 1826., qua die propositum fuit Dubium: *An, et quomodo sit concedenda reductio servitii Chori in casu etc.*, responsumque prodiit die 22. Julii ejusdem anni: *Affirmative ad omnes dies festos de præcepto ritus duplicis tam primæ, quam secundæ classis, nec non ad officia tenebrarum, commemorationis omnium fidelium defunctorum, et Missa solemnis quotannis celebretur in anniversario Philippi Pontano*. Sed postulantibus Hebdomadariis instaurata fuit propositio die 21. Julii 1827 sub Dubio: *An sit standum, vel recedendum a decisis in casu etc.* et EE. VV. placuit rescribere die 18. insequentis mensis Augusti; *In decisis, nimirum ad illos dies festos ritus duplicis primæ et secundæ classis tantum, qui sint de præcepto præter officia tenebrarum, commemorationis omnium fidelium defunctorum, et anniversarium Pontano.*

Hanc choralis servitii reductionem gravate ferentes Hebdomadarii, Beneficiis nuntium remiserunt. Emus Archiepiscopus renunciationem acceptam habere noluit litterasque dedit huic sacro Ordini, quibus distinctam rerum seriem denuo narrandam aggreditur, et ob rerum adjuncta ampliorem spérat Emos Patres fore concessuros servitii imminutionem. Hæc ipse habet.

„ I due veneratissimi rescritti di codesta S. Congregazione relativi alla riduzione del Coro in questa Chiesa di S. Maria Maggiore, sebben dettati secondo lo spirito de' sagri canoni, e diretti alla maggior gloria di Dio, pur nondimeno sin ora non sono stati messi in esecuzione; e questa reluttanza affligge grandemente l'animo mio, a motivo che negl'informi fatti a codesta S. Congregazione circa la diminuzione delle rendite siasi mancato di esporre tutte le circostanze, le quali sembrano cambiare lo stato della questione.

„ La Chiesa adunque di S. Maria Maggiore, edificata sulle rovine dell'antico tempio di Diana, è una delle quattro più antiche Parrocchie Matrici di questa Città. Essa fu eretta in Basilica dal glorioso Vescovo di Napoli S. Pomponio nel 520., fu consacrata, ed arricchita di un numero grandissimo di S. Indulgen-

ze-

se dal Pontefice Giovanni II. nel 533., ed a 5. Agosto 1253. venne decorata colla celebrazione del divinissimo Sacrifizio dal Pontefice Innocenzo IV.

„ Esisteva un tempo nella suddetta Chiesa la più insigne e vetusta Collegiata, composta di un'Abbate, dieci Eddomadarj, ed un Sacrista. L' Abate era prescelto da tre famiglie nobili napolitane, che godevano il patronato, e per lo più cadeva la scelta sopra ecclesiastici di supremo grado, e gerarchia, molti de' quali ebbero l' ascenso alla dignità Cardinalizia. Apparteneva all'Abate il diritto d' istituire gli Eddomadarj, i quali uniti nominavano fra essi il Parroco, e lo presentavano all' Arcivescovo per l' istituzione.

„ Nell' anno 1589. trovandosi Abate di S. Maria Maggiore Fabrizio Caracciolo, il medesimo si unì con Giovanni Agostino Adorno nobile genovese, e con Ascanio Caracciolo, poi S. Francesco Caracciolo per la fondazione dell'Ordine de' Chierici Regolari Minori. Fu designata per prima casa la suddetta Chiesa di S. Maria Maggiore col locale contiguo, e ne fu trattata la cessione, promettendo di adempire essi Chierici Regolari Minori a tutti gli obblighi, e pesi della Collegiata: di lasciare libere, e franche di pesi tutte le rendite agli Eddomadarj, e di pagare altresì agli Eddomadarj, che non reluttavano annui ducati quindici per ciascheduno loro vita durante, ed al Sacrista annui ducati trenta.

„ La maggior parte degli Eddomadarj condiscese, e si riservarono il diritto di nominare, e presentare all' Arcivescovo il Parroco, il quale dovesse continuare le funzioni parrocchiali per la cura delle anime nell' istessa Chiesa di S. Maria Maggiore, sino a che a spese de' Chierici Regolari minori, si trovasse altra Cappella nell' ambito per tali funzioni, e di celebrare essi Eddomadarj la Messa solenne nella Chiesa medesima nella festa dell'Assunzione di Maria SSma.

„ La suddetta convenzione fu approvata dal Pontefice Sisto V. con Bolla dei 15. Marzo 1590., e per effetto di questa Bolla i Chierici Regolari Minori furono immessi nel possesso della Chiesa, del locale contiguo, del campanile, e Campane, delle Reliquie, sacre supellettili, organo etc. Si obbligarono essi Chierici

alla soddisfazione di tutti gli obblighi descritti nella tabella, ed enunciati nella convenzione, e tutte le rendite rimasero libere e franche di pesi agli Eddomadarj, per cui d'allora in poi l' Eddomade furono sempre considerate e provvedute come Benefizj semplici.

„ Per quanto apparisce da antiche scritture, sembra che i Chierici Regolari sino a che vissero di limosine abbiano esattamente adempito a tutti gli obblighi assunti colla mentovata convenzione, e che poi abbiano incominciato a tralasciare l' adempimento degli obblighi suddetti. Dovettero perciò sostenere gravi liti.

„ Dopo molto tempo produssero una riduzione ottenuta nel 1667. in forza di un rescritto del Pontefice Alessandro VII. Per effetto di quel rescritto, tutti gli obblighi di S. Maria Maggiore descritti nella citata convenzione del 1589. furono ridotti ad una sola Messa quotidiana perpetua, colla limosina di annui scudi sessanta romani.

„ Succesa quindi nel 1806. l'occupazione militare di questo Regno, furono soppressi tutti gli ordini religiosi possidenti, e le rendite confiscate. Ma finita l' occupazione militare, colla legge del Concordato fu fra gli altri ripristinato l'Ordine de' Chierici Regolari Minori, i quali ottennero una novella dotazione sopra i beni del patrimonio regolare, e nel 1823. passarono ad abitare nel monastero di Monte Vergine di questa Città.

„ In tale occasione fu che l'Abate ed Eddomadarj di S. Maria Maggiore, vedendo la loro Chiesa derelitta, giudicarono di dover rientrare ne' loro primitivi diritti, ma trovarono la Chiesa spogliata di tutto, e bisognosa di pronte riparazioni per non lasciarla crollare, e trovarono che il convento era stato già consegnato alla Real Corte.

„ Sebbene gli Eddomadarj avessero ottenuto le loro Eddomade come Benefizj semplici, e sebben le attuali loro rendite sieno assai diminuite, tanto per la perdita delle partite d' arrendamenti, e di molti canoni sopra fondi che appartenevano al dominio de' luoghi pii soppressi, e venduti nel tempo dell' occupazione militare franchi di tali canoni, quanto per l' imposizione del peso fondiario, e pel ribasso degli affitti a cagione della vilezza de' prezzi de' prodot-

dotti; pur nondimeno soffrendo mal volontieri che la loro Chiesa di S. Maria Maggiore, restasse abbandonata senza la celebrazione di sagre funzioni, e sperando di ottenere una conveniente riduzione, si determinarono di adempire essi a quegli obblighi che colla riduzione sarebbero stabiliti.

„ Ricorsero pertanto alla S. Congregazione della Fabbrica di S. Pietro, implorando la riduzione delle Messe, ed anniversarj, ed essendo stata a me rimessa la supplica colle facoltà opportune per la riduzione, con decreto di questa Curia Arcivescovile fu ordinato che si stabilisse una Cappellania quotidiana perpetua di annui ducati settantadue napolitani in soddisfazione di tutti gli obblighi di Messe perpetue e temporanee, non che degli Anniversarj.

„ Ricorsero quindi alla S. Congregazione del Concilio per la riduzione del servizio del Coro, ed essendo stato io interpellato del mio parere, dopo aver riferito quanto occorreva sulla diminuzione delle rendite, fui di avviso, che il servizio del Coro si riducesse ai primi e secondi Vesperi e Messa solenne nella festa dell' Assunzione di Maria SSma colla puntatura di un ducato napolitano per la mancanza di ognuno di questi tre servizj . . . . .

„ Sebbene la S. Congregazione col secondo reseritto in data 18. Agosto 1827. abbia alquanto minorato gli obblighi ordinati col primo, pure gli Eddomadarj non sono rimasti contenti, ed hanno dichiarato di voler piuttosto rinunciare le loro Eddomade ottenute come Benefizj semplici, che obbligarsi a tanti servizi corali, quanti ne ha ordinati la S. Congregazione, perchè tali servizj sarebbero incompatibili cogli altri loro ministeri Ecclesiastici. Mi hanno con effetto presentato le loro rinuncie, ma io non ho voluto accettarle, si perchè difficilmente avrei potuto trovare altri buoni Ecclesiastici per rimpiazzarli, tanto vero che essendo vacata da più tempo una delle Eddomade, pendente la presente questione, non ho potuto sin ora provvederla, si perchè la Chiesa sarebbe nuovamente abbandonata, e coll' abbandono, trascurandosi le necessarie riparazioni, anderebbe sicuramente a rovinare.

„ In questo stato di cose conchiudo, che secondo il mio debole giudizio non vi è altro mezzo come se-

stenere questa Chiesa di S. Maria Maggiore, e far continuare nella medesima l'esercizio del culto divino, se non che la S. Congregazione benignamente condiscenda ad approvare la riduzione da me proposta, cioè che il servizio del Coro si riduca ai primi e secondi Vesperi, e Messa solenne nella festa dell'Assunzione di Maria SSma, e se le piace di aggiungere anche la celebrazione della Messa solenne nell'Anniversario di Pontano, oppure trovare il modo come ottenere la restituzione del Convento di S. Maria Maggiore, e ravvivare l'antica Collegiata. „

Ex hoc Emi Archiepiscopi elucubrata enarratione dignoscent Emi Patres, hic non agi de reductione onerum nunc primum impertienda, sed de illa confirmanda, quam jamdiu Patres Minoritæ ab Sede Apostolica impetrarunt. Præterea hodierni Hebdomadarii Beneficia consequuti sunt tamquam simplicia, ac propterea uberior servitii choralis reductio saltem ad tempus foret concedenda, ne ipsi grave Chori servitium nunc subire teneantur, ac reliqua ecclesiastica officia, quibus decoram sibi quærunt vitæ tuitionem, implere prohibeantur.

Petita demum reductio eo lubentius est largienda, quo deterior facta est Hebdomadariorum conditio. Ipsi enim Ecclesiæ, ædiumque cessione se ab onere choralis servitii liberarunt, illudque auctorante Apostolica Sede in Patres Minoritas transfuderunt. Ut itaque ejusmodi onus Hebdomadariis revivisceret, tam Ecclesiam, quam ædes illis restituere oporteret. Jam vero Hebdomadarii Ecclesiam quidem recuperarunt, sed fatiscentem, et sacra supellectili, rebusque aliis expoliatam. Aedes autem in religiosam domum conversas, ex quibus satis amplos colligerent fructus, hactenus non receperunt. Ne itaque Hebdomadarii, qui lucro privantur, onus amplecti cogantur, digni sunt, qui exorata servitii choralis reductione donentur.

Videant tamen Emi Patres

An sit standum, vel recedendum a decisis in casu etc.

Non proposita cum sequentibus

NUL-

NULLIUS TRIUM FONTIUM UNIONIS BENEFICIORUM, ET REDUCTIONIS MISSARUM. Anno 1633. Capitulum et Canonici Collegiatæ sub titulo S. Mariæ in Coelum Assumptæ Civitatis Orbetelli Abbatiæ Nullius Trium Fontium, ad majorem Domus Dei decorem promovendum quatuor Capellanias instituendas curarunt, congrua illis ex Capituli censu tributa dote, ac sibi, suisque successoribus reservato jure nominandi Capellanos. Hujusmodi Capellaniarum rectoribus impositum fuit onus quædam litandi Sacrificia, atque insuper ut bini qualibet hebdomada choro interessent, et altari inservirent. Temporum tristitia factum est, ut Capellaniarum reditus valde decreverint, et in præsens annuum insimul afferunt fructum scut. 69. 80., non subducto onere Missarum quinquaginta quinque per quatuor Capellanos insimul celebrandarum Quocirca tres Capellaniæ dum suo carent rectore, et quartam possidet Clericus Aloisius Bonsanti; Missarum celebratio non impletur, et Chori servitium grave patitur detrimentum. *Sess. 24. Cap. 13. de reform.*

Hisce malis remedium dari posse existimat hodiernus Abbas Commendatarius Emus Georgius ab Auria Pamphilj, si Capellaniarum proventus, et bona in unum congerantur, eisque uniantur reditus quorumdam simplicium Beneficiorum, et piorum Legatorum, ita tamen ut singuli Capellani annuam percipiant summam scut. sex supra triginta. Beneficia, quorum proponitur unio, duo sunt, scilicet S. Antonii, et S. Stephani: illius reditus pertingunt ad scut. 29., non detracto onere Missarum 104., hujus vero ad scut. 23. 20. cum onere Missarum 66. Legata vero sunt quinque, nempe 1. Margaritæ Sebastiani. 2. Catharinæ Crociano. 3. Christofori Velasquez. 4. Lucæ Villanizar. 5. Augustini Imperate. Hæc Legata annuum dant reditum scut. 23. 56., onera autem sistunt in Missis 117. quotannis offerendis. Jus nominandi Sacerdotem, qui duo postrema implent Legata, pertinet ad Capitulum memoratæ Collegiatæ; reliqua autem Legata, atque etiam Beneficia sunt jurispatronatus partim Emi Abbatis, partim Curiæ Abbatialis.

Cumque onera Missarum Capellaniis, Beneficiis, et Legatis inhærentia sistant in Missis 342., ac propterea

si

si cumulate forent implenda, singuli Capellani haud lucrarentur scut. 36., ideo Emus Abbas necessarium arbitratur eam Sacrificiorum reductionem ut quilibet ex quatuor Capellanis singulis hebdomadis unam tantummodo in posterum celebret Missam. Tandem ne ex proposita unione integram jurispatronatus jacturam subeat Emus Abbas, ita jus nominandi quatuor Capellanos dividendum esse putat, ut duo ab Emo Abbate, et duo a Capitulo posthac sint nominandi.

Porrectas preces eidem Emo Abbati remisi, ut dignaretur audire Capitulum, atque etiam Vincentium Ventura possessorem Beneficii S. Antonii, et Legati Margaritæ Sebastiani, ac Vincentium Mattioli possessorem Legati Christophari Velasquez, nam alterum Beneficium, ceteraque Legata nullum habent rectorem. Emus Abbas hæc respondit. „ Capitularibus comitiis „ sub die 14. Octobris elapsi anni coactis, in sententiarum discrepantia unico tantum suffragio ii vicere „ Canonici, qui jus nominandi ad duas Capellanias „ minime Abbati Ordinario cedendam esse arbitrati „ sunt. Videant tament in summa, qua pollet EE. VV. „ sapientia, an revera capitularis resolutio stet pro „ Canonicis negantibus, vel non. Ex copia enim a Secretario Capituli transmissa constat, Priorem Capituli duo dedisse suffragia. Jam vero cum jure merito suspicari possit Priorem non modo stare cum „ negantibus, sed eorumdem et caput et instigatorem „ esse, licet aliud verbis dixerit, dempto uno ex binis nigris suffragiis a Priore datis (quod quidem „ jus dandi duo suffragia quomodo ipsi competat profecto non liquet) quatuor hinc inde suffragia habentur; in qua quidem suffragiorum æqualitate potius faventibus cessioni, quippe cum Ordinarii partes sequantur, quam negantibus annuendum esse „ videatur.

„ Mandarunt præterea EE. VV., ut audirentur actuales „ possessores Beneficiorum et Legatorum, qui sunt „ Vincentius Ventura, et Vincentius Mattioli. Atqui tamen nec primus auditus est, utpote non integre „ compos sui, nec alter cum non reperiatur in Abbatiali Cancellaria, quomodo in Capellania sit canonice institutus. Quoad primam igitur Capellaniam,

quam

„ quam possidet Ventura, cum vel pauci vitæ dies „ superesse videantur, nunc pro tunc uniri pote- „ rit, quoad aliam vero libere poterit uniri, cum „ Mattioli legitimus ejusdem possessor nunquam sit „ habitus, sed potius administrator et æconomus „.

Ad unionem beneficiorum perficiendam duo intercedant necesse est, nimirum consensus eorum quorum interest, et necessaria causa, *Cap.* 49. *Caus.* 26. *quæst.* 1. *Cap. Tua nuper de his quæ fiunt a Prælat., Concil. Trid. Sess.* 7. *Cap.* 6. *de reform.*, *et S. Congregatio in Eugubina Unionis* 23. *Januarii* 1802. §. *Tridentinum.*

In themate Canonici, quorum interest, unioni assentiuntur: defectui consensus Vincentii Ventura satis prospicitur per unionem nunc pro tunc, ubi primum acciderit vacatio: nec necessarius videtur assensus Vincentii Mattioli, quoniam ipse haud legitimus ac verus est Legati Velasquez possessor, sed potius administrator.

Hinc inquirendum superest de necessaria unionis causa. Jamvero redituum tenuitas legitimam suppeditat unionis causam; nam si oneribus non respondeant beneficiorum reditus aut hos augere, aut illa imminuere oportet. Nulla alia quidem augendi tenuissimis quatuor Capellaniarum Collegiatæ Orbetelli præbendas subest ratio, nisi unio simplicium Beneficiorum, et Legatorum, ut eorum fructus inter Capellanos dividantur, quemadmodum in similibus necessitatis casibus censuit S. Congregatio *in Albanen* 18. *Junii* 1803, *in Urbevetana Suspen.* 7. *Maji* 1808.

Cum vero hac Beneficiorum, et Legatorum unione reditus Capellaniarum licet ad summum scutatorum triginta sex augescerent, nihilominus valde exigui forent, si præter chori servitium onera Missarum 342. Capellani subire obstringerentur, idcirco necessaria quoque videtur exorata Missarum reductio ad quatuor sacrificia in singulis hebdomadis, quemadmodum sæpius censuit hic Sacer Ordo, ac præsertim in *Syracusana Missarum* 10. *Martii* 1759., *et in Nucerina Reductionis* 13. *Martii* 1784.

Verum pro deneganda Beneficiorum, et Legatorum unione urget cultus divini jactura. Privatur enim eo modo Ecclesia aliis Sacerdotibus, et ubi unio vertit

in

in aliquod Ecclesiæ damnum, eam S. Congregatio concedere non solet, ut in *in Leopolien. Unionis* 1. *Septembris* 1736.

Missarum quoque reductio non conceditur, ubi ea fructuum præsto sit copia, quæ earum satisfactioni sufficiat veluti docet S. Congregatio *in Viterbien.* 18. *Augusti* 1794., *et in Bononien. Applicationis Reductionis* 16. *Septembris* 1826. In præsenti autem casu reditus Beneficiorum et Legatorum pares essent integro ferendo Missarum numero.

Quatenus EE. VV. Beneficiorum et Legatorum unionem concenendam censuerint, decernere dignentur, an jus nominandi binos Capellanos sit in Emum Abbatem transferendum. Etenim nedum Beneficiorum, sed etiam trium Legatorum, quorum unio facienda proponitur nominatio spectat ad Emum Abbatem, adeoque rationi consentaneum videtur, ut hæc jurispatronatus jactura rependatur jure nominandi duos ex quatuor Capellanis, siquidem non incogniti juris est, quod si duo beneficia jurispatronatus insimul uniantur, patroni unius Beneficii fiant patroni alterius, *Piton. de controv. patron. alleg.* 100. *n.* 80., *Rot. cor. Emerix jun. decis.* 87. 2. 7., *et in Bononien. Beneficiorum* 12. *Decembris* 1712. §. *Quam cor. Crispo.*

Animadvertendum vero nonnullos Canonicos huic juris nominandi divisioni suum non præbere assensum, ac neminem invitum suo jure esse privandum *ad text. in leg. Qui Romæ* §. *Flavius de V. O., L. Quoties Cod. de donat. quæ sub modo., Card. de Luca de feud. controv. Boscol. art.* 2. *n.* 62. Præterea ex unionis natura sequitur, jacturam jurispatronatus perferendam esse ab Emo Abbate, quia Beneficia et Legata per subjectivam unionem extinguuntur, et amplius non vacant, *Garz. de re benef. part.* 12. *Cap.* 2. *n.* 202., *Reinfest. lib.* 3. *Decret. tit.* 12. *n.* 73.

Dubia sunt

I. *An et quomodo sit locus Beneficiorum et Legatorum unioni in casu etc.*

II. *An et quomodo sit concedenda Missarum reductio in casu etc.*

III.

III. *An et quomodo jus nominandi quatuor Capellanos sit dividendum inter Abbatem pro tempore; et Capitulum in casu etc.*

NULLIUS TRIUM FONTIUM REDUCTIONIS. MISSARUM. Procurator Fiscalis Curiæ Ecclesiasticæ Orbetelli Nullius Trium Fontium exposuit huic sacro Ordini, plura in Ecclesia Collegiata Orbetelli extare simplicia Beneficia, Capellanias, ac pia Legata, quorum reditus valde tenues, et plerique ferendis Missarum oneribus, quibus solummodo gravantur, omnino impares sunt, adeo ut quorumdam Beneficiorum, et Legatorum annui fructus vix eleemosynam suppeditent quindecim, aut decem obolorum pro quolibet Sacro. Quocirca illorum possessores ad vitæ alimoniam sibi aliunde quærendam Missas adventitias celebrandas suscipiunt, et interim Missarum onera Beneficiis, et Legatis inhærentia implere negligunt. Addit insuper nonnullos ejusdem Ecclesiæ Canonicatus laicali juripatronatus subjectos exiguis similiter præditos esse proventibus, ac detractis Missarum oneribus vix aliquod Rectores percipere emolumentum pro chorali servitio, quo alternis hebdomadis obstringuntur - Hisce malis remedium adhibere cupiens Procurator Fiscalis, congruam Missarum reductionem efflagitat, atque ut perspecta sit tenuitas redituum, distinctum exhibet omnium Beneficiorum, Legatorum, et Canonicatuum statum activum, et passivum. Ut vero brevitati consulam, EE. VV. oculis subjiciam seriem

Sess. 25. cap 4 de Reform.

dumtaxat Canonicatuum, quorum reditus tenuissimi sunt.

Ordine e titolo de' Canonicati	*Rendita netta*	*Peso di Messe*
6. SSmo Crocefisso Sc.	16 50	62
7. SSma Concezione	14 70	30
8. S. Carlo	17 80	30
9. SSma Trinità	73 88	268
10. Ss. Agostino e Monaca	35 30	45
13. S. Maria Maddalena	12 15	132

Emus Abbas, quem rogaveram, ut dignaretur S. Congregationem instruere, et votum suum aperire, retulit, ea, quæ Procurator, exposuit „ esse profecto „ vera, prout etiam sunt vera, quæ in tribus statibus „ precibus annexis de eorum tem respectivis reditibus, „ et onèribus describuntur. Hæc redituum deficientia „ licet timendum sit, ne aliqua ex parte rectorum „ præteritorum negligentiæ sit adscribenda, præcipue „ tamen calamitosissimis rerum vicissitudinibus tribuenda est. Quidquid autem sit de causa hujus deficientiæ; illud profecto certum, actuales reditus „ impares omnino esse onèribus supportandis, ac propterea aliquod adhibendum esse remedium, ne „ prout antea accidit, et magno animi mœrore in „ sacra Visitatione cognovi, ingens Missarum non „ celebratarum numerus in libris iterum reperiatur.

„ Hoc remedium constitui tantummodo potest in ali„ qua Missarum reductione pro respectivis Canonica„ tibus, Beneficiis, et Legatis, quam quidem reductio„ nem pro Beneficiis simplicibus, et Legatis ita fa„ ciendam esse arbitror, ut quisque Beneficiorum, et „ Legatorum possessor et Missas celebrare teneatur, „ quot sunt reditus respectivi Beneficii, vel Legati

ad

„ ad taxam obolorum viginti, comprehensis utensi-
„ libus pro qualibet Missa, quemadmodum jam sub
„ die 22. Maji 1805. clar. me Joseph Card. Ab Auria
„ patruus meus amantissimus, et Prædecessor Ab-
„ batiæ Trium Fontium ex Rescripto hujus S. Con-
„ gregationis pro nonnullis Canonicatibus, Benefi-
„ ciis, et Legatis statuit, et decrevit.

„ In reducendis autem Missis Præbendarum Canonica-
„ lium præ oculis habendum est Servitium chorale,
„ ac propterea non eadem regula statui posse videtur
„ de celebrandis scilicet tot Missis, quot sunt Preben-
„ darum reditus ad prædictam taxam obolorum viginti.
„ Cum dignus sit operarius mercede sua, præter Mis-
„ sarum eleemosynas aliquid Canonicis tribuendum
„ est pro quotidiana chorali assistentia, quæ integra
„ alternis hebdomadibus per turnum ab eis exhi-
„ betur. Inde est quod pro Canonicatibus in statu
„ Litt. C. sub num. 6. 7. 8. 13. descriptis, qui tenuis-
„ simi sunt reditus, non aliud onus Canonicis im-
„ ponendum arbitrarer, quam illud celebrandi Mis-
„ sas tantum viginti octo, quæ cuilibet ex Canoni-
„ cis quotannis pro Benefactoribus celebrande sunt,
„ et aliam pro Benefactoribus Præbendæ in specie.
„ In Canonicatibus sub num. 9. et 10., nempe SSmæ
„ Trinitatis, et SS. Augustini, et Monicæ Missas re-
„ ducendas existimo ad centum sexaginta novem in
„ primo, in altero ad viginti duas comprehensis in
„ utroque conventualibus. „

Ex hac Emi Abbatis informatione habent EE. VV. rationum momenta, quæ petitam Missarum reductionem concedendam esse suadent. Quamvis enim S. Congregatio valde soliicita sit, ut præscripta Missarum sacrificia in animarum expiationem adamussim litentur; nihilominus imminutis reditibus vel aucta Missarum eleemosyna reductionem concedere solet. *Benedictus XIV. de Synod. Diœces. lib. 13. Cap. ult. n. 28., S. Cong. in Fulginaten. 13. Septembris 1819, et in Spoletana Absolutionis, et reductionis Missarum 25. Februarii 1826 §. Ampliorem.* In præsenti casu valde decrevisse Legatorum, Beneficiorum, et Canonicatuum reditus in dubium revocari non potest, cum id narret Procurator Fiscalis, et confirmet ipsemet Emus Abbas. Similiter Missarum eleemosyna, quemadmodum alibi, ita et in Hetruria aucta est.

Ceterum animadvertere præstat Beneficia, et Canonicatus erigi nedum ad præscripta Missarum onera implenda, et ad ferendum chorale servitium, sed insuper ad decoram vitæ exhibitionem Ministris Ecclesiæ suppeditandam, *S. Cong. in Asculana Reductionis 22. Januarii 1820. §. Verum, et in Senogallien. Reductionis Onerum 28. Aprilis 1827. §. Jam vero.*

Reductionem autem Missarum Beneficiis incumbentium, quam proponit Emus Abbas, æquitati consona videtur; nam is in posterum celebraretur Sacrificiorum numerus, quem patiuntur cujusque simplicis Beneficii, et Capellaniæ fructus ad rationem eleemosynæ obolorum viginti. Nec aliter sentiendum de imminutione Sacrificiorum, quæ imminent sex Canonicatibus supra memoratis; hæc siquidem S. Congregatio reductionem onerum denegare non solet, si Canonicalium præbendarum proventus adeo sint exigui, ut summam scutatorum triginta, et aliquando octuaginta non attingant, uti docent exempla *in Massanen. Reductionis onerum 14. Decembris 1822. ad II. Dub., in Senogallien. 19. Novembris 1825., et in Marsorum Missæ Conventualis 17. Martii 1827. §. Attamen.*

Videant denique EE. VV., utrum possessoribus Beneficiorum, et Legatorum largienda sit absolutio pro præteritis omisionibus. Ipsi quidem haud culpa vacant, cum onera sibi incumbentia probe noscerent: verum si tenuitas redituum justam suppeditat causam, ut onera in posterum reducantur, non deest quoque rationabilis causa pro impertienda absolutione a Missis non celebratis, præsertim quia ad levandam, qua premebantur inopiam, eleemosynas adventitias sibi compararunt, *S. Cong. in Mazzarien. Absolutionis, et Reductionis 14. Decembris 1822., et in Spoletana Absolutionis 22. Aprilis 1826.*

Itaque Emi Patres decernere dignentur

I. An, et quomodo sint reducendæ Missæ Legatorum, Capellaniarum, et Beneficiorum simplicium Ecclesiæ Collegiatæ in casu etc.

II. An, et quomodo sit locus reductioni Missarum sex Canonicatibus supra descriptis incumbentium in casu etc.

III. An, et quomodo sit consulendum SSmo pro absolutione quoad præteritas omissiones in casu etc.

Die

Die Sabbati 21. Junii 1828. in Palatio Apostolico Vaticano erit Sacra Congregatio Concilii, in qua præter alia proponentur infrascripta Dubia, juxta morem ejusdem Saeræ Congregationis de jure resolvenda.

NEAPOLITANA REDUCTIONIS SERVITII CHORI. *Sess. 24. cap 15. de reform*

Dubium

An sit standum vel recedendum a decisis in casu etc.

In decisis juxta modum, nempe reducto servitio per decennium juxta votum Emi Archiepiscopi, nisi interim augeantur redditus, et ad mentem.

NULLIUS TRIUM FONTIUM UNIONIS BENEFICIORUM, ET REDUCTIONIS MISSARUM. *Sess. 24. cap 15. de reform*

Dubia

I. An, et quomodo sit locus Beneficiorum, et Legatorum unioni in casu etc.

II. An, et quomodo sit concedenda Missarum reductio in casu etc.

III.

III. An, et quomodo jus nominandi quatuor Capellanos sit dividendum inter Abbatem pro tempore, et Capitulum in casu etc.

Dilata, et ad mentem.

Sess. 25. cap. 4. de reform.

NULLIUS TRIUM FONTIUM REDUCTIONIS MISSARUM.

Dubia

I. An, et quomodo sint reducendæ Missæ Legatorum, Capellaniarum, et Beneficiorum simplicium Ecclesiæ Collegiatæ in casu etc.

II. An, et quomodo sit locus reductioni Missarum sex Canonicatibus supra descriptis incumbentium in casu etc.

III. An, et quomodo sit consulendum SSmo pro absolutione quoad præteritas omissiones in casu etc.

Ad I. et II. Affirmative in omnibus juxta votum Emi Abbatis.

Ad III. Affirmative, celebratis a quolibet ex obligatis tribus Missis pro omnibus omissionibus.

FE-

PERUSINA DISTRIBUTIONUM. Hujus causæ speciem haurire dignabuntur Emi Patres ex folio diei 21. Julii 1827. Duo tunc proposita fuere dubia *I. An, et quomodo Capitularibus indulgenda sit facultas abessendi a Choro in casu etc. II. An, et quomodo sit efformanda massa distributionum in casu etc.*, quibus responsum datum fuit: *Ad I. Negative, nisi in casibus a jure expressis, et pro celebratione Missæ in eadem Ecclesia ad populi commodum, petita venia a Præfecto Chori. Ad II. Affirmative juxta votum Episcopi.* Huic rescripto haud plauserunt Canonici, imo preces denuo porrexerunt, ut EE. VV. illi modum imponerent. Dein allegationem typis edendam mihi exhibuerunt, cujus hæc est summa. *Sess. 21. cap. 3. de reform.*

Quod pertinet ad primum dubium, animadvertit Canonicorum Defensor in Perusina Cathedrali Ecclesia vigere consuetudinem, ut Capitulares impetrata venia Chorum sine ulla distributionum jactura dimittere valeant ad Sacrum faciendum, et ad alia ecclesiastica munia sive in Cathedrali Templo, sive in finitimis Ecclesiis brevi tempore obeunda. Hanc consuetudinem Apostolica auctoritate roborandam esse existimat, quia nec bonis moribus adversatur, nec temere est inducta, sed ut Capitulares exiguis præbendis aucti, ecclesiasticis muneribus, dum divinæ laudes in Choro persolvuntur, operam navando, honestam sibi comparent vitæ exhibitionem. Hisce addit memoratam consuetudinem haud nuper, sed ab immemorabili, ac profecto centum et ultra abhinc annis incepisse, et ad hæc usque tempora nemine obsistente fuisse servatam, ideoque quemlibet meliorem titulum suppeditare, ac etiam præsumptionem secumferre Apostolici beneplaciti, quod pote est sacris canonibus derogare. Nemini vero dubium, quin Apostolico privilegio fas sit Capitularibus a Choro discedere, et nihilominus quotidianas percipere distributiones.

Alterum vero quod spectat, methodum, quam suggerit Episcopus, constituendi massam communium distributionum divino cultui exitiosam existimat idem Defensor. Etenim Tridentina Synodus *Sess. 24. cap.* 15.

15. *de reform.* ad efformandam massam distributionum reductionem præbendarum permisit, ita tamen ut tot superessent præbendæ, quæ divino cultui celebrando, et Ecclesiæ dignitati commode valeant respondere. In Perusina autem Ecclesia licet valde frequens sit Capitularium numerus, attamen si detrahantur infirmi, et senes, decem rude jam donati, quatuor absentes studiorum causa, duo Canonici, qui Episcopo inserviunt, Canonici Theologus, ac Pœnitentiarius, et alii, qui fidelium confessionibus excipiendis incumbunt, duo dumtaxat supra viginti supersunt Capitulares, qui Choro interesse teneantur. Ex his autem alii alternis hebdomadis, alii per tertiariam, alii diebus tantummodo communibus divinas laudes persolvere obstringuntur. Quocirca, concludit, pauci sunt Capitulares, qui Choro inserviunt, ac propterea in præsenti casu posthabenda est choralium præbendarum unio, ne divinus cultus, et Ecclesiæ dignitas contra Tridentinorum Patrum mentem detrimentum patiatur.

Porro Tridentina Synodus *loc. cit.* præbendarum et distributionum tenuitati in primis prospici edixit per unionem simplicium Beneficiorum, dein per reductionem præbendarum choralium. Quam plura autem simplicia Beneficia in Perusina Diœcesi præsto esse arbitratur Canonicorum Defensor. Imo etiamsi hujusmodi Beneficia commode uniri non possent, potius indulgendam reductionem Chori ad dies festos, aut Sacrorum, quibus abundat Ecclesia Cathedralis, imminutionem, ut nedum quotidianarum, sed etiam communium distributionum massa in themate conficiatur, quam chorales præbendas ad pauciorem numerum redigendas esse contendit. Enim vero S. Congregatio probe noscens, reditus Beneficiorum oneribus pares esse debere, ac Beneficia instituta non ad sola Missarum onera implenda, sed etiam ad congruam vitæ tuitionem Clericis, qui Choro inserviunt, suppeditandam, *Scarfant. ad Cocceg. Lucub. can. lib. 3. tit. 11. n. 31.*, *Sacra Congregatio in Senogallien. Reductionis onerum 28. Aprilis 1827. §. Jam*, ubi alia non suppeterent media ad tenues augendas præbendas, modo reductionem Chori concessit, uti in *Cathacen. 5. Septembris 1799.*,

et

et in Nullius S. Martini Suspensionis nominationis et reductionis onerum 24. Augusti 1821., modo onerum, et Missarum indulsit reductionem, uti docent exempla in *Asculana 20. Aprilis 1782.*, *in Taurinen. Absolutionis, et reductionis 1. Martii 1817. §. Petitæ, et in Nullius S. Martini 11. Septembris 1820.*

At vero Episcopus consuetudinem, qua innituntur Canonici, nullius roboris autumat esse faciendam, imo reprobandam utpote adversam chorali disciplinæ, veluti in similibus casibus respondit S. Congregatio, ac præsertim in *Maceraten. 13. Aprilis 1768.*, *in Spoletana 18. Februarii 1795.*, *et in S. Miniatis VV. SS. LL. 25. Januarii 1817.*

Similiter reductionem Missarum denegandam censet Episcopus, siquidem „ gli obblighi antichi inerenti alla Sa-
„ grestia furono ridotti a tre soli anniversarj, e quelli
„ più recenti nel 1801. furono ristretti ad un assai di-
„ screto numero, ed ora per le nuove perdite nelle
„ rendite sono per combinare nuova riduzione. Che
„ se poi la S. Congregazione condiscendesse al loro de-
„ siderio, questa Chiesa Cattedrale situata nel centro
„ della Città con ammirazione e con pregiudizio del
„ popolo sarebbe scarsissima di Messe. Al contrario
„ essendo gl'individui addetti al Coro in numero di
„ 52. il perderne due, o tre, ed ancora quattro pun-
„ to non interesserebbe a carico dei Giuspatronati del
„ Capitolo, che sono undici, e così in proporzione a
„ carico dei Giuspatronati ai Cappellani Salvucci, che
„ sono cinque nominando i superstiti chi deve otte-
„ nere il vacante Benefizio. Il Capitolo, ed i Cappel-
„ lani Salvucci perderanno certamente un poco di ono-
„ re, ma sarà sempre meno male, che togliere gli ob-
„ blighi delle Messe con danno speciale del popolo.

Proponuntur

Dubia

I. *An sit standum vel recedendum a decisis in prima Dubio in casu etc.*

II. *An sit standum vel recedendum a decisis in secundo dubio in casu etc.*

Ad I. In decisis.

Ad II. Dilata, et Episcopus referat super noviter deductis per Capitulum.

Sess. 24. cap. 14. de reform.

NURSINA ONERUM. Actum est de hac causa in Comitiis diei 18. Augusti superioris anni 1827. Quatuor tunc proposita fuere dubia I. *An Capitulum teneatur implere legata in casu etc.* et quatenus affirmative II. *An et quomodo sint reducenda Anniversaria in casu etc.* III. *An, et quomodo sint reducendæ Missæ in casu etc.* IV. *An, et quomodo sit consulendum SSmo pro absolutione quoad præteritas omissiones in casu etc.*, sed Canonicis dilationem postulantibus, ut nonnulla quæ controversiæ viam sternerent, possent proferre, Emi PP. judicium protelendum censuerunt edito rescripto: *Reproponatur in prima post aquas.* Cum nihil tamen exhibuerint Canonici, iterum actum est de hac Causa in Comitiis diei 15. insequentis mensis Decembris, ac responsum prodiit. Ad I. *Affirmative.* Ad II. *Affirmative ad unum Anniversarium cum cantu pro quolibet anno usque dum integra pensio scut. 300 cessaverit.* Ad III. *Affirmative ad annuas Missas quinquaginta juxta votum Episcopi prout in secundo.* Ad IV. *Affirmative celebrato uno Anniversario cum cantu pro omnibus omissionibus cum interventu totius Capituli.* Ad tramites hujusmodi resolutionum onera implenda susceperunt Canonici; verum sollicitudine afficiuntur obfacti errorem, in quem incidit Episcopus in sua informatione, affirmans Canonicos pensione scutatorum

torum 300. gravari, etsi ejusmodi onus ab anno 1824. penitus desierit. Hinc est, quod Canonici ab EE. VV. enixe postulant, ut reductionem Anniversariorum, et Missarum, quam in responso ad primum et secundum dubium ad tempus, hoc est *usque dum integra pensio scut.* 300. *cessaverit*, indulserunt, in ævum protrahant. Idque se facile sperant consequuturos, quoniam admodum tenues sunt Præbendarum reditus, adeo ut vix scutata vigintiquinque singulis annis attingant, contra vero onera, quibus premuntur, perardua sint.

Hæc omnia, quæ a Capitulo Cathedralis Ecclesiæ narrantur, confirmat Episcopus, atque Oratorum votis annuendum esse censet, inquiens „ Quapropter præ„ dictos nostræ majoris Ecclesiæ Canonicos dignos exi„ stimamus, qui indulgentiam et miserationem Emi„ nentissimorum PP. Sacrosancti Concilii Tridentini „ Interpretum consequantur.

Quæ hic animadvertenda forent pro concedenda, vel deneganda petita reductione, fuse exposita habentur in folio diei 18. Augusti 1827., quod Emi Patres denuo consulere dignabuntur. Præterea decernant oportet, utrum Oratoribus concedenda sit absolutio pro omissionibus post resolutionem hujus S. Congregationis. Cum enim reductio impertita fuerit, quatenus Canonici annua pensione scut. 300. premerentur, nemini dubium, quin, extincta jam pensione, onera cumulate fuissent implenda.

Sint igitur

Dubia

I. *An sit standum vel recedendum a decisis quoad secundum dubium in casu etc.*

II. *An sit standum vel recedendum a decisis quoad tertium dubium in casu etc.*

III. *An, et quomodo sit consulendum SSmo pro absolutione quoad præteritas omissiones in casu etc.*

Non proposita cum sequentibus.

Sess.25.cap.4 de reform.

FANEN. LEGATORUM ET TRANSACTIONIS. Sacerdos Dominicus Felici e Civitate Fani ultimo elogio diei 30. Julii 1823. hæredem suum universalem instituit Canonicum Paulum Palazzi . Plura tamen legata in expiationem animæ suæ unica vice post obitum implenda reliquit. Nonnulla insuper tum pia in perpetuum , tum profana ad tempus scripsit legata: illa summam quotannis attingunt scut. 17. 50 , hæc annuam conficiunt summam scut. 11. 60. Alia item sub conditione reliquit pia legata. Quum enim testator prædium rusticum *Rio maggiore* una cum Domo , et Oratorio publico in territorio Barnei positum, reservato sibi usufructu , conjugibus Jacobo et Aloisiæ Paulucci donasset , cumque inter donantem , ac donatarios acri dein lite exorta , Curia Episcopalis nullo quidem falsitatis vitio infectam donationem dixisset , sed nullam tamen Oratorii cessionem , nullamque Conjugum Paulucci possessionem ex conditionibus non impletis declarasset , ac nihilominus conjuges Paulucci ab hac sententia ad Tribunal A. C. provocassent , Sacerdos Felici , qui propitium sibi blandiebatur litis exitum, jussit ;

„ che tanto della detta possessione di Rio maggiore,
„ Casa colonica, che della prenominata Chiesina da
„ me fatta edificare con tutti gli altri annessi si debba
„ istituire un Giuspatronato gentilizio a favore del pre-
„ nominato mio Erede e di lui Famiglia in perpetuo
„ col patto peraltro di due Messe al mese in ciascun
„ anno da celebrarsi nella prefata mia Chiesina.....
„ con quella elemosina che sarà per fissare secondo il
„ tempo e le circostanze il medesimo mio Erede. Cunctis autem deductis oneribus. præcepit , ut si quid reliqui foret *dai prodotti de'capitali e crediti , come anche dalla ridetta possessione* , duo subsidia dotalia pauperibus puellis ab hærede nominandis quolibet anno distribuerentur.

E vivis anno 1824. erepto testatore , Canonicus Palazzi funebria officia , aliaque pia legata semel præstanda ad tramites supremi elogii persolvi curavit, ac hæreditatem adiit cum beneficio legis et inventarii. Ex conscriptis tabulis patuit , vires hæreditarias non com-

pre-

prehenso prædio *Rio Maggiore* valoris scut. 450. pertingere ad scut. 1751. 15, ex quibus scut. 1666. 66. sortem constituunt pecuniæ, quam Sacerdos Felici pro nonnullis temporaneis collybis, seu cambiis obliquis numeravit, quæ annuum afferunt fructum sc. 112. 50.

Interea hæredes Thomæ Felici fratris ipsius testatoris ampla obtendentes credita contra aditam hæreditatem in Canonicum Palazzi extrajudicialem concitarunt controversiam, quam etsi familiariter dirimere adversarii proposuerint, nihil tamen adhuc gestum est, imo magnæ adhuc vigent litis semina. Præterea ulterioribus Conjugum Paulucci conatibus eo demum Palazzi adductus est, ut non sine aliquo ipsius hæreditatis damno rem cum iisdem amica transactione componere debuerit, prout inferius disserendum. Tot autem distentus curis, cum e penu etiam suo ad testamenti onera subeunda jam scuta 71. 40. hæres persolvisset, facile tunc pertimuit, hæreditarium assem omnibus adimplendis testatoris Legatis parem esse non posse, quorum interea duo ab ipsis Legatariis repudiabantur. Sibi itaque præcavendi cupidus, legatorum illico satisfactionem suspendit, ac demum anno 1826. hunc adiit Sacrum Ordinem rogans obsecransque, ut sibi tum eorum, quæ repudiata sunt, Legatorum absolutio; tum transactionis cum Conjugibus Paulucci initæ confirmatio; tum ad cetera denique adimplenda legata congrua impertiatur dilatio, quousque res cum hæredibus Thomæ componantur, idque aliqua saltem ex parte, dum se ea pedetentim præstiturum spondet, quæ sive ad dotes quotannis distribuendas, sive ad graviores privatorum indigentias sublevandas spectant.

Precibus ad Episcopum pro informatione et voto ex more ablegatis, sero tamen illi a Canonico Palazzi exhibitis, de expositorum ipse veritate ultro testatur, suamque etiam quoad tria præfatæ postulationis capita singillatim aperit sententiam, quam suo item loco peculiariter referam.

Ut ab implorata Legatorum repudiatorum absolutione ordiar, hæres Palazzi ad eorumdem præstationem non teneri videtur. Explorati enim juris est, eum omnibus Legatis inesse tacitam conditionem, ut nisi res-

le-

legata agnoscatur, in hæreditate maneat, *L. 3, L. hujusmodi 84. §. penult. ff. de leg. 2., Vinn. ad Instit. §. 8. de Legat. n. 4.* Jam vero quod in jure statuitur, id in themate adamussim contingere perspicitur. Duo enim annua Legata, de quibus quæstio est, ipsi profecto Legatarii repudiarunt; alterum nempe scil. 8. relictum Ecclesiæ Parochiali S. Silvestri *coll'obbligo di fare una processione colla Beata Vergine attorno alla Piazza a beneplacito del Curato, e coll'obbligo di celebrare una Messa al primo Sabato di ogni mese,* repudiatum fuit a Fanensi Capitulo utpote ejus Ecclesiæ Patrono, et curam habitualem habente: alterum autem scut. 2. pro oratione panegyrica S. Paschalis Baylon relictum Ecclesiæ PP. Minorum S. Francisci de Observantia, ab iisdem quoque Patribus agnosci noluisse certum est. Maneant igitur in hereditate et apud heredem Palazzi opus est recensita ejusmodi legata, quibus proinde adimplendis ille non obstringitur.

Neque irrita ob Extravag. *Ambitiosæ* dicenda est prædicta Legatorum repudiatio. Qui enim occasione acquirendi non utitur, velut qui hereditatem, aut Legatum omittit, is non intelligitur alienare, *Leg. 28. ff. de verborum signif.* Rectori Ecclesiæ non est vetita omissio, vel repudiatio lucri, *Zallinger Instit. Juris Can. tit. de rebus Eccles. non alienan. § 153 not. c., Card. de Luca de donat. disc. 23. n. 16. et* Reiffestuel, qui lib. 3. *Jur. Canon. Univer. tit. de iis, quæ fiunt a Prælato ec. §. 2. n. 38.* docet, validam esse repudiationem Legati etiam rei immobilis factam a Prælato Ecclesiæ, licet opinionem contrariam admodum probabilem vocet. Huc vero accedit, quod in casu de damno potius vitando agitur, quam de lucri repudiatione. Ideo enim tum Fanense Capitulum, tum PP. Minores S. Francisci de Observantia relictum suis Ecclesiis legatum repudiandum sibi censuerunt, quia scilicet tum exiguo utriusque Legati censu, neque sacram mense Majo præscriptam processionem rite ac decore perfici, neque panegiricam S. Paschalis Baylon orationem satis commode, et honeste cuiquam demandari posse computarunt. Quare, cum vera et legitima sit in themate non solum legatorum re-

repudiatio, sed eorumdem etiam apud heredem reversio, æqua sane, et probanda videtur Episcopi ad eam rem aperta sententia, ubi ait: „ neque pro acceptatione Legatorum urgendum, si legatum insufficiens oneribus ferendis a Legatariis censetur, „ et ideo Oratorem absolvi posse putarem, quia Legatum repudiatum cedit heredi. „

Ceterum videant in casu EE. VV., utrum locus sit dispositioni *Conc. Trid. cap.* 8. *Sess.* 25. *de reform.*, cujus vi, cum voluntas legatis in favorem piæ causæ impleri nequit, commutatio fieri debet in aliud opus magis proximum, et magis consimile voluntati testatoris, *Sanchez lib.* 4. *cons. cap.* 2. *dub.* 6., *S. Congregatio in Nullius Piscen. Commut. voluntatis* 13. *Julii* 1720. Legatum enim ob piam causam relictum non efficitur caducum, si voluntas testatoris impleri nequeat sive de jure, sive de facto; de jure si testator reliquerit centum pro missis cancellis, quæ litari non possint propter interdictum; de facto, si pecunia relicta a testatore non sufficiat ad monasterium construendum: sed debet converti in alium pium usum, quemadmodum tradit *Fagnan. in cap. Nos quidem de testam. n.* 14., quem sequuntur *Barbos. de Offic. et potest. Episc. alleg.* 85. *n.* 7., *Anastaz de caus. piis lib.* 1. *cap.* 14. *n.* 32. *et lib.* 4. *cap.* 2. *n.* 4., *Reiffenst. lib.* 3. *decret. tit.* 28. *n.* 810.

Nunc de inita cum Conjugibus Paulucci transactione, ejusque confirmatione disquirendum. Illa quidem est ejusmodi, ut Canonicus Palazzi celat iis præliam *Rio maggiore* sub his conditionibus 1. *che tutte le spese giudiziali, e stragiudiziali sostenute nel giudizio di verità di donazione si debbano intendere hinc inde compensate e rimesse* 2. *Che in forza delle spese di successione, Registro, ed inventario incontrate dallo stesso Erede beneficiato nell' adire questa porzione dell' Eredità Felici, debbi il Paulucci rilasciare al predetto Erede il raccolto dell'anno* 1824. *e* 1825. 3. *Che la Chiesina unitamente ai Sacri arredi debba sempre rimanere all'anzidetto Erede Beneficiato, e così ogni diritto onorifico che in essa sia annesso.* 4. *che debba stare a carico del Paulucci l'adempimento del pio Legato di due Messe al*

me-

mese da farsi celebrare, come prescrivesi nel testamento, e la sodisfazione di una sola dote annua di scudi 12. da erogarsi a favore di una Zitella Fanese, come dalla nomina che farà il predetto erede beneficiato.

Hæc transactio probatione digna videtur: nisi enim transactio confirmetur, lis certe apud Tribunal A. C. instaurabitur, coram quo Paulucci appellarunt. Docemur autem *leg* 1. *Cod. de transact.*, *Rota in nuperrimis decis.* 18. *num.* 21. *tom.* 3, *Sacra Congreg. in Perusina Transactionis* 20. *Decembris* 1823. per recessum a lite justam præberi transigendi causam. Præterea transactione confirmata, jam heres Palazzi pro hereditatis viribus ad testamenti legata sollicite explenda cogi poterit, quorum diuturna secus suspensione opus foret, si conjuges Paulucci litem essent prosequuturi. Quapropter iisdem fortasse rationum momentis motus Episcopus, posteaquam Paulucci assensum retulit super transactione cum herede jam inita, sic inquit „ dissentiendum mihi non videtur a „ transactione, quia conventio primario est ad li„ tem finiendam; deinde conceditur Paulucci præ„ dium, cujus donatio non improbata a sententia, sed „ revocata fuit ex conditionibus non adimpletis capta „ possessio. Eo magis confirmandam putarem, quia „ multa sunt onera, quæ Paulucci imponuntur, dum „ ab iisdem liberatur hereditas: et ita facilius alia le„ gata possunt persolvi. Cavendum tamen, subdit „ Episcopus, ne Orator Palazzi ex reservatione juris„ patronatus in Ecclesia SSmæ Trinitatis aliud jus sibi „ contendat ad beneficia, aut alia pia legata quæ ibi„ dem in posterum instituerentur, vel quidquid aliud „ præter honorificum reservatum in conventione „ ideoque perpendant Emi Patres, utrum ad omnem effugiendam posteriori tempore quæstionem reservatio ejusmodi sit certis quibusdam legibus cohibenda.

Restat nunc ut de legatorum suspensione sermo instituatur, quam postulat Canonicus Palazzi, donec lis ab hæredibus Thomæ Felici indicta amica transactione componatur, aut servato juris ordine absolvatur. Ea quidem est conditio heredis, qui solemniter confecerit inventarium, ut nec erga hæredi-

ta

tarios creditores, nec erga legatarios ultra vires hæreditatis teneatur, *L. fin. §. Et si Cod. de jur delib.*, imo jure pollet eis satisfaciendi, qui primi venerint, sive isti legatarii sint, sive testatoris creditores, adeo ut si nihil sit reliqui, posteriores venientes repellantur, *cit. leg. fin. §. Et si, et seq.*, quam exornat *Devot. in opere de notissim. in jur. legib.*, *Reiffenst. lib. 3. Decret. tit. 25. num.* 509. Sed præ oculis habendum est, ex censura ejusdem *L. fin. §. Sin vero* creditoribus hereditariis, etiam post emensum patrimonium supervenientibus, fas esse *adversus legatarios venire, et vel hypothecis, vel indebiti condictione uti, et hæc, quæ acceperint, recuperare.* Illud præterea communi usu inductum est, ut heres neque creditoribus, neque legatariis primis venientibus pecuniam, aut legata solvat, nisi præstita cautione rem solutam anterioribus et potioribus creditoribus dein forsan superventuris restituendi, *Valasch. consult.* 52 *num.* 38. *Franch. cons.* 272. *num.* 9., *Card. de Luca de hered. disc.* 25. *num.* 9; et si quid heres contra hujusmodi communem patraverit usum, ac dum solvit, sciverit, vel suspicatus fuerit hereditatem esse minus idoneam, vel adesse potiores et anteriores creditores, cogi potest ad reiterandam solutionem, quemadmodum docent *Card. de Luca loc. cit. num.* 5. *et* 9., *Gratian. discept.* 532. *num.* 6. *Rot. in recent. decis.* 211. *part.* 10. *et cor. Molines decis.* 999. *num.* 14. *et* 15,

Exinde colligit Canonicus Palazzi petitam legatorum suspensionem non esse denegandam, ne, si legata præstet ante finem controversiæ, periculum ipse subeat heredibus Felici re sua satisfaciendi. Quamvis enim illi vadimonium hactenus non indixerint Canonico Palazzi, attamen sua jura eidem detexerunt, actumque est inter partes de controversia familiariter componenda. Nec Orator uti valet remedio cautionis a Legatariis præstandæ; cuncta enim fere legata haud gratuito, sed onere imposito scripta sunt, ac proinde frustra a Legatariis eam, quam ipsi profecto non essent daturi, cautionem peteret.

Sed animadvertere præstat, credita, quæ jactant hæredes Thomæ Felici, nedum futilibus ac inanibus innixa rationibus, uti monet ipse Canonicus Palazzi, sed

insuper longe inferiora esse viribus hæreditatis. Enim vero ejusmodi credita ad summam scutorum 1340. circiter pertingerent: hæreditas autem Dominici Felici in præsens constat ex scutatis 1666., quæ sortem cambiorum constituunt: hisce addendi annui fructus scut 112. 50. a collybis hactenus percepti, ac percipiendi usque dum hæredes Thomæ Felici jurium suorum periculum faciant, et quæstio dirimatur. Igitur ex asse hæreditario, subductis etiam controversis creditis, is in posterum haberetur annuus census, qui satis foret sustinendo Legatorum oneri, præsertim si repudiata detrahantur, aut suspendantur legata. Tandem quum Canonicus Palazzi hereditatem creverit cum beneficio legis et inventarii, etiamsi res cum hæredibus Thomæ male cederent hæreditati, et vires hæreditatis impares essent, nihilominus si hæres auctorante hoc Sacro Ordine omnibus Legatariis satisfaceret, nihil ipsi esset timendum ab adversariis creditoribus; qui enim jussu judicis solvit, plenissimam consequitur securitatem, *Instit. lib. 2. tit. quibus alienare licet vel non §. 2., L. ait 7. §. permittitur ff. de minor, et Reg. 24. I in 6, ibique Reinffest. num.* 5. Atque ita quidem opinatur Episcopus, qui animi sui sensum sic pandit. „ Denegandam dilationem censeo; nam heres beneficiatus pro viribus „ hereditariis ad omnia onera solvenda cogitur. Neque in præsenti casu metus est duplicatæ solutionis pro parte Palazzi, si vocatus in judicium pro„ prietariis heredibus aliisque interesse habentibus „ onera solvantur decreto judicis, cujus officii erit „ decernere, quomodo et quibus Creditoribus vel Le„ gatariis sit facienda solutio „.

Quod reliquum est, animadvertit Episcopus, maximam hereditatis partem aliquot activis Cambiis constare, de quibus utpote a Clerico institutis, et ad alterum modo Clericum hereditario jure derivantibus, illud ex officio decernendum ab EE. VV. proponit, utrum ejusmodi Cambia sub canonica vindicta cadant, pœnisque subjaceant ecclesiasticis.

Acerrimæ quidem vigent Apostolicarum Constitutionum dispositiones in Clericos negotiatores, quorum bona spolio subjici sacri Canones voluere. Unde fel. rec. Be-

Benedictus XIV. *in Dioecesana Synodo Lib. X. cap. 6. num* 3. sic se habet: „ Etsi cambium activum, a Clerico initum validum sit, neque in eo, quod is illicite egerit, propterea absolvatur debitor ab obligatione solvendi, quod stipulatione promisit, sicuti advertit Card. de Luca *de Cambiis disc.* 18. *num.* 7., et respondit *S. Rota dec.* 378. *num.* 5. *et seq. part.* 17. *rec.*, *et dec.* 353. *num.* 5 *et* 6. *part.* 6. *recen.*, attamen potest Episcopus in ipsum tanquam verum negotiatorem statutis a sacris Canonibus et Apostolicis Constitutionibus pœnis animadvertere, suisque synodalibus Constitutionibus edicere, ne illius in posterum in sacrorum Canonum contemptum id facere præsumat „ Ibidem vero *n.* 5. præfatus Summus Pontifex pluribus de ea quæstione disserere supervacaneum putat, quam se ipsum, vix ad supremum Pontificatus apicem evectus est, ad quorumdam Clericorum cupiditatem cohibendam definivisse commemorat in *Constit. XIII.* 25. *Februarii* 1741. quæ incipit *Apostolicae Servitutis*. In hac itaque, etsi in negotiatores Clericos eorumque bona sanctissimæ Apostolicarum Constitutionum dispositiones innovatæ reperiantur, nihilominus secularia negotia sive a Clericis inita, sive ad Clericos delata ex *urgente necessitate* continuari posse decernitur, idque *de licentia hujus S. Congregationis aut etiam Ordinarii extra Italiam*, *sed ad tempus dumtaxat*, *ac per interpositam laici personam.*

His præjactis, urgens sane necessitas adest in themate, ubi res est de piis Legatis a Clerico testatore relictis; quibus nonnisi ex Cambiorum, quæ temporanea sunt, fructibus perceptis et percipiendis patet satisfaciendi via. Quam scilicet causam si EE. VV. probandam perspexerint, tunc de sanatione ac condonatione quoad præteritum, et de venia ad aliquod tempus pro futuro videtur esse judicandum.

Dirigitur menda i proponuntur

Dubia

I. An, et quomodo confirmanda sit transactio cum Conjugibus Paulucci inita in casu etc.

II. An Canonicus Palazzi absolvendus sit a prestatione legatorum repudiatorum in casu etc.

Et quatenus negative

III. An, et in quem usum sint convertenda legata repudiata in casu etc.

IV. An, et quorum Legatorum sit concedenda suspensio in casu etc.

V. An sit consulendum Sanctissimo pro sanatione et condonatione fructuum ex Cambiis obliquis hactenus perceptorum in casu etc.

VI. An, quomodo, et ad quod tempus sit concedenda venia in posterum percipiendi fructus ex memoratis Cambiis in casu etc.

Sess. 22. cap. 6. de reform.

SENEN. REDUCTIONIS MISSARUM, ET ERECTIONIS CAPELLANIARUM. In Metropolitana Senensi Ecclesia plurima adsunt Missarum Legata, quibus ita tenue emolumentum constitutum est, ut ad hodiernam ejus Diœceseos eleemosynam nullo pacto sufficiat. Itaque pro summa etiam Sacerdotum et secularium et regularium paucitate, qua aliquot ab hinc annis Senarum Civitas afficitur, adeo difficile ejusmodi Legatorum adimplementum fieri solet, ut, quamvis Archiepiscopus nulli ad id pepercerit curæ, et diligentiæ, prægrandis nunc tamen omissorum onerum cumulus existat. Ad hanc rem quoquo modo reparandam

dam supplices nuper preces huic S. Ordini a præfato Archiepiscopo porrectæ sunt, quibus descriptam consilii sui seriem humillime offert, eamque, transmissis fundationum particulis, a sapientissimo EE. VV. judicio probari vehementer efflagitat.

Legatorum onera, de quibus sermo est, ad annuas 2280. Missas; harum autem eleemosynæ simul sumptæ ad annuas tantum libellas 2157., hoc est ad romana scutata 331. 84. pertingunt. Archiepiscopi autem postulatio tribus potissimum capitibus concluditur. Primo enim exoptat, ut ex annuo hujusmodi Legatorum censu libellæ 960., seu romana scut. 147. 60. præsumantur, atque hoc reditu congrua constituantur dos duabus Capellaniis in Metropolitana perpetuo erigendis, quarum pro tempore Rectores, non secus ac ceteri ejusdem Ecclesiæ Mansionarii integro quotidianæ psalmodiæ sacrorumque omnium Officiorum oneri succumbant, nec non statis dierum horis, ac præsertim diebus festis definitum quovis anno Missarum numerum accepta a Sacrario eleemosyna persolvant. Reliquos dein eorumdem Legatorum reditus in Missarum celebrationem erogandos proponit, tributa memoratis Capellanis, et aliis si opus fuerit Sacerdotibus eleemosyna ad taxam diœcesanam, quæ hodie ad lib. 1. 6 8., seu ad obolos viginti ascendit. Denique quoad præteritas onerum omissiones, quæ ad Missas 6000. et ultra pertingere deprehenduntur, cumulativam petit reductionem, ita ut eleemosynæ ex omissis Sacris proficiscentes cumulate intra septennium erogentur in tot celebrandas Missas, quot ferialibus ac festis diebus litari poterunt ad rationem manualis eleemosynæ.

Sanctas quidem defunctorum esse voluntates, easque omnino servandas edicitur *can. ultima voluntas causa* 13. *quæst.* 12., *ac Trident. Synod. sess.* 22. *cap.* 6. *de reformatione*; attamen, si expressam testatoris voluntatem exequendi difficultas sit, omnem tunc vinci severitatem juris, justamque commutationis causam exhiberi patet *ex Barbos. de potest. Episcop. Allegat.* 83. *num.* 3., *et* 8., *et ex S. Congreg. in* Romana *Commutat. volunt.* 27. *Februar.* 1734., *et in Civitatis Plebis Legat.* 28. *August.* 1756.

Ita

Ita nimirum se rem habere in themate pluribus de causis probat Senensis Archiepiscopus. In primis enim reditus, quibus pia illa Legata innituntur, impares præscriptis Missarum oneribus perferendis evasisse demonstrat, cum ii duodecim tantum romanos obolos pro quolibet Sacro suppeditent; at vero *l'elemosina manuale delle Messe attualmente in uso in questa Diocesi*, ait Archiepiscopus, *può dirsi che ragguagliata sia nei giorni feriali di bajocchi romani venti, e nei festivi di bajocchi trentacinque.* Huic autem incommodo remedium certe nullum neque in Civitate, neque in Diœcesi Senensi comparari posse contendit, quia scilicet tanta ubique est Sacerdotum in præsentiarum penuria, tantaque aliunde prostat onerum multitudo, ut fere in omnibus tum regularium tum secularium ordinum Ecclesiis de conspicua quovis anno præteritarum Missarum congerie dolendum sit. Reductione igitur omnino opus esse videtur Archiepiscopo, præsertim cum ne in Senensem quidem provinciam, idest extra Diœceseos fines præfata onera transferenda judicet, tum quia eadem ubicumque obstat Sacerdotum infrequentia et commune eleemosynarum augmentum; tum quia si ex Metropolitanæ Ecclesiæ centro aliquando divergant, ipsa profecto Ecclesia maximum captura esset Christianæ pietatis et divini honoris detrimentum. Hæc enim sunt Archiepiscopi verba: „ In questa città „ esistono la Chiesa Metropolitana, che trovasi nel „ centro della metà superiore della Città stessa; e la „ Collegiata che quasi costituisce centro dell' altra „ porzione della Città predetta. La popolazione com- „ posta di diciassette mila persone circa non può „ trovare, che in dette due Chiese un maggior co- „ modo continuo delle Messe in giorno festivo. Ad „ esse difatti concorre la massima parte della po- „ polazione, dopo specialmente la quasi generale „ mancanza dei corpi morali di Religiosi, non esi- „ stendo al presente in detta Città che un Convento „ di Teresiani, uno di Benedettini, ed un' altro de' „ Servi di Maria, tutti eccettuato il primo scarsissi- „ mi di Sacerdoti . . . Nella predetta Chiesa Me- „ tropolitana non si hanno in dì festivo, che N. 7.

„ Messe

„ Messe ad ora determinata, quattro delle quali so-
„ gliono celebrarsi nei primi, e le tre altre negli ul-
„ timi periodi della mattina. Resta perciò senza Mes-
„ se un intervallo almeno di due ore, non poten-
„ dosi alterare tal uso. Quindi tutte le persone che
„ concorrono alla Metropolitana nell' accennato in-
„ terstizio per ascoltare la S. Messa, sia per soddi-
„ sfare al precetto ecclesiastico, sia per loro parti-
„ colare divozione, trovando sempre defraudata la
„ loro espettativa si scandalizzano del Clero addetto
„ a questa Chiesa. E sebbene talora si celebrino per
„ eventualità alcune Messe in detta Chiesa, e vi si
„ celebrino ancora da diversi Beneficiati, ciò nè pre-
„ viene, nè tampoco ripara il divisato disordine, co-
„ meche non avendo tali Sacerdoti ore determinate,
„ niun comodo, si può dire, forniscono alla popola-
„ zione, la quale ha bisogno pei particolari rapporti
„ di trovare il comodo delle Messe in ore determi-
„ nate, e stabili. Quest' inconveniente amareggia di
„ continuo il mio spirito, e tutti i buoni, giacchè
„ chiunque ha interesse per la Religione bramereb-
„ be veder facilitato l'agio di ascoltare la S. Messa
„ specialmente a questi tempi luttuosi „.

Itaque, quod peculiarem spectat reductionis methodum huic S. Ordini in precibus oblatam, duarumque exinde suggestam Capellaniarum erectionem, eo certe facilius sui se voti compotem extiturum confidit Archiepiscopus, quo etiam clarius in chorali servitio augendo Metropolitanæ Ecclesiæ necessitatibus consultum fore perspicitur. Etenim „ il numero de Cap-
„ pellani Mansionarj sono sette, e sono obligati le-
„ varsi la notte al Mattutino una settimana quattro,
„ e l' altra tre, e così alternativamente in tutto l'an-
„ no. Sono obbligati tutti ad intervenire la mattina,
„ ed il giorno al Coro tutto l'anno, e sono obligati
„ a celebrare la S. Messa tutte le mattine, quattro
„ di buon ora, e tre per le ultime Messe, e godo-
„ no di uno stipendio mensuale di lire quaranta
„ toscane simili a scudi sei, e baj. 31. romani „.

Idem vero pergit Archiepiscopus „ Esser di somma
„ utilità non solo, ma anche di religiosa urgenza
„ l' erezione perpetua dei due Cappellanj Mansionarj

„ sul

„ sul piano tracciato nelle ingiunte preci, ed in quan-
„ to a me convinto della vera, ed imperiosa legitti-
„ mità dei motivi, che in fatto pratico reclamano
„ questa misura, mi credo in dovere di raccoman-
„ darne con parziale impegno, e calore ogni oppor-
„ tuno appoggio, e favore pel conseguimento dell'
„ implorata grazia „.

Porro in iis rebus omnibus, quibus proposita ab Archiepiscopo in futurum tempus Missarum reductio, et Capellaniarum erectio consistit, etsi communi de servandis fundatorum voluntatibus juri adversari videatur, æquo tamen Doctorum ac Interpretum judicio maximopere adjuvatur, qui voluntatum commutationem ex publica, ut in casu, utilitate et necessitate concedendam autumarunt, *Monet. de commut. ult. volunt. cap. 6. num. 75.*, *Piton. de controv. Patron. alleg. 50. num. 7.*, *et S. Congregatio in Senogallien. Reductionis onerum 16. Junii 1827.* Quapropter cum de ejusmodi Choralis servitii augendi necessitate in Metropolitana Senarum Ecclesia dubitandum non sit, videtur profecto Oratoris precibus ab EE. VV. esse annuendum; idque eo etiam magis, quod si forte Missarum eleemosyna intra Senensis Diœceseos limites in posterum decrescat, tunc integre quidem perpetuoque servandum utrique Mansionario propositum emolumentum, sed Missarum numerum ex eleemosynæ imminutione se auctorum spondet Archiepiscopus his verbis = At-
„ tenuandosi l'elemosina delle Messe in ragione del
„ ricrescimento de'Sacerdoti, ne ricrescerebbe propor-
„ zionalmente anche l'obbligo delle Messe, e più si
„ avvicinerebbe ai termini delle rispettive fondazioni
„ degli obblighi stessi. Giammai peraltro ritornar po-
„ trebbero le Messe da sopprimersi all'originaria loro
„ integrità, dovendosi preservar sempre, e tener fer-
„ mi sulla massa delle elemosine delle Messe gli emo-
„ lumenti annuali che occorrerebbe assegnarsi ai due
„ nuovi Cappellani mansionarj. =

Ceterum, quod pertinet ad petitam demum pro præteritis Missarum omissionibus reductionem, animadvertant EE. VV., Archiepiscopum haud aliis ad id postulandum adduci rationum momentis, quam iis, quibus in perpendendis hucusque immoratus sum. Si igitur

tur maxima redituum tenuitas et hodierna Sacerdotum infrequentia reducendum suadent collectivum Missarum onus pro futuro, certe pro elapso etiam temporis tractu reductionem imperiendam indicant, ut *in Romana Onerum Missarum* 10. *Martii* 1709. *et in Spoletana Reductionis* 25. *Februarii* 1826. §. *Verum.*

Decernenda ergo sunt

Dubia

I. *An, et quomodo probanda sit duarum Capellaniarum in Metropolitana Ecclesia erectio in casu etc.*

II. *An, et quomodo concedenda sit Missarum reductio quoad futurum in casu etc.*

III. *An, et quomodo eleemosynæ omissorum onerum sint erogandæ in Missarum celebrationem in casu etc.*

BURGI SANCTI SEPULCRI REDUCTIONIS ET ABSOLUTIONIS. In Vico, quem nuncupant *Serci*, Diœcesis Burgi Sancti Sepulcri, Oratorium extat B. Michaeli Archangelo dicatum, quod subest juri patronatus Familiæ Picini. Ibidem singulis diebus festis, quibus fideles sacrosancto Missæ sacrificio adstare debent, ac servilibus operibus vacare prohibentur, eadem Familia pro populi commoditate curare tenetur

Sess. 25. cap. 4. de Reform.

celebrationem Missæ tributa eleemosyna obolorum septemdecim cum dimidio. Præter hujusmodi explo-ratum onus aliis etiam piis legatis familiæ suæ bona gravari suspicatur Leonardus Pichi, ac præsertim tribus Missis die S. Bartholomæi, tribus aliis festo S. Michaelis Archangeli, ac benedictione cum SSma Eucharistia fidelibus in Cathedrali Ecclesia impertienda quatuor secundis feriis cujuslibet quadragesimæ. Verum cum desiderentur monumenta, quibus res ipsa innotescat, et paterna bona varias in partes distracta, atque divisa fuerint ob æs alienum, dotes, et jura fideicommissaria; ideo memoratus Leonardus, qui partem tantummodo possidet hæreditatis majorum suorum, quin liqueat, quænam onera ipsi incumbant, ad sui, aliorumque conscientiæ stimulos sedandos offert romana scutata quadringenta, quorum annuus fructus pertingat ad scutata duodecim. Cumque eleemosyna obolorum septemdecim pro quolibet Sacro diebus festis in Oratorio S. Michaelis celebrando, quod a Civitate S. Sepulcri non parum distat, valde tenue sit, adeout difficillime inveniatur Sacerdos, qui illuc se conferat pro tam exiguo stipendio, hanc ob causam postulat, ut reditus scut. 400. erogetur in augendam eleemosynam ad obolos triginta, et quidquid erit reliqui, convertatur in eleemosynam pro Missis aliis diebus festis non integri præcepti in præfato Oratorio litandis. Quod tamen consilium ideo probari postulat ab hoc S. Ordine, ut orator, aliique a præteritis omissionibus absolvantur, et ab omni alia legatorum præstatione in posterum liberentur.

Episcopus, quem de more rogavi, ut transmitteret particulas fundationis Legatorum, ac præsertim Capellaniæ erectæ in Oratorio S. Michaelis Archangeli ad Mures, et referret de ejusdem Oratorii annuo reditu, de necessaria eleemosyna pro Missarum celebratione, responsum dedit = Nella mia Cancellaria non trovasi „ alcun atto di fondazione relativo agli obblighi della „ famiglia del Postulante: ma dai libri delle SS. Visite „ risulta, che in antico aveva l'onore di corrisponde„ re annualmente l'elemosina per la sodisfazione di „ due officiature, una eretta in questa Cattedrale coll' „ obbligo di una Messa in ciascuna settimana, e l'al-

„ tra

„ tra esistente nella Chiesa di S. Marta obbligante a tre
„ Messe la settimana, cioè in tutti i Lunedì, Martedì,
„ e Mercoledì dell' anno. Le dette Officiature hanno
„ cessato di essere sodisfatte sin da molti anni, ed il
„ patrimonio gravato in genere da tali pesi ha subite
„ varie divisioni, talchè il Pichi ignora, se li detti
„ Legati siano rimasti a suo carico, non essendogli
„ mai stata dimandata cosa alcuna per la sodisfazione
„ de'medesimi, ed è d'avvertirsi che tolta la Famiglia
„ del Postulante, le altre diramazioni sono in tale sta-
„ to di povertà da non poter somministrare qualun-
„ que, benchè piccola cosa per l'oggetto di che si
„ tratta. La rendita annuale della Cappellania a Sorci
„ e di scudi 12. L'aumento che propone il Supplican-
„ te è parimenti di scudi 12. annui. L'elemosina ne-
„ cessaria per trovare un Ecclesiastico, che si porti in
„ tutti i giorni festivi a celebrare nell'Oratorio di S. Mi-
„ chele Arcangelo situato ad una vistosa distanza da
„ questa Città, la fisserei nella quantità di bajocchi
„ trenta per ciascuna Messa, tale appunto essendo
„ quella che suol passarsi in questa Diocesi in caso di
„ sodisfare simili Uffiziature. Debbo inoltre soggiun-
„ gere che tutti quelli, i quali potessero avere inte-
„ resse sull'annessa istanza, e specialmente il Capitolo
„ di questa Cattedrale pienamente convengono sulla
„ domanda del Signor Pichi, tanto più ch'Egli offre
„ un vistoso Capitale per riparare a quelle mancanze
„ che potesse aver commesse in buona fede. Dietro
„ tali riflessi, e in vista anche di tutte le altre cir-
„ costanze del caso attuale, sarei di parere che le do-
„ mande del Supplicante meritassero di essere piena-
„ mente favorite con una benigna annuenza a quan-
„ to implora. =

Precibus Oratoris adversatur regula, quæ tradit adamussim servandas esse fundatorum leges, ac denegandas onerum reductiones, nisi constet bona relicta ferendis oneribus imparia evasisse, aut hæredem in adversam incidisse fortunam, ita *in Romana Reductionis* 8. *Augusti* 1818., *in Lucana Translationis, reductionis, et sanationis* 26. *Augusti* 1820., *et in Tranen. Reductionis et commutationis* 24. *Julii* 1824. Multoque minus transferenda est Missarum celebra-

tio ab una in alteram Ecclesiam, si aliqua adsit peculiaris lex, et a Testatoribus præsertim indicta, nisi justa urgeat, et necessaria causa, quæ id omnino fieri suadeat, ut docet *Navar. cons. 14. n. 10. de testam.*, *Gratian. discep. 73. n. 4.*, *et S. Congregatio in Vicen. translationis onerum Missarum 19. Aprilis 1760, ac in Patavina translationis Missæ 18. Novembris 1801.*

Familiæ Pichi patrimonium licet plures subierit divisiones, haud probatur tamen præfato Missarum oneri sustinendo impar evasisse. Accedit etiam, Oratorem paupertate minime laborare. Nec ipse ad vitandum Legatorum implementum subsidium sibi quærere posse videtur aut ex defectu fundationum, aut ex oblata summa scut. 400. Etenim Missarum onera evincuntur nedum prolata fundatione, sed etiam probata per diuturnum tempus satisfactione, ut docuit S. Congregatio in *Comen. Legati Missarum 20. Martii 1824.*, *et in Perusina oneris Missarum 21. Januarii 1826.* De Legatis autem Missarum in Cathedrali Templo, et in Ecclesia S. Marthæ implendis nulla institui potest quæstio, cum illorum mentio habeatur in actis sacrarum visitationum. Annuus vero census scutatorum duodecim, quem Orator se quotannis soluturum pollicetur haud sufficiens videtur, ut ipsi a quovis onere immunitas concedatur, ea etiam de causa, quia non satis liquet, utrum ipse se eximi valeat ab onere congruam pendendi eleemosynam, ut singulis diebus festis in Oratorio S. Michaelis Sacrum offeratur.

Attamen animadvertit Orator, nullo familiam suam certo obstringi vinculo curandi implementum Legatorum, de quibus sermo est, excepta Missa in Sacello S. Michaelis celebranda cum eleemosyna obolorum septemdecim cum dimidio. Deest enim lex, quæ eorumdem Legatorum satisfactionem præcipiat. Deest quoque consuetudo, quæ obligationem secumferat; ac propterea dicendum eadem Legata vel sola animi pietate præstita fuisse, vel ad certum tempus dumtaxat obligasse. Hisce autem in casibus S. Congregatio vel hæredes a quovis onere immunes declaravit, ut in *Comen. Legati Missarum 21. Januarii*

rii 1826., vel saltem facilius Missarum reductionem concessit, ut *in Albanen.* 24. *Martii* 1792., *et in Ravennaten. Reductionis Missarum* 12. *Julii* 1823.

Præterea quamvis explorata foret fundationis Lex, aut diuturna consuetudo, nihilominus Oratoris voto esset concedendum. Ipse enim partem solummodo possidet bonorum patrimonii Pichi, ac propterea suæ obligationi satis facere videtur oblatione summæ scut. 400. in sacrum usum erogandæ. Similiter probatione dignus censendus est usus, in quem converti postulat annuos ejusdem summæ fructus; siquidem spirituali consuleretur bono fidelium, qui vicum ad Mures incolunt, quique ceteroquin Missam diebus festis audituri Civitatem Burgi S. Sepulcri adire forsitan compellerentur.

Videant etiam Emi Patres, utrum Oratori sit tribuenda absolutio pro præteritis omissionibus. Sane optima ejus fides, imminutio patrimonii, ac temporum vicissitudines justam suppeditant causam, ut petita indulgeatur absolutio. Quocirca quæritur

I. *An, et quomodo sit annuendum precibus Leonardi in casu etc.*

II. *An, et quomodo sit consulendum SSmo pro absolutione quoad præteritas omissiones in casu etc.*

FOROLIVIEN. ABSOLUTIONIS ET REDUCTIONIS. Comiti Petro Martyri Paolucci pinguis relicta est hæreditas anno 1810. a Philippo Portio imposito onere *di una Messa quotidiana in S. Mercuriale colla limosina di lire italiane 27. mensili*, (nempe scut. 4. 96. 4.) *all'Altare de' SS. Giacomo, e Cristofaro in oggi S. Anna*. Benemeriti Testatoris adeo immemorem se præbuit Comes Paolucci, ut ne unius quidem Missæ Sacrificium in expiationem illius animæ

Sess. 23. *Cap.* 4. *de reform.*

mæ offerri curaverit: hæreditatem vero ita brevi tempore consumpsit, ut vix unus supersit fundus juxta flumen *Ronco*, qui annuum, deductis oneribus, reddit fructum scut. 22. 70. Ad incitas redactus, atque etiam ære alieno obrutus Comes Paolucci, ad hunc Sacrum Ordinem confugit, ac miserandam suimet conditionem obtendens, tam Missarum reductionem in futurum, quam absolutionem pro præteritis omissionibus humillime imploravit. Quocirca die 16. Aprilis anni 1825. duo proposita sunt dubia: I. *An, et quomodo sit concedenda reductio Missarum in casu etc.* II. *An sit consulendum SSmo pro absolutione quoad præteritum in casu etc.*, quibus ob aliarum causarum gravitatem responsum datum fuit in Comitiis diei 11. Junii ejusdem anni edito rescripto: *Ad I. Affirmative ad tot Missas, quot, reditus, tradito tamen fundo favore Ecclesiæ, et Episcopus curet transcriptionem.* Ad II. *Affirmative imposita arbitrio Episcopi aliqua prece quotidiana ad vitam Oratoris, et firma remanente obligatione compensationis in totum vel in parte, quatenus Orator ad meliorem fortunam pervenerit, et notificetur eidem Episcopo resolutio S. Congregationis pro illius executione et litteræ consignentur ejus Agenti.*

Nunc Comes Paolucci denuo sistit coram hoc Sacro Ordine, et EE. VV. exorat clementiam, ut in mitiorem deveniatis sententiam. Fundum *Ronco*, quem ipse adhuc possidet, miseras esse inquit paterni patrimonii reliquias, quibus sui, suæque familiæ egestati levamen aliquod comparare valeat. Hisce addit nomen scut. 300. contraxisse cum Angelo Bertrami pluribus filiis onusto, ac facultatibus destituto, eique dissolvendo se imparem esse, nisi legatum Missarum abrogetur, aut saltem ampla concedatur reductio,

Rogatus Vicarius Apostolicus Forolivii, ut de resultantibus ex resolutione hujus Sac. Congregationis diei 11. Junii 1825., a SSmo approbatæ, referret, perquisitis ipse actibus ad hanc rem exaratis sic rescripsit.

„ Exhibuit primo Promotor Fiscalis in actis Curiæ Sac.
„ Congregationis Epistolium una cum prælaudata re-
„ solutione conjunctum. Instante dein Ecclesia Pri-
„ miceriali S. Mercurialis facta est citatio contra Ora-

„ to-

„ torem ad videndum mandari ipsum citatum expo-
„ liari fundo, de quo in precibus sub die 11. Octo-
„ bris 1825., quæ citatio fuit postea repetita sub die 7.
„ Novembris contra Procuratorem ex parte citati con-
„ stitutum. Lecta autem hac citatione in audientia
„ diei 16. dicti mensis, causa dilata fuit ad audien-
„ tiam 5. Decembris, a qua iterum fuit dilata pro in-
„ formatione ad diem 19. Hac sub die fuit tertio pro-
„ rogata ad primam post ferias illius temporis, ad 9.
„ nempe Januarii 1826. Hic finis incœpti judicii, quin
„ ulla unquam appareat discussio, ullum sit editum
„ decretum „.

„ Quænam extiterint hujus suspensionis judicii rationes,
„ mihi sciscitanti duas denunciavit Pro Vicarius illius
„ temporis Generalis, alteram quia Orator fundum
„ jam locaverat ad triennium recepta jam antea, et
„ consumpta tota triennii pensione, alteram quia
„ nemo aderat, qui judicii expensas pro Ecclesia su-
„ stineret. Verior tamen, ni fallor, tertia accedere
„ mihi visa est ratio, commiseratio nempe Curiæ
„ Episcopalis erga Oratorem, ejusque parentes ob gra-
„ vem, qua conflictabantur inopia „.

„ Ultro nunc aliqua addam, venia si mihi detur ab
„ EE. VV., ut aliquo modo res Oratoris componan-
„ tur, ac memorato in precibus Bertramio, qui præ-
„ cipuam, ut reor, causam ipsis precibus dedit, suc-
„ curratur. De hujus enim credito, deque non mo-
„ dico damno sibi Familiæque suæ ob ejusmodi retar-
„ datam exactionem emergente minime est dubitan-
„ dum, et ipse testatur Archiepiscopus Ravennæ,
„ dum plurimum paupertatis gratia ipsum Bertra-
„ mium mihi commendavit „.

„ Dicerem itaque, firma remanente Sac. Congregationis
„ resolutione, quantocius ad exequutionem man-
„ danda quoad traditionem et transcriptionem fundi,
„ de quo agitur favore Ecclesiæ S. Mercurialis, posse
„ indulgeri, ut fundus ipse, qui unius Oratoris est
„ reliquus, et jam inscriptus in tabulis hypothecariis
„ pro Legato, de quo agitur, et pro alio Legato Mis-
„ sarum quatuor in anno favore Capellæ SSmi Sacra-
„ menti hujus Ecclesiæ Cathedralis, interim per ido-
„ neum Œconomum Episcopo, et Primicerio S. Mer-

„ cu-

„ curialis benevisum administretur, ea lege ut fru-
„ ctus, satisfactis oneribus, quorum præter supradi-
„ ctum Legatum favore Capellæ SSmi Sacramenti præ-
„ cipuum sit aliquis Missarum numerus pro nunc
„ constituendus, non minor saltem unius in quolibet
„ mense pro anima liberalissimi Testatoris, reliqui
„ annuatim cedantur Bertramio usque ad totam de-
„ biti satisfactionem. Postquam vero hujusmodi cre-
„ ditum fuerit plene persolutum, eadem perdurante
„ Fundi administratione putarem augenda fore suffra-
„ gia pro dicto Testatore ad unam saltem Missam in
„ qualibet hebdomada, atque iterum indulgendum,
„ ut ad vitam Oratoris tantum ei subministrentur,
„ qui supersunt, satisfactis oneribus, annuales fru-
„ ctus. In hanc sententiam rogatus venit, et ipse,
„ cujus interest, Primicerius S. Mercurialis, eo motus
„ desiderio, ut vitam minus miseram agat, si fieri
„ potuerit vir miræ prodigalitatis, prout est Orator
„ Comes Petrus Martyr Paolucci, qui victum nunc
„ sibi comparat ex gradu, quem obtinet vulgo *Offi-*
„ *cialis* inter Milites Pontificios. Cum vero is vita
„ cesserit, omne administrationis pondus, ac utile
„ transeat ad dictum pro tempore Primicerium, ser-
„ vata inde adamussim Sac. Congregationis resolutio-
„ ne „.

Quæ hic animadvertenda forent pro deneganda vel impertienda gratia, quam Orator enixe efflagitat, habent Emi Patres tum ex hac Vicarii Apostolici informatione, tum ex folio diei 16. Aprilis 1825., quod resumere precor.

Igitur proponitur

Dubium

An sit standum vel recedendum a decisis in primo dubio in casu etc.

Die

Die Sabbati 19. Julii 1828. in Palatio Apostolico Vaticano erit Sacra Congregatio Concilii, in qua præter alia proponentur infrascripta Dubia, juxta morem ejusdem Sacræ Congregationis de jure resolvenda.

VERULANA. Aliquot accusatus criminum Sacerdos Eustachius Olivieri, in Oppido *Strangolagalli* Verulanæ Diœcesis Archipresbyter, per Episcopalem Curiam anno 1819. processui subjectus est. Hoc autem ad hanc S. Congregationem transmisso, causa demum proposita fuit in Comitiis diei 15. Septembris 1821, tribusque concordatis dubiis I. *An sit locus privationi a Parœcia Archipresbyteri Olivieri in casu etc.* II. *An sit locus remotioni OEconomi in casu etc.* III. *An, et in qua summa sint restituendi fructus favore dicti Arpresbyteri a die constitutionis œcocomi usque ad exitum causæ in casu etc.* responsum prodiit: Ad I. *Negative, et amplius.* Ad II. *Affirmative et amplius.* Ad III. *Affirmative pro summa liquidanda a Domino Secretario ad formam Rescripti SSmi diei 14. Julii 1819. et amplius.* *Sess. 22. cap. 11. de reform.*

Ad præfatam fructuum liquidationem illico peragendam Emus, ac Rmus Cardinalis Falzacappa, tunc meritissimus hujus S. Ordinis Secretarius, statum activum, et passivum a die 13. Julii 1817. ad diem 15. Septembris 1821. per Episcopum confici jussit. Paruit Verulanus Antistes: cum vero Archipresbyter Olivieri longe majores esse contenderet annuos Parœciæ fructus, electus fuit die 28. Februarii 1823. Nicolaus Massaruti Peritus Ratiocinator, qui super gesta rationum redditione sententiam suam panderet. Hic autem, cum Archipresbyter Olivieri preces porrexisset S. Congre-

gationi *limitando*, ait ipse Peritus, *la sua domanda per il pronto e provvisorio pagamento di un' acconto di tanti suoi crediti reclamati nella prima sua memoria contro l'amministrazione quinquennale . . . . e senza pregiudizio degli altri pretesi crediti enunciati nella prima istanza*, ideo *prescegliendo quelle partite ch'Egli* (Archipresbyter nempe Olivieri) *reputa le più certe, le più liquide ed incontrovertibili*, atque ad hæc nomimina judicium suum cohibens, die 30. Septembris 1823. retulit, creditum Archipresbyteri ad annum usque 1821. *nella ipotesi di ammissione delle partite rimesse al giudizio della S. Congregazione* pertingere ad scut. 178. 07.; sed *nella ipotesi di esclusione delle partite rimesse al giudizio della S. Congregazione* conficere tantummodo summam scut. 21. 36. Verumtamen idem Peritus Massaruti, *vedendo che dopo una laboriosa e lunga prestazione non potrebbe esibire egli un concludente e certo risultato della sua operazione.* susceptum officium super integra et generali peritia abdicavit: eaque de re Oliverius alterius Periti electionem precatus, voti compos factus est die 21. Septembris 1825., et partium consensu huic rei gerendæ præfectus fuit Joseph Caporri. Subsidia interim in partem crediti sibi repræsentari petierat Olivierius, ac licet ei jubente S. Congregationis Secretario in hanc causam soluta fuerint scutata viginti, numquam tamen ille adduci potuit, ut mercedem Perito Massaruti statutam penderet.

Jam vero, fervescentibus magis de oppugnata reddituum liquidatione controversiis, *Sacerdos Olivierius*, scribebat Verulanus Episcopus anno 1825., *ex quo reportavit anno 1821. ab ista S. Congregatione decretum sibi favorabile* (*quod non aliud habere poterat fundamentum quam nullitatem processus criminalis*) *fuit ex hac victoria factus audacior. Quartus jam volvitur annus, ex quo post præfatum Decretum non residet, pergens morari in Urbe. Unicum quod scio die 17. Aprilis 1822. absentiæ indultum ad sex menses valiturum obtinuit, et tunc aliqua fortasse justa causa esse poterat. . . . Si vir esset moratæ conscientiæ consideraret se absque causis legitimis a Parœcia absentem præter reatum peccati lethalis, fructus Beneficii*

non

non posse facere suos. Tolerari, ut ita dicam, aliquo modo posset ejus nimis longa absentia, si saltem curaret, ut per alios satisfierent cuncta onera præbendæ. Quum anno 1822. voluisset remotum Oeconomum, qui ad initio causæ fuit a me deputatus, quumque ab ipso electus noluisset justa de causa ejus vices gerere, licet a me adprobatus et exoratus, factum est, ut per undecim circiter menses parochia fuerit absque certo et determinato Vicario, ideoque coactus fui præcipere, ut interim ceteri Sacerdotes meliori quo possent modo, se populi necessitatibus præstarent. In præfato autem undecim mensium spatio, neque Missæ pro populo, neque Anniversaria celebrata fuerunt, quin Olivierum neque tunc, neque in posterum ceperit religio faciendi celebrare Missas, quæ omisse fuerunt.

Licet autem ab Oeconomo Curato quem ipsemet iterum elegi et deputavi sub die 4. Martii 1823. ut per idoneum Vicarium certum cura animarum administraretur a die 19. Martii usque ad totum annum 1824. cunctæ Missæ præbendæ Archipresbyteralis fuerint celebratæ; attamen idem Oeconomus a die 10. Junii 1823. usque ad hanc diem nullam habuit mercedem, propterea, postquam executus fuerit Oeconomus, et promiserit se diligenter executurum cetera officia Vicarii, omisit celebrationem Missarum a die prima hujus anni 1823. usque ad præsens, quia certus est Olivierium non soluturum debitum eleemosynam.

Actu Sacræ Visitationis anno nuper præterito peractæ, inveni nonnulla paramenta deficere, alia lacera, et indecentia, ideoque coactus fui præcipere Olivierii procuratori, ut se abstineret a tradendo ei fructus Massæ communis, nisi prius factis expensis necessariis. Nunc ipse amoto illo Procuratore, alium præfecit, prohibens ne attendatur quodcumque meum decretum, ait sequestratio. Igitur, nisi Vos, Emi et Rmi Patres, huic gravissimo malo providere dignabimini, Missæ non celebrabuntur, sacra supellectilia non restaurabuntur, non providebitur Altare, et cetera onera ipsi præbendæ inhærentia non satisfient, et nullus invenietur, qui suis stipendiis voluerit Ecclesiæ inservire, ideoque etiam atque etiam vos rogo obtestorque, ut huic malo

aliqua consulatur ratione, ne suo Deus fraudetur obsequio, oves auxilio spirituali, Animæ defunctorum suffragio.

Tot, tamque varios casus, ac rerum discrimina secum animo perpendens Archipresbyter, has demum preces ad Summi Pontificis pedes provolutus humillime porrexit.

„ Il Sacerdote Eustachio Olivieri . . . in considerar lo stato infelice, nel quale ritrovasi la sua Pieve, ed il Pievano stesso, ed in osservar da una parte i motivi che sembrano impellenti all'abdicazione, e rassegna di quella, e quei dall'altra che l'inducono a sostenersi nell'Officio di Parroco, da tanta perplessità e dubbiezza agitato vedesi, che si riconosce incapace affatto a decidersi a rinunziare, o nò.

„ In un'affare di tanta importanza che riguarda il bene spirituale di una desolata popolazione di mille e cento anime, altro espediente non trova se non se di depositare pienamente la propria volontà alli S. Piedi di Vostra Santità, e di esattamente eseguire quello che gli verrà prescritto. Onde in qualunque evento avrà motivo di consolarsi, e di farsi ragione di non aver seguito la propria volontà, ma di aver obedito alle rette e saggie prescrizioni del Sommo Gerarca della Chiesa di Cristo.

„ In questa perplessità ottimo crede l'espediente preso, ed altro non gli resta ad implorare se non se, che se lo determina la Santità Vostra a tornare, provegga prima che Monsignor Vescovo deponga il suo furore ch' è l'unica cagione che tiene l'Oratore lontano dalla sua Residenza, e che bonariamente restituisca quei frutti occupati, quali devono restituirsi a forma della risoluzione della S. Congregazione del Concilio, e che concilii la somma per i danni emendabili.

„ Se poi gli ordina che rinuncii, lo farà ben volentieri ma La prega a riflettere che egli l'Oratore è astretto a rinunciare non per propria sua colpa, ma per l'altrui deciso delitto, e però merita un equivalente compenso di una pensione su la Prebenda stessa uguale alla canonica mezz'annata dovuta alla Cattedrale occorrendo la collazione ordinaria tassata dall'A. C. alli 26. Maggio 1792., e per il totale, o un altra pensione

ne, od un beneficio, perchè non crede dovere che la conseguenza di tanti disastri debba minorare la sua condizione.

Re igitur ad hunc S. Senatum ex SSmi jussu rursum delata, et Olivierii precibus inter supplices libellos propositis, rescriptum prodiit sub die 3. Septembris 1825. = *Admissa renunciatione, S. Congregatio sibi reservavit assignationem pensionis, et ad mentem. Mens est, ut ad finem omnibus controversiis imponendum scribatur Episcopo, qui audito Parocho Olivieri renuntiante, transmittat exactam distinctamque redditionem rationum redituum tum Massæ communis, quam Paræciæ, comprehensis incertis Stolæ, ac referat de utriusque præciso annuo reditu et oneribus, ut deinde a Sacra Congregatione prævia, quatenus opus sit, deputatione Periti vel Peritorum ex officio tam pro verificatione redituum, quam pro revisione computorum, taxari valeat pensio prædicto Parocho renuntianti assignanda.*

Ad hæc autem rogatus Episcopus sic respondit die 10. Aprilis 1826. „ Quantum ad exactam distinctamque „ redditionem rationum redituum tam massæ com- „ munis, quam Paroeciæ, comprehensis stolæ quo- „ que incertis apud istam S. Congregationem nonnul- „ lis jam abhinc annis existit hujusmodi redditio, „ quæ complectitur annos quinque a die videlicet 13. „ Julii anni 1817. usque ad totum annum 1821. Fuit „ ab ista S. Congregatione statutus etiam Peritus Com- „ putator, cujus sententiam ignoro. Audivi tamen, „ quod hujus sententia minime placuerit Parocho Oli- „ vieri, quodque propterea alius Peritus Computator „ fuerit destinatus.

„ Ista S. Congregatio in prima parte litterarum Massæ „ communis reditum secernit a reditu Paroeciæ. Ad- „ vertendum tamen, quod in administrationibus cen- „ suum Parochialium, peractis ab anno 1817. usque „ ad 1822. tam a Sacerdote Josepho Sorge, quam „ ab Aloisio Tamburini; reditus percepti fuerunt in- „ distincte a prædictis administratoribus ex cunctis fun- „ dis, quin scirent, quemadmodum ne nunc qui- „ dem sciunt, utrum hic vel ille fundus ad mas- „ sam communem potius pertineat, an ad Paroeciam.

Si

„ Si existeret in Archivio Parochialis Ecclesiæ Inven-
„ tarium omnium bonorum, tunc quidem non igno-
„ raretur, qualia essent bona massæ communis, qua-
„ lia Paroeciæ. Ipse Parochus Olivieri apud se tenet
„ cunctos Libros ad Paroeciam pertinentes, quos num-
„ quam dare voluit. Hinc discerni nequit quales re-
„ ditus ad Massam communem, quales ad Paræciam
„ spectaverint; ideoque universi reditus indistincte et
„ confuse recensentur in redditione rationum. Ex va-
„ ga tamen voce habetur quod scut. 8. 50. annua per-
„ tineant ad massam communem.

„ Quoad vero ad præcisum annuum reditum et one-
„ ra, adjungo folium, in quo præter annua onera
„ describuntur reditus annorum sex ab anno nem-
„ pe 1817. usque ad annum 1822., quorum reditúm
„ notitia fuit desumpta ex Administratione peracta
„ tam a Sacerdote Josepho Sorge per annos quin-
„ que, quam ab Aloisio Tamburini per unum an-
„ num. Ipse Aloisius Tamburini deputatus fuit ad
„ recolligendas fruges Præbendæ Parochialis ab eodem
„ Parocho Olivieri. Nullam autem notionem habe-
„ re potui de reditibus annorum 1823., 1824., et 1825,
„ quia electus ab eodem Olivieri fuit alius Procu-
„ rator, a quo nihil detegi potuit.

Folium, ubi descriptos sex annorum Paroeciæ reditus, ab anno nempe 1817. usque ad annum 1822., redegit Verulanus Episcopus, et ad hanc Sacram Congregationem transmisit, apertissime demonstrat, annuos ejusdem Paroeciæ fructus ad scut. 149. 64. 4. pertingere, ex quibus, si detrahatur annuus onerum exitus scut. 87. 60., sarcta manet redituum annua summa scut. 62. 04. 4.

Hinc ea quidem pensio pro quolibet anno Olivierio proposita est, quam ejusmodi redituum ratio suasit: ipse tamen longissime dissentiens, Paroeciæ non solum resignationem se reapse effecturum negavit, sed suæ ipsius Paræciæ reditus ad annuam tercentum scutatorum summam ascendere affirmans, haud certe aliam sibi pensionem super Paroecia fore debitam professus est, quam scutorum saltem 106. 35., quot scilicet constat canonica media annata in Tribunali A. C. anno 1792. per sententiam constituta.

In-

Interea admonitus idem Olivierius, ut, quidquid adversus Episcopi informationem circa Paroeciæ reditus animadversione dignum existimaret, in medium adduceret, inobedientem jugiter se præbuit, asserens ex sententia Tribunalis A. C. anni 1792. exploratam esse redituum quantitatem. Peritum quoque Josephum Caporri pluries excitavi, ut suscepto munere fungeretur, ac peritiam quamcito ad exitum perduceret; tandem meis Litteris commotus responsum dedit die 27. Martii præsentis anni, se opus suum absolvere non posse ob notionum defectum, ac solummodo retulit, annuos Paroeciæ fructus, nulla tamen facta sumptuum, et onerum mentione, ad scutata 334. pertingere.

Qua quidem de re certior a me nuper factus Verolanus Episcopus, mandatis hujus Sacri Ordinis obsequens, Procuratorem suum Romæ illico deputavit Placidum Mariam Palelli, qui documenta et elucidationes Perito Caporri exhibeat. Verum hæc monet „ Licet aliqua summa deberetur Olivierio, animadvertite quæso, Emi ac Rmi Patres, quod Oeconomus Curatus a mense aprili anni 1823. ad hodiernam usque diem ne unum quidem assem habuerit ab Archipresbytero pro Oeconomatu. Oeconomo debentur quindecim asses singulis diebus ferialibus, et viginti pro diebus dominicis, aliisque festis de præcepto; idcirco summa si qua restat, Oeconomo, et non Archipresbytero tradenda est, Olivierius postulavit pensionem super Præbenda Archipresbyterali; sed considerandum est, quod Præbenda vel nullam, vel valde exiguam patiatur pensionem; primo quia non habet redditum valde notabilem; secundo, quia in illa terra existunt duo dumtaxat Sacerdotes, idest hodiernus Oeconomus Joseph Sorge, et Aloisius Perilli; iste non est idoneus ad Curam animarum, ille, imposita pensione fortasse non se sistet concursui: nec posset sperari quod exterus Sacerdos velit concurrere, si gravis imponeretur pensio. Quæ cum ita sint, si ista Sacra Congregatio decernet aliquam pensionem, oro vos, ne sit gravis non solum, sed perduret dumtaxat usque dum Olivierius obtineat aliquod Beneficium

„ ficium simplex, alias, ut morali certitudine conji-
„ cio, Parochia non providebitur de Parocho.

Cum ita se res habeant, Olivierii causa tum super renunciatione Paroeciæ, tum super illius absentia a loco residentiæ ex Sacratissimi Principis jussu sapienti EE. VV. judicio hodierna die subjicitur. Hujus rei a me vix monitus Sacerdos Olivieri, supplices idem e vestigio porrexit preces, quibus sua iterum amplissima obtendens credita adversus Episcopalem Curiam, ad normam resolutionis diei 15. Septembris 1821. subsidium sibi scut. saltem 400. sine ulla mora, et quam citius impertiendum implorat. Quoad vero Paroeciæ resignationem, quam huic S. Ordini iterum quoque decernendam offert, nisi EE. VV. ad Paroeciam illum redire jubeant, plures ipse affert conditiones, quarum intuitu se archipresbiteralem præbendam abdicaturum spondet, et quarum hæc est series.

„ Il Sacerdote Olivieri nella ipotesi dell' accettazione, e dell' ammissione della rinuncia, prega a riflettere ed osservare che ei indurrassi a rinunciare non per suoi difetti fisici, o morali, ed astretto per pena, ma per colpa altrui, e perchè *nemo tenetur de facto alterius*, non deve rinunciando essere astretto soffrirne ingiuria, e danno, con la deteriorazione della propria condizione. onde

„ 1. Sia prima proveduto con altrettanti proventi ecclesiastici che formino il pieno delle attuali sue rendite nella somma di scudi 364. 85½ a tanto ascendenti a forma delle prove esaminate dal Perito Computista Sig. Giuseppe Caporri deputato a tale operazione dalla S. Congregazione stessa. Questa nuova provista gravi per un terzo a titolo di pensione la Prebenda Arcipretale, e per due terzi se ne dia il pieno con tanti semplici benefici, ed in pensioni ecclesiastiche da conseguirsi *in contestuali facto et actu*, *et non in spe*. La giusta misura ad evitar le questioni circa il terzo di pensione, sia lo stesso terzo canonico dovuto alla fabrica della Cattedrale sotto il titolo della mezza annata nelle collazioni ordinarie. Questa mezza annata dalla stessa S. Congregazione del Concilio, come costa dalla sentenza esecutoriale dell' A. C. Giuseppe Albani, oggi Emo Cardinale sotto li 25. Maggio 1792.

fù

fù stabilita *pro tunc*, *et in modo regulæ in omnibus futuris collationibus*, nella somma di scudi 106. 35. Il peso delle messe pro populo, e de' legati, i dazj, e spese della raccolta furono considerate e rilasciate, e comprese nella tassa, però non devonsi oggi contemplare per calcolarle a diminuzione del terzo di scudi 106. 35., altrimenti si sarebbero due volte sottratte.

2. Che il fruttato della corrente stagione, del quale resta già la maggior parte maturata a favore del futuro rinunciante debba intieramente raccorsi a suo vantaggio.

3. Che per le Pensioni che intende ricevere in compenso della Prebenda, in caso la dimetta, non debba pagare propina, e tassa di spedizione in Datarìa, mà tutto vada a carico di chi sarà di ragione.

4. Che prima di venire all'atto *in validiori forma*, contestualmente sia assicurato dei nuovi Proventi. Se per caso i fondi destinati non si trovassero conferibili, debba supplire il *tantundem* la mensa Vescovile della Curia, cui piacque insistere per la rinuncia. E ciò a forma de S. Canoni che dispongono che la Curia sia in simili casi tenuta.

5. Che con l'atto di rinuncia non s'intenda rinunciato alle azioni contro la Curia per i frutti occupati, e sottratti nel quinquennio di ultronea amministrazione per i danni e spese rifattibili, e contro gli altri debitori delle Prebende, e per essa del Rinunciante.

6. Acciò possa il Rinunciante disporre le cose in regola, e rinvestire le due somme, che ritiene in luogo di deposito, debba aver dalla Curia la somma di scudi 8. 95. abusivamente ritenuta da quella Cancellaria e proveniente dalla condanna data a Rocco Sementilli, e Gio: Battista Saccomanni querelati per incisioni d'arbori fruttiferi della Prebenda.

7. Che dalla S. Congregazione si suggerisca il titolo e causa della rinuncia in luogo di quella unica, e vera per la quale l'Arciprete Olivieri inducesi a dimettere la Parrocchia, ed atta a dare il giusto titolo ricercato dai SS. Canoni, ad effetto sia ammessa la Parochiale rinuncia.

Post hanc enarratam rerum seriem paucis me expediam. Et quod pertinet ad renunciationem, nemini dubium quin ea sit vestra, Emi Patres, auctoritate sancienda. Ita enim postulat spiritualis non dicam utilitas, sed necessitas Parochianorum, qui decem et ultra abhinc annis proprio carent pastore. Huic renunciationi plaudit Episcopus, eique paratum se exhibet Sacerdos Eustachius Olivieri, imo jam inde ab anno 1825. ipsemet renunciationem Paroeciæ detulit arbitrio hujus Sacri Ordinis, qui eam admisit.

Difficultas potius omnis versatur in pensione Sacerdoti Olivieri reservanda ob controversam redituum Paroeciæ quantitatem. Videant autem Emi Patres, cuinam hac super re sit fides adhibenda, an Episcopo scilicet, qui affirmat, annuos Paroeciæ fructus, deductis oneribus, constare ex scut. 62. 04., vel Olivierio, qui contendit, parochialem præbendam quotannis fructum afferre scut. 364. 85., vel potius, ne Parochiani, dum anquiritur de vero Paroeciæ valore, graviora perferant spiritualia damna, sit illico executioni mandandum rescriptum hujus Sacræ Congregationis diei 3. Septembris 1825., Sacerdoti Olivieri generatim reservata congrua juxta taxam synodalem, quemadmodum rescriptum fuit *in Camerinen. seu Fabrianen.* 8. *Maji* 1784.

Oportet insuper, ut EE. VV. sapientissimum ferant judicium super absentia Archipresbyteri Olivieri a loco residentiæ: ex quo enim coram hoc Sacro Consessu quæstio institui coepit, ipse Romam venit, quin unquam postea ad Paroeciam perrexerit. Initio quidem indulta abessendi pluries assequutus est; imo cum etiam post resolutionem anni 1821. indulti prorogationem afflagitasset, voti compos redditus est die 17. Aprilis anni 1822. edito rescripto = *Prævia sanatione quoad præteritum, pro gratia prorogationis ad sex menses arbitrio, et conscientiæ Episcopi* =, verum postea a residentia abfuit nullo obtento absentiæ indulto, sed solummodo coram Sacra Congregatione actum est de Oeconomi deputatione. Etenim Dominicus Tamburini, ipso flagitante Olivierio electus OEconomus, se propter adversam valetudinem minus aptum regendæ animarum curæ existimans, petiit,

tiit, ut alter Sacerdos Paroeciæ præficeretur, rescriptumque prodiit die 22. Junii 1822. *Per Summaria Precum*, quin tamen preces unquam propositæ fuerint. Verulanus quoque Antistes postulavit, ut Archipresbyter vel ad residentiam rediret, vel Paroeciæ nuntium mitteret, ejusque litteræ ad hanc S. Congregationem dimissæ fuerunt die 28. Junii 1825. rescripto = *In decretis sub die 22. Junii 1822.* = Preces deinde porrexit Olivierius, quæ, ut supra innui, relatæ sunt in Comitiis diei 5. Septembris 1825., et S. Congregatio renunciationem Paroeciæ admisit, quin tamen aliquid decreverit de absentia memorati Archipresbyteri.

Profecto censet Olivierius sibi licuisse Romæ vitam degere, ut litem super liquidatione fructuum absolveret, quorumdam in se odium vitaret, propitiumque adveniret tempus, quo ipse ad Paroeciam remearet. At Emi Patres qua præstant sacri juris disciplina, decernant, utrum hæc rationum momenta tanti valeant, ut Parochus sex annorum spatio a residentia abesse valeat, ac interim parochialis præbendæ fructus integre percipere, stipendium Œconomo denegare, et Anniversariorum satisfactionem, ipsamque, veluti in themate nonnumquam accidisse testatur Episcopus, Missæ pro populo negligere applicationem.

Indubii sane juris est, Parochos absentes non facere fructus suos pro rata absentiæ, nec tuta conscientia, alia etiam declaratione non sequuta, illos sibi detinere posse, *Concil. Trid. sess.* 23. *cap.* 1. *de reform.*, nisi absint ad breve tempus, justa intercedente causa, et impetrata in scriptis legitimi superioris venia, *Reiffenst. lib.* 3. *Decret. tit.* 4. *n.* 74., *Barbos. de offic. et potest. Episcop. part.* 3. *alleg.* 53. *n.* 93. Ex his autem neutrum in themate occurrere facile intelligitur. Etenim lites, quæ proprium commodum, non autem Ecclesiæ utilitatem spectant, rationabilem non suppeditant absentiæ causam, ac per procuratorem sunt expediendæ, *Piton. discept. eccl.* 57. *n.* 2., *Lotter. de re benef. quæst.* 27. *n.* 18 Inimicitiæ vero, etiamsi capitales, et procul Parochi culpa obortæ, justam quidem præstant abessendi causam, sed ad breve tempus; siquidem ex instituto hujus Sacri Ordinis ea de

causa indultum concedi solet ad sex tantum menses. Quod=*si intra sex menses*,ita *Fagnan in cap.Clericos n.26. de Cleric. non resid.*, *nondum sedatæ sint inimicitiæ, rescribit Episcopo, ut det illi sex mensium prorogationem . . . sine spe ulterioris prorogationis, quæ rarissime conceditur*, = nam si inimicitiæ sint verosimiliter duraturæ, inducendus est Parochus ad renunciandum, vel permutandum, *Fagn. loc. cit.*, *Reiffenst. loc. cit. n. 92.* = Verum etsi justa in themate non desideraretur absentiæ causa,et quæstio coram hac S.Congregatione adhuc pendeat super liquidatione fructuum, deputatione Œconomi, et renunciatione Parœciæ, nihilominus Olivierius in pœnam privationis fructuum incidisse videtur. Enim vero præter justam causam venia requiritur Superioris, nec satis est ad pœnam vitandam, ut preces S. Congregationi porrigantur, sed consonum propitiumque rescriptum obtineatur oportet, ut docet S. Cong. *in Nullius Trium Fontium Applicationis fructuum 17. Maji 1817. ad II. Dub., et in Firmana Fructuum et Distributionum 24. Novembris 1827. §. Nimium.*

Itaque proponuntur,

Dubia

I. An sit confirmandum rescriptum diei 3. Septembris 1825. super renunciatione Paræciæ in casu etc.

Et quatenus affirmative

II. An, et in qua summa reservari debeat pensio favore SacerdotisOlivieri in casu etc.

III. An Sacerdos Olivieri tempore absentiæ suos fecerit Paræciæ fructus in casu etc.

IV. An, et quomodo sit consulendum SSmo pro condonatione fructuum in casu etc.

V. An, et quomodo sit consulendum SSmo pro absolutione quoad præteritas omissiones Anniversariorum,

et

et Missæ pro populo in casu etc.

VI. An Sacerdos Olivieri teneatur solvere stipendium OEconomo Paræciæ in casu etc.

Ad I. Affirmative.

Ad II. Affirmative pro tertia parte fructuum, deductis oneribus, et ad mentem.

Ad III. Providebitur in sequenti.

Ad IV. Affirmative, adimpletis tamen oneribus Missæ pro populo, Anniversariorum, aliisque Paræciæ incumbentibus, nec non solutis emolumentis Œconomorum a D. Secretario taxandis.

Ad V. et VI. Provisum in præcedenti.

NURSINA ONERUM.

Sess. 24. Cap 14 de reform

Dubia

I. An sit standum vel recedendum a decisis quoad secundum dubium in casu etc.

II. An sit standum vel recedendum a decisis quoad tertium dubium in casu etc.

III. An, et quomodo sit consulendum SSmo pro absolutione quoad præteritas omissiones in casu etc.

Ad I. In decisis non obstante cessatione pensionis.

Ad II. In decisis, celebratis decem annuis Missis pro quolibet Canonico.

Ad III. Affirmative, celebrata unica Missa cum cantu, et interventu totius Capituli.

FA-

Sess 25. *Cap.* 4. *de reform.*

FANEN LEGATORUM, ET TRANSACTIONIS.

Dubia

I. An et quomodo confirmanda sit transactio cum Conjugibus Paolucci inita in casu etc.

II. An Canonicus Palazzi absolvendus sit a præstatione legatorum repudiatorum in casu etc.

Et quatenus negative

III. An, et in quem usum sint convertenda legata repudiata in casu etc.

IV. An, et quorum Legatorum sit concedenda suspensio in casu etc.

V. An. sit consulendum Sanctissimo pro sanatione, et condonatione fructuum ex Cambiis obliquis hactenus perceptorum in casu etc:

VI. An, quomodo, et ad quod tempus sit concedenda venia in posterum percipiendi fructus ex memoratis cambiis in casu etc.

Ad I. Affirmative juxta votum Episcopi, qui curet fieri inscriptionem hypothecariam super prædio *Rio maggiore* pro implemento Legatorum ad formam transactionis.

Ad II. Negative.

Ad III. Affirmative arbitrio Episcopi, celebratis tamen Missis in Ecclesia designata.

Ad IV. Negative in omnibus.

Ad V. Affirmative.

Ad VI. Affirmative usque ad diem præstitutam, et Episcopus incumbat pro novo investimento licito ac tuto.

SE-

SENEN. REDUCTIONIS MISSARUM, ET ERECTIONIS CAPELLANIARUM.

Sess. 22. cap. 6. de reform.

Dubia.

I. An, et quomodo probanda sit duarum Capellaniarum in Metropolitana Ecclesia erectio in casu etc.

II. An, et quomodo concedenda sit Missarum reductio quoad futurum in casu etc.

III. An, et quomodo eleemosynæ omissorum onerum sint erogandæ in Missarum celebrationem in casu etc.

Ad I. Non expedire.

Ad II. Affirmative juxta votum Archiepiscopi, data eidem facultate augendi eleemosynam pro Missis statis horis celebrandis.

Ad III. Affirmative in omnibus juxta votum Archiepiscopi.

BURGI SANCTI SEPULCRI REDUCTIONIS ET ABSOLUTIONIS.

Sess. 25. Cap. 4. de reform.

Quæritur

I. An, et quomodo sit annuendum precibus Leonardi in casu etc.

II. An, et quomodo sit consulendum SSmo pro absolutione quoad præteritas omissiones in casu etc.

Ad I. Affirmative, exhibito fundo, super quo fiat inscriptio hypothecaria, firma remanente celebratione unius Missæ in festo S. Michaelis, atque alterius in festo S. Bartholomæi.

Ad II. Affirmative celebratis decem Missis.

Sess. 23. cap. 4. de reform.

FOROLIVIEN. ABSOLUTIONIS, ET REDUCTIONIS

Dubium.

An sit standum, vel recedendum a decisis in primo dubio in casu etc.

In decisis, et Vicarius Apostolicus curet omnino executionem decreti S. Congregationis.

Sess. 21. cap. 3. de reform.

NOVARIEN CAPELLANIARUM ET DISTRIBUTIONUM. Ecclesiæ Cathedrali Novariensi nedum duo supra triginta Canonici, sed etiam duodecim Capellani chorales olim inserviebant. Capellaniæ titulo ecclesiastici Beneficii vetustis temporibus potiebantur, et Capellani ad illas a Capitulo nominati canonicam assequebantur institutionem, sed anno 1592., Novariensem sedem moderante Episcopo Petro Ponzone, ejusmodi Capellaniæ mercenariæ, et qui illas possidebant ad nutum Capituli amovibiles evaserunt. Res ita progrediebantur, cum anno 1801. inter malorum colluviem Novariense Capitulum depulsum, bonisque omnibus expoliatum fuit. Verum anno 1803. conventionem cum Republica Italica iniit S.M. Pius VII., qua sic de Capitulis statutum fuit = Servabuntur Capi- „ tula Ecclesiarum Metropolitanarum et Cathedralium, „ itemque Collegiatarum saltem insigniorum, eaque „ convenienti bonorum dotatione fruentur . . . . „ Hæ dotationes, quam citius fieri poterit, a Sanctita- „ tate Sua, collatis cum Gubernio consiliis, consti- „ tuentur = Factum hinc, ut anno 1805. Novariense Capitulum in antiquum statum fuerit restitutum, Canonicorum tamen numero ad tredecim, Capellano-

norum vero ad novem cohibito. Illud præterea accidit, ut Episcopus morem gerens Italicæ Reipublicæ Capellanias Chorales in titulum conferri, illarumque possessores residentiæ lege obstringi sanciverit. Dotem quoque singulis Capellanis constituit in libellis mediolanensibus nongentis, quarum centum quinquaginta præbendæ locum tenerent, sexcentæ vero octogintaquinque naturam induerent quotidianarum distributionum, et aliæ quinque supra sexaginta circiter tamquam extraordinariæ distributiones a præsentibus dumtaxat, et infirmis perciperentur. Duobus autem ex iisdem Capellanis, qui Cæremoniarii, et magistri Chori munere fungerentur, aliæ insuper libellæ ducentæ fuerunt tributæ.

Post quadragenarium laudabile et assiduum Chori servitium jubilationis indulto cum solitis clausulis ab hoc Sacro Ordine donati fuerunt Joseph Toscani, et Isidorus Galloni, quorum postremus est Chori Magister. Ob adversam autem valetudinem exemptionem a Chorali servitio, non vero a munere majoris Cæremoniarii ad alterum triennium nuper obtinuit Sacerdos Franciscus Frasconi tributa facultate, ut *interim fructus omnes et distributiones quotidianas sui Beneficii percipere valeat, perinde ac si Choro, et Officiis divinis personaliter interesset.* Hujusmodi indulta nonnullas inter Capellanos excitarunt controversias. Qui enim Punctatoris officium exercet, existimans Capellanos emeritos, aut exemptionis indulto præditos extraordinariis distributionibus frui non posse, eas inter præsentes tantum distribuit. Dein cum in Novariensi Ecclesia invaluerit consuetudo, ut Canonici quamvis rude donati Missam Conventualem canere compellantur, censuit, Capellanos similiter jubilatos ad munia hebdomadis suæ explenda esse obstrictos. Tandem anceps hæret, utrum Capellanus Cæremoniarius, dum sacræ explentur functiones, superpelliceo tantum, vel etiam palliolo, quo ceteri utuntur Capellani, indutus adstare teneatur, ut distributiones lucretur.

Capellanorum preces, quibus de exortis dubiis oraculum hujus Sacri Ordinis petebant, Emo Episcopo Novariensi ablegavi, ut auditis Capitulo, et Capellanis

sententiam suam aperiret. Inter ea, quæ Novariense Capitulum retulit, hæc scitu digna sunt „ Capellani „ Chorales utpote mere mercenarii, atque a Capi„ tulo omnino dependentes, penes quod erant sicuti „ eorum numerum ita, et emolumenta augere, vel „ imminuere, cum jubilationem a Capitulo obtine„ bant (ante an. scilicet 1801.) fruebantur jure per„ cipiendi omnia et singula emolumenta, exceptis „ tamen distributionibus extraordinariis, quæ præsen„ tibus tantum dabantur, uti constat ex actibus Ca„ pitularibus. Quoad onus perficiendi a Canonicis ju„ bilatis respectivam hebdomadam, antiquissima „ semper viguit, et adhuc viget consuetudo, ut quo„ ties ab aliquo ex Canonicis Capitulo exhibetur in„ dultum jubilationis a S. Sede obtentum, Capitulum „ illud acceptat cum conditione, quam jubilatus „ admittit, eique se subjicit faciendi propriam heb„ domadam in respectivo ordine. Verum hujusmodi „ consuetudo numquam viguit quoad Capellanos „ Chorales, quod colligitur etiam ex actis Capitula„ ribus eorum jubilationis, quæ concedebatur sine „ onere perficiendi aliquam hebdomadam „

Capellani vero ad Emi Episcopi judicium se se ultro retulerunt, qui confirmans ea quæ supra recensui, in primis vehementer exoptat, ut hac arrepta occasione Choralium Capellaniarum in titulum erectio, quatenus opus sit, expressa Sedis Apostolicae ratihabitione roboretur: dein votum suum super quæstionibus a Capellanis propositis pandit, quod suo loco referam.

Canonici in dubium vocare videntur, utrum chorales Capellaniæ naturam induerint veri Beneficii, dum inquiunt = *Erectionis Mansionariarum in Capellanias Chorales particula exhiberi non potest, cum formalis earum erectio facta non fuerit* = Si enim formalis deficit erectio, sequitur, Capellanias, seu Mansionarias adhuc esse mercenarias, et ad nutum amovibiles, quemadmodum ante annum 1801. ejusmodi censebantur.

At Emus Novariensis Episcopus immutatam fuisse arbitratur Capellaniarum naturam, nec deesse canonicam illarum erectionem. Etenim quo tempore expleta ex

Ca-

Capituli instauratio, singulis Capellanis certi ac proprii assignati fuere reditus, quos ipsi titulo præbendæ, ac distributionum lucrifacerent ; illis statuta fuit residentiæ lex, ac præscripta methodus, qua, si choro non interessent, punirentur; imo præfatas Capellanias revera ecclesiastica Beneficia evasisse facile colligitur ex actis Cancellariæ episcopalis, veluti testatur hodiernus Emus Episcopus inquiens „ Quod attinet ad „ Capellanos Chorales canonicam institutionem sin„ gulis tribuit Præsul Victorius Philippus Melano a „ Portula ut apparet ex actis hujus Cancellariæ, li„ cet optime nosceret, Capitulum arbitrari, opus „ contra jus suum ipsum perpetrare : quapropter il„ lis residentiam præcepit : atque punctaturæ statuta „ dedit decreto diei 8. Augusti 1806., quo de erec„ tione talium Capellaniarum in titularia, veraque „ ecclesiastica Beneficia, etsi desit alius formalis ea„ rumdem erectionis actus, apertissime præfatur . „ En ejus verba = *Quæ de novo emergunt, novo in„ digent consilio . . . Cum igitur Capellanorum no„ stræ Cathedralis Choro addictorum status, numerus „ et census nuperrime fuerit immutatus, Titularium „ scilicet jure donati, novem numero præfiniti, et „ majori stipendio adaucti, muneris nostri ratio po„ stulat etc.*

Præterea non desunt argumenta, quæ suadeant Apostolicæ Sedis auctoritatem intercessisse pro immutanda Capellaniarum natura, *ejusdem enim Episcopi Melano* (subdit memoratus Emus) *et pietas, et doctrina, et observantia in Christi Vicarium, quam istius S Congregationis Concilii responsa relationibus status suæ Ecclesiæ testantur, ad credendum impellunt, decretum suum Apostolicæ Sedi probandum obtulisse.* Hæc autem omnia eo spectant, ut præfatæ Capellaniæ vera Beneficia renuncientur ad tradita per *Garz. de benefic. part.* 1. *cap.* 2. *num.* 93., *Pignatel. consult. can.* 143. *n.* 47. *S. Congreg. in Lucana Capellaniarum* 6. *Augusti* 1825. Hisce grave addit pondus postera observantia, siquidem tamquam ecclesiasticæ Capellaniæ habitæ sunt, dum illarum collationi patuit aditus ; Emus Morozzo in sacra peragenda visitatione anno 1819. decrevit, *Capellanias Chorales Cathedralis vera esse Bene-*

ficia, Capellanos eas possidentes titulares esse, earumque Successoribus canonicam perpetuis futuris temporibus, uti statutum fuerat, institutionem esse largiendam; et hæc S. Congregatio semel atque iterum Capellanis post laudabile et assiduum quadraginta annorum chorale servitium, ipsius Capituli testimonio comprobatum, jubilationis indultum concessit; quod profecto non concessisset, si Capellaniæ ad nutum amovibiles adhuc existimandæ forent ad regulam de qua *S. Congregatio in Camerinen. Jubilationis* 12. *Martii* 1796., *et in Urbinaten. Indulti* 18. *Septembris* 1802. Quapropter concludit Emus Episcopus „ quum argumenta novis Capellanis canonicæ „ institutionis concessæ, atque indubium de Capel- „ laniis in proprie dicta Beneficia erectis testimonium „ habeantur, incassum voto expresso asserit Capitulum, „ de illa erectione minime constare.

Hisce prælibatis de Capellaniarum natura, perpendere oportet, utrum jubilatione, aut indulto abessendi propter infirmitatem præditi jure polleant percipiendi distributiones, quæ inter præsentes dividuntur. Jam vero qui Punctatoris munere fungitur, ex peculiari Novariensis Ecclesiæ lege censet, ejusmodi distributiones illis tantummodo esse tribuendas, qui realiter Choro intersunt. Concinit etiam Emus Episcopus ita edisserens „ Capellanis qui jubilatione, ut ajunt, ob „ præstitum quadragenarium Chori servitium gau- „ dent, distributiones, sive datas extraordinarias non „ competere dicerem, quoties a præsentibus tantum „ punctaturæ leges, quæ penes ipsos vigent, vel vi- „ gebunt esse lucrandas innuunt; non enim æquum „ videtur, ut onera extraordinaria non ferentes, ex- „ traordinariis utilitatibus fruantur.

Verum si Capellaniæ, de quibus agitur, tamquam Ecclesiastica habeantur Beneficia, aliter judicandum videtur. Profecto ea est hujus Sacri Ordinis constans sententia, ut Canonicis, aut Beneficiatis rude donatis nedum fructus præbendæ et quotidianæ debeantur distributiones, *Bened. XIV. de Synod. Dioeces. lib.* 3. *cap.* 4. *num.* 6., *S. Congreg. in Beneventana distributionum* 26. *Januarii* 1784. §. *Quamvis*, sed etiam omnia emolumenta inter præsentes distribui solita, perinde

ac

ac si ipsi quoque divinis interessent, *S. Congregat. in Aquipendien Indulti. 1. Aprilis 1719. et in Mantuana Jubilationis 16. Martii 1737.*, iis tantummodo exceptis, quæ ex voluntate Testatoris vel dantis realiter præsentibus sunt impertienda, quemadmodum docent resolutiones relatæ in *Bosanen. VV. SS. LL. 6. Februarii 1734.*, *in Verulana Jubilationis 17. Junii 1820.*, *et in Terracinen seu Privernen Emolumentorum 23. Decembris 1826.* Exinde facile colligitur Capellanis Novariensibus jubilatione præditis jus esse lucrandi distributiones extraordinarias, seu quæ inter præsentes fieri dicuntur, cum ipsi propter jubilationis indultum tamquam divinis officiis præsentes censeantur, ac nulla in themate extet testatoris vel dantis voluntas, quæ illarum partitionem inter præsentes fieri præcipiat.

Idem quoque ferendum judicium de Capellano Frasconi, qui ob adversam valetudinem exemptionem a Choro obtinuit. Præterquam enim ipsi Capellani fatentur, memoratas distributiones extraordinarias ex capitulari lege percipi posse ab infirmis, inter quos est sane accensendus Capellanus Frasconi, illud accedit, quod ei propitia videatur sententia hujus S. Congregationis in *Romana Jurium Canonicalium 5. Maji 1703. lib. 53. Decret. pag.* 186 in qua res erat de Canonico valetudinario, cui tributa fuerat venia abessendi a Choro, et interim lucrandi *omnes fructus et distributiones quotidianas sui Canonicatus*. Etenim proposito dubio: *An Canonico Strada, cui ex causa infirmitatis fuit concessum indultum vacandi a Choro, aliisque officiis divinis, illud etiam suffragari valeat pro Laudemiis, quindenniis, Capitulis, actibusque capitularibus, Anniversariis, festivitatibus ec.* S. Congregatio respondit: *Affirmative etiam quoad Laudemia, exceptis anniversariis, aliisque obventionibus non fixis, et in quibus diversimode non fuerit a testatoribus dispositum*. Quatenus autem EE. VV. censeant, Capellanis jubilatis, ac etiam Cæremoniario Frasconi jus esse lucrandi extraordinarias distributiones, postulant, ut decernatur, utrum ipsis sint restituendæ eædem distributiones, quæ a Punctatore inter Capellanos præsentes fuerunt distributæ. Et sane si ipsis debentur in futurum ejusmodi distribu-

tio-

tiones, nemini dubium, quin eis sint restituendæ distributiones, quibus fuerunt destituti, *S. Congreg. in Nepesina 11. Aprilis 1818., et Terracinen. seu Privernen. 24. Novembris 1827.*

Qui memoratis gaudent indultis, nedum cuncta lucrantur capitularia emolumenta, sed insuper omnino immunes sunt a chorali servitio, ita ut nec Missam Conventualem sive per se, sive per alium canere, nec alia munia obire teneantur, sed præsentes in choro defectum absentium supplere obstringuntur in iis, quæ ad chorale servitium pertinent, *Fagnan. in cap. nulla de conces. præbend. n. 73., S. Congreg. in Sutrina Indulti 22. Julii 1826., et in Terracinen. seu Privernen. Missæ Conventualis 15. Septembris 1827.*, imo obligationem a Capitularibus propositam et a Canonicis jubilatis accepto habitam subeundi onus Missæ Conventualis veluti irrationabilem jugiter reprobavit hic Sacer Ordo, ac præsertim *in Nullius, seu Foropompilii Jubilationis 18. Junii 1793., in Nepesina 11. Aprilis 1818. et in cit. Terracinen. seu Privernen. Missæ Conventualis superioris anni*. Quod quidem in themate præsertim vim suam exerere debet; nam ut scribit Emus Episcopus „ ratio hebdomadæ a Capellanis peragendæ non est cum hebdomada, quæ a „ Canonicis completur conferenda; siquidem Canonici hebdomadarii onus sustinent Conventuale Sacrum quotidie faciendi, Capellani non item, sed „ illud dumtaxat quædam, dum Choro adsunt, legendi vel canendi, quod absque magno incommodo ab illo, qui proxime in hebdomada succedit, perfici potest. Si autem jubilati Capellani ad „ talem hebdomadam exercendam adigerentur, parvi erit momenti eorum immunitas a chori servitio, quum sæpe sepius ad aliquod munus ut supra „ agendum designentur. Quapropter ab obligatione „ suæ hebdomadæ perficiendæ jubilatos absolute absolvendos esse perlibenter pronuncio „

Restat nunc, ut quædam enucleentur de palliolo a Magistro Cæremoniarum deferendo. Hæret quidem Punctator, utrum Capellanus Cæremoniarius distribntiones lucretur, si solo superpelliceo indutus adstet sacris functionibus, quæ a Capitulo peraguntur. Scitum

tum namque est, Canonicos, et Beneficiatos non percipere quotidianas distributiones, nisi choro, processionibus, aliisque hujusmodi actibus proprio habitu ipsis convenienti utantur, *Sacra Rituum Congregatio in Meliten 7. Augusti 1621., et in Spoletana 9. Julii 1695., Ferrar Bibl. verb. Canonicus art. 9. n. 94, Barbos. de Canonic. cap. 18. n. 37. et hæc S. Congr. in Senogallien 15. Junii 1789. ad XVI. Dub.*

Sed hæc locum sibi vindicant vel in ipsis Capellanis, aut Beneficiatis Cæremoniariis quando officium suum non exercent et choro interesse tenentur, *S. Rituum Congregatio in Patavina 28. Novembris 1609. apud Barbos. Sum. Apostol. constit. verb. magister Cæremon. n. 7.*; dum vero munere Cæremoniarii funguntur, superpelliceo dumtaxat induti sacris functionibus adstare debent; ita enim legitur in *Cæremon. Episcop. l. 1. cap. 5. de Officio magistrorum Cæremoniarum* = eorum habitus sit honestus et Clericalis, ipsaque vestis „ inferior, ubi commode fieri possit, coloris violacei, „ super quam dum Divina officia celebrantur, cottam „ mundam induent = concinit Sacra Rituum Congreg. *in Senarum 3. Martii 1667.*, in qua proposito dubio = An Magistri Cæremoniarum debeant assistere functionibus cum cotta, vel potius cum habitu quem deferunt alii Capellani in Choro = responsum prodiit = *Ad formam Cæremonialis* = Hisce sanctionibus cohæret Emus Episcopus Novariensis inquiens = Etsi Capellani Cathedralis in Choro palliolum gerant, ad illud „ tamen deferendum tempore divinorum officiorum „ Cæremoniarum magistrum Capituli sive jubilatione „ ille, ut in præsens occurrit donatus sit, sive non, „ non teneri dicerem, quoties alicui functioni mane, „ aut vesperis adesse Altari vel Sacrario debet; si vero „ nulla functio, maxime tempore vesperarum dierum „ ferialium ad Altare, Choro præsente, peragatur, „ tunc palliolo indutum, ut a cæteris Capellanis fit, „ eum interesse vellem. Sicuti enim ad uniformitatem „ servandam convenit, ut iisdem insignibus utatur, „ quæ adhibent Capellani Chorales omnes, ita nullo „ modo deceret, ut illud haberet ornamentum dum „ Altari inservit, vel hinc et illinc, prout munus suum „ exposcit, per Ecclesiam excurrit. Igitur cum sacræ „ alicui functioni, cui Chorus assistit, adesse Capellanus

„ lanus Cæremoniarius debet, tunc licet sit sola cotta „ indutus, fructus residentiæ, atque extraordinarias „ distributiones ei permittendas sentirem.

Hisce positis dirimenda sunt

Dubia

I. *An Capellaniæ Chorales habendæ sint pro veris Beneficiis in casu etc.*

II. *An Capellani jubilati hebdomadis suæ munia explere debeant in casu etc.*

III. *An Capellani jubilati licet Choro non intersint fruantur extraordinariis distributionibus in casu etc.*

IV. *An Capellanus Franciscus Frasconi præditus indulto abessendi a Choro ob adversam valetudinem gaudeat distributionibus extraordinariis in casu etc.*

Et quatenus affirmative ad III. et IV.

V. *An Capellanis jubilatis, et Cæremoniario Frasconi sint restituendæ distributiones extraordinariæ in casu etc.*

VI. *An Capellanus Cæremoniarius gaudeat distributionibus, dum Altari inservit superpelliceo tantum indutus in casu etc.*

Sess. 24. cap. 13. de reform.

URBANIEN. MISSÆ CONVENTUALIS. Parochialis Ecclesia S. Joannis Baptistæ oppidi Saxi Corbarii, jam inde ab anno 1775. Apostolicis Litteris ad Collegiatæ honorem evecta, constat novem Canonicis, quos inter Archipresbyter, qui animarum curam exercet. Canonici omnes semel ac iterum, imo a quadragesimali tempore usque ad festum omnium Sactorum ter in qualibet die Choro interesse obstringuntur. Ab ipsa fundatione haud amplæ constitutæ fuerunt Canonicorum præbendæ, ac postea adeo decreverunt procul possessorum culpa, ut, subductis Missarum oneribus singulis præbendis incumbentium, sed comprehensis quotidianis distributionibus, quidam Canonici quadraginta, alii triginta, nonnulli viginti, et prostremus decem circiter scutata quoque anno percipiant. Massa vero Capitularis, ex qua desumuntur quotidianæ distributiones, onere gravatur Missarum triginta novem supra biscentum, quarum 167. ex vetustis legatis,

et 72.

et 72. ex octo Anniversariis post erectionem Collegiatæ relictis proficiscuntur. Accidit nuper, ut hodiernus Episcopus, Diœcesim sacra visitatione lustrans, adverterit, Canonicos Missæ Conventualis applicationem jugiter omisisse, eosque propterea monuerit de onere, quod ex notissima Benedicti XIV. Constitutione *Cum semper oblatas* Ecclesiis Collegiatis imminet. Dictis proprii Pastoris audientes se præbuere Canonici, ac preces porrexerunt huic S. Congregationi, quibus nedum absolutionem pro præteritis omissionibus sed etiam reductionem Missæ Conventualis ad dies tantum festos efflagitant. Postulant insuper ut huius Missæ applicatione pro benefactoribus in genere immunis reddatur Massa Capitularis a memorato onere Missarum 239., servatis tamen quolibet anno octo Anniversariis ad formam fundationis peragendis.

Quæ narrant Canonici, veritati esse consona testatur Episcopus de informatione requisitus, votumque suum aperiens inquit „ Sarei di subordinato parere, „ che li predetti Canonici fossero consolati, giacchè „ la mente dei testatori resterebbe per poco alterata, e „ per l'altra parte l'applicazione di tanti suffragii che „ si fanno coll' uffiziatura, potrebbe servire di un „ qualche compenso alla diminuzione dei Sacrifizj, „ che potessero in seguito celebrarsi dietro il rescritto Pontificio. Non devo pur tacere che li medesimi „ Canonici tengono ottimamente uffiziata la loro Chiesa, quale è ben frequentata quotidianamente, e „ molto più in tutti li giorni festivi, e che colle richieste grazie si dà un qualche mezzo di sussistenza alli Canonici „.

Onus Missæ Conventualis perferre teneatur Canonici Oratores. Statuunt enim sacri Canones, ac præsertim Benedict. XIV. in Encyclica *Cum semper oblatas* a Canonicis Ecclesiarum Cathedralium et Collegiatarum, non obstante quacumque contraria consuetudine, singulis diebus applicandam esse Missam Conventualem pro Benefactoribus in genere. Huic juris dispositioni concinit ipsa Bulla erectionis Collegiatæ, de qua sermo est; in illa enim præscribitur Canonicis *debitis temporibus horas canonicas diurnas et nocturnas, nec*

non Conventualem, et majorem, aliasque Missas, et alia divina officia . . . decantare et psallere.

Hujus argumenti vim sentiunt ipsi Canonici, qui propterea Missæ Conventualis reductionem ad dies festos enixe postulant. Petitæ reductioni viam profecto sternit exiguitas redituum capitularium, veluti monet Benedictus XIV. in præfata Encyclica §. 19., et docent exempla hujus Sacri Ordinis, qui onus illud pluries reduxit ad solos dies festos, celebrata aliis diebus Missa Conventuali cum interventu Capituli *in Amerina Missæ Conventualis* 12. *Martii* 1746., *et in Mazzarien. Missæ Conventualis* 22. *Aprilis* 1826. Exiguos autem esse in themate Canonicatuum reditus patet ex resolutionibus hujus Sacræ Congregationis; tenues enim existimavit Canonicorum proventus, qui scutata triginta, vel etiam quadraginta, aut octoginta non excederent, *in Massanen. Reductionis Onerum* 14. *Decembris* 1822., *in Senogallien.* 19. *Novembris* 1825., *et in Marsorum Missæ Conventualis* 17. *Martii* 1827. §. *Attamen.*

At subdunt Canonici, quibus adstipulatur Episcopus, satis consultum non foret exiguo præbendarum censui, nisi etiam Missarum reductio, quæ Massæ capitulari incumbunt, concedatur. Decet enim, Canonicos, ac eos præsertim, qui singulis diebus, ac majori anni parte ter in die choro interesse debent, ex reditibus suæ Ecclesiæ honestam sibi quærere vitæ tuitionem. Porro si alia, veluti in præsenti casu, non suppetant media ad tenues augendos Canonicatuum fructus, nonnumquam impertiri solet Missarum et Anniversariorum reductio, *S. Congr. in Asculana* 20. *Aprilis* 1782., *et in Nursina Onerum* 15 *Decemb.* 1827.

Animadvertendum tamen, onus Missæ Conventualis, veluti præcipuam divini officii partem, esse a Canonicis ferendum, quamvis exigui sint præbendarum reditus, *Fagnan. ad cap. Cum creatura num.* 21. *de celebr. Miss.*, *et S. Congreg. in Marsorum Missæ Conventualis* 17. *Martii* 1827. §. *Verum.* Præterea hæc Sac. Congregatio abhorret a Missarum imminutione, ac alia potius onera, quam Missas, reducere solet, cum ex Sacrificiis uberiorem, quam ex aliis operibus, percipiant fructum Defunctorum animæ, *Bened. XIV. de*

Syn.

Syn. Diœc. lib. 13. cap. ult. num. 23., S. Congr. in Januen. Commut. volunt. 25. Maji 1822. §. Exadverso. Qua ex re firmo remanente Missarum onere servitium Chori imminuendum censuit, *in Romana Reductionis Servitii Chori et Missarum 28. Martii 1722., in Regien. Reductionis 8. Julii 1775., et in Asculana 22. Januarii 1820. §. Verum.*

Videant quoque Emi Patres, utrum oratoribus tribuenda sit absolutio pro præteritis omissionibus. Optima quidem oratorum fides, ac tenuitas præbendarum justam exhibet absolutionis causam, quemadmodum docent exempla *in Mazzarien. 14. Decembris 1822., et in Marsorum Missæ Conventualis 28. Aprilis 1827. ad II. Dub.*

Quæritur itaque

I. *An, et quomodo sit locus reductioni Missæ Conventualis in casu etc.*

II. *An, et quomodo sint reducendæ Missæ in casu etc.*

III. *An, et quomodo sit concedenda absolutio pro præteritis omissionibus in casu etc.*

REATINA ET SPOLETANA LEGATORUM. Joannes Baptista Viscardi supremo elogio diei 8. Martii 1781. hæredem suum fiduciarium instituit Sacerdotem Augustinum Palesi Parochum S. Luciæ Gymnasiorum de Urbe. Hic die 6. Augusti 1791. fiduciam aperiens inquit, testatorem inter cætera jussisse, ut in Ecclesia Patribus Ordinis S. Augustini concredita Terræ Leonissæ annuum perageretur anniversarium, *al quale desidera che intervengano tutti li Parrochi di detta Terra, e che nello stesso giorno, e nella Chiesa medesima debba in perpetuo farsi la Comunione da sette Zitelle, una cioè per Parrochia.* Voluit præterea ut expleto funebri officio, *debba alla presenza de'suddetti Parrochi che a quello saranno intervenuti farsi il bussolo, ed estrazione di due sussidj dotali di scudi venti l'uno a pro di due Zitelle civili, povere, oneste, frequentanti la Dottrina Cristiana da conseguirsi a tempo debito.* Eisdem Parochis commi- *Sess. 21. Cap. 2. de Reform.*

sit *la verificazione dei requisiti come sopra prescritti nella persona delle Zitelle.* Aliud quoque præstari edixit legatum favore duorum Adolescentium *parimenti di Leonessa non minori di anni 15. nè maggiori di anni 22., ma civili, poveri, e di buoni costumi*, eisque ex reditibus suæ hæreditatis per quinquennium solvi præcepit *un'annuo assegnamento, affinché uno di essi possa abilitarsi allo studio ecclesiastico, e l'altro all' esercizio della professione legale sia canonica, sia civile, sia criminale, oppure alla Medicina, ed alla Chirurgia, come anche al Notariato, all' impiego di Speziale, o di qualunque arte meccanica secondo il proprio stato ed inclinazione, molto più secondo la vocazione del Signore.* Adolescentium vero electio jugiter fieri mandavit *per mezzo di Bussolo alla presenza dei rispettivi Parrochi, in amme ttersi soltanto quelli che avranno li requisiti di civiltà, povertà, e morigeratezza, dal quale bussolo si dovranno estrarre tre per luogo, lasciando la nomina di uno dei tre al suo Erede.*

Hujusmodi dispositionem commendavit quam maxime Episcopis Reatinæ ac Spoletanæ Dioecesum. Postquam enim hæredem suum universalem instituit *il Sig. Tiburzio Mongalli*, ejusque descendentes masculos servato ordine primogenituræ, cavit *mancando poi in qualunque tempo la linea mascolina come sopra sostituisce in infinito li Rmi Vescovi pro tempore di Rieti, e Spoleto, pregandoli ad invigilare di unanime consenso all'esatto adempimento dei Legati, ed Opere pie descritte di sopra a pro di una parte di loro Diocesi.*

Nonnulli patresfamilias Leonissæ supplicem nuper porrexerunt libellum huic S. Congregationi, quo asserebant ab Episcopo Marini, dum Reatinam gerebat Ecclesiam, quasdam fuisse editas regulas in adolescentium et puellarum electione servandas. Hujusmodi tamen regulas nullius ponderis faciendas esse contendebant, tum quia earum desideratur autographum in Reatino Tabulario, tum quia voluntatem pii testatoris evertunt, et Spoletani Archiepiscopi jurisdictionem lædunt; inquiebant enim eumdem Episcopum Marini numerum auxisse Parochorum usque ad septem

ptem contra mentem testatoris, quinque solummodo Parochos contemplantis, suum Vicarium Foraneum præfecisse sortitionibus, et executioni hujus piæ dispositionis, non autem Vicarium Generalem in parte Regni constitutum; demum cum præjudicio familiarum pauperum et civilium Leonissæ incolentium extendisse Testatoris beneficium etiam ad artificum, et agricolarum filios vel extra Leonissam commorantes.

Preces prout de more remisi Archiepiscopo Spoletano, et Episcopo Reatino pro informatione et voto. Primus hæc edisserit „Fatear in ipso mei regiminis pri„ mordio, me omnem curam, omnem que studium „ convertisse, ut res omnium consensu componeren„ tur: sed irrita vota, et incassum consumpti labo„ res! Nec mea sollicitudo, nec illa optimi Præsulis „ Reatini, qui mecum adlaborabat, potuere quod „ optaveram simul consequi. Plurimum sane aucto„ ritati vestræ acceptum referam, si quod in votis „ erat, et dissidiis finem imponi, et cætera penitus „ definita videam. A laudato Episcopo Reatino accepi „ ea, quæ a Præsule Marini de hoc legato, et de „ nominationis modo olim sancita fuere. Jactaturdis „ omnibus omnino adhæsisse, qui olim in hac Epi„ scopali Cathedra sedebat, sed nil extat in hac Cu„ ria, ex quo consensus ille colligi possit.

Alter vero, Reatinus nempe Antistes, regularum, quas præscripsit Episcopus Marini, exemplar transmisit: cumque eas ab hoc Sacro Consessu confirmari enixe postulet, integras hic referam.

„ Capitoli da osservarsi dagli infrascritti Parochi di Leo„ nessa riguardo al Pio Legato Viscardi disposto a fa„ vore loro, e loro Parrocchiani e Parrocchiane.

„ 1. Li sette Parrochi Terrazzani di Leonessa nomina„ ti, e contemplati sono: il Parroco di S. Barbara, „ il Parroco di S. Egidio di Vadonina, il Parroco di „ S. Egidio del Sesto di Corno, il Parroco di S. Nic„ cola, il Parroco di S. Massimo, il Parroco di S. Do„ nato, il Parroco detto degli Esteri; che presiede a „ detta Parrocchia affissa al Capitolo di quella Colle„ giata. Quali Parrochi sono quelli che hanno den„ tro Leonessa la propria distinta Chiesa Parrochiale „ titolare con numero di anime, non ostante che alcu„

ni

ni di detti Parrochi abbiano anime anche fuori, quali anime sempre che siano subordinate a qualcuno di detti Parochi non possono essere escluse dal concorrere agli infrascritti sussidj.

„ 2 Che tutti e sette debbano assistere alla Messa cantata, e recitare l'Officio de' morti, vestiti di veste talare, e Cotta serbando fra loro l'ordine dell'anzianità quanto alla precedenza, come sarà prescritto, e spiegato dal Vescovo di Rieti, di cui è la Chiesa di S. Pietro, in cui sono ordinati li detti suffraggj, e però non dovrà tollerarsi l'abuso già introdotto d'assistere a quella sacra funzione senza Cotta, e in abito da Città, o da campagna.

„ 3. Nascendo disparere o controversia in qualunque modo fra li Religiosi, e Parrochi sudetti sopra la prescritta Officiatura, o sulla distribuzione de' sussidj, formazione del bussolo, e tutt'altro che riguarda il detto Legato in quanto interessa i Parrochi e Popolazione di Leonessa, il giudizio debba sempre spettare al Vescovo di Rieti, alla di cui giurisdizione era ed è soggetta la Famiglia del defonto Viscardi, e nella stessa giurisdizione è compresa la Chiesa di S. Pietro, ossia dei PP. Agostiniani, nella quale sono prescritti i pii suffragj, e resta anche prescritta la formazione del Bussolo.

„ 4. Che questa cognizione di giudizio del Vescovo di Rieti s'intenda sempre del Vescovo, o suo Vicario Generale residente in Rieti, non mai del Vicario Generale costituito nella parte del Regno, cosicchè non acquietandosi per qualche evento le parti al giudizio, o definizione del detto Vescovo, devolva la cognizione ai Supremi Tribunali di Roma, e non altrove; giacchè si tratta di Pio Patrimonio esistente nello Stato Pontificio, e derivante dal Patrimonio di S. Pietro, sul quale l'alto dominio è privativo del Sommo Pontefice.

„ 5. Non s'intenda con questi due Capitoli pregiudicata la giurisdizione di Monsig. Vescovo di Spoleto riguardo ai diritti, che in sequela delle imbussolazioni, ed estrazioni venissero ad acquistare li Giovani, e Fanciulli di sua giurisdizione, e tutto altro che anche al medesimo è raccomandato dal Testa-

to-

tore nella fiducia. Bensì il giudizio, e cognizione sarà sua, o del *Vicario Generale* di Spoleto, non del *Vicario Generale* costituito per la [illegible].

„ 6. Sia luogo stabile, e non variabile, che [illegible] tutto il pio Legato non possa rinvestirsi in fondi esistenti in Regno, ma sempre restino nei fondi designati dal Testatore, e qualora tutta l'eredità sia responsabile delle consuete soddisfazioni, l'Erede sia sempre obbligato a corrispondere l'occorrente, nè possa assegnare un Capitale d'amministrarsi dai Parrochi, o da altri, liberando il resto dell'Ereditario Patrimonio.

„ 7. Che qualora accadesse la convenienza di qualche variazione, o riguardo ai Sussidj per mantenere i due alunni in qualche Collegio, o Seminario debba sentirsi anche Monsig. Vescovo di Spoleto per l'interesse delle sue anime, e qualunque variazione debba essere autorizzata dal Beneplacito Apostolico.

„ 8. Come si è toccato al numero primo, il diritto alle imbussolazioni e sussidj non può, nè deve essere privative di quelli, o quelle che dimorano dentro il distretto di Leonessa, ma anche delle Famiglie che abitano fuori in qualche Villa, purchè però sono subordinate a qualcuno dei detti Parrochi, giacchè sotto il nome di Leonessa s'intende tutto il suo Distretto, ond'è che la Publica Beneficenza [illegible] spetta egualmente tanto alla Famiglia domiciliata dentro, che a quella domiciliata fuori in qualche Villa del Contado suddetto, purchè sia Villa compresa.

„ 9. *In* ordine al Bussolo dei due Giovani da farsi di quinquennio in quinquennio per lo studio ecclesiastico, e meccanico si avverte, che la Bolla non accorda il rispettivo sussidio che a due, all'incontro l'estrazione deve farsi di tre, e di questi tre, uno deve scegliersi dall'Erede Mongalli: dunque dei due residuali estratti uno deve restare escluso. Per fare questa esclusione dovrà aspettarsi che il detto Erede scelga il suo, e dopo fatta la scelta si gitterà la sorte sopra i due residuali, e quello su cui cadrà si considererà per eletto.

„ 10. Seguita qualunque estrazione degli estratti, se sono della Parrocchia degli Esteri promiscui, dovrà dar-

darsi parte tanto al Vescovo di Rieti, che di Spoleto, se d'altra Parrocchia al Vescovo a cui sono soggetti, onde possa riconoscere se le qualità degli estranei convengono coi requisiti prescritti dal Testatore.

Ex hisce regulis colligit Reatinus Antistes, Oratores patres familias quædam dixisse mendacia, et jure suo Episcopum Marini illas condidisse regulas ad controversias dirimendas, ac proinde esse omnino custodiendas. Et quod pertinet ad mendacia, ita scribit =

„ Multa quidem in has regulas Oratores agglomerant; „ at quid aliud factu est opus, quam oculos ad illas convertere, ut objecta diluantur? Et revera „ cum sæpe de septem Leonissæ Parochis in suo testamento Joannes Benedictus Viscardi loquatur, „ quomodo Episcopus Marini eorum numerum auxit, cum ait septem Parochis subditos pias largitiones, de quibus agendum, sibi jure merito arrogare? Falsum autem ita est, cum sortitionibus „ præficere suum Vicarium Foraneum voluisse, ut „ est falsum, ne memoriam quidem regularum, quæ „ oppugnantur in hoc Tabulario nostro inveniri. Nihil aliud Marini voluit, nisi ut quæstiones, quæ „ inter S. Augustini Religiosos et Parochos excitari „ possent, aut super Sacris faciendis, aut super subsidiorum distributione, aut super compositione ab „ Episcopo Reatino, sive ejus Vicario Generali Reate „ degente, non autem a Vicario Generali in parte „ Regni constituto dirimerentur. Nec dici potest jus „ Episcopo Marini non fuisse has ordinationes edendi, multoque minus præjudicium aliquod cum „ Archiepiscopo Spoletino suis ordinationibus intulisse; nam tum Familia ex pio institutore descendentium, tum Ecclesia S. Petri, in qua suffragia „ explenda sunt, et sortitio peragenda Episcopi Reatini jurisdictioni subjacent. Quod vero ad Archiepiscopum Spoletinum pertinet, tantum abest, ut „ ejus potestatem lædere ullo modo voluerit, ut omnia „ et singula jura illi quomodolibet competentia salva ac reservata declaraverit.

„ Mendacii, pergit idem Episcopus, Oratoribus redargutis, et Episcopi Marini auctoritate vindicata, ad „ controversiæ caput veniam. Omnibus nervis conten-

„ tendit ur, ut perpaucæ familiæ se civiles dictitan-
„ tes, et Leonissam incolentes subsidia Viscardi, ex-
„ clusis ceteris, lucrentur. Fatear me non patresfa-
„ milias interesse habentes convocari jussisse: sed
„ cui hæc convocatio Oratoribus utilitati fuisset? Non-
„ ne isti causa cecidissent, cum artificum, et agri-
„ colarum familiæ sint civilium familiis numerosio-
„ res? Attamen quatuor e Leonissæ Parochis, qui
„ velint nolint Oratores, populum repræsentant, nec
„ præcipiente interpellatis, affirmant testatoris dispo-
„ sitionem etiam ad artificum et agricolarum filios,
„ eosque extra Leonissam commorantes esse prorsus
„ extendendam. Quæ quidem sententia justitiæ mi-
„ hi videtur consentanea. „

Itaque controversiæ cardo ab Oratoribus patribus familias propositæ in eo totus verti posse videtur, utrum testator ad pia assequenda Legata filios illorum duntaxat vocaverit, qui intra mœnia Leonissæ Lares habent, vel potius etiam eos spectaverit, qui subsunt Paræciis Leonissæ, sed extra Oppidum commorantur, ac tandem quænam personæ nomine illo *civili* sint intelligendæ. Jam vero Oratores acriter tuentur, illos tantum Legati participes esse faciendos, qui intra mœnia domicilium habent, idque perspicue elici arbitrantur ex testatoris locutione. Iste enim haud ruricolas adolescentes, aut agrestes puellas vocavit ad Legatorum fruitionem, sed *due Giovani di Leonessa*, *due Zitelle* ejusdem Terræ. Nec etiam juvenes qui degunt in Oppido Leonissæ, sine delectu sortitioni committendi sunt pro assequendis Legatis; sed illi tantum, qui pollent qualitatibus a testatore præscriptis. Hic siquidem sortito eligi voluit, qui forent *civili, poveri*, *e di buoni costumi*: at civilium nomine illi sunt intelligendi, qui et nativitate, et institutione et munere ceteris præstant, ac principem veluti gradum inter oppidanos constituunt. Ejusmodi autem, subdunt Oratores, censeri nequeunt agricolarum, aut artificum familiæ, quæ humilem populi partem efformant.

Aliter tamen testatoris voluntatem super utraque quæstionis parte interpretandam putat Reatinus Antistes.
„ Sane Leonissæ constat non modo illo terræ spatio,

„ quod suis certis finibus continetur, sed etiam vil-
„ lis adjacentibus, quarum animæ alicui ex Leonissæ
„ Parochis subsunt. Quo igitur jure Villarum inco-
„ læ ab his possent excludi subsidiis?

„ At statuit Testator, ut Civiles tantum sua Legata as-
„ sequerentur. Quid hæc sibi volunt? In loco, in
„ quo nullum Ordinum est discrimen, in Loco in
„ quo alias Camerarii, nunc Sindaci munus, quod
„ erat, et est præcipuum Municipale Officium, etiam
„ Artifices, et Agricolæ exercebant, et exercent, non-
„ ne omnes civiles, iis exceptis, qui aut assem ro-
„ gant, aut arti vili, et infami dant operam, aut
„ se criminibus inquinarunt, sunt æque habendi?
„ Quod si nomine civilium eos designatos esse pla-
„ ceat, qui facultatibus abundant, non video quo-
„ modo testatoris lex adimpleri possit, qua statui-
„ tur, ut sortiendi sint pauperes.

„ Quod major Parochorum pars, et ratio suadet, id
„ testamenti verba confirmare videntur. Unus enim
„ e duobus juvenibus, quibus subsidia sunt desti-
„ nata, ad Ecclesiastica studia incumbere debet. Di-
„ cemus ne civilium tantum, et non etiam hone-
„ storum artificum et agricolarum filios posse ad Ec-
„ clesiæ limina accedere, quæ omnibus, sive nobi-
„ les et divites, sive ignobiles sint et inopes indi-
„ scriminatim patent? Alteri præterea addiscendi ar-
„ tem aliquam vilem, hoc est figulinam etiam, et
„ sutoriam, potestas tribuitur. At verosimile non est
„ eos, qui aliquo intervallo a vulgo distant, et in-
„ ter optimates adscribi conantur, vulgares artes,
„ et optimatibus indignas esse facturos. Non est ve-
„ rosimile pium Testatorem civiles præferri vulgari-
„ bus voluisse, et, sinendo ut artes civiles exerce-
„ rent, iis transitum ad vulgus aperuisse.

Quæ sequuntur igitur, dignamini Patres Emi dirimere

Dubia

I. *An sint probandæ regulæ ab Episcopo Marini præscriptæ in casu etc.*

II. *An et quænam Familiæ sint civiles existimandæ in casu etc.*

Die

Die Sabbati 16. Augusti 1828. in Palatio Apostolico Vaticano erit Sacra Congregatio Concilii, in qua præter alia proponentur infrascripta Dubia, juxta morem ejusdem Sacræ Congregationis de jure resolvenda.

NOVARIEN. CAPELLANIARUM, ET DISTRIBUTIONUM. *Sess. 21. cap 5. de reform.*

Dubia

I. An Capellaniæ chorales habendæ sint pro veris Beneficiis in casu etc.

II. An Capellani jubilati hebdomadis suæ munia explere debeant in casu etc.

III. An Capellani jubilati licet Choro non intersint fruantur extraordinariis distributionibus in casu etc.

IV. An Capellanus Franciscus Frasconi præditus indulto abessendi a Choro ob adversam valetudinem gaudeat distributionibus extraordinariis in casu etc.

Et quatenus affirmative ad III. et IV. Dubium

V. An Capellanis jubilatis, et Cæremoniario Frasconi sint restituendæ distributiones extraordinariæ in casu etc.

VI. An Capellanus Cæremoniarius gaudeat distributionibus, dum Altari inservit superpelliceo tantum indutus in casu etc.

Ad I. Affirmative.
Ad II. Negative.
Ad III. Affirmative.
Ad IV. Affirmative.
Ad V. Affirmative exceptis iis, de quibus aliter cautum fuerit in fundatione.
Ad V. Affirmative juxta votum Emi Episcopi.

Sess. 24. cap. 13. de reform.

URBANIEN MISSÆ CONVENTUALIS.

Dubia

I. An, et quomodo sit locus reductioni Missæ Conventualis in casu etc.
II. An, et quomodo sint reducendæ Missæ in casu etc.
III. An, et quomodo sit concedenda absolutio pro præteritis omissionibus in casu etc.

Ad I. Affirmative ad dies festos etiam reductos cum applicatione pro benefactoribus in genere.
Ad II. Negative.
Ad III. Affirmative celebrata unica Missa cum cantu et interventu totius Capituli, facto verbo cum SSmo.

REA-

REATINA, ET SPOLETANA LEGATORUM. Postquam typis consignaveram folium superioris mensis Julii, Spoletinus Archiepiscopus, cui prius non satis perspecta erant, quæ Testator Viscardi disposuerat, novas mihi dedit Litteras, ac quoddam transmisit folium, affirmans veritati esse consona, quæ in eo narrantur. Mei itaque muneris esse arbitror, quæ in eo referuntur oculis EE. VV. subjicere. *Sess. 21. cap. 2. de reform.*

In memorato folio contenditur, Episcopum Marini in errorem incidisse, dum inter septem Parochos recensuit Rectorem Parœciæ, quam nuncupant *degli Esteri*, et exclusit Parochum S. Michaelis Archangeli. Etenim inter septem Parochos adnumerandus erat Rector Parœciæ S. Michaelis „ perchè sebbene „ risieda in Pianezza (nempe extra mœnia Leonissæ), ha però la Chiesa Parochiale in Lionessa non „ molto lontana dalla Casa Viscardi, e i suoi Parocchiani sono naturali del luogo; ha in somma „ gli stessi requisiti che ha il Parroco di S. Barbara, di S. Massimo, di S. Nicola nominati da Monsignor Marini.

„ „Non dovea nominarsi quello degli Esteri, perchè „ avendo tutto il diritto di esser nominato quello di „ S. Michele Arcangelo, era compiuto il numero „ indicato dal pio Istitutore, nè vi era piu luogo a „ quello degli Esteri, i cui naturali essendo oriundi „ forastieri non sono ammessi ai privilegj Comunitativi come lo sono li naturali del luogo tanto „ dimoranti in Lionessa, che nelle Ville. Questo Parroco peraltro è anche Parroco di S. Donato per „ l'unione fattasene da alcuni anni fà; onde se non „ và ammesso Egli, ed i suoi Parrocchiani esteri, „ vi va ammesso come Parroco di S. Donato con „ tutti questi Parrocchiani „.

„ Si debbono poi comprendere fra li Giovani, e le Zitelle da ammettersi ai Legati anche quei, e quelle di Famiglie di onesti Artisti, e de' dimoranti „ nelle Ville. E meritamente, perchè oltre le ragioni che adduce Monsig. Vescovo di Rieti, vi sono de' fatti, che apertamente lo confermano. Eccone per brevità alcuni. Nel 1827. si estrassero per

la

„ la Dote e la Zitella Massimilla Fagiani della Par-
„ rocchia di S. Massimo dimorante nella Villa Pul-
„ cini, e la Zitella Elisabetta Vannimartini della Par-
„ rocchia di S. Barbara dimorante nella Villa di Ca-
„ sanuova. Nel 1798. Santa Arigoni della Cura de-
„ gli Esteri, e Caterina Boccanera dell' Abbazia di
„ S. Egidio di Vallonina ambedue domiciliate in Lio-
„ nessa, ambedue figlie di Artisti. Nel 1797. Chia-
„ ra Brunetti, e Rosa Colapietri della Cura di S.
„ Massimo, la prima figlia di un Artista dimorante
„ in Lionessa, la seconda figlia di un Agricoltore
„ dimorante nella Villa di Colapietri. Lo stesso sa-
„ rebbe stato, se vi fosse stato luogo all' elezione
„ de' Giovani Studenti „ .

Ex rationum momentis in memorato folio perpensis perspicue elici existimat Spoletinus Archiepiscopus

„ Parœciam S. Michaeli Archagelo nuncupatam iis
„ instructam esse conditionibus, talibusque pollere
„ requisitis, ut in partem piæ Testatoris munificen-
„ tiæ omnino vocanda sit, atque idcirco non sine
„ injuria a cæterarum Parœciarum numero, quas
„ Marinius Reatinus Episcopus nominaverat, exclu-
„ sam illam fuisse. Arbitror igitur Viscardum suo
„ illo Legato Parœciam etiam Divi Michaelis Arcan-
„ geli respexisse, illamque in septem Parœciarum
„ numerum ab ipso designatum, esse adscriben-
„ dam „ .

Restat itaque ut EE. VV. dignentur definire

Dubia

I. An sint probandæ regulæ ab Episcopo Marini præscriptæ in casu etc.

II. An, et quænam Familiæ sint civiles existimandæ in casu etc.

Ad I. Affirmative, addita etiam Parœcia S. Michaelis.
Ad II. Affirmative juxta votum Episcopi Reatini.

LU-

LUNEN. SARZANEN. PRÆDICATIONIS. Una tantum Sarzanæ extat Parœcia, eaque in Cathedrali Ecclesia est constituta. Habitualis cura penes Capitulum residet, actualis vero penes duos Presbyteros Vicariorum titulo præditos, et ad Capituli nutum amovibiles. Hujus Ecclesiæ Cathedram vix conscendit præsens Episcopus Aloisius Scarabelli, nihil inexpertum reliquit, ut Cathedralis suæ Vicarii Curati diebus festis Sacrosanctum Evangelium explicarent; sed nec adhortationes, nec præcepta quidquam profuerunt: *opus mihi fuit* (ita scribit Episcopus) *mandare Curatis sub pœna exercitiorum in religiosa domo, ut pabulum illud salutare intra Missam a me per litteras jussum populo præstarent omnino, quod per duas Dominicas aliquo modo fecerunt, et postmodum non sunt prosequuti* = Hujus rei principes auctores fuerunt ipsimet Cathedralis Ecclesiæ Canonici, qui putantes, Vicarios suos nullo pacto adigi posse ad Evangelii explicationem, ipsis inhibuerunt, ne Episcopi monitis parerent. Quanquam enim onus explicandi Evangelii Parochis incumbere non inficientur Canonici, nihilominus munus illud in Ecclesia Cathedrali ita solius Episcopi proprium esse arbitrantur, ut Vicarii Curati plane immunes sint; eoque firmius huic opinioni adhærent, quod nec Canonici, nec Vicarii explicationem Evangelii in Cathedrali Templo unquam expleverint. Hinc factum est, ut Canonici ab Episcopi decretis appellationem interponerent, et ad S. Congregationem confugerent. *Sess.* 5 *cap.* 2. *de Reform.*

Supplicem illorum libellum Sarzanensi Episcopo ablegavi. Inter ea autem quæ retulit Antistes, hæc scitu digna sunt = *Certo certius est, hac in Cathedrali diebus Dominicis a summo mane usque ad vesperas ne verbum quidem Populo, licet functionibus aliis non impedito, tradi; ac plurimos, qui Cathedralem in vesperis adire nequeunt, valde conqueri, res fidei et morum ipsis mane nullimode tradi, nec non viros probos una voce, ut ipse pluries audivi, repetere, populos rurales, ac agrestes magis in rebus Religionis instrui, et pabulo salutari a Parochis refici, quam Populum hujus Civitatis in præsentiarum* =.

Exinde

Exinde flagitantibus utriusque partis Defensoribus, ut controversia in folio describeretur, concinnata fuerunt dubia inferius referenda, et pro certamine indicta Comitia superioris mensis Maji: at Capituli petitionibus annuens, semel atque iterum dilationem impertitus sum, ac tandem decrevi, ut causa omnino hac die proponeretur. Nihil tamen mihi hactenus exhibuit Capituli Defensor; ac propterea rationum tantum momenta, quæ in medium affert Episcopi Patronus, pro meo munere paucis complectar.

Agitur in primo dubio de explicatione Sacrosancti Evangelii diebus festis in Ecclesia Cathedrali facienda. Non diffitetur Episcopus prædicationem Evangelii sibi præcipuum in modum incumbere, *cum præcepto Divino*, ut ait Tridentina Synodus *sess. 23. cap. 1. de reform.*, *mandatum sit omnibus, quibus animarum cura commissa est, oves suas verbi Divini prædicatione pascere*; verum contendit, Parochos omnes, ac etiam, qui in Cathedrali Ecclesia curam exercent animarum, obstrictos esse diebus festis ad prædicandum sanctum Jesu Christi Evangelium. Enim vero Patres Tridentini, postquam *Sess. 5. cap. 2. de reform.* declararunt, prædicationem esse præcipuum Episcoporum munus, sermonem ad Parochos convertentes hæc sanxerunt = *Archipresbyteri quoque, Plebani, et quicumque Parochiales, vel alias Curam animarum habentes Ecclesias quocumque modo obtinent per se, vel alios idoneos, si legitime impediti fuerint, diebus saltem Dominicis, et festis solemnibus plebes sibi commissas pro sua, et earum capacitate pascant salutaribus verbis* = similiter *Sess. 22. cap. 8.* hæc habentur = *mandat S. Synodus Pastoribus, et singulis curam animarum gerentibus, ut frequenter inter Missarum celebrationem, vel per se, vel per alios ex iis, quæ in Missa leguntur, aliquid exponant, atque inter cetera sanctissimi hujus sacrificii mysterium aliquod declarent, diebus præsertim Dominicis et festis* = Tridentini Concilii sanctioni concinit Synodus Diœcesana Sarzanæ, ubi *cap. 38. §. 6. de Parochis* hæc leguntur = *Omnibus diebus Dominicis præcipue Quadragesimæ et Adventus, ubi non adest Concionator, quilibet Parochus post Evan-*

ge-

gelium non solum jejunia, vigilias, dies festos de præcepto, et indulgentias in hebdomada incidentes evulget, et ad illarum observantiam hortetur, sed et recitati Evangelii aliquod caput brevi et simplici sermone aperiat, et verbi Dei pabulo præsentem populum reficiat =.

Igitur si ex Tridentino Concilio, atque etiam Diœcesana lege singuli Parochi, aliique quocumque modo animarum curam gerentes, sanctum Evangelium diebus præsertim Dominicis, et festis populo explicare tenentur, ab hujusmodi onere frustra se eximere conantur, qui in Ecclesia Sarzanensi Parochi munere funguntur, contendentes officium illud in Ecclesia Cathedrali uni Episcopo imminere. Et sane quæstio hæc ad trutinam fuit revocata coram hoc S. Ordine in *Pientina Prædicationis* 14. *Septembris* 1748., in qua Præpositus Pientinæ Cathedralis Ecclesiæ Parochus, ut se ab explicatione Evangelii liberaret, urgebat *sacrorum canonum apertissimam dispositionem, qua cautum est, ut Episcopus per seipsum munus hoc explere teneatur; ideoque non posse Parochos Cathedralium pœna suspensionis a divinis compelli, ut id agant festis diebus, quibus Episcopus in Cathedrali præsens esse debet.* At proposito dubio = *An Parochus in Ecclesia Cathedrali Pientina teneatur diebus festivis in actu celebrationis Missæ Parochialis ad Evangelii explicationem in casu etc.* Patres Emi continuo responderunt = *Affirmative* = Nec animarum Curatores Sarzanensis Cathedralis Ecclesiæ immunitatem a prædicatione Evangelii sibi quærere valent ex immemorabili consuetudine. Parochi siquidem, uti post Benedict. XIV. *Inst. Eccl.* 10. *n.* 3. ait Giraldi *Expos. Jur. Pontif. part.* 2. *sect.* 8. *pag.* 816. = ab hujusmodi oneris implemento se eximere aut excusare non possunt, vel quod nullo unquam tempore id præstandi consuetudo extiterit, vel quod satis superque provisum sit per publicos annuales Concionatores, vel tandem quod exiguus sit suarum plebium numerus = Ista enim consuetudo, utpote juri divino et canonico adversa, corruptela est, ac proinde rejicienda, *cap. ult. de consuetud.*, *Fagn. in Cap. Cum contingat de for. comp. n.* 11., imo eam nedum reprobavit Tridentina Sy-

nodus *sess. 5. cap. 2.* verbis illis = *neque hujus decreti executionem consuetudo . . . . impedire valeat* =, sed etiam Innocentius XIII. Is enim in Constitutione *Apostolici Ministerii* diei 13. Maji 1723. super ecclesiastica disciplina retinenda in Regnis Hispaniarum, quam Benedictus XIII., ut ceteris Episcopis velut exemplar proponeretur, confirmavit Constitutione *In supremo* 13. Septembris 1724., redarguit Parochos, qui diebus saltem Dominicis, et festis solemnibus plebes sibi commissas salutaribus verbis pascere prætermittunt, *culpam hujusmodi a se amoliri nitentes vel prætextu immemorabilis, sed quidem pravæ, consuetudinis, vel quia hæc ab ipsis præstari necesse non videatur, suppetente nimirum copia aliorum habentium sacras conciones in aliis Ecclesiis . . . . Ne itaque sub inani istarum, aliarumque similium excusationum prætextu tanta Christianæ Reipublicæ pernicies struatur, districte præcipimus etc.*

Ex his illud etiam facile colligitur Vicarios Curatos Sarzanenses ab se abigere non posse onus explicandi Evangelium, eo quia pueros rudimentis Fidei diebus Dominicis imbuere soleant; siquidem ut monet Benedictus XIV. in Constitutione *Et si minime* 7. Februarii 1742. §. 5. *duo potissimum onera a Tridentina Synodo Curatoribus animarum sunt imposita: alterum ut festis diebus de rebus divinis sermonem ad populum habeant, alterum ut pueros, et rudiores quosque divinæ legis, fideique rudimentis informent.* De primo enim onere loquuntur Tridentini Patres præsertim *Sess. 5. cap. 2. de reform.*, de altero autem sermonem habent *sess. 24. cap. 4. de reform.*, ubi sic præscribitur „ Iidem etiam (nempe Episcopi) „ saltem Dominicis et aliis festivis diebus pueros in „ singulis Parochiis fidei rudimenta, et obedientiam „ erga Deum, et parentes, diligenter ab iis, ad quos „ spectabit, doceri curabunt, et si opus sit, etiam „ per censuras ecclesiasticas compellent non obstan„ tibus privilegiis et consuetudinibus. „ Neque etiam ab explicatione Evangelii se eximere valent propter Catechesim, quæ habetur ad populum post Doctrinam Christianam „ Quamvis enim, ait Episcopus, Capi„ tulum contendat per concionem, quam in Vespe-

„ ris fieri mandavi in methodo edita quoad scholam
„ doctrinæ Christianæ in hac Diœcesi, et in hac Ca-
„ thedrali, illud pabulum salutare specifice sumptum,
„ et distincte præscriptum populo tribui etiam nunc
„ in hac Cathedrali a Curatis; certum tamen est præ-
„ dictam concionem instructivam, qua rudes adulti
„ docentur quoad res fidei, aliaque capita Doctrinæ
„ Christianæ, non suppleri illi distincto pabulo, quod
„ juxta Concilium Tridentinum *sess.* 5. *cap* 2. et
„ Constitutiones Synodales cap. 2. et 38. est præstan-
„ standum; per eam enim concionem fit, ut po-
„ steaquam pueris puellisque Doctrina Christiana est
„ tradita, rudibus adultis ex Cathedra tradatur. Quo-
„ modo ergo Capitulum contendit hac in Cathedrali
„ etiam in præsentiarum populum pasci salutaribus
„ verbis, cum in hac Cathedrali excepta lectione
„ S. Scripturæ a Canonico Theologo peracta et in-
„ structiova concione a me jussa pro scholis Doctri-
„ næ Christianæ nullo alio salutari sermone, et di-
„ stincto pabulo a Curatis exercentibus curam ani-
„ marum neque per se, neque per alios populus
„ pascatur? Quid si adjiciam, dictam concionem plu-
„ ribus abhinc mensibus non peragi a Curatis, sed
„ a moderatore ipsius Doctrinæ Christianæ ac vix vix
„ alterum ex Curatis segniter quandoque pueros do-
„ cere?

Quoque itaque se se vertant Vicarii Curati Sarzanensis Ecclesiæ, prædicationem Evangelii effugere nequeunt. Quum vero in ipsa Cathedrali Ecclesia habitualis Parœciæ cura sit penes Canonicos, et actualis penes Vicarios, parum Episcopi interest, an Canonicis, vel eorum Vicariis Evangelii explicandi onus imponatur, dummodo hæc ipsa explicatio fiat.

Similiter explorati juris est, ad Parochos pertinere denunciationes matrimoniorum, vigiliarum, et dierum festorum. Namque Tridentina Synodus *sess.* 24. *cap.* 1. *de reform. matrim.* statuit = *ut in posterum antequam matrimonium contrahatur, ter a proprio contrahentium Parocho, tribus continuis diebus festivis in Ecclesia inter Missarum solemnia publice denuncietur, inter quos matrimonium sit contrahendum* = Ille autem, ad quem matrimoniorum denunciationes

attinent, festos quoque dies, ac vigilias indicere debet. Neque ab isto munere Sarzanenses Parochi abhorrent, sed potius quæstionem instituunt, quonam tempore denunciationes istæ sint explendæ; quod tertio loco quæritur.

Canonici contendunt in Conventuali Sacro denunciationes peragendas esse. Episcopus vero in celebratione Missæ Parochialis. Hac in re præ oculis habendum est, quod S. Congregatio sancivit in *Novarien. diei 8. Junii 1724.*, in qua proposito dubio = *An denunciationes matrimoniorum, et ordinandorum, aliæque similes functiones Parochiales faciendæ sint in celebratione Missæ Parochialis, quæ celebratur in Parochiali, et Collegiata Burgi Manerii; seu potius liceat Præposito et Parocho ejusdem Collegiatæ illas facere in celebratione Missæ Conventualis contradicente Capitulo in casu etc.* responsum prodiit = *Arbitrio Parochi* =. Imo hæc S. Congregatio in Avenionen. 25. *Octobris* 1586. *lib. 4. decret. pag.* 189. rescripsit, Ordinarium posse ex justa causa dispensare, ut, dum canuntur vesperæ, possint fieri denunciationes, diebus tamen festivis, quia saluberrimæ legis a Concilio Tridentino præscriptæ finis ac scopus *non alius certe fuit* (quemadmodum scribit hæc S. Congregatio *in Brunen. 17. Junii* 1780. *relata in Tudertina denunciationum* 19. *Aprilis* 1823.) *nisi ut in Populi frequentia ineunda matrimonia denunciarentur, quo facilius si quæ forent impedimenta, detegerentur*. Sarzanensis autem Episcopus in themate magis expedire putat, si denunciationes in Parochiali Sacro fiant, nam = *Missarum solemnibus Conventualibus in Cathedrali non omnes, sed pauci conveniunt, quia dicta hora ex populo plerique aliis rebus sunt detenti*.

Multoque magis ait Episcopi Defensor, explicatio Evangelii peragenda est ab animarum pastoribus post lectum in Missa pro populo sanctum Evangelium, exemplo SS. Pauli, et Barnabæ, qui ut ex actis Apostolorum habetur *cap.* 13. post lectos Prophetas in Synagoga ad populum verba fecerunt. Mos iste, ut notat *Card. Bona Rerum liturgicarum lib. 2. cap. 7. n. 6.* „ numquam interrupta serie ab initio Ecclesiæ usque „ ad nostra tempora servatus est, ut proxime post „ Evan-

„ Evangelium sermo, sive homilia, vel tractatus ha-
„ beretur „ Quare hic Sacer Ordo *in Hortana* 8. *Augusti* 1744. proposito Dubio IV. = *An Canonicus Parochus teneatur singulis diebus festis sermonem habere ad populum post lectum in Missa Evangelium, vel potius servanda sit consuetudo explicandi Evangelium post doctrinam christianam haberi solitam a Parocho in Ecclesia Cathedrali*: rescripsit: *Ad IV. Affirmative ad primam partem, et negative ad secundam*: quam resolutionem confirmandam censuit die 29. Augusti ejusdem anni rescripto: *In decisis.*

Erit nunc Emorum Patrum decernere

I. *An, et ad quem spectet explicatio* S. *Evangelii diebus festis in Ecclesia Cathedrali in casu etc.*
II. *An, et ad quem spectent denunciationes matrimoniorum, vigiliarum, et dierum festorum in casu etc.*
III. *An, et quo tempore fieri debeant denunciationes, et explicatio S. Evangelii in casu etc.*

Dilata ad primam omnino et infallanter, non retardata executione decreti diei 22. Junii 1827.

TERRACINEN., SEU PRIVERNEN. EMOLUMENTORUM. Sciscitanti mihi in Comitiis diei 23. Decembris 1826., an Sacerdos Paschalis Reali, Privernensis Cathedralis Ecclesiæ Canonicus jubilatus, foret admittendus ad participationem emolumenti, quod obvenit Canonicis post Laudum officia quadragesimali tempore antiphonam *Libera me Domine* canentibus, Emi Patres responsum dederunt: *Affirmative*: At cum novæ audientiæ beneficium postulaverint Canonici, in Congregatione diei 16. Junii 1827. propositum fuit dubium: *An sit standum, vel recedendum a decisis in casu etc.* responsumque prodiit: *In decisis.* Nihilominus haud sibi quiescendum putarunt Canonici, ac die 14. Decembris ejusdem anni 1827. ab R. P. D. Auditore SSnii appellationem in devolutivo impetrarunt. *Sess. 24. cap. 12. de reform.*

Itaque Canonicus Reali institit, ut controversia coram hoc

hoc S. Ordine denuo proponeretur. Pluries indicta fuit certaminis dies, sed Canonicorum Defensor allegationem typis edendam mihi non exhibuit, nisi cum Folium hujus Congregationis prælo eram daturus. Ea vero est hujus allegationis summa, ut prolatis tabulis Administrationis ab anno 1693. ad annum 1823., exhibitisque Canonicorum testimoniis plane evincatur, Canonicos, quamvis jubilatione donatos, nunquam fuisse admissos ad delibationem controversi emolumenti, nisi et ipsi statis diebus choro interfuerint, dum canitur versiculus *Libera me Domine*. Ex hac immemorabili, et centenaria consuetudine perspicuum censet Capituli Defensor, Canonicum Reali injuria participationem petere ejusdem emolumenti, nisi adstet cantui illius versiculi, ac propterea in spe est, Emos Patres a decisis fore recessuros.

Patronus autem Canonici Reali sua rationum momenta scripto tradidit, quæ tamen cum jam fuse recensuerim in præteritis foliis, ab illis referendis me abstinendum reor. Videant igitur Emi Patres

An sit standum, vel recedendum a decisis in casu etc.

Dilata, et scribatur Episcopo pro nova informatione super noviter deductis, inspectis libris distributionum.

Sess. 24. cap. 16. de reform.

TUSCULANA SUBSIDIORUM DOTALIUM. Pia largitate in Tusculos pauperes usurus Joannes Baptista Pamphylj Aldobrandini, publicis anno 1699 exaratis tabulis decrevit *di venire alla compra di tanti Luoghi di Monte Camerali e non Vacabili, quanti entrano nella somma di scudi duemila moneta, come difatti consegna un' Ordine di detta somma di scudi duemila diretta al Banco di Santo Spirito per comprare Luoghi sedici, e ottanta centesimi, due terzi del Monte S. Pietro, da potersi li medesimi liberamente con ordine di Sua Eccellenza, e suoi etc. vendere senza mandato di Giudice, o altra tela giudiziaria, affinchè con il danaro da ritirarsi dalli medesimi Monti depositato in detto Banco di S. Spirito con*

or-

ordine di Sua Eccellenza etc., ma quando non si potesse etc., nientedimeno si dovrà impiegare il frutatato dei suddetti Luoghi di Monte in somma di scudi duemila in beneficio de' sudetti più poveri Pupilli, più povere Vedove, e Persone più miserabili, secondo la distribuzione da farsi da' suddetti Parrochi, o altre Persone etc. per elemosina. Ex auctoritate autem Sacræ hujus Congregationis anno 1727. Principi Camillo, filio et hæredi memorati Joannis Baptistæ, tributa fuit venia, ut bina potius dotalia subsidia scutatorum viginti statis quibusdam legibus quolibet anno ipse conferret, et quidquid ex annuis fructibus reliqui foret, in egenos distribueret.

Res ad annum usque 1796. ex præstituta norma apprime confecta est: quid vero postea ob præteritas temporum vicissitudines evenerit, accurate narrat Emus ac Rmus Cardinalis Castillionæus Tusculanus Episcopus, qui, uti infra referam, rogatus fuit, ut Sacram Congregationem hac super re instructam reddere dignaretur = Anno 1796. (ita Emus) quindecim collata subsidia adhuc numerabantur pro quibus in Æde Sacra S. Spiritus scut. tercentum quadraginta septem et ob. 87. deposita extabant. Ea vero una cum pecunia suæ Familiæ, quæ ibidem pariter servabatur, decrescente in dies magis æstimatione monetæ papyraceæ die tertia Martii anno 1798. inde abstulit Princeps ab Auria, atque in Domesticam Arcam providentius congessit, ac pro necessitate, quoad moneta illa legibus admissa fuit, permixte impendit, quin possit de peculiari eorumdem usu quidpiam testari. Id unum certo constat, ipsum ex quindecim illis dotalibus subsidiis septem persolvisse argenteis scutis novem cum obolis novem tributis in ea singula, quanti nimirum juxta Nasellii Ducis legem ad diem tertiam Martii anni 1798. viginti scutata monetæ chartaceæ æstimatæ erant. Hac enim ratione scutata illa tercentum quadraginta septem summam veram constituebant scutatorum sexaginta novem, ex quibus, quæ post traditas dotes superfuerant, scuta duo cum obolis uno et triginta egenis data fuere. Princeps enim arbitratus est, puellas illas, quæ dotatæ fuerant, jus habuisse ad id assequendum, quod

vi-

viginti scutata ex æde sacra ab ipso suscepta die tertia Martii anno 1798. contulisse, Nasellania lege decretum est.

" Haud absimilia discrimina ex maximis nummariæ rei difficultatibus loca Montium passa sunt; cessarunt quippe identidem ipsorum reditus, ac demum pro ipsis certas crediti schedas editas scimus pro emendis bonis per Fiscum, seu *Demanium* procuratis. Hinc et Princeps ex locis Montium Familiæ, et pii Operis in Agro Viterbiensi fundos comparavit, de quibus tamen id certo asseri potest, loca sexdecim montium cum octoginta centesimis, quibus pii operis census constabat libras, seu *Francos* bis mille centum quinquaginta septem exceptos fuisse, quæ in Viterbiensis fundi emptione impensæ fuerunt, ex quibus ad totum annum 1825. scutata centum viginti octo habita sunt, quæ penes Principem asservantur: inde vero publicam actionem, quam *Consolidatum* dicunt, bonis Viterbiensibus pro pii Operis portione suffectam fuisse, quæ ex bonis annis 1826. et 1827. reditum intulit scutorum unius et viginti cum obolis novemdecim. Item ex locis Montium antequam e medio sublata fuerint, summa scutorum centum et triginta pro quorumdam annorum fructu suscepta est, quam pariter integre perextare novimus

" Interim vero nec dotes cæteras, octo illas nimirum, quæ ex quindecim olim assignatis supererant, nec annuam stipem collatas fuisse animadverto, adeo ut in præsens habeat Princeps summam scutorum biscentum septuaginta novem cum obolis 85., nimirum

Ex locis Montium	₰	130 67
Ex bonis post locorum cessationem coemptis ad totum annum 1825.	₰	127 99
Ex consolidato subrogato fundis Viterbiensibus annis 1826. et 1827.	₰	21 19
Summa superextat . .	—₰	279 85

Quum res ita se haberent, Princeps ab Auria Pamphylj preces, quas jam inde ab anno 1808. huic S. Ordini porrexerat, sed ob superventas temporum calamitates irritæ fuerant, instauravit, ac ea qua præditus est

est religione definiri petiit, cuinam jactura, quæ facta est ob scutata tercenta quadraginta septem, quæ numinaria mensa S. Spiritus moneta papyracea repræsentavit, sit adscribenda, et quanti æstimanda. Item an septem mulieribus, quarum singulis Princeps ab Auria solvit scut. 9. 09., jus suum satis tributum sit, seu potius eisdem quod deest ad æquandam summam scutatorum viginti ex superextantibus pii Operis fructibus sit pendendum; et quid similiter decernendum de aliis dotalibus subsidiis collatis, sed nondum solutis. Tandem animadvertens, annuum pii Operis fructum in præsens pertingere ad summam scut. unius, et viginti, ac obol. undeviginti, postulat, ut EE. VV. statuant, in quem usum reditus ille sit conferendus, simulque deliberent, quomodo præteritis dotium et eleemosynarum omissionibus sit prospiciendum.

Quid de primo, secundo, ac tertio Principis postulato sit sentiendum, haurient EE. VV. ex sententia, quam pandit Emus Episcopus de more rogatus „ conficie„ batur (ita edisserit) quidem ad tutiorem susceptо„ rum fructuum custodiam ipsorum depositum in „ publica illa mensa, tum etiam ut inde Virgines „ dotatæ subsidia sibi collata reciperent, quando con„ ciliatis nuptiis jus ipsæ ad ea exigenda nancisceban„ tur. Ast ubi primum Princeps salubri licet consi„ lio summas universas tum pii Operis, tum suæ „ ipsius Familiæ ex Sacra Æde repetiit, ne plenam „ earumdem jacturam, quæ imminebat, subiret, „ easque una cum ceteris impendit, etsi pars aliqua „ perierit, palam est, ipsum debitorem pii Operis fa„ ctum fuisse pro æstimatione, quam carthaceæ mo„ netæ ad diem illam tertiam Martii anno 1798. Ni„ sellius addixit. Id et Princeps ipse pro spectatissa„ ma sua Religione dignoverat, qui septem idcirco „ subsidia persolvit scutatis in eorum singula tribu„ tis novem cum obolis novem, quanti nimirum eo „ die scutata viginti stetisse animadverterat. Recte au„ tem in eum modum se gessit Princeps; non enim „ quod secundo loco quærebatur de dotibus ita per„ solutis ultra id, quod earumdem æstimationi lege „ tributum fuerat pro ea die, qua Princeps debitor

„ earum factus est, sibi vindicare poterant Virgines „ dotatæ, nihilque aliud ipsis præterea tribuendum „ erat. Septem vero dumtaxat ipse hoc pacto tradidit „ subsidia, quot nimirum summæ a nummaria mensa receptæ, scutis videlicet sexaginta novem, quanti ea æstimata fuit, respondebant.

„ Quæritur tertio, quid statuendum sit de dotibus iis octo, „ quæ jamdiu collatæ sunt, ac nondum persolutæ. „ Patet, eas etiam eadem, ac memoratæ septem, conditione esse censendas; earum quippe debitione adstringebatur Princeps ex eo die, quo depositam pro „ iis pecuniam ab Sacra Æde repetiit. Ast id insuper „ notandum hic est, unam ex dotatis iis Virginibus „ jam obiisse, quatuor jam pridem nupsisse, tres reliquas ingravescente ætate matrimonia haud inituras. „ Quatuor itaque iis fæminis, quæ dotalis subsidii paginam acceperant, ac nisi temporum discrimina „ prohibuissent, promissas dotes exegissent, tribuenda censerem scuta novem in singulas, cum præsertim nulla alia post id temporis dos sit delata, quæ „ super fructus deinceps receptos jus cuipiam intulisset. Persolvenda vero hæc erunt ex pecunia, quam „ penes Principem adservatam nunciavi. „

Sermo nunc foret instituendus, qua methodo erogandi sint præsentes pii Operis fructus; verum operæ prætium existimo in antecessum expendere, utrum imminutio sortis pii Operis in memoratum Principem sit refundenda, vel potius damno piæ causæ cedere debeat. Porro hac in re notissima est *taxative*, *et demonstrative* constitutionis fundi distinctio, qua utuntur Canonistæ, ut causæ piæ, vel hæredi adjudicent jacturam ac detrimentum dotalis fundi. In præsenti casu demonstrativam fuisse fundi constitutionem suadere posset Fundatoris voluntas, qui præcepit, ut annuus scutatorum bis mille fructus in pauperum levamen erogaretur, item rei legatæ administratio, quam non penes Legatarios, sed penes hæredem, tributa eidem libera etiam alienandi facultate, extare voluit pius fundator, demum quod in dubio existimandum est, fundum domonstrative, non autem taxative designatum fuisse, quemadmodum tradit *Bened. XIV. de Syn. Diœces. lib.* 13. *cap. ult. n.*33.

At

At conjecturæ cedant necesse est non solum veritati, sed etiam aliis oppositis fortioribus præsumptionibus. Jam vero explorata est, ac nisi Testatoris voluntati aperte adversetur, procul dubio retinenda regula, quam præscribit hæc ipsa S. Congregatio in supremis decedentium elogiis interpretandis. Hæc regula, quam legere licet apud eumdem Pontificem *loc. cit. n.* 32., sic se habet. *Fundationes erunt taxative conceptæ, si Fundatores legendo, cui aliquo modo disponendo, orationem, seu dispositionem prius inchoaverint ab assignatione fundi, et subinde missarum onus adjecerint.* Cum itaque in præsenti casu Fundator orationem exorsus sit ab assignatione fundi, et deinde onus adjecerit, liquido apparet, fundum taxative fuisse assignatum, ac proinde illius decrementum in damnum causæ piæ vergere oportere. Quod quidem recte animadvertit ipsemet Emus Episcopus inquiens „ Non est autem „ cur pluribus EE. VV. detineam ad omnem plane „ Pamphyliis Principibus obligationem denegandam „ supplendi ære suo pro imminuto pii operis censu. „ Norunt quippe omnes, hæredes non esse ad sup„ plementum obstrictos quando fundus in rei tuitio„ nem sit constitutus non *demonstrative sed taxative*, „ ut ajunt, prout ab Joanne Baptista Pamphylio ge„ stum deprehendimus, qui Loca montium ipse spe„ ciatim comparavit, et actu *inter vivos*, quem di„ cunt, in id causæ nominatim addixit. „

Quapropter si et EE. VV. censuerint Principem ab Auria Pamphylj haud esse obstrictum ad supplendam redituum pii operis imminutionem, decernere dignentur, utrum præsentes reditus sint erogandi in unius dumtaxat vel duorum Subsidiorum distributionem, et an eleemosynæ pauperibus tribui solitæ sint penitus omittendæ. Ob grave redituum decrementum censet Emus Episcopus „ eleemosynarum distributionem „ omittendam, quæ nullum fere levamen in tanta „ egenorum multitudine induceret. Ut porro majori „ puellarum numero dotali subsidio prospiciatur, habita etiam ratione loci, ubi tenuiores dotes solent „ adsignari binas pro census quantitate dotes conferri „ quotannis ad præscriptas regulas exoptarem: juri enim „ consonum videtur potius quam numerum dotium

„ ob reditnum inopiam summam imminui, quibus
„ eædem constare debeant. Hoc equidem nec pientis-
„ simo Principi ab Auria earumdum Patrono ingra-
„ tum duco, qui pluribus puellis opem ferre pote-
„ rit, atque id unum pro suo pietatis studio exqui-
„ rit, ut quid sibi agendum sit edoceatur.

Tandem quod pertinet ad pecuniæ vim, quæ penes Principem asservatur, quæque ex fructibus pii Operis proficiscitur, ea statim insumenda videtur in subsidiorum dotalium, et eleemosynarum distributionem, ut quoad fieri possit præteritis omissionibus prospiciatur, et fundatoris anima levamen aliquod, si quo forte adhuc indigeat, quam cito sentiat. Hac sane de causa fructus Missarum celebrationi assignatos in augmentum sortis converti prohibuit S. Congregatio *in Bononien. Legati Missarum* 7. *Decembris* 1667. *et* 4. *Septembris* 1702. *relata in Januen. Commutationis Voluntatis* 25. *Maji.* 1822. §. *Contra*. Nihilominus hic S. Ordo aliquando indulsit, ut percepti fructus in augmentum sortis conferrentur, ut videre est in *Balneoregien.* 17. *Junii* 1820., *et in cit. Januen.* 22. *Junii* 1822. *ad* 111. *Dubium*, idque in themate præsertim locum habere debet; nam tenues pii Operis fructus nonnihil augerentur, ac testatoris voluntati plenius mos gereretur. Hæc spectans Emus Episcopus, votum suum aperit pro augmento sortis: quatuor enim subsidiis, quorum supra meminit, mulieribus jam nuptis solvendis
„ demptis ex pecunia, quam Princeps retinet, ac cer-
„ tiori notitia suscepta de tribus reliquis mulieribus,
„ quæ numquam nupturas esse retulere, quod su-
„ perest pecuniæ ad fundum pii Operis augendum
„ conferrendum omnino erit, ut ita annui, qui nunc
„ est, census tenuitati consulatur, ita tamen ut in
„ publicis tabulis peculiaribus pii Operis fundus in-
„ scriptus sit, ne immixtus alteri cuilibet inveniatur. „

Igitur proponuntur

Dubia

I. *An, cui, et in qua summa adscribenda sit jactura proficiscens ex scut* 347. *in syngraphis nummariis in casu etc.*

II. An,

II. *An, et quid sit retribuendum septem mulieribus, quæ dotalia subsidia tulerunt in scut. 9. et ob. 9. in casu etc.*

III. *An, et in qua summa sint solvenda septem subsidia dotalia jam promissa in casu etc.*

IV. *An, et quomodo erogandi sint reditus pii Operis in casu etc.*

V. *An, et in quem usum sint convertendi superextantes fructus pii Operis in casu etc.*

Ad I. Affirmative singulis puellis in summa liquidanda ab Emo Episcopo.

Ad II. Negative in omnibus.

Ad III. Affirmative pro scutis novem et obolis novem.

Ad IV. Affirmative juxta votum Emi Episcopi.

Ad V. Affirmative in augumentum sortis juxta votum Emi Episcopi, et investimentum fiat in Consolidatis, et ad mentem, facto verbo cum SSmo: mens est ut exquiratur per Emum Episcopum a Principe ab Auria notula de singulis investimentis,et reditibus perceptis post receptionem francorum 2157.

SENEN. BAPTISMI. In Senensi et in finitimis Diœcesibus nonnumquam accidit, ut Obstetrices pueros periclitantes sacro regenerationis Lavacro abluerint, hac adhibita forma: *Io ti battezzo COL nome del Padre, del Figliuolo, e dello Spirito Santo. Amen.* Ex hac Baptismatis forma quidam hærere cœperunt de Sacramenti validitate, ac rem ad proprios detulerunt animarum Curatores, quorum plerique, validum existimantes collatum Baptismum, illum vel sub conditione reiterare detrectarunt, nonnulli autem contrarium arbitrantes Baptismum denuo conferendum censuerunt. Hac de causa se minus recte gessisse, ac propter reiteratum Baptisma irregularem evasisse dubitans Aloisius Papi olim Rector Parœciæ S.Christophori *a Vagliagli* Senarum consuluit Archiepiscopum. At prudens Antistes vestigiis sanctissimorum Præsulum inhærens, ac probe noscens, causas majores, et difficiliores quæstiones, Fidem, aut disciplinam spectan- *Sess.7.de Sacramentis.*

ctantes, perpetua Ecclesiæ consuetudine, ab Innocentio III. *in cap. Majores de Baptismo* confirmata, deferendas esse ad Apostolicam Sedem, cujus sana doctrina constat judicio veritatis, et fulcitur munimine auctoritatis, nihil sibi deficiendum statuit, ac Summum adiit Pontificem Leonem XII. hac super re Pontificium implorans oraculum.

Re huic Sacro Ordini a Sacratissimo Principe ablegata, memoratum Archiepiscopum rogavi, ut referret, an mulieres baptizantes recte sentiant de Catholica Religione, ita ut novum errorem inducere noluerint. Is vero responsum dedit: *E' fuori di ogni dubbio, che non per poca religione, nè per indurre un nuovo errore, ma per sola ignoranza le Levatrici usarono la formula* col nome ec.

Quum Baptismatis Sacramentum characterem imprimat, infantes, etiamsi domi in casu necessitatis baptizati sint, nec sub conditione sunt denuo sacro Lavacro tingendi, *nisi adsit probabile dubium invaliditatis Baptismi*, ut respondit hæc S. Congregatio 27. *Martii* 1683. *apud Benedict. XIV. Instit. eccl.* 84. *n.* 7., secus et dans et accipiens irregulares evadunt, *cap. Ex litterarum de Apost et reiter. Baptis.*, *S. Congreg. in Sutrina Baptismi* 12. *Julii* 1794. §. *Tunc.* In præsenti igitur casu perpendere oportet, an ob immutatam Baptismi formam probabile subsit dubium de Sacramenti validitate.

Jam vero ea est moralis et substantialis formæ corruptio, quæ significationem destruit, ac sensum tollit ab Ecclesia intentum, ita ut vel unius vocis in aliam mutatio, sive id temere fiat, sive consulto, si idem sensus secundum communem existimationem integer non maneat, corruptionem secumferat, *Drouven lib.* 1. *de Sacram. in gen. cap.* 1. §. 6. *quæst* 3., *Sotus in* 4. *dist.* 1. *q.* 1. *art.* 8., *Bellarm. de Sacram. in gen. lib.* 1. *cap.* 21., *S. Congreg. in Fesulana* 12. *Septembris* 1801. §. *Tria*. Sane corruptio formæ, quam in conferendo Baptismate pluries contigisse affirmat Senarum Archiepiscopus substantialis fuisse videtur. Etenim invocatio SSmæ Trinitatis in collatione Baptismi ab institutione divina proficiscitur juxta illud *Matth. cap.* 18. *Euntes in mundum universum docete omnes*

gen-

gentes, baptizantes eos in Nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti: præpositio autem illa IN conjuncta cum vocabulo *Nomine* exprimit invocationem SSmæ Trinitatis, et unitatem divinæ naturæ. Hinc præpositionem *In* ad essentiam formæ pertinere scribunt plures, quos inter *Scotus in 4. dist. 3.*, *Natal. Alex. Theol. Dogm. Moral. de Sacram. Bapt. cap. 1. art. 3. reg. 11.*, *B. Ligor. de Baptismo dub. 2. n. 112.* Cum igitur in themate loco vocis IN adhibita fuerit præpositio CUM, quæ vim habet conjunctionis, instrumenti, societatis, saltem probabile dubium occurrere videtur super validitate Baptismatis, ideoque sub conditione foret reiterandum.

Attamen ejusdem vocis mutationem haud secum ferre substantialem formæ corruptionem facile intelligitur, si animadvertatur, omissionem præpositionis *In*, et subrogationem vocis *Col* minime sensum moralem destruere, aut invocationem tollere SSmæ Trinitatis. Substantialis quidem haberetur formæ mutatio, si reticito verbo *nome*, quod unitatem naturæ in tribus divinis Personis significat, *cap. eodem modo 81. de consecr. dist. 4.*, *S. Augustinus lib. 2. contra Maximum cap. 23.*, *S. Thomas 3. part. sum. quæst. 66. art. 5. ad 6.*, Baptismus conferretur his verbis: *Io ti battezzo col Padre, col Figlio, e collo Spirito Santo* quia corrumperetur forma divinitus instituta, *Natal. Alexander loc. cit. reg. 14.*, *B. Ligorius loc. cit. n. 168.* Cum vero in themate præpositio tantum *In* omissa fuerit, ei suffecta voce *Col*, patet expressam fuisse nedum unitatem naturæ, sed etiam invocationem divinarum Personarum. Quæ igitur obtigit mutatio, accidentalis est judicanda, nullumque suppeditat probabile dubium, quod suadeat Baptisma esse denuo conferendum; siquidem accidentalis mutatio irritum non reddit Sacramentum, nisi, uti monet Angelicus Doctor 3. *part. quæst.* 60. *art.* 8. aliquis formam sic mutando *intendat alium ritum inducere, qui non sit ab Ecclesia receptus, quia non videtur, quod intendat facere, quod facit Ecclesia*. At vero tam longe abfuit in præsenti casu animus novum inducendi ritum, ut Archiepiscopus certos nos reddat, Obstetrices formam immutasse *per sola ignoranza*.

Quæ

Qua ex re Baptismus ab Ostetricibus sub illa forma ex ignorantia collatus ne sub conditione quidem est reiterandus. Etenim S. Congregatio Supremæ Inquisitionis feria IV. die 23. Maji 1720. in simillimo casu edidit hoc decretum = *Lecto Memoriali N. N. quo proponit dubium: an recte sint baptizati duo pueri sub hac forma* = Io ti battezzo col nome del Padre, del Figliuolo, e dello Spirito Santo = *et an sit reiterandum Baptisma sub conditione, Emi Domini decreverunt, pueros, de quibus agitur, fuisse valide baptizatos, ideoque non esse rebaptizandos neque sub conditione.* Similiter hæc S. Congregatio in *Forosempronien. Baptismi* 24. *Maji* 1823. rogata, an esset validum Baptisma a quadam Muliere ex ignorantia ac rusticitate innocenti hisce verbis collatum = *Io ti Battezzo COL nome del Padre, del Figliuolo, e dello Spirito Santo* = responsum dedit = *Affirmative* = Ne tamen in posterum propter Obstetricum ignorantiam nova Baptismi induceretur forma, et dubia orirentur, addidit: *Detur Decretum ut in Ceneten* 12. *Maji* 1753., quo decreto mandavit Episcopo, *ut suæ Dioecesis Obstetrices de recte proferenda Baptismi forma in casu necessitatis prævio examine curet edoceri, eisque hujusmodi exercitium inhibeat, nisi circa eamdem formam optime instructæ ac approbatæ fuerint.*

Restat nunc, ut sermo instituatur, an Sacerdos Papi in irregularitatem inciderit. Profecto jam supra innui, ac tradit Benedictus XIV. *Instit. eccl.* 84. *num.* 9., irregularem evadere, qui sine probabile dubio invaliditatis primi Baptismatis puerum sacro regenerationis lavacro denuo tingit, etiamsi conditionem adhibeat. Probabile, imo grave super validitatis primi Baptismatis extitisse dubium, adeo persuasum erat Sacerdoti Papi, ut Baptismum illico reiterandum censuerit: Et sane ipsum latebat Congregationem Universalis Inquisitionis, et hunc Sacrum Ordinem alias validum declarasse, Baptismum sub illa forma collatum; vix unus et alter ex Theologis formam illam *col nome* expendendam suscipiunt, atque isti irritum arbitrantur Baptisma illis verbis collatum. Præterea adversa infantis valetudo non sinebat, ut reiteratio Baptismi protraheretur, et revera, *dopo qualche giorno*, ait Archic-

chiepiscopus, *la Creatura cessò di vivere.* Verum non apparet infantis infirmitatem adeo gravem fuisse, ut tempus non suppeteret consulendi Archiepiscopum, vel saltem viciniores Parochos, antequam reiterationem Baptismi aggrederetur.

Itaque Emi Patres definire dignentur

I. *An sit validus Baptismus ex ignorantia collatus sub hac forma* = Io ti battezzo col nome del Padre, del Figliuolo, e dello Spirito Santo = *in casu etc.*

II. *An, et quomodo sit providendum quoad futurum in casu etc.*

III. *An Sacerdos Aloisius Papi in irregularitatem inciderit, ita ut sit consulendum SSmo pro dispensatione in casu etc.*

Ad. I. Affirmative.

Ad II. Detur decretum in Ceneten. 12. Maji 1753.

Ad III. Consulendum SSmo pro dispensatione ad cautelam.

MONTIS FALISCI REDUCTIONIS CANONIS. Patribus Oratorii S. Philippi Neri in oppido Gradularum degentibus cetera inter bona domus est in eodem oppido sita, quam scutatis duodecim locare consueverant. Hanc autem anno 1816. vetustate jam fatiscentem, ut ab interitu liberarent, consilium inierunt emphyteusis contractu in aliquem transferendi. Peritiam hinc confici curarunt, quæ referret, quantum pecuniæ impendendum foret, ut domus necessariis instrueretur restaurationibus, et habitationi idonea redderetur. Peritus retulit ad eam reficiendam opus esse vi scutatorum sex et octoginta. Quare proposita sunt edicta ad alliciendos oblatores, ac deinde preces porrectæ huic S. Congregationi, ut facultatem impertiret emphyteuticum stipulandi contractum ad tertiam majoris oblatoris masculinam generationem. Cumque ceteros omnes vicisset Carolus Antonius Mezzetti, eidem ex rescripto hujus Sacri Ordinis diei 3. Augusti 1816. adjudicata fuit emphyteusis *pro annuo Canone scutatorum novem, et obolorum quinquaginta, libero ab omnibus oneribus, et impositionibus præsentibus et* *Sess. 22. Cap. 6. de reform.*

futuris, cum onere meliorandi, et dummodo meliora-menta cedant solo, et in reliquis ad formam capitulorum, et oblationis una cum aliis pactis etc. salvo jure vigesimæ et sextæ.

Inter capitula primum tenuit locum pactio, qua statutum: *Che l'enfiteuta, ossia il primo investito oltre la manutenzione di detta casa sia anche tenuto ed obbligato di restaurarla porzione nel termine di tre mesi, e porzione nel termine di tre anni:* cautum præterea fuit, *che i restauri da farsi son quelli, che restano descritti nella perizia del perito muratore Giuseppe Pescatori, portante la somma di sc. 86. I lavori, ossia restauri da farsi nel tempo e termine di tre mesi sono il disfacimento, e rifacimento di canne 41. di tetto, segnati all' art. 1. di detta perizia, come pure il pavimento e cambiamento di due travi da porsi nuovi, e tutt'altro che resta all' art. 4. Tutti gli altri restauri e lavori da farsi indicati negli art. 2. 3. 5. 6. 7. nel termine di anni tre.*

Emphyteusis instrumento obsignato, ac postquam oblationi jam factæ addita fuerat vigesima in obolis quinquaginta, firmatusque idcirco canon in annuis scutatis decem, Emphyteuta Mezzetti domus instaurationi manum admovit, ac nondum expleto triennio opus perfecit. Verum ductis calculis cognovit exaratam peritiam *portante la somma* di sc. 86. apertissimo errore laborare, quandoquidem dum executioni committebantur, quæ faciendæ erant, restaurationes, aliæ detectæ sunt quibus domus parietes omnino indigebant, ac res eo processit, ut non scutata octoginta sex, sed scutata ducenta et sexaginta Carolus Mezzetti insumere debuerit. Quare ipse mente complectens ex tot sumptibus ultra summam in capitulis statutam, inter restaurandam domum factis, grave se tulisse damnum, preces porrexit huic Sac. Ordini, petens vel remissionem Canonis pro duobus annis, et mensibus, quibus domum inhabitare nequivit, vel congruam pro futuris temporibus Canonis reductionem.

Ex more rogatus Emus Episcopus informatione et voto; auditis Patribus Oratorii, hæc habuit: *Oratoris precibus, juribusque insertis mature perpensis, illud tandem mente complecti mihi est datum, quo meum æquitate duce consilium aliquod possem proferre. Patet siquidem no-*

vum

vum opus in veteri domo elaboratum magno pretio stetisse, quando qui supra octoginta sex, quot ex condicto nummos debuerat centum septuaginta septem, et obolos 65. non genio indulgendi gratia, sed necessitati obtemperandi animo, licet ægre nimis, impenderit, quibus cum Emphyteuta rem valde utilem directariis gesserit, nemo non dixerit justitiæ potius, quam æquitatis ratione eum aliquam compensationem promeruisse. Quæ porro hæc? Quid si Emi Patres, operis dimidio Dominorum commodo adjudicato, alterum dimidium Emphyteutam sui juris facere posse decernerent? Illud profecto fieret, ut ex scutis octoginta octo, et obolis 82 $\frac{1}{2}$ quot ex æquali divisione nummorum centum septuaginta septem et obolis 65. fructum haud minorem quinque scutatis percipere posset quolibet anno Emphyteuta. Verum si Sacerdotum magis, quam Oratoris bono prospici velit, mediam hac in re viam esse ineundam, fasque piumque jubere crediderim, designando nempe Canonem ad annua scutata octo ex peculiaribus supra deductis rationibus quin Patres Oratorii dissentiant, animadvertentes nimirum hac domum, cum aliquando utile cum directo dominio consolidabitur, magnum eis fœnus fore allaturum.

Nulla quidem sive Canonum remissio pro duobus annis, et mensibus, quibus Emphyteuta domum non habitavit, sive Canonis reductio pro futuris temporibus concedenda videtur. Quamvis enim Emphyteuta plus impenderit, quam in Peritia necessarium judicatum fuerit, ut domus idonea acepta esset habitationi; nihilominus id nullum præsidium eidem præstare valet: ea siquidem est emphyteusis natura ut fundus impendiis Emphyteutæ potior, et locupletior efficiatur ad tradita per *Corbal. de Emphyt. tit. de caus. priv. ob rei deterior. Cons.* 13. *num.* 3., *Rot. cor. Falconer. de Pactis Dec.* 6. *n.* 19., *et in Perusina Devolutionis* 21. *Novemb.* 1755. §. 7. *cor. Bussio.*

Eo vel magis vero, quia in themate sub lege meliorandi in emphyteusim domus data fuit. In Rescripto namque, quo Emphyteusis probata fuit, onus Emphyteutæ injunctum legitur *meliorandi, et dummodo melioramenta cedant solo*; quo in casu nihil ejusmodi melioramenti causa effingitari posse explo-

ratissimum in jure est, prout animadvertit *Rot. cor. Olivatio Dec. 85 n. 6., et in Romana Devolutionis 27. Februarii 1722. §. Quod cor. Corio.*

Præterea neque propugnari recte potest, Mezzetti plus impendisse, quam contractus lex postulabat. Etsi enim expensarum summa constituta fuerit in vi scutorum 86., nihilominus hæc summa demonstrative, non taxative designata habenda est, quia in dubio favor piæ causæ exigit, ut certæ summæ designatio demonstrative, non taxative accipiatur, prout perpendit *Card. de Luca de Cred. Disc. 71. num. 8., et in Miscell. Eccles. Disc. 30. num. 3. et 4.* Tandem perpendendum superest, Emphyteutam haud integrum restaurationum opus ita absolvisse, ut limites in peritia constitutos non excesserit; constat enim ex trasmissis peritiis, quasdam expensas elegantiorem respicere domus statum, potiusquam necessitatem portendere.

Verum Carolus Mezzetti justitiæ apprime consonum putat, ut Canonis remissio pro duobus annis, et mensibus, vel saltem Canonis reductio pro futuris temporibus decernatur. Ipse enim loco majoris Canonis obligationem suscepit domum reficiendi juxta peritiam *portante la somma di scudi 86.*, cumque non scut. 86., verum scut. 260. eam in causam impenderit, idque fecerit, ut ait Emus Episcopus *non genio indulgendi gratia, sed necessitati obtemperandi animo*, inde consequitur, rem utilem gessisse Patribus Oratorii S. Philippi, ipsosque propterea esse obstrictos ad utiles expensas, saltem ex parte uti perperpendit Emus Episcopus, et assentiuntur ipsi Patres, ab emphyteuta factas rependendas, ne alterius damno locupletentur, *cap. penult. de fidejussor.*

Summam autem scut. 86. non demonstrative, sed taxative spectatam fuisse in emphyteusis contractu, tum ex verbis, tum ex conjecturis evinci posse videtur. Ex verbis, quia cautum fuit, *che i restauri da farsi sono quelli descritti nella perizia portante la somma di sc. 86.*, ex conjecturis, quia si domus tempore contractus locari poterat pro annua summa scutatorum duodecim, a verosimilitudine alienum est, Carolum Mezzetti oblaturum fuisse canonem scutatorum decem, si

præ-

prævidisset, opus sibi futurum, ut in restaurationem domus amplam impenderet vim scutatorum sexaginta supra ducentum; ex hac enim pecuniæ summa majus referre potuisset compendium, quam ex refectione domus collegit. Bonum autem causæ piæ tum postulat, ut designatio certæ summæ demonstrative, non vero taxative sumatur, cum expresse, vel præsumptive secus sentiendum non videatur ad tradita per *Card. De Luca de legat. disc.* 14. *et in suppl. ad eumdem Ruit. decis.* 57.

Illud etiam animadvertendum censet Mezzetti, se per lapsum duorum annorum et aliquot mensium domum inhabitare non potuisse. Nihil vero tam certum in jure, quam mercedem remittendam esse locatori, qui re conducta uti non potuit *ad text. in L. Qui insulam §. Edilis ff. Locat., Pacion. de locat. et conduct. cap.* 48. *n.* 28. *et seq.*

Itaque EE. VV. decernere dignentur

An et quomodo sit annuendum precibus Caroli Antonii Mezzetti in casu etc.

Non proposita cum sequenti.

SORANA EMPHYTEUSIS. Utilitati Parœciæ S. Joannis Baptistæ prospicere, ejusque Rectorem ab exorta lite liberare cupiens hodiernus Soræ Episcopus, supplicem huic S. Congregationi porrexit libellum, quo hæc enarrat. = Mensa Parochialis insignis Ecclesiæ S. Joannis Baptistæ Civitatis Soræ non leve sentit incommodum ob asperam conditionem unius ex Fundis ipsi pertinentibus. Extat enim hic Fundus modiorum undecim cum dimidio in loco vulgo *Pescina* appellato, ac torrenti ex vicinis montanis gravi pondere præcipitanti ita subjectum, ut sæpe sæpius aquis demersum omnino putetur. Pro ipso aliquo modo tuendo contra impetuosissimi torrentis jura, macerias jam antiquitus extructas annuatim crescere fas est, quod absque non mediocribus sumptibus obtineri minime potest. Et revera cum præterito anno 1827. restaurari murum jam existentem, maceriasque per aliquot tractus reficere oporteret, summa Ducatorum quinquaginta per actualem Parochum erogata fuit. His omnibus adjungitur, quod majus novumque detrimen-

Sess. 25. *cap.* 11. *de reform.*

mentum minatur ex reparationibus contigui Fundi jam a Domino inchoatis, unde Parocho necesse fuit rationes suas apud Judicem dicere. Utrinque gravi dispendio pugnatum, et adhuc lis sub judice est, et de intentu minime secura. Coloni insuper proximam ruinam prævidentes, partim fundum jam dimisere, partimque dimittere instant, repetentes ad normam colonici contractus medietatem earum omnium, in quibus Fundum melioratum existit, quæque in Ducatis biscentum septuaginta valutari licet. In hisce igitur rerum discriminibus oblata est pro parte Cajetani Perigli hujus Civitatis Emphyteusis cum annua corresponsione favore Ecclesiæ Ducatorum novendecim ac Carolenorum quinque ab omnibus oneribus cujuscumque naturæ sint absolutorum. Insuper præfatus Perigli assumit sibi quodcumque manutentionis onus, expensas Colonis persolvendas pro augumentato fundi valore, nec non, quocumque superveniente adverso casu, sibi imputat deperimentum Fundi. Quantæ utilitatis sit Ecclesiæ enunciatus contractus, clare innuitur ex peritiis mihi exhibitis, ex quibus liquido apparet fructus tam divexati fundi taxari posse in annua summa ducatorum septemdecim, ac assuum octoginta unius. Pro majori rei veritate observavi etiam, nec superfluum puto, quod præteritis temporibus Joannes Vincentius del Principe eumdem contractum exhibuit Ecclesiæ cum annua corresponsione ducatorum tredecim; at re melius perpensa oblationem revocavit, ne conditiones nimium onerosas sibi assumeret. Præ oculis habens Ecclesiæ utilitatem, ac Parochi petitioni inhærendo, enixe precor S. Congregationem approbationem hujusmodi contractus inter eumdem Parochum memoratæ Ecclesiæ S. Joannis Baptistæ, et Cajetanum Perigli impertiri, cum nulla in eo appareat circumstantia, quæ Ecclesiæ commoditati non respiciat. =

Preces de more ablegavi eidem Episcopo, ut transmitteret exemplar peritiæ ab Agronomo confectæ, et capitula oblationis Cajetani Perigli, ac referret an agatur de emphyteusi perpetua, vel temporanea. Paruit Episcopus, et quod pertinet ad qualitatem emphyteusis ait, *mentem ipsius Perigli, a qua pro Parochialis Mensæ bono minime discordat Rector præfatæ Ecclesiæ, esse de emphyteusi perpetua pro linea tam masculina,*

quum

quam fœminina . Ex Decempedatoris autem peritia constat valorem fundi in emphyteusim concedendi pertingere ad ducata 1330. , ex quibus tamen detrahenda sunt ducata 284. Colonis titulo augmenti , seu meliorationum solvenda , annuum vero fructum , *che dà il nominato fondo calcolando l' anno infertile , e fertile , detrattane la porzione colonica* , conficere summam ducatorum 39. et gr. 71. , *da quali detratti ducati* 6. 90. *di peso fondiario , restano trentadue ducati e grana* 81. *E detratti altri ducati quindici per le spese che occorrono in ogni anno di maceria , palizzate , ed argini ad impedire che il Torrente sbocchi resta di rendita ducati diciassette , e grana* 80. Tandem in capitulis a Rectore Parœciæ cum Cajetano Perigli initis hæc inter cetera statuuntur , nimirum idem Cajetanus pollicetur se soluturum Parocho pro tempore *l' annuo canone infrancabile di ducati venti* ac propriis impendiis curaturum , ut adamussim impleantur necessariæ utilesque fundi meliorationes , *specialmente con ripari che impediscano l' inondazione del Torrente* . Item *che Gaetano Perigli , e suoi non potrà vendere , ne' cedere in pagamento , o succensuare il dominio utile , ne' cedere ad altri il suo diritto sotto pena d' immediata devoluzione . In caso di devoluzione per mancanza di pagamento di canone, o per l' inosservanza de' patti , l' Enfiteuta Perigli non avrà diritto di pretendere il compenso delle migliorie di qualunque natura, che esistessero nel fondo sudetto. Se il fondo dato in Enfiteusi perisca intieramente per caso fortuito , detto Enfiteuta Perigli non sarà tenuto a corrispondere l' annuo canone : se sarà distrutto in parte , sempre per caso fortuito , il detto Perigli pagherà l' annuo canone per intiero , purchè la parte che resta, dia rendita sufficiente , onde corrisponderlo intieramente . Quando però fosse perita una parte considerevole del fondo , sarà in libertà del detto enfiteuta di renunciare il suo diritto , restituendo il fondo sudetto ad esso Parroco , e suoi Successori* .

Necessitas, aut evidens Ecclesiæ utilitas justam suppeditat causam alienandi bona Ecclesiæ , vel ea in emphyteusim concedendi , *Cap. Ad aures de reb. Eccl. non alien.* , *Fagn. in cap. nulli eod. tit. num.* 8. , *S. Con-*

Congr in Privernen. 16. Junii 1787. §. Annuendum, Evidentem in hoc casu occurrere Ecclesiæ utilitatem ipsemet confirmat Episcopus. Etenim canon ab emphyteuta solvendus excedit fructum, quem Parochus ipse, subductis oneribus, ex fundo lucrifaceret. Ecclesia liberatur ab onere expensarum pro tuitione, ac reparatione aggerum, et a periculis damnorum, quibus subjacet fundus ob frequentes torrentis alluviones. Præterea emphyteuta onus assumit suis suptibus meliorem reddendi fundum; quo pacto augetur valor fundi emphyteutici, ejusque incrementum in casu devolutionis cedet commodo Ecclesiæ, ut perpendit *Rot. cor. Lancetta decis. 33. num. 3., S. Cong. in Pistorien. seu Praten. Emphyteusis 21. Novembris 1761. §. Magis.*

At nonnulla sunt animadvertenda, quæ utilitatem excludere videntur. In primis valde amplus est fundi valor præ canone ab emphyteuta solvendo. Onus quidem suscipit emphyteuta suis sumptibus meliorem reddendi fundum, illumque adversus torrentis impetum aggeribus, et propugnaculis circumvallandi; sed nullam præstat satisdationem, qua ipse Ecclesiæ caveat de hujusmodi onerum implemento, et præstituti canonis solutione, ac propterea si possessoris culpa fundus deterior evaderet, Ecclesia utilem actionem in emphyteutam experiri forsitan prohiberetur. Insuper in transmissis capitulis nulla habetur mentio de incrementis ad Colonos fundi spectantibus, quæque emphyteutam proprio ære soluturum in supplici libello narravit Episcopus. Demum videant, Emi Patres, utrum fundus Ecclesiæ sit concedendus in emphyteusim perpetuam, quæ vim suam exerat usque dum perduraverit Cajetani Perigli linea tam masculina, quam fœminina. Profecto qualitas emphyteusis perpetuæ adversatur Concilio Romano anni 1725., quod *tit. 19. n. 1.* bona ecclesiastica in Emphyteusim perpetuam unquam concedi prohibuit, imo contractum emphyteusis perpetuæ esse contra naturam emphyteusis Ecclesiasticæ scribit Petra *ad Constit. V. Pauli II. sect. 1. num. 20.*

Itaque proponitur

Dubium

An, et quomodo sit consulendum SSmo pro approbatione emphyteusis in casu etc.

Die

Die Sabbati 20. Septembris 1828. in Palatio Apostolico Vaticano erit Sacra Congregatio Concilii, in qua præter alia proponentur infrascripta Dubia, juxta morem ejusdem Sacræ Congregationis de jure resolvenda.

NEAPOLITANA DISPENSATIONIS MATRIMONII. Speciem hujus Causæ inter Comitem Aloisium de Mauro et Mariam de Peruta haurire dignabuntur Emi Patres ex Folio dici 15. Septembris 1827. Proposito tunc dubio: *An sit consulendum SSmo pro dispensatione super matrimonio rato et non consummato in casu etc.* rescriptum prodiit: *Dilata et ad mentem*. Certamine rursus instaurato in Comitiis diei 26. Januarii hujus anni, responsum datum fuit: *Dilata et fiat nova inspectio Mulieris in Urbe, et præfigatur Aloisio de Mauro terminus duorum mensium ad accedendum ad Urbem pro recognitione sui corporis, et notificetur Emo Archiepiscopo*. Hujusmodi rescriptum gravate ferens Maria de Peruta, novæ audientiæ beneficium confestim impetravit, curavitque ut quæstionis dies præstitueretur. *Sess. 24. cap. 1. de reform. Matrim.*

Interea Aloisius, mandatis Sacræ Congregationis tandem obtemperans, Romam venit, paratumque se exhibuit ad subjiciendum corpus suum peritorum recognitioni. Quapropter hujus Sacri Ordinis rescripto inhærens, demandatum processum exordiendum censui, ac delectis tribus in arte medica, et duobus in arte chirurgica peritis, adhibito Defensore matrimonii ex officio deputato, ceterisque servatis solemnibus, peritiam super inspectione corporis viri statim conficiendam studui. Ea vixdum expleta fuerat, e vestigio institit Mulieris Defensor, ut publici juris fieret.

ret. At cum animadvertissem processum a l tramites rescripti in postrema hujus causæ actione editi nondum integrum absolutumque evasisse, quia Mulier novæ inspectioni sese tradere recusaverat, ac mihi facultatem non esse derogandi resolutioni hujus Sacri Ordinis, mei muneris esse putavi instantiam rejicere. Ut vero Mulieri ad EE. *VV.* pateret aditus, eidem veniam impertivi adeundi per Memoriale plenam Congregationem diei 16. superioris mensis Augusti. Cumque eadem die rescriptum prodierit = *Ad D. Secretarium pro aperitione Peritiæ* = istam in vulgus proferri præcepi, ac partibus pro novo certamine hanc indixi diem.

Panditæ peritiæ summa hæc est. Periti omnes, quamvis Aloisium in externa partium constructione nullo quidem vitio, quod rem maritalem habere impediat, laborantem proclamaverint; nihilominus quum ipse in facto periculo nullum dederit viripotentiæ signum, penis vero ac nervorum debilitas internam portenderet paralysim, eum in illa rerum conditione constitutum ad coeundum omnino impotem declararunt. Rogati autem Periti a quonam tempore ejusmodi impotentia incœperit, scilicet utrum ante, vel post initum ab Aloisio cum Maria connubium, vel potius fuerit primigenia, ad unum omnes responsum dederunt, se haud posse judicium ferre, utrum Aloisii impotentia *sia originaria o sopravvenuta*, nec etiam, quatenus accidentalis fuerit, *se sia accaduto prima o dopo il matrimonio*, licet Doctor Morichini subdat: *ma mi persuado che l' abuso dei piaceri in tempo precoce abbia prodotto il vizio nervoso del quale ho più volte parlato.* Denuo interrogati, an impotentiam Aloisii temporaneam, vel potius perpetuam et insanabilem judicarent, in varias abierunt sententias. Joannes Baptista Bomba Aloisium perpetuo et absolute impotentem denuntiavit. Aloisius Pompei dixit: *ho forte argomento di dubitare che la di lui impotenza sia immedicabile, invincibile, e perpetua.* Dominicus Morichini ac Joseph Sisco Aloisium perpetuo impotem existimarunt saltem ad rem cum virgine habendam. Petrus autem Lupi retulit, vitium, quo Aloisius afficitur, esse *più*

to-

tosto temporaneo, e vincibile, non essendovi alcun difetto di organizzazione.

Postulat hinc Mariæ Defensor, ut Emi Patres prævio recessu a decisis super nova inspectione corporis Mulieris, consilium præbeant Summo Pontifici pro exorata Matrimonii rati et non consummati dispensatione. Etenim duo extrema, quæ in quolibet etiam gratiosæ dispensationis judicio intercedant necesse est, adeo certa exploratague arbitratur, ut quælibet evanescat dubitandi ratio. Et sane Mulieris virginitatem nedum ex juramento Mariæ ac septima propinquorum manu, sed etiam ex dudum peracta inspectione corporis ejusdem Mulieris, et relatione Ob-tetricum, quas morum honestate præditas esse hodie iidem perhibent earum Parochi, satis superque clarescere contendit. Hisce grave addunt pondus tam nuperrima corporis viri recognitio, quæ Aloisium perpetua et insanabili laborare impotentia saltem ad coeundum cum virgine suadet, quam alia rerum adjuncta, veluti *i bottoni di fuoco* ad lumbos, ac potiones *afrodisiache*, quibus Aloisius utebatur primis nuptiarum diebus: ex quibus idem Defensor elicit, Virum inhabilem fuisse vel antequam cum Maria de Peruta Matrimonium contraheret. Hujusmodi explorata Mulieris virginitas, et viri impotentia, atque etiam animorum alienatio justam legitimamque, ait, suppeditant causam concedendi petitam dispensationem.

At Sacramenti Defensor haud satis exploratam censet matrimonii non consummationem, ac propterea judicat, executioni committendum esse Sacræ Congregationis rescriptum, quo nova demandata fuit inspectio corporis mulieris Romæ peragenda. Neque hanc dubitationem plene adimit expleta corporis Viri recognitio; siquidem præterquam Aloisius nullo laborat externo corporis vitio, ideoque præsumitur potens ad matrimoniales actus, ipsi Periti, qui eum inspexerunt, se latere affirmarunt, utrum ea, qua nunc afficitur, impotentia primigenia sit, vel accidentalis, an præcesserit, vel subsequuta sit matrimonii celebrationem. Dubium hinc exurgeret circa Matrimonii consummationem, ac deneganda esset dispensatio tamquam de re interdicta, ac supra humanam pote-

statem pos'ta, *Glossa in cap. Ex publico de convers. conjug. v. consummatum*, *S. Congregatio in Valentina Nullitatis matrimonii 24. Martii 1764. §. Horum, et in Neapolitana Dispensationis Matrimonii 23. Decembris 1826. §. Ex his.* Nec prætereundum, Aloisii impotentiam non esse certo perpetuam, ac propterea deesse justam dispensandi causam, aut saltem confugiendum esse ad triennale experimentum, antequam Matrimonium rite initum per dispensationem dissolvatur.

Reliqua haurient Emi Patres ex allegationibus a Defensore Matrimonii, et a Patrono Mulieris distribuendis.

Dubia

I. *An sit standum vel recedendum a decisis super nova inspectione Mulieris in Urbe in casu etc.*

Et quatenus recedendum a decisis

II. *An sit consulendum SSmo pro dispensatione super Matrimonio rato, et non consummato in casu etc.*

Ad I. Recedendum a decisis.

Ad II. Affirmative, adjecta lege Aloisio de Mauro non transeundi ad alia vota.

FIR-

Sess 24. cap. 13. de reform.

FERMANA PENSIONIS. Quum in Comitiis diei 17. Martii superioris anni 1827. rogassem Emos Patres: I. *An intret arbitrium pro aperitione oris in casu etc.*; et quatenus affirmative II. *An, quomodo, et in quâ summa sit locus diminutioni pensionum in casu etc.*: responsum accepi: *Ad I. et II. Dilata, et ad D. Secretarium pro deputatione Periti ex officio juxta mentem sumptibus Præpositi, non retardata interim solutione pensionum.* Facultatibus hinc a S. Congregatione mihi tributis utens, ac fide dignis habitis notitiis super spectata integritate Benedicti Fucili Recinetensis, ejusque probata rei agrariæ scientia, eumdem ex officio, assentientibus etiam utriusque partis defensoribus, ad munus Decempedatoris delegi, ut peritiam super omnibus bonis sive rusticis sive urbanis una cum annexis ad Præposituram Collegiatæ S. Stephani Oppidi Montis Sancti spectantibus, ducto calculo per decennium, conficeret, subductis tamen oneribus eidem Præposituræ inhærentibus.

Concredito defunctus est munere Benedictus Fucili, elaboratumque opus ad hanc S. Congregationem transmisit. Ex hac peritia, quam, soluta per Præpositum statuta mercede, publici juris fieri jussi, et quam integram habent Emi Patres in Summario per Pensionarios typis edendo, apparet, annuos omnium bonorum Præposituræ fructus ducto calculo per decennium pertingere ad scut. 1914. 85., onera vero subductis etiam pensionibus in scut. 500. summam conficere scut. 1411. 98., ideoque quotannis favore Præpositi superessent scut. 502. 85.

Huic peritiæ ad regulas agrariæ artis confectæ, et relationi periti judicialis ex officio adlecti omnimodam fidem adhibendam esse inquiunt Pensionarii ac docet *Rot. in Recent. part.* 10. *decis.* 24. *num.* 20., *et cor. Ratto decis.* 105. *num.* 2., eoque præsertim quod Periti relatio cohæreat non solum cum oblationibus anno 1820 exhibitis pro ineunda bonorum Præposituræ emphyteusi, sed etiam cum informatione Emi Episcopi eodem anno exarata, cum Codicibus Datariæ Apostolicæ, et denique cum confessione ipsius

Præ-

Præpositi Pasquali, qui annuam scutatorum 500. pensionem se iubenter soluturum spopondit. Quae, subdunt Pensionarii, plane rejicienda est petitio Præpositi, qui injuria queritur de tenuitate redituum; nam ipsi, teste judiciali Perito, cunctis deductis oneribus, atque etiam pensionibus, quotannis supersunt scutata quingenta, quibus et sibi prospicere, et Præposituræ fundos meliores reddere potest.

Præpositi Defensor, quamvis hæc pro instaurando certamine statuta fuerit dies, Allegationem hactenus mihi non exhibuit, ac propterea erit Eñorum Patrum denuo consultis folio diei 17. Martii 1827., et allegationibus tunc ex utraque parte distributis, dirimere quæ rursus proponuntur

Dubia

I. *An intret arbitrium pro aperitione oris in casu etc.*

Et quatenus affirmative

II. *An, quomodo, et in qua summa sit locus diminutioni pensionum in casu etc.*

Ad I. Negative.
Ad II. Provisum in primo.

FA-

FANEN. MANUTENTIONIS FABRICÆ ECCLESIÆ CATHEDRALIS ET EXPENSARUM. Acri certamine in Congregatione diei 17. Maji hujus anni pugnatum est Episcopum Fanensem inter et Capitulum Cathedralis Ecclesiæ, cuinam onus incumberet instaurandi fabricam Ecclesiæ, et comparandi tuendique res ad divinum cultum necessarias. Cunctas quæstiones complectabantur tredecim Dubia, quorum primum sub hac formula = *An et quomodo sit exequenda resolutio Sacræ Congregationis particularis, seu potius sint disputanda sequentia Dubia in casu etc.* = quibus responsum datum fuit: *Ad I. Affirmative in omnibus ad primam partem, negative ad secundam, et quoad executionem articuli quarti, exhibeantur etiam tituli provenientiæ bonorum Sacrarii. Ad II., et reliqua Provisum in primo.* *Sess. 21. cap. 7. de reform.*

Canonicorum Defensor confestim beneficium petiit novæ audientiæ, quam ea lege impertiendam duxi, ut titulos exhiberet provenientiæ bonorum Sacrarii. Verum semel atque iterum præstituta novi periculi die, vadimonium deseruit, et ideo Episcopi Patronus in circumferendo Memoriali EE. VV. deprecatur, ut præteritas allegationes resumere dignentur, editamque resolutionem confirment.

Igitur proponitur

Dubium

An sit standum vel recedendum a decisis in casu etc.

In decisis et amplius.

LU-

Sess. 5. cap. 2. de reform.

LUNEN. SARZANEN. PRÆDICATIONIS. Dilationem flagitante Patrono Sarzanensis Capituli, ut Allegationem ad jura ejusdem Capituli tuenda exararet, Emi Patres in Comitiis diei 16 superioris mensis Augusti rescribendum duxerunt: *Dilata ad primam omnino et infallanter, non retardata executione decreti S. Congregationis diei 22. Junii 1827.*, quo decreto litteræ datæ fuerunt Episcopo, ut juris et facti remediis compelleret Curatos ad prosequendam Concionem juxta mandata Episcopi semel iterumque habitam, *non attenta quacumque Capituli inhibitione, salvis tamen ejusdem exceptionibus et juribus in S. Congregatione deducendis.* Denuo hinc monui Patronum Capituli, ut jura sua proferret; cum tamen nihil mihi tradiderit, definiant quæso Emi Patres

I. An et ad quem spectet explicatio S. Evangelii diebus festis in Ecclesia Cathedrali in casu etc.

II. An et ad quem spectent denunciationes matrimoniorum, vigliarum, et dierum festorum in casu etc.

III. An et quo tempore fieri debeant denunciationes, et explicatio S. Evangelii in casu etc.

Ad I. Affirmative ad Vicarios Curatos et amplius.

Ad II. Affirmative ut in primo.

Ad III. Affirmative, et quoad explicationem Evangelii, in Missa parochiali, et quoad denunciationes in eadem Missa, sive alia hora magis a populo frequentata, et ad mentem. Mens est ut Episcopus mandet Missam parochialem celebrari cum applicatione pro populo separatim a Missa conventuali pro benefactoribus applicanda: quod si aliquis abusus irrepserit, spreta quacumque consuetudine etiam immemorabili, moneat delinquentes, ut consulant conscientiæ suæ quoad præteritum, et omnia ad formam Concilii Tridentini serventur in futurum.

MO-

MONTIS FALISCI REDUCTIONIS CANONIS.

Sess. 22. cap. 6. de Reform.

Dubium

An et quomodo sit annuendum precibus Caroli Antonii Mezzetti in casu etc.

A ffirmative pro condonatione tantum canonis duorum annorum et mensium juxta petita, facto verbo cum SSmo.

Sess.25.cap.11. de Reform. SORANA EMPHYTEUSIS.

Dubium

An, et quomodo sit consulendum Sanctissimo pro approbatione emphyteusis in casu etc.

Dilata, et scribatur Episcopo ad mentem. Mens est, ut reformentur Capitula, et in iis præfigatur terminus pro instaurationibus fundi ab Emphyteuta explendis, præstita idonea cautione tam pro solutione canonis, quam pro implemento aliorum onerum, præsertim pro reparationibus annuatim diligenter faciendis, ne fundus culpa Emphyteutæ pereat, et adjecta lege ut Emphyteuta solvat proprio ære incrementa fundi ad colonos spectantia.

Sess.25. cap 4. de Reform. MONTIS ALTI JURISPATRONATUS. In Ecclesia Collegiata Fortii extat simplex Beneficium sub invocatione S. Mariæ a Lacu, cujus institutionem etsi anno 1426. expletam fuisse appareat, ejus tamen conditiones in tenebris antiquitatis delitescunt. Exploratum vero est, jus præsentandi Rectorem pluribus seculis inter duos ex Familia Ruffo columnellos seu stipites æquis vocibus fuisse divisum. Postremus alterutrius stipitis masculus descendens, cui nomen Joannes Felix, suum patronatus jus die 9. Septembris 1728. donationis titulo transtulit in Comitem Joannem Laurentium Ruffo, cui nihil erat commune cum Familia Ruffo patrona. Alterius stipitis progenies exaruit per obitum Vespasiani Ruffo, ejusque jus præsentandi hæreditario titulo sibi quæsivit Canonicus Paschalis Rampazzi, cujus hæres extitit Aloisius Antonelli. Inter novissimos patronos lis diu exarsit, ac tandem anno 1786., suadente Vicario Generali Montis

tis Alti, amica composita fuit transactione, publicis die 20. Septembris 1790. obsignatis ratihabitionis tabulis. In his contrahentes affirmarunt *appartenere a ciascuno di essi Signori la voce per la metà, siccome dicesi chiaramente risultare da tre conformi decisioni emanate dalla S. Rota Romana avanti la ch. me. del Card. Parracciani*, atque etiam *ex decis. 10. Junii 1787. cor. Despuig.*, et ad quamlibet in posterum avertendam controversiam jurejurando nuntium remiserunt *a qualunque capo di lite che si sarebbe frà di loro potuto di nuovo suscitare per le differenti controversie del juspatronato dell'accennato Benefizio, ed acciocchè ciascuno di detti signori Compatroni e loro Eredi possano senza alcun ostacolo esercitare il jus di nominare a detto Benefizio*, caverunt, ut prima vice ad Familiam Antonelli, secunda et tertia vice ad Familiam Ruffo, ac dein alternatim ad utramque familiam jus nominandi Rectorem, cum vacaret Beneficium, perpetuo spectaret. Nominationem primo revera explevit Domus Antonelli, illamque ratam habuit Familia Ruffo: cumque anno 1803. denuo vacaverit Beneficium, Rectorem nominavit Familia Ruffo, atque huic nominationi assensum præbuit Joseph Antonelli. Vacavit nuper Beneficium ob mortem Joannis Moroni, et ad tramites initæ concordiæ nominatio iterum explenda erat a Familia Ruffo; verum Comes Pompejus Ruffo prospiciens adversarium sibi extiturum Josephum Antonelli, hunc adiit Sacrum Ordinem, postulavitque memoratæ transactionis confirmationem, ac etiam facultatem ut ejus filius Eribertus, donec ad legitimam pervenerit ætatem, et ecclesiasticæ militiæ nomen dederit, gaudere valeat vacantis Beneficii fructibus, cunctis interim per ecclesiasticum virum satisfactis oneribus eidem incumbentibus.

Rogavi hinc Episcopum de informatione et voto audita familia Antonelli, eidemque præfixo termino ad deducendum jura sua coram S. Congregatione. Mandatis obsequens Episcopus ea, quæ superius narravi, confirmat, additque „ annuales reditus Beneficii esse „ circiter in scut. 35. liberis ab oneribus. Onus habet Rector pro tempore celebrare faciendi tres Mis-

„ sis qualibet hebdomada, aliasque octo die octava „ Septembris, persolvendi Capitulo Collegiatæ titulo „ Legati scutum unum, pro utensilibus scut. unum „ et obol. quinquaginta, ac tandem manutenendi Ecclesiam ruralem sub titulo S. Mariæ de Lacu.

„ Nullum requisitum in filio Oratoris concurrere potest „ ad assequendum antedictum ecclesiasticum Beneficium, nam ipse ad præsens in ætate anni unius „ et mensium novem constitutus reperitur, et tunc „ cum ab ejus patre post mortem ultimi Rectoris præsentata fuit nominatio in personam ejusdem Filii „ sui Eliberti in hac episcopali Curia de mense Octobris 1826. erat in ætate mensium trium circiter, „ et propterea admitti non potuit.

„ In actuali vacatione ad Familiam Ruffo spectare deberet nominatio novi idonei Rectoris pro alia vice „ juxta conditiones sæpedictæ transactionis a relato „ Josepho Antonelli confirmatæ, et hac in episcopali „ Curia receptæ cum effectu per duas vices; et modo ipse contendit legitimitatem donationis, et validitatem transactionis, et promptum se fecit ad jura sua deducenda coram S. Congregatione in termino quindecim dierum sibi praefixo „

Joseph Antonelli in exhibitis foliis non inficiatur inter legitimos patronos iniri posse concordiam, qua exercitium juris nominandi per turnum dividatur, quin Ecclesiastici superioris accedat necesse sit auctoritas, *Clement. Plures 2 de jurepatr.*, *Piton. de controv. patron. alleg. 9 n. 31. et alleg. 63. n. 23 et seq.*, *Card. de Luca de alien. disc. 1. n. 45.*, *Rot. decis. 319. n. 11. part. 4. recent.*, verum in themate transactionem anni 1790. nullitatis vitio infectam existimat, tum quia nulla ait intercessit causa, quæ parentem suum ad transigendum impelleret, tum quia eadem transactio legitimi patroni, seu ipsius Josephi jus certum lædit. Ad hujusmodi autem jus suum evincendum confugit ad ea argumenta, quæ ejus pater, ac prius Canonicus Rampazzi in medium protulerant coram S. Rota ut donationem anni 1728. favore Comitis Joannis Laurentii Ruffo factam infirmarent.

Hæc tamen frustra nunc Josephum objicere animadvertit Comes Pompejus Ruffo. Etenim ejusmodi argumen-

menta nullius fuisse ponderis trina declaravit S. Rotæ decisio, eisque litis finite exceptionem adjecit jurata transactio anni 1790., *L. non minorem Cod. de transact.*, *Rot. cor. Olivalio decis.* 152. *n.* 1., *S. Congreg. in Romana Legati Pii* 25. *Februarii* 1826 §. *Præterea*, quam transactionem ipse Joseph anno 1803. ratam habuit, nominationem a Comite Pompejo expletam confirmando, ideoque ex *R.* 21. *I. in S.* adversus illam nunc insurgere nequit. Præterea etiamsi dubium esset Comitis Pompeji jus, nihilominus inita concordia foret custodienda; transactiones enim ad lites, expensasque inter partes vitandas contrahuntur, ac tum locum habent, cum dubium est partium jus *ad tex in L. Fratres Cod. de transact*, *et S. Congreg. in Montis Alti Transactionis* 20. *Februarii* 1808.

Itaque si EE. VV. initam concordiam confirmatione dignam existimaverint, nemini dubium, nominationem ad vacans Beneficium hac etiam vice explendum esse a Comite Pompejo Ruffo: sed erit decernendum, an concedenda sit nominationis suspensio, donec Eribertus ejusdem Comitis filius ad legitimam pervenerit ætatem, et clericali tonsura fuerit initiatus, ut interim Beneficii fructus pro educando et instituendo puero erogentur. Jam vero hæc S. Congregatio nonnumquam indulsit, ut pueri ad patronalia Beneficia nominarentur, ut in *Melevitana Indulti* 10. *Septembris* 1735., ac tradit folium *in Civitatis Plebis Canonicatus* 25. *Decembris* 1826 §. *Hoc pacto*, et non raro administrationem ecclesiastici Beneficii, impletis oneribus et deputato administratore, largita est vel ad certum tempus, vel donec aliquis ex Familia illud in titulum assequi posset, quemadmodum in *Asculana Dispensationis* 20. *Maji* 1786., *in Aquen. Capellaniæ* 3. *Februarii* 1787., *et in Nucerina Capellaniæ* 26. *Aprilis* 1828.

Verum S. Congregatio hisce in casibus ideo benignam se præbere solita fuit, quia patroni subsidio indigebant, ut se, filiosque suos alerent, vel quia eorum filii ad ecclesiasticam statum a Deo vocari videbantur. In themate nulla occurrit patroni paupertas, et filius Eribertus vix duos natus est annos, ideoque nulla

nulla subest causa, cur tam diuturna sit imperticnda nominationis suspensio, quæ nedum voluntati fundatoris, sed dispositioni etiam juris adversatur, teste *Card. de Luca de jurep. disc* 20. *n.* 2., *S. Congregatio in Collen.* 30 *Augusti* 1788., *et in Anagnina Nominationis* 25. *Januarii* 1823. §. *Petita.*

Proponuntur

Dubia

I. An sit confirmanda transactio in casu etc.

Et quatenus affirmative

II. An sit consulendum SSmo pro suspensione nominationis, et pro concessione administrationis redituum Beneficii quousque Eribertus ad annos quatuordecim perveniat in casu etc.

Ad I. Affirmative.
Ad II. Negative.

Sess. 22. *cap.* 6. *de Reform.*

FIRMANA DISPENSATIONIS. In Ecclesia S. Michaelis Oppidi S. Elpidii ad mare extat simplex Beneficium sub auspiciis S. Jacobi Apostoli, cujus annuus reditus summam circiter attingit scutatorum septuaginta, onera vero sistunt in unica Missa singulis hebdomadibus in expiationem animæ fundatoris offerenda. Hujus Beneficii juspatronatus olim pertinebat ad Familiam Moriconi, sed ultimus ejusdem Familiæ descendens nomine Joannes Franciscus die 30. Octobris anni 1773. donatione inter vivos illud cessit Seraphino Cristiani *accettante per se, e suoi etc.* Seraphi-

phinus tres habuit Filios, Dominicum scilicet, Stephanum, et Antonium, quos æquis partibus reliquit hæredes. Antonius qui adhuc vita fruitur, nullum genuit filium. Stephanus, nonnullis abhinc annis vita functus, ex Maria Anna Appolloni tres suscepit filios, quorum major natu, et ecclesiasticæ militiæ jam mancipatus, cui nomen Seraphinus, ortum duxit die 23. Februarii 1816 Ex Dominico autem originem duxerunt quinque Filii, quorum duo Masculi Albertus, et Christianus.

Ubi primum accidit Beneficii vacatio post expletam jurispatronatus donationem, Seraphinus Cristiani proprium filium Dominicum nominavit, sed cum nuptias inire cuperet, reique familiaris inopia premeretur, anno 1797 ab S. M. Pio VI. facultatem obtinuit, ut suspensa Beneficii collatione, reditus omnes in proprios usus converteret. E vivis erepto Dominico, ejus Filius Albertus Clericali Tonsura initiatus ad nominationem patruorum Stephani et Antonii canonicam Beneficii institutionem anno 1816 nactus est. Cum vero et ipse matrimonium contrahere exoptet, supplex adiit Summum Pontificem, postulavitque, ut, cum per ineundas nuptias vacaverit Beneficium, suspensa remaneat illius collatio, et eidem Alberto donec vixerit, tribuantur annui bonorum reditus. Huic gratiæ ut viam sterneret, protulit assensum tum patrui Antonii, quam fratris Christiani, narravitque sibi adeo tenues suppetere patrimonii vires, ut sine hac Apostolicæ Sedis indulgentia propriam familiam alere prohiberetur.

Alberti preces huic S. Ordini pro voto ab Emo Pro-Datario ablegatæ fuerunt. Supplicem interim libellum huic S. Congregationi porrexerat Maria Anna Appolloni Cristiani, quo affirmabat virum suum Stephanum, dum Albertum nominaverat, sibi reservasse aliquam pensionem super Beneficii fructibus Apostolica auctoritate confirmandam; conquerebatur eumdem Albertum initis consiliis cum patruo Antonio promissis non stetisse; se gravi inopia laborare, postulabatque propterea, ut divisis Beneficii fructibus, eorum pars Oratrici concederetur, sin minus ut Bene-

ne-

neficium, cum per Matrimonium Alberti vacaverit, ejus filio Seraphino conferretur.

Quare utriusque preces remissæ fuere Emo Archiepiscopo, ut sententiam suam aperire dignaretur. Hic autem refert quidem, Albertum honestam traducere vitam, et paucis gaudere fortunæ bonis; addit tamen „ Viduæ Oratricis defunctus Vir Stephanus Cristiani nominando nepotem suum Albertum jus sibi reservatum voluit assequendi favore familiæ suæ super fructibus Beneficii a S. M. Pio Papa VII. aliquam pensionem, quam huc usque non obtinuit, vel quia „ jus antedictum rejectum fortasse fuit, vel exercere „ neglexit.

„ Illud mihi tuto et abunde suasum est, Antonium „ Cristiani defuncti Fratris Stephani bona fide facilique indulgentia abusum fuisse, et gravius adhuc „ abuti collatis cum nepote Alberto consiliis, minisque litium promovendarum, quibus suscipiendis probe novit homo quantum Oratrix sit impar, „ rei suæ œconomicæ angustia considerata. Autumat „ vero Antonius, cum activum Beneficii Patronatum sibi exclusive tribuere nititur; patronatus enim „ hic familiaris est, adeoque communis cum nepotibus suis, prædefunctorum fratrum filiis, legitimisque ipsorum repræsentantibus vigore donationis „ factæ communi omnium auctori Seraphino Cristiani.

„ Dum observationes, quas mihi examen obtulit gestorum inter partes, EE. VV. expono, dumque tum „ de inopi Viduæ conditione, tum de optima Clerici filii indole lubentissimum præfero testimonium, „ sapientiæ erit S. Congregationis quidquid æquitati „ magis consonum judicaverit, rescribere.

Per donationem a Joanne Francisco Moriconi anno 1773. expletam juspatronatus Beneficii translatum fuisse in Seraphinum Cristiani, in dubium revocari non potest; nam legitimus patronus, accedente Episcopi consensu, jus suum in extraneum conferre non prohibetur, *Piton. de controv. Patron. alleg.* 52. *num.* 76,. *Rot. cor. Olivatio decis.* 414. *n.* 6. *et decis.* 441. *n.* 18. In themate etiamsi ex transmissis documentis non appareat accessisse Episcopi consensum, nihilominus

non

non deesse videtur, tum quia in donationis tabulis ... tum habetur: *riservato primieramente il consenso ... approvazione dell'Emo e Rmo Sig. Cardinale Arcivescovo di Fermo*, tum quia in actis, quæ penes Archiepiscopalem Curiam asservantur, hæc leguntur: Vacato il suddetto Beneficio per morte del detto Gianfrancesco Moricoui, Serafino Pasquale Cristiani moderno patrono donatario presentò Domenico figlio, e ne ottenne l'immissione li 5. Ottobre 1775. = ac propterea saltem tacito consensu ab Episcopo probatam fuisse dicendum est juspatronatus donationem, agnitumque esse donationis titulum, ad tradita per *Vivian. de jurepatron. lib. 4. cap. 4. n. 5.*, *Gratian. discept. 303. n. 5.*, *Rot. cor. Olivatio decis 414. n. 7.*

Cumque ad tramites donationis juspatronatus tributum fuerit *a Serafino e suoi ec.* perpendere oportet, an juspatronatus sit gentilitium, vel potius hæreditarium renuntiandum. Porro latet nemmum, quod in dubio juspatronatus præsumitur hæreditarium *ad text. in cap. 1. et 3. de jurepatr. Clement. Plures cod. tit. Lotter. de re Benef. Lib. 2. q. 11. n. 20.*, præsertim ubi nulla facta fuerit agnationis mentio, *Fargn. de jurep part. 2. can. 1. et 2. cas 6. n. 14.*, *Rot cor. Emeric. jun. decis. 367. n. 4.*, *et in Romana Capellaniæ 28. Junii 1709. §. Ceterum cor. Ansaldo.* In præsenti casu nulla habetur sive agnationis, sive sanguinis mentio, idcoque juspatronatus translatum videtur in Seraphinum ejusque hæredes, ea etiam de causa quia *suorum* nomine veniunt hæredes, uti docet *Rot. in Æsina Divisionis super bonis fideicommissarius 15. Martii 1741. §. 7. cor. Vicecomite*, *cor. Ansaldo decis. 90. n. 44. et cor. Olivatio decis. 275. n. 26.* Quum vero nedum Antonius Cristiani, sed etiam ejus fratres Dominicus et Stephanus æquis partibus hæredes extiterint memorati Seraphini donatarii, aperte liquet, eumdem Antonium injuria contendere ad se tantummodo utpote unicum ex tribus fratribus superstitem, pertinere jus præsentandi Rectorem ad Beneficium, non filios Dominici et Stephani, tamquam suorum parentum hæredes, juspatronatus per stirpes similiter gaudere indubii juris est, *Lambertin. de jurepatron. lib. 1. par. 2. quæst. 1. art. 26.*

art. 26. n. 6. Fargna de jurep. part. 4. can. 2. cas. 1. n. 1. Rot. dec. 46. n. 3. cor. Priolo.

Frustra autem Vidua Cristiani pensionem, quam ejus vir Albertum nominando favore propriæ familiæ reservatam voluit, nunc sibi solvi postulat. Necessarium enim foret, ut ipsa prolatis Apostolicis Litteris reservationem illam a Summo Pontifice probatam fuisse ostenderet. Il vero tantum a veritate abest, ut ex transmissis Litteris, quibus Alberto tributa fuit canonica Beneficii institutio, liquido constet, nullum Alberto impositum fuisse pensionis onus.

Videant vero EE. VV., utrum precibus Alberti annuere expediat, dispensationem eidem impertiendo, ut, cum per ineundum matrimonium vacaverit Beneficium, bonorum fructibus gaudere valeat, easque in suæ familiæ alimoniam convertere. Sane patronis indigentibus suppetias ex canonica æquitate ferre solet hæc S. Congregatio vel per onerum suspensionem, vel per Beneficiorum administrationem, prout rerum suadent circumstantiæ, uti *in Segovien. Caoellaniæ 17. Novembris 1731., in Camerinen. 12. Februarii 1803 et in Sabinen. Suspensionis Nominationis 22. Junii 1805.* Orator ex patronorum Familia originem ducit, imo una cum aliis jure fruitur nominandi Rectorem, ejusque precibus assentiuntur tam Antonius patruus, quam Christianus frater, qui est *impossibilitato tanto a prender moglie, quanto di attendere alla via ecclesiastica per esser viziato negli occhi in modo da non poter affatto leggere*. Idem Orator utpote major natu gravatur onere alendi ineptum fratrem, ac tres Sorores; tenui præditus est censu, veluti ipse confirmat Emus Archiepiscopus, ideoque commiseratione dignus est, ac subsidio indiget, ut honestam possit ducere vitam, nuptiasque contrahere.

Verum diuturna Beneficii vacatio juris dispositioni, ac Fundatoris voluntati adversatur, veluti animadvertunt *Fargna de jurep. part. 2. can. 27. cas. 6. n. 4., Card. de Luca de jurepatr. disc. 20. n. 12* Alberti petitioni acriter obsistit Vidua Cristiani tamquam curatrix filiorum, qui pariter gaudent jurepatronatus. Familia ejusdem Viduæ gravi, et forsan majo-

ri quam Albertus, cui opitulatur Antonius, premitur inopia. Eidem Viduæ filius est nomine Seraphinus clericali militia initiatus, et ad legitimam ætatem pro assequendis ecclesiasticis beneficiis jamjam perventurus, cui propterea tamquam unico ex patronorum familia descendenti, qui ad Beneficium contendere valeat, jactura inferretur per dispensationem, quam efflagitat Albertus. Accedit quod nedum Albertus duodecim annis, sed etiam ejus pater quadraginta annis Beneficii fructus perceperit, ideoque æquitati consonum est, ut Seraphino Beneficium impertiatur, dispensationem quoque ætatis eidem concedendo, si antequam ipse decimum quartum attingat annum, vacatio obtigerit, vel saltem, si EE. VV. Albertum voti compotem reddendum censuerint, eidem legem imponant „ di pagare annualmente, (verba sunt Emi Archiepiscopi) al primo figlio della Vedova Cristiani chia- „ mato Serafino un discreto sussidio tanto per poter „ progredire, e mantenersi negli studj, quanto per „ sollevare l' infelice Madre e fratelli che vivono in „ molta strettezza.

Ex his Emi Patres decernere dignentur

I. An et in qua summa Albertus Cristiani teneatur solvere pensionem familiæ Stephani Cristiani in casu etc.

II. An et quomodo sit annuendum precibus Alberti Cristiani in casu etc.

Et quatenus negative

III. An cum vacaverit Beneficium sit danda canonica institutio Clerico Seraphino Cristiani in casu etc.

Non proposita cum sequenti.

FERENTINA REÆDICATIONIS. Hujus controversiæ species prostat in folio diei 17. Junii 1826., ac proposito Dubio = *An et quomodo sit providendum fabricæ Ecclesiæ in casu etc.* = die 22. insequentis Julii responsum prodiit = *Affirmative juxta votum Episcopi* = Hujus Rescripti vix dum nuncium excepit Pa- *Sess. 25. cap. 7. de Reform.*

rochus de Dominicis, illico supplicem libellum huic Sacro Ordini obtulit, quo annuum suæ Parœciæ reditum longe minorem, onera vero valde majora, quam Episcopus retulerat, esse affirmans, instaurandi certaminis veniam postulabat. Parochi precibus Episcopo ablegatis pro informatione et voto, plurimum ipse adlaboravit, ut res Beneficiatos inter et Parochum amica transactione componeretur, incœptum fabricæ opus altius procederet, ac tandem aliquando absolveretur.

Antistitis sollicitudine commotus Parochus hæc proposuit = Condizioni con cui D. Luigi de Dominicis Aba„ te e Curato di S. Valentino intende rispondere an„ nualmente gli scudi quaranta per la fabbrica di det„ ta Chiesa: 1°. Che tal pagamento abbia luogo nel„ la nuova stagione dell' anno corrente 1828., da pa„ garsi nel Decembre di ogni anno. 2°. Che i Bene„ ficiati rispondano in proporzione la loro tangente, „ e i rispettivi Cappellani altrettanto, se Monsignor „ Illmo e Rmo Vescovo lo crederà ragionevole riguar„ do ai Cappellani di detta Chiesa. 3°. Che con tale „ concordia venga cassata ed annullata ogni preten„ sione *hinc inde* senza mai più parlarsi di tal que„ stione e vertenza si passata che futura. 4°. Che „ con una decisione della S. Congregazione del Con„ cilio resti tutto concordato e sanato per impedire „ qualunque altra amarezza e pretensione.

Hujusmodi conditiones quum Episcopus Beneficiatis patefecisset, in unum ipsi se sè coegerunt, et concordi animo statuerunt, hujus Sacri Ordinis arbitrio deferendam esse reductionem symbolæ ad scutata quadraginta per Parochum de Dominicis quolibet anno pendenda, dummodo hæc reductio ad vitam dumtaxat ejusdem Parochi cohibeatur, et dummodo symbolam hoc pacto imminutam Parochus de Dominicis repræsentare incipiat a die 22. Julii 1826., veluti Beneficiati ab eadem die ad tramites rescripti hujus Sac. Congregationis contributionem persolvere cœperunt. Quod vero pertinet ad tertiam conditionem, qua cavetur perpetuum silentium *hinc inde* esse imponendum præteritis controversiis = si è riflettuto dai Beneficiati essere una pretensione tropp.

po

po avanzata del sudetto Abate. Egli rimarrebbe debitore di scudi 260., porzione de' quali derivante dall' apoca di convenzione fatta già coi Beneficiati sotto il dì 23 Luglio 1821. Prescindendosi da titoli dell' indicato debito, quello solo della riferita convenzione non sembra ammettere una diminuzione in favore dell' Abate senza estendersi ancora ai Beneficiati. Sicchè si propone in genere che per le provenienze arretrate, riguardatesi in detta convenzione, si diminuiscano scudi venti per ogni titolo, con che all' Abate per due titoli, ossia Benefizj, si diminuirebbero scudi quaranta, dichiarando bensì che una tal diminuzione sia personale dei Beneficiati, e non si estenda, nè si possa godere dai passati Affittuarj de' sudetti Benefizj. Sicchè qualora la S. Congregazione decidesse doversi compensare il Parroco de Dominicis sopra il debito già indicato per la deficienza della Cartella di scudi 180. 56. firmatagli dall' Amministratore del Sere, il suo debito arretrato si ridurrebbe a circa scudi sessanta. =

In hac sententiarum discrepantia Promotor Fiscalis preces porrexit Sacræ Congregationi, ut judicium suum ferre dignaretur. Episcopus autem ait, injuria Parochum de Dominicis conqueri „ exageratum fuisse re-
„ dituum Parœciæ modum. Quin potius extenuatum
„ agnovi: meam quippe relationem cum altera con-
„ ferens, quæ tum forte in manibus versata non fue-
„ rat, a decessore meo Nicolao Bruschio anno 1802.
„ isthuc transmissa, protinus intellexi, me quidem
„ longe infra eum constituisse modum, quem Paro-
„ chiæ reditibus decessor meus constituerat. Is enim
„ reditus certos et incertos Parœciæ designavit ad an-
„ nua scutata 448. In supputandis autem oneribus,
„ quæ ferre Parochus cogitur, primum numeravit
„ scutata duodecim, quæ Parochi quotannis conferre
„ in sarta tecta Ecclesiæ consuevissent; quam tamen
„ consuetudinem a Parocho de Dominicis numquam
„ fuisse observatam accepi; tum in stipendia Coad-
„ jutorum idem Episcopus designavit scutata duo su-
„ pra septuaginta; quæ tamen ex eo quod nunc sol-
„ vitur, viginti circiter scutatis minuenda esse Paro-

chus

„ chus de Dominicis non diffitetur. Nihil est ergo, „ cur Parochus de me conqueratur, qui minorem „ eo, quem decessor meus designaverat, Parochialis „ præbendæ fructum proposuerim, proindeque a sententia apud EE. VV. explicata decedendum mihi „ non esse arbitror. „

„ Si EE. VV. æquum videatur, pecuniam a Parocho in „ fabricæ opus conferendam redigere ad annua dumtaxat scutata quadraginta, præcavere oportet, ut „ hoc imminutionis beneficium soli Parocho de Dominicis ob causas huic tantum proprias tributum „ intelligatur, neque ad successorem in Parochia pertineat, a quo tantum conferri oporteat, quantum „ decreto EE. VV. die 22. Julii anni 1826. constitutum fuit. „

„ Quod ad Capellanias pertinet juripatronatus obnoxias, „ viderentur eæ quidem ad symbolam conferendum „ judicio S. Congregationis adstrictæ, quippe quo judicio exceptæ solum cernantur Capellaniæ extra Ecclesiam erectæ. Sed eos tamen, qui Capellanias possiderent jurepatronatus devinctas, haud unam omnes, eamdemque secutos rationem reperi; nonnullos videlicet aliquo tempore decreto paruisse, ab aliis „ vero nihil unquam fuisse collatum, quod nempe „ crederent expectandum esse, dum fabricæ corpus „ absolveretur: tum vero urgendos patronos, ut suum „ quisque Sacellum ad Capellaniæ usum componeret. „ Quam ergo controversam rem superiore mea relatione EE. VV. exposui, professus nolle me iis de Capellaniis judicium S. Congregationis prævenire.

„ Tandem mihi esset animadvertendum de summa pecuniæ a Parocho de Dominicis debitæ, sed ejus „ dijudicatio quasdam habere mihi visa est difficultates, quæ expediri facile nequeunt. „

Cetera Emi Patres haurire dignabuntur ex folio diei 17. Junii 1826., ubi quæ ad factum et jus pertinent, fuse expenduntur.

Dubium

An sit standum vel recedendum a decisis in casu etc.

Die

Die Sabbati 22. Novembris 1828. in Palatio Apostolico Vaticano erit Sacra Congregatio Concilii, in qua præter alia proponentur infrascripta Dubia, juxta morem ejusdem Sacræ Congregationis de jure resolvenda.

FIRMANA DISPENSATIONIS.

Sess. 22. cap. 3. de reform.

Dubia

I. *An et in qua summa Albertus Cristiani teneatur solvere pensionem familiæ Stephani Cristiani in casu etc.*

II *An et quomodo stet annuendum precibus Alberti Cristiani in casu etc.*

Et quatenus negative.

III. *An cum vacaverit Beneficium sit danda canonica institutio Clerico Seraphino Cristiani in casu etc.*

Ad I. Negative.
Ad II. Negative.
Ad III. Providebitur cum vacaverit.

FERENTINA REÆDIFICATIONIS

Sess. 25. cap. 7. de reform.

Dubium

An sit standum vel recedendum a decisis in casu etc.

In decisis die 25. Maji 1805., et 22. Julii 1826. juxta modum, nempe annua scutata sexaginta durante vita tantum Perochi de Dominicis reducenda esse ad annua scutata quadraginta incipiendo ab anno 1826., et teneri ad reædificationem Capellarum jurispatronatus Capellanos, quatenus reditus sufficiant, sin minus Patronos.

BRI-

Sess. 21. cap. 3., et Sess. 22. cap. 3. de reform.

BRICTINORIEN. PRÆBENDARUM, ET SERVITII CHORI. Plures adversus decretum ab hodierno Brictinoriensi Episcopo die 8. Decembris 1822. pro instaurando, et gubernando Cathedralis Ecclesiæ Capitulo editum excitarunt querelas nonnulli Canonici, easque ad hanc Sacram Congregationem detulerunt. Rei seriem, memoratasque controversias narrat, ac expendit elucubratissimum Votum Emi, et R.mi Cardinalis Falzacappa, cujus sapientiæ ablegatæ fuere Canonicorum preces, ut animi sui sententiam pandere dignaretur. Quid sit decernendum, ex eodem Voto, quod una cum Decreto Episcopi integrum exscribo, dignoscent Emi Patres.

„ Capitulum Cathedrale Brictinoriensis Ecclesiæ tredecim Canonici constituebant, quorum novem præbendis, ac distributionibus fruebantur, reliqui vero quatuor Parœciis addicti distributiones tantum lucrabantur. Anno 1797. divinis humanisque rebus perturbatis Canonici bonis omnibus fuerunt expoliati. Præbendatis pensionem scut. 114. 28. Invasores constituerunt, nihil Parochis tribuentes. Uni tantum ex his scut. 85. 71. in augmentum congruæ assignarunt.

„ Sed pace tandem Ecclesiæ restituta, cum anno 1817. novus Episcopus inauguratus est ille, qui et hodie Brictinoriensem moderatur Cathedram, de restituendo Capitulo, in quo tunc temporis quinque tantum superextabant Canonici, serio est cogitatum. Canonicus Parochus ille, qui congruæ augmentum obtinuerat vitam cum morte interea commutavit, augmentumque a Parœciæ bonis divisum, quæ jam meliorita, congruam sustentationem Rectori tribuebant, Capitulum, instante Episcopo, a Dataria est consequutum, sextusque Canonicus hoc modo restitutus. Facta etiam est anno 1818. a publico Ærario favore Capituli dotatio, constituta certa fundorum quantitate, quam accepto habere renuit Capitulum. Hinc Episcopus novam dotationem obtinuit ex rescripto sa. me. Pii VII. sub datum dici 19. Septembris 1822., quæ dotatio annuam summam constituebat scut. 1220. Nimirum

„ Bo-

Bona in antecessum concessa, assignata sunt pro summa scut. ——— ₰ 600 —

Summa prius addicta Parocho, ac postmodum ut diximus Capitulo assignata ——— ₰ 85 71

Necnon Beneficium S. Columbani Capitulo unitum ——— ₰ 174 —

Ac annuum subsidium ab Ærario solvendum ——— ₰ 360 29

——— ₰ 1220 —

Dotationis distributio, eodem rescripto assignata est Præposito ——— ₰ 150 —

Canonico Theologo ——— ₰ 125 —

Canonico Pœnitentiario ——— ₰ 125 —

Sex Canonicis ——— ₰ 600 —

Quatuor Mansionariis ——— ₰ 120 —

Fabricæ Ecclesiæ, et Sacristiæ ——— ₰ 100 —

Total. ——— ₰ 1220 —

Post hæc prosequitur Pontificium rescriptum = *Abbiamo creduto inoltre, che salve le altre risorse, che già abbia la Fabbrica, e la Sagrestia, o che possa avere, debba in dotazione comprendersi un assegno sussidiario di scudi cento, ed altra egual somma di scudi cento, od anche cento venti ad arbitrio di Monsig. Vescovo, debba prelevarsi dalle Decime, e debba a queste due somme aggiungersi il di più, che possa ricavarsi dai beni già consegnati al Capitolo, quali calcolati nella cessione per l'annua rendita di quasi scudi novecento, si considerano ora a vantaggio del Capitolo per soli scudi seicento. Abbiamo creduto infine, che col ritratto delle Decime, prelevata la somma da assegnarsi come sopra, debba formarsi la massa delle distribuzioni quotidiane, e sù tal proposito conferiamo le opportune facoltà allo stesso Monsig. Vescovo di diminuire, se lo crede proficuo, le prebende canonicali di dieci scudi per ciascheduna, onde così rendere più pingue la massa istessa . . . per qualunque motivo la rendita contemplata venisse a risentire minorazione, il risultato dovrà proporzionatamente diminuire i respettivi assegnamenti* „.

„ Animadvertendum vero, subsidium ab Ærario repræsentandum esse donec ob vacationem Sedis Archiepiscopalis Ravennatensis Ecclesiæ, Capitulum annuatim consequi posset scut. 500. perpetuæ pensionis, quo in casu scutata 140., quæ præstationem ab Ærario solutam exæquarent = *debbano applicarsi al Capi-*
„ *tolo, Fabbrica, e Sagrestia per quelle rispettive*
„ *quote, che Monsignor Vescovo di Bertinoro nel suo*
„ *prudente arbitrio stimerà convenienti* „.

„ Hæc vero pensio ad scutata 600. adaucta est, cum Beneficium S. Columbani favore Foropompiliensis Ecclesiæ summa scut. 100. annuatim fuisset oneratum.

„ Tunc Brictinoriensis Episcopus aliis etiam auctus facultatibus, quas vivo vocis oraculo obtinuisse testatur, rem omnem moderaturus, die 8. Decemb. 1822. decretum edidit, quod cum ad Sac. hanc Congregationem transmisisset die 8. Januarii 1823., responsum accepit = Episcopus ordinariis facultatibus statuat, gerat, atque decernat quidquid pro suo arbitrio, et conscientia sibi magis in Domino expedire judicaverit.

„ Canonici interea adversus decretum conquesti sunt cum Episcopo, qui illud est emendatus die 29. Decembris 1822. Res per aliquod tempus siluerunt, sed postea aliqui ex Canonicis, assumpto Capituli nomine, supplicem libellum adversus Episcopum SSmo D N. Papæ Leoni XII. porrexerunt postulantes præ cæteris, ausu quidem non laudabili = *di cassare, ed*
„ *annullare il ripetuto Decreto, e statuto in tutte le*
„ *sue parti* „.

„ Facilioris studii gratia integrum decreti tenorem in calce referendum duxi, cumque illud sit divisum in varios titulos, de singulis ex ordine agam, sed prius notandum in jure est quod Sacrosancta Synodus Tridentina *Sess. 21. cap. 8. de Reformat.* statuit = *Quæcumque in Diœcesi ad Dei cultum spectant, ab Ordinario diligenter curari, atque iis ubi oportet provideri æquum est* = poterat igitur, imo debebat Brictinoriensis Episcopus decretum evulgare, quo et Capitulum ad vitam revocaret, certisque legibus rem sacram constitueret, debitamque obedientiam Pontificiis rescriptis præberet. Quæstio itaque tota in peculiari

liari articulorum examine versatur, an scilicet Episcopus in aliquo a sacrorum Canonum regula aberrando, Canonicis injuriam irrogaverit.

Sit igitur primum de Titulo qui inscribitur

Disposizioni Generali

„ Hic titulus quatuordecim complectitur capita. Aliquid adnotandum videtur super III., V., et VI., quæ chorale servitium respiciunt. Sacrosancta Tridentina Synodus decrevit *Sess. 22. cap. 3. de Reformat.*, Episcopos etiam tamquam Apostolicæ Sedis Delegatos formam choralis servitii posse statuere = ex fructibus, et proventibus quibuscumque omnium Dignitatum, Personatuum, et Officiorum in Ecclesiis Cathedralibus, vel Collegiatis existentium, tertiam partem in distributiones eorum arbitrio assignandas dividere possint, ut scilicet qui eas obtinent, si personaliter competens ibi servitium juxta formam ab eisdem Episcopis præscribendam quolibet die statuto non impleverint, illius diei distributionem amittant.

„ Si igitur forma servitii ab Episcopo est præscribendi, et de horario disponat oportet, cui consonat et Clementina I. *de Celeb. Missar.*, quam exornat Monacellius *Part. 1. Tit. V. num. 31.* „ Cura erit Episcopi Visitatoris recognoscere Tabellam horariam, et quatenus non adesset, aut inordinatam inveniat, illam „ præfinire, seu reformare non negligat „.

„ Recte igitur sese gessit Episcopus, suumque adimplevit munus dum Capite III. horarium pro absolvendis divinis Officiis constituit. Verum, ut docte monet Benedictus XIV. *de Synodo lib. 4. cap. 2.* facile eluderentur laudabiles constitutiones, nisi in singulis Cathedralibus, et Collegiatis ii constituti essent, qui olim Obedientiales, nunc vero Punctatores nuncupantur, quique saltem duo fideliter, ac remota qualibet suspicione fraudis, notare curent quotquot singulis diebus a choro, sacrisque functionibus se subducunt. Hæc autem addit doctissimus Pontifex „ Ex his duobus deputandum unum a Capitulo, alterum ab Epi„ scopo decrevit S. Carolus Borromæus . . . . quibus „ vestigiis laudabiliter, et sancte plures alii Episcopi

„ hæserunt. Atque universim loquendo electos in Punctatores, priusquam officium assumant, esse jure-„ jurando obstringendos ad illud fideliter obeundum „ edixit Sac. Congregatio Concilii in Maceraten. Visitationis S. Liminum 26. Aprilis 1664. . . . Cumque „ postea dubitatum fuisset coram quo prædictum juramentum præstandum esset, Sac. Congregatio præ-„ standum censuit coram illo, a quo Punctator fuis-„ set electus „.

„ Laudandus igitur Episcopus, qui in capite VI. præscripsit electionem duorum Punctatorum. Sed cum etiam præscripserit, ut ambo coram se jusjurandum de fideliter punctando emitterent, rem ita conciliandam putarem, ut juxta methodum a S. Carolo statutam, et a Benedicto XIV. laudatam, ex duobus Punctatoribus, unus ab Episcopo, alter a Capitulo eligeretur, qui coram Deputante juramentum præstarent.

„ Nulla movetur quæstio, nec certe moveri posset quoad capit. XII., de electione novi Administratoris seu Camerarii, et capit. XIII. quo præcedens Administrator ad reddendam rationem vocatur, ut superextantes reditus in Ecclesiæ commodum, ad formam Rescripti Sanctissimi erogentur, proviso interim indemnitati Canonicorum, si adhuc titulo pensionum Creditores forent per caput IX. quod jam ipsis Canonicis annuentibus est exequutum.

„ At vero dum sequenti capite X. superextantes reditus ad formam Pontificii Rescripti reserventur erogandi arbitrio Episcopi pro necessitate Ecclesiæ, et dum inter hos reditus recte adnumerentur Præbendæ Theologalis, Pœnitentiaria, et novorum Canonicorum usque dum fuissent impletæ, erratum tamen est, cum sub eadem reservatione complexæ sunt distributiones quæ ad vacantes Præbendatos spectare debuissent. Id vidit idem Episcopus pro sua æquitate, et sapientia. Hinc reclamantibus Canonicis rem ita composuit, edito additionali decreto in hæc verba.

„ Le distribuzioni, che potrebbero lucrare i Ca-„ nonici da rimpiazzarsi sinchè non saranno eletti, „ ed istallati nei primi mesi del prossimo anno 1823., „ anderanno a vantaggio degl' Interessenti, e si con-

si-

„ sidereranno quelli come veramente assenti, sebbe-
„ ne il S. Padre ci abbia facultizati ad erogarle in
„ vantaggio della Chiesa „

„ Et recte quidem; nam Tridentina Synodus *Sess. 21. cap. 3. de Reformat.* statuit, distributiones esse dividendas inter præsentes tamquam in mercedem, et honorarium majoris diligentiæ. Hinc sequitur, ut præsentes si non inveniunt alios, qui secum concurrant, jure adcrescendi, soli utantur distributionibus in totum ad *Leg. 1. §. fin. de Usufructu adcrescendo*, *et §. 8. Si eadem res Inst. de Legatis.*

„ Post hæc sequuntur capita XI. et XII. super quibus nulla a canonicis excitatur quæstio, cumque omnia in iis prudenti methodo constituta dignoscantur, nihil ex officio superaddendum censeo. Non ita tamen sese res habet quoad postrema capita hujus tituli, nimirum capit. XIII. de assignamento pro Sacrario, et Fabrica, et cap. XIV. de ultima missa in diebus festivis. De utroque capite conquesti sunt qui nomine Capituli tot excitarunt turbas. Quoad primum eo processit eorum animus, ut non dubitaverint excessivum conclamare assignamentum pro Sacrario, et Fabrica in annuis scutis tercentum, quæ postea ob verificationem omnium redituum aucta fuerunt ad scut. 400., quasi Episcopus reditus auxisset, ut onus manutentionis Ecclesiæ, quod ipsi partialiter incumbit, abdicaret. Verum re pacato animo inspecta, nec in facto, nec in jure fundata erat hæc querimonia sive Canonicorum, sive potius Procuratoris, qui tunc temporis eorum abutebatur nomine. Jam ab anno 1823. cum Episcopus sæpe laudatum Rescriptum die 21. Februarii obtinuit, Summo Pontifici protestatus est, se petitis gratiis minime usurum „ a proprio vantaggio, nè della mensa Vescovile, „ che si riconosce obbligata come per consuetudine, „ o antica convenzione di mantenere del proprio la „ navata di mezzo della sua Cattedrale „ quam ipsam protestationem amplissime etiam confirmat in sua informatione.

„ Nec datae facultatis limites Episcopus excessit. Expresse in Rescripto diei 19. Septembris 1822. Fabricae, et Sacristiae scuta 220. concessa sunt, quibus

ad.

addendus erat excessus proveniens ex nova dotatione fundorum, quorum reditus supputati erant in annua scuta 600. tantum, licet in veteri dotatione ad annua scuta 900. evecherentur. Porro hic excessus annua circiter scutata centum attingit. Poterat etiam Episcopus ex Pontificio Rescripto pro sui arbitrio partem scut. 140. ex Ravennatensi pensione Sacrario, et Fabricae addicere. Probandum igitur, non moderandum hoc caput mihi videtur.

„ Altero capite XIV. statuit Episcopus = *Che la messa* „ *ultima delle feste sia celebrata per turno dai Di-* „ *gnitarj, e Canonici Capitolari, compresi i Parochi* „ *senza l' obbligo dell' applicazione* = ut ita ab hac expensa liberaretur Sacrarium, excepto Archipresbytero, qui parochialem missam pro populo celebrare tenetur. Novum onus refugiunt Canonici, cum et antiqui reditus nova dotatione sint forsitan imminuti, satis superque onerati censeantur ex quotidiana applicatione Missæ Conventualis, ad quam tenentur ex Constitutione = *Cum semper oblatas* Benedicti XIV. pro Benefactoribus in genere illius Ecclesiæ, cujus servitio addicti sunt. Re quidem vera agitur de novo onere Capitularibus imponendo, unde videtur non immerito ab eo suscipiendo detrectare Canonicos. At onus idem perleve est, tum quia celebratio facienda est per turnum ab omnibus, qui sunt numero undecim, in diebus tantum festivis, ac sine applicatione. Videant etiam EE. PP. an expediat expensam pro ultima Missa iterum Sacrario imponere, quia si reditus non sufficiant, augendum erit assignamentum ex Massa Capitulari, atque ita majori onere gravati evadent Capitulares.

Sequitur Titulus inscriptus = Distribuzioni =

„ Hic Titulus sex complectitur capita, nimirum a num. XV. usque ad XX., quibus addenda sunt duo alia sub num. 1. et 2. in decreto additionali. Respicit primum caput assignationem scut. 480. pro distributionibus; reliqua vero modum partiendi inter Canonicos, et Beneficiatos hasce distributiones. Contra summam annuam scut. 480. in hanc causam ab

Epi-

Episcopo adsignatum, non levem excitarunt turbam, qui contra ejus decreta insurrexerunt. Sed melius de hac quæstione redibit sermo, cum agendum erit de Titulo = Prebende = Quo vero ad methodum ab Episcopo statutam pro lucrandis diurnis emolumentis, nulla movetur difficultas, nec certe, salvis Canonici Juris sanctionibus, moveri potest

„ Etenim Sacrosancta Synodus Tridentina *Sess.* 21. *cap.* 3. *de Reform.* cum Episcopus tribuit facultatem ex Prebendarum detractione emolumenta pro distributionibus efformandis, subjungit = quæ inter Dignitates obtinentes, et ceteros divinis interessentes proportionabiliter juxta divisionem ab Episcopo etiam tamquàm Apostolicæ Sedis Delegato in ipsa prima fructuum deductione faciendam dividantur = Jure igitur suo usus est Episcopus, dum methodum peragendi divisiones constituit, ipsamque confirmandam, adjecta tantum declaratione, ut sententiæ cujuslibet diei, inter præsentes illa die dividantur.

Titulus, qui sequitur inscriptus = Mansionarj =

„ Duo tantum exhibet capita de distributionibus, de quibus eadem redeunt, quæ præcedenti titulo animadvertenda censui.

Agitur in sequenti titulo = Beneficiati =

„ De duobus Beneficiatis cantoribus, qui ad servitium chori tenentur in officiis tantum, quæ cum canta celebrantur, atque hos etiam Episcopus mulctandos punctatura decrevit, facta iisdem facultate supplendi per alium, qui sit extra gremium capituli, et accedente consensu ejusdem Capituli.

„ Cum Tridentina Synodus loco superius citato facultatem dederit Episcopis separandi tertiam partem fructuum in quotidianas distributiones eroganda; idque actum sit, ut ait Reinfestuel Lib. 3. Tit. 14. de clericis non resident. in odium absentiæ, recte Episcopus Brictinoriensis sese gessisse videtur, si etiam pro Beneficiatis cantoribus talentias constituit, quæ ad tramites S. Concilii erant erogandæ.

„ Quod vero possint, consentiente Capitulo, per alios extra Capituli gremium servitium præstare a Canonicis non impugnatur: Ea igitur Beneficiorum natura censenda est, quæ servitium diebus solemnibus tantum requirat, et per alium possit adimpleri.

Agendum nunc est de titulo, cui nomen Puntature

„ Quæ strictim de Punctaturis decrevit Episcopus sub hoc titulo apprime respondent tum decretis S. hujus Congregationis, tum etiam alterius SS. Rituum, tum denique laudabili praxi in omnibus Cathedralibus, ac Collegiatis servata. Ea igitur laudanda, ac probanda videntur. Duo tamen in eodem titulo occurrunt, quæ ad punctaturas non spectant, et super quibus aliquid adnotandum censeo.

„ Primum est cum Episcopus sub num. 4. jubet in hæc verba = *volendo, che i Mansionarj indossino l'* „ *Almuzia, che da più anni hanno abbandonata, e* „ *permettendo altresì, che usino il medesimo segno i* „ *Beneficiati, ed ambi i maestri di ceremonie, come* „ *si usa in alcune Cattedrali* = Certe si Mansionarii alias legitime donati sunt privilegio utendi in choralibus functionibus Almutia, eamque proprio marte deseruerunt, recte sese gessit Episcopus dum illos ad propria insignia resumenda coegit. At non idem dici potest de Beneficiatis, ac cæremoniarum magistris, qui nunquam hoc privilegio fruiti sunt, cujus concessio excedit ordinarias Episcopi facultates.

„ Notum quippe est, Episcopum insignia Beneficiatis concedere non posse, quæ ab Apostolica Sede sunt concedenda, uti S. R. C. jam ab anno 1604. in Cluen. declaravit = Nec Canonici, nec alii cappam deferre possint sine expressa, et speciali licentia Sedis Apostolicæ = et hoc potissimum advertendum est, Beneficiatos in casu Mansionariis esse inferiores, quibus officium potius incumbit, cui et per alium satisfacere valent.

„ Cæremoniarum magistri peculiarem habitum designatum habent in cæremoniali Episcoporum Lib. 1. Cap. V. num. 4. = Eorum habitus sit honestus, et „ Clericalis, ipsaque vestis inferior, ubi commo-

„ de

„ de fieri possit, coloris violacei, supra quam diu „ Officia divina celebrantur coram Sanctissimo in- „ duent. =

„ Quæ cum ita sint, aut superius relata verba ab Episcopali decreto sunt expungenda, aut saltem suspendenda, donec peculiare Apostolicum Indultum consequatur.

„ Alterum pariter animadversione dignum videtur, de quo loquitur Episcopus, dum Ecclesiasticos, ac præsertim addictos servitio Cathedralis jubet talari veste indutos esse, inflicta contra inobedientes pœna suspensionis *ipso facto* incurrendæ. Summa quidem laude prosequenda est jussio talaris vestis, ut enim ait Benedictus XIV. de Synodo Lib. XI. Cap. 8. „ „ Qui nolet se sacrorum Canonum prorsus imperi- „ tum ostendere, fateri cogitur nullam aliam nisi „ talarem esse vestem Clericorum propriam, eorum- „ que statui maxime convenientem „ Quare ipse prosequitur num. IV. „ Sacrorum Canonum vigorem „ non augent, sed emolliunt synodales constitutio- „ nes, quæ obligationem deferendi vestem talarem „ a pluribus Conciliis generatim impositam omnibus „ Clericis, ad solos limitant Clericos majorum ordi- „ num, aut Ecclesiasticum Beneficium possidentes: „ et majori adhuc indulgentia lenitum reputari de- „ bet Episcopale Edictum, solos compellens Sacer- „ dotes, ad eam saltem induendam cum Ecclesiam „ ingrediuntur sacris operaturi, cujusmodi illud est, „ quod a nobis promulgatum fuit in nostra Diœcesi „ Bononiensi, de quo plura in nostra Inst. 34. et Inst. 71. „

„ At vero dubitari potest, an semper expediat, Episcopum transgressiones ipsas censurarum gladio *latæ sententiæ* vindicare. Omnes conveniunt, censuras latæ sententiæ pro culpa gravi tantum infligendas, conveniunt pariter ipsis uti posse ad cohibendam culpam, quæ in se spectata levis est, si ob adjunctas circumstantias fiat gravis = *ex quibus conficitur*, concludit Auctor laudatus Lib. 10. Cap. 3. num. IV. impossibile esse ut Episcopis certa præscribatur norma, ad quam tuto, et sine offendiculo conformare se queant in decernendis censuris latæ sententiæ, cum

res pendeant a rerum, locorum, et temporum conditionibus, quas perpendere ad ipsorum prudentiam pertinet. Neque ex eo quod nos sciamus aliquam censuram ab aliquo Episcopo latam etiam clero contradicente, ratam habitam a S. Congregatione Concilii, inferre possumus, eamdem si alibi feratur ratam pariter habendam: Scimus enim, S. Congregationem sustinuisse Edictum quondam editum ab Episcopo Comensi, quo sub pœna suspensionis ipso facto incurrenda prohibebatur clericis in Sacris constitutis ingressus in Ecclesiam sine veste nigra oblonga, quam talarem vocant; uti habetur Lib. 43. Decret. pag. 123. sed simul Lib. 56. pag. 288. adnotatum legimus, eamdem S. Congregationem e simili Edicto promulgato ab Episcopo Rubensi expungi jussisse pœnam censurarum, earumque loco subrogandam pœnam solutionis quinque librarum ceræ albæ, et solum in subsidium adjiciendas censuras, ferendæ tamen, non vero latæ sententiæ, quia nimirum in Diœcesi Rubensi usus vestis brevioris non adeo apud Ecclesiasticos invaluerat, sicut in Diœcesi Comensi, in qua, uti Episcopus S. Congregationi significaverat, usus vestis talaris, quam propriam esse Ecclesiasticorum infra dicemus, omnibus fere obsoleverat non sine populi admiratione, et scandalo.

„ Moribus hodiernis, non iisdem circumstantiis Comensis Episcopi versari probe nostis EE PP. ac laudatæ Benedicti XIV. ordinationes suadent, quibus censuræ *latæ sententiæ* inflictæ non sunt, sed tantum minitatæ inveniuntur.

„ Quapropter mitius agendum esse censerem, ideoque putarem ex Episcopi decreto expungendas Censuras latæ sententiæ, ipsamque pœnam pecuniariam scutorum decem ad scutum unum reducendam, eamque irrogandam non solum iis, qui Cathedralis servitio mancipantur, sed et ceteris Presbyteris in Civitate degentibus, prout in Decreto declaratur; ad Censuras vero ferendæ sententiæ tunc tantum deveniendum, cum alia remedia non suppetant.

„ Huic titulo *de Punctaturis* aliquid addendum censuit Episcopus in supplementari decreto sub num. 3., ubi declaravit, qui ex Choralibus a servitio legitime exemp-

pti

pti censendi essent. Nihil quidem dubii excitari potest de Canonico Theologali pro ea die, in qua lectiones de S. Scriptura habet, de Pœnitentiario, dum Christi Fidelium audit Confessiones, et de Archipresbytero, qui parochiali munere gravatur. Innumera siquidem sunt hujus S. Congregationis decreta, quæ illos respectivi muneris intuitu a Chorali servitio exemptos declarant.

„ Non tamen ita generaliter accipienda sunt verba ejusdem Decreti additionalis, quibus a servitio exonerantur = Quei Canonici, che sono occupati in ser-
„ vigio attuale del Vescovo, purchè non siano più
„ di due = Etenim Cap. De cetero 7. et Cap. Audientia 15. de Clericis non resident. quæ in eodem Decreto citantur, de fructibus Præbendarum loquuntur, non vero de distributionibus. Quin imo S. hæc Congregatio in Sorana 22. Aprilis 1679. = censuit
„ dandam esse declarationem alias editam tenoris se-
„ quentis: S.Congr. censuit, unum, vel duos Canoni-
„ cos Episcopo inservientes juxta privilegium ad favorem Episcoporum in Cap. De cetero de Cleric. non residen. lucrari præbendam suorum Canonicatuum, non tamen distributiones quotidianas. Si
„ vero reditus omnes ipsis distributionibus constent,
„ duas tantum ex illarum tribus partibus lucrari =
„ Extant tamen casus, quibus Canonici Episcopo inservientes distributiones lucrantur, si ex gr. ipsum in Visitatione Liminum comitarent, si pontificaliter celebranti assisterent, ac sic de aliis, quos longum esset, ac extraneum recensere. Videtur igitur, articulum hunc, cui consonat aliud de Canonicis Convisitatoribus, qui suæ præbendæ fructus, non vero quotidianas distributiones percipiunt, aut expungendum esse, aut illi superaddenda erit declaratio, ut exemptio intelligenda sit juxta Sacræ hujus Congregationis decreta, nisi Emis Patribus satis consultum videatur per postrema hujus additionalis Decreti verba. „ In tutti i detti casi, ed in quelli altri voluti
„ dalle canoniche leggi, e generalmente, o particolarmente adottati per particolari decisioni delle S. Con-
„ gregazioni supreme lucreranno gli assenti Canonici
„ le distribuzioni.

Sequitur Titulus = Vacanze =

„ Quæ sub hoc titulo sancivit Episcopus tum SS. Tridentini sanctionibus, tum praxi S. Congregationis apprime respondent; licet enim Tridentini Patres trium mensium vacationem expresse non concesserant Canonicis, et Beneficiatis, attamen id indirecte indulserunt, dum coangustarunt majoris temporis spatium a statutis, et consuetudine elargitum, *salvis earum Ecclesiarum constitutionibus, quæ longius servitii tempus requirunt.* Si igitur hæc ita sunt, uti esse nemo ibit inficias, ea consuetudini, cujus est leges abrogare, vis est tribuenda, ut abessendi facultatem ad trium mensium protrahat mensuram. Quin negotium facessit quod prædecessor Episcopus Columbani synodali lege vacationem ad duos tantum menses cohibuerit, quia potest ejus successor actualis Episcopus hanc legem ordinaria auctoritate revocare, ut docet Benedictus XIV. de Synodo Diœcesana Cap. V. num. 7. Summam vero redolet prudentiam, quod dum Episcopus facultatem dedit Choralibus abessendi a servitio per dies etiam non continuos, sed interpolatos ad formam decreti S. Congregationis in Mutinen. anni 1573., cavet tamen ne in singulos dies adeo inservientium Choro imminueretur numerus, ut divinus cultus jacturam cum populi admiratione pateretur. Quod quidem consonum est praxi S. hujus Congregationis, quæ in simili cap. sub die 12. julii 1621. in Auximana rescripsit = Censuit S. Congregatio, Eminentissimum Episcopum facere debere decretum, ut in Collegiatis Ecclesiis suæ Diœcesis, quæ vigore Concilii Tridentini gaudent vacatione trium mensium, Canonicos abesse non posse ultra tertiam partem uno et eodem tempore, et hujusmodi vacationem contingere non debere tempore Quadragesimæ, et Adventus, neque in amplioribus anni Festivitatibus.

Postremus Titulus inscribitur = Prebende =

„ Decreta, quæ sub hoc titulo edidit Episcopus eo tempore, quo nondum integra dos a S. M. Pii VII. constituta favore Capituli coaluerat, ita concinnare oportuit, ut plures eventuales casus complecteretur. Verum cum hodie omnes verificatæ sint conditiones, a quibus pars dotationis pendebat, res omnis simpli-

plicius ac certius definiri potest. Contra divisionem dotationis adversus Episcopum aliqui ex Canonicis statim surrexerunt, et hæc vera, et forsan unica discordiae causa fuit. Ut vos EE. PP. facilius judicium ferre possitis ad litteram exscribo statum activum, et passivum ab Episcopo novissime transmissum, post quam per vacationem Mensæ Ravennatis factus est locus pensioni annuæ super eadem mensa scutorum sexcentum. Ita eam refert Episcopus.

DOTAZIONE COMPLETA

Dotazione completa al 1826.

Beni rustici a stima di compra, e vendita, che si riceverebbero dallo stesso Perito per ₰ 540 . .	₰	513 —	
Simili non peranche stimati a detto del Perito	₰	25 —	1973 71
Frutto di Capitali, di Terreni venduti, Censi, Livelli, e Bestiami a detto de' due Canonici Juniori .	₰	450 —	
Decima	₰	300 —	
Pensioni di Ravenna, e Bassano	₰	685 71	

LE PASSIVITA' SONO LE SEGUENTI

Mantenimento di Fabbrica, Sagrestia, spese di Culto in luogo delle soppresse Compagnie in Duomo, Onorarj, e paghe agl' Inservienti, annui	₰	400 —	
Provisione a quattro Mansionarj .	₰	120 —	
Distribuzioni per 12. Capitolari .	₰	480 —	
Al Prevosto	₰	144 85	
Al Teologo	₰	119 85	1973 65
Al Penitenziere.	₰	119 85	
Agli altri sei Canonici semplici in ragione di ₰ 94 85 per uno . .	₰	569 10	
Spesa per la Chiesa, e Festa di S. Colombano	₰	10 —	
Spese di Amministrazione, e Camerlengato	₰	10 —	

„ In

„ In eo itaque toti erant pauci ex Canonicis, qui contra divisionem Dotationis insurrexerunt, et magis qui illos in Urbe procuratorio nomine inflammabat, ut Episcopo succenserent, quasi facultatibus sibi tributis minus æquo usus fuerit, dum nimium tribuebat Sacrario, et Distributionibus, nimium e contra Præbendas attenuabat. At re mature perpensa nihil erat, de quo conqueri possent Præbendati. Iam vero assignatio Scut. 400 pro manutentione Fabricæ, pro Sacrario, et expensis cultus non solum ex ipso Pontificio Rescripto provenit, sed ex necessitate supplendi ex communi reditu, cum agatur de oneribus, quæ velint, nolint Præbendatis incumbit. Nec certe deceret Ecclesiasticos Viros, quod vel Templum Dei negligerent, vel Sacrarium sine supellectili relinquerent, ut ampliori Præbenda fruerentur.

„ Ita pariter rectissime constituta est annua summa scut. 480. pro distributionibus. Ducto enim calculo Præbendarum, ac distributionum exurgit annua summa scut. 1433. 65. Si ergo ab hac summa Episcopus segregavit annua Scuta 480. tertiam tantum partem segregavit, ut jubet S. Concilium Tridentinum, quodque ipse præscribere poterat ex sola Ordinaria auctoritate, eoque magis peculiaribus facultatibus, quibus a Pontifice fuerat auctus.

„ Nec minus recte videtur asseruisse nimium attenuatas fuisse præbendas, quæ in annuis scutis 94. 85. sunt constitutæ. Jam vero in Rescripto SSmo, Episcopo data erat facultas eas reducendi ad annua scuta 90. Si vero hanc summam excessit Episcopus, clare patet arbitrium pro Canonicis, non contra ipsos eum interposuisse.

„ At quod maximum est, hæ ipsæ distributiones tertiam partem uniuscujusque Præbendæ constituunt, cumque inter duodecim divisæ singulis scuta 40 accrescant, sequitur, ut præbenda non annua scuta 94. 85. sed scuta 134 85 reddat quæ summa non solum congrua, sed ampla dici potest, quæ excedit reditum Præbendarum ante Collegiatæ eversionem

„ Hæc sunt EE. PP. quæ adnotanda censui quoad singula capita, tum primi, tum additionalis Decreti Episco-

scopi , ex quibus juxta tenuitatem ingenii mei, cla re patet omnia ab Episcopo recte, ac prudenter gesta, statutaque fuisse, ita ut nihil sit, quod scrupolosa emendatione indigeat. Hinc Illi laudus Episcopus cujus zelo, et doctrinæ debetur reviviscens cum tanto honore Brictinoriensis Ecclesia.

„ Sed et laudandum Capitulum, cujus maxima pars obsequii et obedientiæ Superiori suo specimen exhibuit, nec umquam contra illius Decreta reclamavit.

„ Inter tot supplices Libellos, quibus Procurator in Urbe, Capituli nomine, S. Congregationem fatigavit numerantur nonnullæ petitiones, quæ extraneæ sunt a præsenti quæstione, nimirum ut Vicarius Generalis licet sit Canonicus arceatur a quovis Conventu Capitulari; ut non liceat Episcopo Canonicos honorarios deputare. De his, et similibus videndum esset particulariter, quin modo ulla responsione honoranda sint.

„ Ita pariter quæsitum est, utrum magis expediret, ut omnes reditus a Canonico Camerario ita administrentur, ut adimpletis prius omnibus oneribus ad formam Decretorum Episcopi, reliquum inter Canonicos divideretur; seu potius cuilibet Canonico portio bonorum, ac redituum assignetur pro Præbenda singulariter administranda. Sed mihi videtur magis expediens, ut nunc adprobentur Decreta Episcopi juxta ea, quæ superius animadvertenda censui, si fuerint ab EE. VV. probata. Quod si postea temporis placuerit magis divisio Præbendarum, poterunt Canonici instare penes S. Congregationem, cujus muneris erit rem perpendere, summque proferre judicium, quin modo addendo quæstionibus diutius remoretur tam justa, tam prudens, tamque utilis Capituli instauratio.

„ Parcant EE. VV. si longius, quam voluissem earum tempora distinui, et si usque in hanc diem distuli earum oculis subjicere meam qualemcumque sententiam. Res erat de negocio undique implicato; novae in dies excitabantur quæstiones, nec semper ocium voluntati respondet.

„ Quicumque fuerit meus labor, majori EE. VV. sapientiæ libenter subjicio, dum eo, quo decet obsequio manus humillime deosculor.

DE-

DECRETO

DI RIPRISTINAZIONE, ORGANIZZAZIONE, E DOTAZIONE DEL CAPITOLO DELLA CATTEDRALE

DI

BERTINORO

Emanato sotto il dì 8. *Decembre* 1822., *e pubblicato il di* 15. *Decembre anno suddetto*

Da Monsig. Fr. FEDERICO BENCIVENNI

Per la Grazia di Dio, e della S. Sede Apostolica
Vescovo di BERTINORO

PRELIMINARI

In sequela delle più energiche rappresentanze umiliate da Noi personalmente al Trono del Santo Padre sulle deplorabili circostanze, in cui si è trovato fin quì dopo le lagrimose vicende de molti anni trascorsi il Nostro Capitolo della Cattedrale, ridotto quasi al nulla per la sola sopravvivenza di cinque Canonici superstiti dell'antico Capitolo, e di due Parrochi appartenenti al medesimo, e dietro i diversi progetti discussi, e concertati colla Tesoreria Sovrana, si è degnata la Santità di Nostro Signore di provvedere sufficientemente ai bisogni di questa Chiesa, e di stabilire per la sussistenza del Capitolo una congrua Dotazione perpetua, sebbene assai inferiore alle nostre dimande, come appresso.

Ferma rimanendo la Dotazione assegnata, o nuovamente concessa al medesimo dal S. Padre, e da Noi accettata per il Nostro Capitolo, come all'Istromento rogato dal Sig. Marchese Zappi sotto il dì 18. Settembre 1819. Dotazione, che dai Superstiti Canonici

non

non venne allora accettata in fatto per essersi riconosciuta inferiore di ₰ 300. al fruttato Annuo, che si presumeva ascendere a ₰ 900., i di cui fondi vennero poi accordati in Amministrazione ai suddetti superstiti Canonici dalla Tesoreria sotto il dì 22. Giugno Anno corrente per ricoprirsi de Crediti di Pensione arretrati fin dall'epoca suindicata, in cui si pretendeva averne essi accettata la reale consegna; venne questa finalmente dietro i nostri più accurati rilievi, e rimostranze ingenue sullo stato de fondi, e fruttato libero della medesima liquidata, e valutata per li soli ₰ 600. come da calcolo emesso dall' Officio della Tesoreria, che rimane presso di Noi custodito nella nostra Cancellaria, e che verrà in copia conforme conservato nell' Archivio della nostra Cattedrale unita alle Copie dei Sovrani Rescritti, e del presente Decreto in duplo originale emanato.

In supplemento pertanto di quanto rappresentammo occorrere alla completa dotazione sudetta supplicammo Sua Santità per ottenere in favore del Nostro Capitolo i Beni appartenenti al Beneficio di S. Colombano esistenti in questa Diocesi, ed eretto nella stessa Cattedrale attualmente posseduto dal Sacerdote Marco Catini di Cesena per disporne dopo la morte del medesimo, e la Clemenza della Santità Sua con grazioso Rescritto 21. Luglio Anno Caleare accordò la richiesta grazia colla Clausula *nunc pro tunc* segnata di Sua propria mano.

Calcolate le rendite di questo Beneficio, che secondo l'antico stato risultante da autentici documenti come da Bolla spedita sul medesimo fin dall' Anno 1789. dava di frutto libero ducati d'oro Num. 58. si è portata la sua rendita a ducati Cento di Camera pari a ₰ 174. Romani come dall' indicata specifica emessa dall'Offizio della Sovrana Tesoreria, e dal Rescritto emanato da S. S. per organo della Segretaria de Memoriali sotto il dì 19. Settembre 1822.

Si domandava da Noi la Somma di ₰ 1800. per N. 9. Canonici compreso il Prevosto, Teologo, e Penitenziere per 4. Mansionarj, per l'opera della Sagrestia e manutenzione di Fabbrica, e questi oltre la per-

cezzione della decima, che avevano in animo di destinare interamente alla Massa Capitolare per erogarla, in vantaggio delle Corali distribuzioni unitamente al sopravvanzo delli detti ₹ 1800. dopo aver somministrato gli assegnamenti rispettivi cioè

Al Prevosto.	₹	150. —
Al Teologo	₹	140. —
Al Penitenziere	₹	130. —
Ai Sei Canonici semplici ₹ 115. per cadauno	₹	690. —
Alli 4. Mansionarj a ragione di ₹ 30. per cadauno	₹	120. —
Alla Sagrestia e Fabbrica . .	₹	500. —
In tutto	₹	1730. —

Questa domanda sembrò troppo forte a S. E. Monsig. Tesoriere con cui dovevamo concertarci per ottenere l'intento ond' egli nel presentarne Supplica a nostro nome al S. Padre si limitò a chiedere soli ₹ 1420

Questa Supplica presentata al Trono SSmo dalla lodata E. Sua fu accolta benignamente come Noi stessi fummo accolti dalla stessa Santità Sua.

Ammettevamo Noi, che a quell' epoca il Capitolo poteva contare per sua Dote

Dal Beneficio di S. Colombano .	₹	174. —
Da Beni in antecedenza ceduti .	₹	600. —
Dalla Pensione Bassano	₹	84. 71
In tutto	₹	859. 71

Quindi si chiedeva dal Tesoriere per Noi un Assegnamento suppletorio in Scudi Annui . . . . . ₹ 560. 29

Per completare la domandata Annua rendita di . . . . . ₹ 1420. —

A questa domanda, e respettive rappresentanze con altro benigno Rescritto dato sotto lo stesso giorno del primo accennato, e segnato di propria mano dalla stessa Santità Sua si ottenne una pensione perpetua di ₹ 500. sulla Mensa Arcivescovile di Ravenna alla pri-

prima vacanza di quella Sede, ed intanto un provvisorio sussidio a carico della R. C. A. di ₹ 56c. 29. a condizione però che questo debba cessare all'epoca della assecuzione di detta perpetua Pensione alla prima vacanza della Sede di questa Metropoli.

Risulta da ciò, che non si ottenne l'intiero supplemento di Dotazione domandato da Monsig. Tesoriere ma in ₹ 60. 29. di meno, e ciò a contemplazione de' Beni in antecedenza ceduti, che sebbene calcolati nella suindicata specifica per la rendita di ₹ 600. dai Calcoli dell'Officio del Tesoriere risultava di una rendita molto maggiore.

Si degnò ben anche la Santità Sua per pura compiacenza de' nostri desiderj (mai però per istabilire sistema inalterabile, che lasciò interamente a Nostro arbitrio) di determinare, ed assegnare nello stesso Rescritto le respettive Prebende dignitarie, onorarie, e Canonicali unitamente alle distribuzioni corali per i medesimi, e per li Mansionarj, ed in fine un quoto per il mantenimento della Fabbrica, e Sagrestia per quel tempo in cui saranno conseguiti, e realizzati tutt' i rami della Sovrana concessione a favor del Capitolo nel tenore, che siegue cioè

Per il Prevosto	₹	150 —
Per il Teologo	₹	125 —
Per il Penitenziere . . .	₹	125 —
Per ciascheduno de 6. Canonici semplici a ₹ 100. . . .	₹	600 —
Per la Sagrestia	₹	220 —
Per i Mansionarj. . . .	₹	120 —
Totale .	₹	1340 —

Qual somma risulta abbondantemente da seguenti Capi di Dotazione ottenuta cioè

Da Beni in antecedenza ceduti .	₹	600 —
Dalla Pensione Bassano . .	₹	84 71
Dal Beneficio S. Colombano .	₹	174 —
Dalla Pensione di Ravenna .	₹	500 —
In tutto	₹	1358 71

Siccome però l' Assegnamento per la Sagrestia, e Fabbrica, che si domandava da noi in ₹ 500. non era fin qui destinato, che in ₹ 200., o al più ₹ 220., e rappresentando Noi esser troppo meschino il riferito assegno in vista dei pesi correspettivi vuole la stessa Santità Sua, che oltre la detta Annua Dotazione debba destinarsi a vantaggio della Fabbrica, e Sagrestia quel di più, che potrà ricavarsi dai beni già consegnati, oltre li ₹ 600., per qual somma vennero calcolati, sebbene venissero valutati di rendita maggiore. Ed inoltre come risulta dall' altro contemporaneo Rescritto vuole la stessa Santità sua (lasciandolo però a nostro arbitrio), che li ₹ 153. 71. che verranno ad accrescersi alle attuali rendite allorchè resterà vacante la ridetta mensa di Ravenna siano applicati in parte alla Fabbrica, e Sagrestia, ed in parte alla Massa delle Distribuzioni secondo ci sembrerà allora conveniente.

Fondamenti, e motivi del presente Decreto.

I. Considerando però in primo luogo, che attenendoci Noi attualmente, e letteralmente ai suindicati Rescritti, assegnando cioè fisse le annue Prebende Dignitarie, e Canonicali in queste precisate, troppo tenui risultarebbero le Distribuzioni Corali a quali hanno diritto l'Arciprete Parroco della Pieve, ora della Cattedrale, l' Arcidiacono Parroco di Provezza, ed il Canonico Parroco di Dorgagnano, giacchè dietro le più accurate misure, e calcoli fatti da Persone da Noi incaricate a tal uopo, e da Noi stessi riconosciuti, la distribuzione di ogni individuo componente il Capitolo *nello stato presente* non risulterebbe maggiore di ₹ 22. Annui. Vacando la Mensa di Ravenna prima che vachi il Benefizio S. Colombano non maggiore di ₹ 27., vacando questi prima di quella di ₹ 29., ed in fine al più di ₹ 35.

II. E presa in considerazione su questo punto interessantissimo la rappresentanza fattaci personalmente, ed in iscritto dai Reverendi Canonici Parrochi sotto il dì 8. Novembre p. p. i quali avendo per Prebenda Canonicale da antico tempo la stessa loro Prebenda Par-

roc-

recchiale non altre assai lunghe sui beni del Capitolo, che alle distribuzioni Corali che possono lucrare come Canonici Onorarj colla loro intervenienza, quali distribuzioni davano a ciascheduno prima della soppressione una Somma annua circa due volte maggiore delle Prebende Canonicali, come a Noi costa da prospetto emesso da' Reverendi SS. Canonici superstiti dell'antico Capitolo.

III. E dovendo Noi per officio, e per lo zelo, che ci anima procurare di accrescere i stimoli onde più dolcemente ottenere il più diligente servizio del Coro, e della Chiesa anche per obbedienza ai voleri del S. Padre di cui caldamente venne raccomandato a motivo altresì di rendere un religioso compenso di Culto a S. D. M., cui è stato per fatale destino nella Nostra Chiesa per più anni sottratto.

IV. Considerato, che la Fabbrica ha bisogno in oggi come nel tempo successivo di sempre eguale appuntamento a mantenere la decenza del Santuario.

V. Considerato, che la Sagrestia ha sempre eguali le annue spese di Culto, e maggiori in oggi, che nel tempo successivo sono i suoi bisogni per lo stato in cui trovansi le Suppellettili sagre, e per la loro qualità, e per la loro scarsezza.

VI Considerato, che accrescendo il quoto delle Distribuzioni, e diminuendosi la Prebenda torna lo stesso per l'interesse de Prebendati, che assistendo con diligenza al Coro vanno a lucrare, compresa la Prebenda, una somma corrispondente anco nello stato presente alla Pensione assegnata ai Canonici superstiti per il tempo in cui il Capitolo restò senza dotazione; locchè risulta limpidamente da Calcoli esattissimi sunnominati.

E volendo Noi, anzi dovendo provvedere nel miglior modo, e fissare un sistema economico nel Nostro Capitolo per il buon ordine, e andamento permanente degl'interessi Comuni a tutti gl'Individui, che lo compongono.

Ci siamo determinati (dietro i più maturi Consigli, e dopo lunghi calcoli, e serie ponderazioni mediante il Divino soccorso, che abbiamo implorato a tal uopo) di prevalerci della Sovrana condiscenden-

za moderando senz' alterazione sostanziale i quoti respettivamente assegnatici più per regola in genere, che per legge particolare nei surriferiti Rescritti.

Quindi nel Nome del Signore Iddio, che come Scrutator de' Cuori vede le nostre intenzioni unicamente dirette alla gloria Sua, e ad onore dell' inclita Vergine, e Martire S. Caterina Titolare della dilettissima Nostra Chiesa, principale di Bertinoro.

NOI FRA FEDERICO BENCINVENNI Vescovo di questa Città in virtù delle facoltà Apostoliche espresse nei nominati Rescritti, e concesse anco più ample anzi senza riserva a Noi stessi dal Santo Padre coll' Oracolo della sua viva voce, usando delle facoltà ordinarie inerenti al Nostro Officio, e delle straordinarie in qualifica di Apostolico Delegato,

DECRETIAMO QUANTO SIEGUE

Disposizioni Generali.

I. Il Nostro Capitolo della Cattedrale dotato recentemente per Grazia Sovrana dovrà risguardarsi ora, e in appresso come nuovamente eretto, organizzato, e creato.

II. Quindi resta abolito qualunque diritto, o Privilegio potessero vantare i Canonici superstiti dell' antico Capitolo, ed i Canonici Parrochi del medesimo, o quelli, che in tempo della soppressione, o dopo di questa sono stati rinnovati; sia sulla Pensione vitalizia, riguardo ai primi, sia sulle distribuzioni riguardo ai secondi, sia riguardo ai Privilegj, riguardo a tutti. Faranno parte del nuovo Capitolo tutti gl' Individui che lo componevano, e lo compongono attualmente, ciascheduno confermato ne rispettivi diritti, e nel proprio rango, siano Dignitarj, siano Parrochi, siano semplici Canonici, e sono confermati parimente i due Vecchi Mansionarj, a completare il numero de' quali nominiamo il Sacerdote D. Leonardo Gardelli, e il Chierico Pellegrino Fantini.

III. Rapporto all' Officiatura resta abolito l' antico Orario, che sarà da Noi riformato entro il corrente mese, e compilato sulle norme di quello di altre Cat-

te-

tedrali, adattato però plausibilmente alla Nostra Chiesa, ed alla Nostra Città.

IV. Riguardo alle Leggi, Statuti, o Costituzioni che non ci abbiamo trovate proprie, e particolari saranno da Noi adattate a questo Capitolo quelle del Battistelli adottate già da Monsig. Colombani di f. m. Nostro Predecessore. Siccome però nemmeno queste venivano, per quanto abbiamo rilevato, da certe riprovevoli consuetudini osservate si abolisce da questo punto qualunque consuetudine anche immemorabile di cui non si dovrà più parlare a riserva di quelle consuetudini, che saranno da Noi riconosciute lodevoli sia rispetto ai privilegj delle Dignità, sia rispetto ai riti dell' officiatura, sia per qualunque altro riguardo, quali saranno da Noi approvate, e confermate regolandoci su le norme de Capitoli delle Cattedrali limitrofe, e della Metropolitana di Ravenna.

V. La nuova Officiatura in esecuzione delle disposizioni del presente Decreto avrà il suo principio il 1. Gennajo 1823. In qual epoca entreranno nei quì espressi diritti, pesi, ed oneri tutti gl' Individui componenti il Capitolo, siano Dignità, siano Canonici, siano Mansionarj, Cappellani, o Beneficiati Cantori relativamente ai loro Benefizj, Prebende Dignitarie, Onorarie, Distribuzioni corali etc.

VI. Quindi entro il Mese corrente sarà eletto dal Capitolo Canonicamente adunato il Puntatore, ed un supplente per tale Ufficio, quali dovranno prima del cader del mese presente, ed Anno prestare avanti di Noi il giuramento dovuto *de fideliter punctando* a norma del metodo, che verrà qui appresso prescritto. Mancando in coro il primo, ed il secondo Deputato Puntatore sarà officio dell' Ebdomadario, o del faciente funzione di questo il puntare esattamente gli Assenti.

VII. Entro il mese suddetto sarà eletto come sopra il nuovo Amministratore o Camerlengo Capitolare a cui si dovrà dare la consegna di quegli oggetti di Dotazione, che attualmente si posseggono compresa la Decima.

VIII. E perciò coll' ultimo dell' anno cadente si dichiara cessato dalla sua gestione l'Amministratore provi-

so-

soriamente destinato dai cinque canonici fin qui pensionati: ed il medesimo Amministratore spirato detto giorno dovrà rendere a Noi conto delle arretrate riscossioni fatte, e non fatte per conoscere se li detti Canonici si sono, o no rivaluti del loro Credito arretrato, che avevano col Governo a titolo di Pensione il di cui diritto (a cui si sostituisce quello sulla nuova dotazione) dichiariamo cessato allo scadere del giorno ultimo di Decembre dell' Anno presente.

IX. Nel caso, che li frutti de beni in antecedenza ceduti al Capitolo (o in origine in seguito ai Canonici Superstiti non già in proprietà, nè in totale usufrutto, ma solo per rivalersi degli arretrati della pensione loro sospesa, ed in fine da noi accettati in proprietà per la massa capitolare) non fossero interamente riscossi ed i Canonici sinquì pensionati non avessero percepito quanto loro compete per gli arretrati in discorso, assegneremo loro parzialmente, o in complesso quella quantità di crediti inesatti, che saranno bastanti a ripianare i rispettivi interessi per il detto titolo, sino all' indicato spirar del giorno ultimo del mese, ed anno cadente.

X. In riflesso delle ragioni espresse al numero V. quelli crediti e frutti arretrati che sopravanzeranno pagate le pensioni suindicate saranno da noi destinati, ed erogati in vantaggio della Chiesa secondo i bisogni che riconosceremo più urgenti e come meglio giudicheremo salvo le spese incontrate, o da incontrarsi per qualunque titolo nel procurare, ottenere e confermare, come abbiamo fatto, e stabilmente perpetuare, come speriamo a favore del nostro Capitolo, e Chiesa Cattedrale la dotazione permanente con tanta nostra cura e mediante assistenza di persone benevole e valevoli recentemente ottenuta. La stessa riserva intendiamo di estendere alla tangente Prebenda e della Penitenziaria, e Teologale come dal nuovo Canonico da sostituirsi, corrispondente al tempo in cui resteranno vacanti dal 1. Gennaro venturo fino all'epoca del loro rispettivo possesso sia riguardo alle corrispondenti distribuzioni, che loro potrebbero competere, sia riguardo alla rata di Prebenda proporzio-

nata al tempo della vacanza suddetta dichiarando noi di voler erogate le corrispondenti quote a vantaggio della Chiesa come sopra.

XI. Sarà parimente eletto entro Decembre tra i Canonici il nuovo Sagrista, ossia operajo, il di cui officio che dovrà durare un' anno sarà di presiedere al buon ordine, e decoro delle funzioni, all' osservanza dell' orario per le medesime, e per l' officiatura corale, di moderare l' orologio della sagrestia, di far soddisfare i legati, di provvedere alle spese del culto, manutenzione de Sacri Arredi, e della fabbrica, di sorvegliare sui doveri del Sagrestano ed Inservienti. Dovrà anche pagare ai Canonici, e Mansionarj le distribuzioni respettivamente lucrate secondo la specifica che verrà a lui passata nel debito tempo dal revisore delle puntature che sarà dal Capitolo deputato a quest' oggetto e dovrà per questo tenere in ordine per il primo giorno dell' anno venturo il libro per le dette puntature, ed un altro per notarvi le vacanze dei Canonici, e Mansionarj col metodo che si darà in appresso.

XII. L' onorario per tale officio sarà fissato dal Capitolo, così quello per il Camerlengo della massa generale per il Sagrestano, sotto Sagrestano, Organista, Maestro di Ceremonie del Capitolo, Inservienti, Sagrestia, e Fabbrica.

XIII. Sulli riflessi notati al numero quarto viene ora per ogni caso assegnato all'opera della Sagrestia, e Fabbrica una somma annua di Sc. 300. della quale verrà pagata ogni tre mesi la rata di Sc. 75. in mano dell' operajo Canonico dal Canonico Camerlengo della massa Capitolare.

XIV. Per abolire una spesa superflua, che fin quì è stata sostenuta inutilmente dall'opera della Sagrestia, vogliamo, che la messa ultima delle feste sia celebrata per turno dai Dignitarj, e Canonici Capitolari, compresi i Parrochi senza l' obbligo di applicazione. Que' Canonici però che volessero sostituire un altro in loro vece potranno farlo liberamente a riserva dell' Arciprete, che come Parroco resta dispensato dal peso dell' ultima messa, bensì gravato da quello

di celebrar la messa Parrocchiale, che vogliamo onninamente sia pronta, compita appena l' officiatura del primo Coro in tutte le feste dell' anno.

DISTRIBUZIONI

XV. In vista de motivi riportati da noi al num. 3. vogliamo ora per ora, e per tutt' i tempi avvenire assegnata come assegniamo la somma di Sc. 480. per le annue distribuzioni Canonicali, e Sc. 80. per le distribuzioni de Mansionarj da ratizzarsi in ragione dell' individuale interessenza sulle norme che vengono da noi in questo stesso Decreto prescritte. Questa distribuzione si farà dall' operajo a cui si passeranno le dette due somme in fine di ogni anno, ed anche la metà di quelle in ogni semestre dal Camerlengo Capitolare.

XVI. Fissato così l'ammasso totale per le distribuzioni de' Canonici, e quello de' mansionarj vogliamo fisso anche per gli uni, e per gli altri il quoto respettivo ad ogni parte dell'officiatura distinguendo i giorni in ragione del Rito, ed assegnando straordinarie distribuzioni alle più segnalate funzioni dell' Ecclesiastico Ministero. E parlando prima de' giorni feriali detti volgarmente di lavoro, perchè non festivi.

Chi è presente al Mattutino lucrerà baj. uno, la metà per le Laudi così per Prima, Terza, Sesta, Nona, e Compieta. Un bajocco per la Messa Conventuale, così pel Vespero come per la seconda Messa Cantata ne' giorni di Quaresima quando non è feria, e quante volte è prescritta dalle Rubriche. Cosicchè l' intera distribuzione di un giorno feriato sarà di sei bajocchi o di sette, se vi sarà la seconda Messa Cantata etc.

Nelle Domeniche, e Feste Comuni dell'Anno e nei tre ultimi giorni della Settimana Santa la distribuzione d'ogni parte dell'officiatura sarà doppia, e corrisponderà in tutto a baj. dodici.

Nelle feste di Seconda Classe sarà tripla corrispondente a baj. 18.

Nelle feste di Prima Classe quadrupla cioè di baj. 24.

Per

Per l'interessenza alla Predica lucrerà ogni Canonico baj. 2. sia nell'Avvento, sia nella Quaresima, così per la Lezione Scritturale.

Il Canonico che celebra Messa in Cattedrale nei giorni festivi anche soppressi, o dispensati lucrerà per la sola presenza baj. 5.; in quelle di Seconda Classe baj. 10., ed in quelle di Prima Classe bajocchi 15.

Quelli, che interverranno a qualunque Processione, a cui è solito intervenire il Capitolo avranno la distribuzione di baj. 10. a riserva delle Processioni della Terza Domenica col Sagramento, sia fuori della Chiesa sia entro la medesima, per le quali la distribuzione sarà il doppio minore cioè di baj. 5., e distinguendo la Processione del giorno solenne del *Corpus Domini*, per la quale si lucrerà baj. 20.

Questa stessa distribuzione di bajocchi 20. si darà come straordinaria ai Canonici interessenti al Mattutino, e Messa nella notte del S. Natale e per l'assistenza alla Cappella del Giovedì Santo. Vi sarà distribuzione straordinaria di bajocchi 10. per il Mattutino, e Laudi della Commemorazione de' Defonti, così pure per l'assistenza alla Messa nella Domenica delle Palme, ed in quella del Mercoledì delle SS. Ceneri. Altra distribuzione straordinaria di baj. 20. vogliamo assegnata per l'assistenza alla Messa Cantata dell'Aurora, del giorno di Natale, che deve cantarsi dall' Ebdomadario.

XVII. Fatto calcolo approssimativo delle distribuzioni, che lucrar può ogni Canonico con questo sistema risulta, che col diligente servigio di tutto l'Anno non volendo godere dei novanta giorni di vacanza accordati dal S. Concilio di Trento (Sess. 24. Cap. 12. de Ref.) lucrerà in tutto ₹ 40. circa consumando in dodici Individui Canonici, Dignitarj, o Parrochi la somma appunto di ₹ 480. assegnati al Num. XV. a tale oggetto sulle norme prescritte dal S. Concilio di Trento (Sess. 21. Cap. 3. de Refor.) approssimandosi detta somma ad un *terzo* della totale Dotazione.

XVIII. Siccome però le Feste di tutti gli Anni non sono sempre in numero eguali per la incidenza delle

medesime colle Domeniche, resterà in piccola parte ora diminuita, ora accresciuta la somma dei quoti annuali calcolati approssimativamente come sopra.

XIX. Vogliamo tuttavia, che il Camerlengo della Massa Capitolare somministri in mani del Sagrista Canonico la somma corrispondente in ciascheduno Anno alle rispettive quote di distribuzione fissate come sopra invariabilmente, come se tutti fossero stati interamente diligenti, e le avessero lucrate.

XX. Il Sagrista Canonico dopo aver distribuito il quoto respettivamente lucrato ad ogni Canonico, o Dignitario, o Parroco riterrà il Cumulo di quelle, che sono state lucrate dagli assenti per distribuirle in proporzione del maggior servizio ai più diligenti colla regola della ragione inversa aritmetica a misura del minor numero delle puntature, e vacanze prese da ciascheduno.

MANSIONARJ

XXI. Le distribuzioni de' Mansionarj per le quali abbiamo assegnato come al Num. XV. ₹ 80. per lo stato presente saranno il doppio minori di quelle de' Canonici in tutt' i rispettivi giorni, e parti dell'officiatura, ed in ogni rapporto, come al Num. XVI.

Ci riserbiamo però di accrescere il masso delle loro distribuzioni sino a ₹ 120. allorchè la Dotazione del Capitolo sarà conseguita, e realizzata interamente. Cosicchè nello stato attuale la distribuzione parziale di ciascheduno di essi sarà di ₹ 20. annui, e nello stato futuro di ₹ 30. E nel primo caso pari come si disse alla metà di quelle de' Canonici, e nel secondo pari a tre quarti delle medesime. In conseguenza le puntature di questi, che

XXII. Le distribuzioni non lucrate da' Mansionarj in fine dell'Anno come risulterà dal libro delle puntature si dovranno dividere fra di essi colla proporzione stessa, e colla stessa Legge fissate al Numero XIX. per i Canonici.

BE-

BENEFICIATI

XXIII. Li due Beneficiati Cantori obbligati soltanto all' Officiature Cantate siccome hanno il loro Beneficio debbono soggiacere anch'essi alla proporzionata penale in caso di mancanza ai loro doveri.

Vogliamo perciò, che siano anch'essi soggetti alla puntatura con legge come appresso.

XXIV. Ogni volta che ciascuno di essi mancherà al Mattutino, e Notturno in circostanza che questi si debba cantare pagherà baj. 4.

Mancando a Terza o Vespero o Messa, soliti a cantarsi ne' giorni non festivi baj. 2. per ogni mancanza. Ne' giorni festivi Comuni baj. 3. Nelle Feste di Seconda Classe 4. In quelli di Prima Classe 5. Mancando a ciascuno delle solite Processioni baj 5. salva quella del *Corpus Domini*, mancando alla quale pagheranno baj. 20 Così per l'assenza al Mattutino, e Messa nella notte del S. Natale, e baj. 10. mancando alla Messa Cantata dell'Aurora nella Festa di Natale. Mancando alla funzione della mattina nei tre ultimi giorni della Settimana Santa baj. 5. Mancando a qualunque altra funzione in cui si debba cantare fra l'Anno baj.2.

XXV. Potranno però i Beneficiati suddetti supplire alla loro assenza sostituendo un altro in loro vece purche questi sia approvato dal Capitolo e che sia estraneo dal grembo del Capitolo stesso, e de' Mansionarj. In tal caso non saranno soggetti a puntatura.

PUNTATURE

XXVI. Riguardo alla Puntatura de' Canonici, e Mansionarj questa avrà luogo ancora per gl' Interessenti in diversi casi cioè

1. Quando non si trovassero in Coro al Gloria Patri, dopo il primo Salmo di Mattutino, o di qualunque altra parte dell' Officiatura, ed all' intonazione del = Gloria in excelsis = della Messa Cantata. Ferme sempre per comodo di quelli, che abitano lungi dalla Cattedrale le disposizioni della S. C. de' Riti

(in

(in Favent. Chyscpclit. 3. Septembris 1601.) cioè che non si debba dar principio all' Officiatura in Coro se non dopo scorso un quarto d'ora dopo l'ultimo segno del Campanile.

L'orologio della Sagrestia non quello del Pubblico darà norma fissa per l' ingresso al Coro, e sarà cura dell' Ebdomadario di ordinare il segno di tal ingresso coll'apposita Campanella, com' è cura del Sagrista di regolar l'orologio, e custodirlo con chiave.

2. Saranno egualmente puntati quelli, che sortissero dal Coro in qualunque tempo dell' Officiatura quando non avessero chiesto la debita Venia al Capo interessente del Coro, cioè al Prevosto, o al più anziano, o almeno all' Ebdomadario (S. C. Episc. in Apont. 18. Aprilis 1617. et S. C. Conc. in Lunen. Sarzat. 4. Julii 1701.). Ciò però non dovrà mai accadere senza la precisa necessità.

3. Quando un Canonico, o un Mansionario celebrasse all'Altare (S. Cong. Conc. in Callien 29. Sept. 1628. et in Priolen. 27. Mart. 1632.) Permettiamo soltanto che per comodità del Popolo nelle Feste si celebri una Messa che dovrà uscire all' intonazione del *Te Deum* e questa verrà celebrata per turno da un Canonico, che potrà sostituire qualunque Sacerdote in sua vece. Si esclude onninamente il tempo di Terza, e salva la consuetudine della Messa solita a celebrarsi da un Canonico in tempo di Sesta, e Nona per comodo del Popolo.

4. Quando alcuno de' Canonici, o Mansionarj o Beneficiati intervenisse in Coro senza la rispettiva insegna (volendo, che i Mansionarj indossino l'almuzio, che da più Anni hanno abbandonato, e permettendo altresì, che usino il medesimo segno i Beneficiati, ed ambi i Maestri di Ceremonie come si usa in alcune Cattedrali, o senza la veste talare chiusa con bottoni sino a piedi, o che avessero guanti, stivali, o altra cosa indecente (S. C. Rit. in Lunen. Sarzanen. 7. Mart. 1633.)

Riguardo a questo punto vogliamo richiamata all' osservanza la prescrizzione emanata altra volta con nostro editto rapporto alla Veste Talare con bottoni

ni, fino a piedi da usarsi ordinariamente da ogni Sacerdote nel celebrare in Cattedrale.

Dichiariamo anzi che chiunque entra in Chiesa con animo di celebrare la S. Messa senz'aver indosso la detta Veste resti *ipso facto* sospeso *a Divinis*; che se ad onta di questa incorsa pena ardisse di presentarsi in Sagrestia ed il Sagrestano non lo avvertisse, e gli somministrasse i Sagri Paramenti resterà sospeso anche il Sagrestano *ipso facto* e dichiarato incorso nell'irregolarità il Sacerdote, che ardisse di celebrare con l'incorsa Censura. Si terrà una, o due Vesti Talari, e con maniche in Sagrestia per comodo de' forestieri quali unicamente sono esenti dal giusto rigore di questa Legge, purché si presentino in Sagrestia con Veste da Ecclesiastico viatoria, altrimenti il Sagrestano gli negherà di celebrare.

5. Avrà pur luogo la puntatura per gl' Interessenti quando non cantassero a voce alta secondo le proprie forze, ed abilità i Salmi ed altre parti dell' Officiatura a tutti comuni:

6. Quando stassero distratti, o confabulassero coi vicini, od altri senza pura necessità, o con ammirazione de' Circostanti. (S. C. Epis. Episcopo Nucerin. 7. Settembre 1594.)

7. Quando non sedessero nel proprio stallo usurpando, o l'altrui, o quando non si uniformassero alle rubriche, stando, sedendo etc.

8. Quando sortissero dal Coro prima del segno che deve dare il Canonico Ebdomadario chiusa interamente l'Officiatura, o il più anziano del Coro secondo il costume (sarebbe in ciò lodevole il segno della Campanella usata a tal uopo in molte Cattedrali.)

9. Quando alcuno nel sortir dal Coro precedesse uno de' suoi più anziani mostrando impazienza di sortirne.

10. Quando non servassero l'ordine della precedenza nelle Processioni, e quando intervenissero a queste, dopo che sono fuori di Chiesa i Canonici, ed intervenissero alla Predica e Lezione Scritturale dopo l'esordio.

VA-

VACANZE

XXVII. Si accordano ai Canonici dal S. Conc. di Trento tre Mesi di Vacanza (Sess. 24. C. 12. de ref.) Adottiamo su questo punto la consuetudine del Nostro Capitolo (ad onta della Legge Sinodale del Nostro Predecessore Monsig. Colombani nella quale si accordano soli due Mesi qual consuetudine confermiamo colla riserva, che i detti Mesi s'intendano di 30. giorni per cadauno (S. C. Conc. ut ref. Fagn. in Cap. licet 35. de Præben. Num. 54. 56.) a condizione però che in tali giorni non si percepiscano dagli Assenti le distribuzioni (Sac. Congr. Conc. ut ref. Flam. ad resig. L. 1. q. 10. 2. 65. Gonzal. ad Reg. VIII. Cancel. Monet. de distrib. quot. p. 1. q. 6. Fagnan. Barbos. et alibi passim.

XXVIII. Nelle Feste anco dispensate o soppresse di tutto l'anno nel tempo di Quaresima, e di Avvento non si permette vacanza. (S. Cong. Conc. in Interam. 21. Jul. 1640.)

XXIX. Negli altri tempi si potrà godere la vacanza in più giorni, fra la Settimana successivi, o interpolati, mai però per una o più parti dell'Officiatura dello stesso giorno (cad. S. C. Conc. C. c.) Cosicchè nel secondo Caso sarà notata l'assenza solo nel Libro delle Puntature non già nel Registro delle respettive vacanze giacchè queste si debbono notare per conoscere se un Canonico, o Mansionario oltrepassasse il numero dei 90. giorni accordati alla vacanza, onde non abbia ad incorrere nelle pene stabilite dal Sagro Concilio di Trento.

XXX. Le vacanze de' Mansionarj secondo anche l'antica consuetudine sono di due mesi fra l'Anno cioè di 60. giorni, che noi adottiamo; e confermiamo colle sue espresse riserve al numero antecedente, e nel Num. XXVII., e seguenti.

XXXI. Volendo perciò un Canonico godere della vacanza, e così un Mansionario la registrerà da se stesso, o farà registrare dal Puntatore nel Libro apposito, e separato da quello delle puntature dovendosi questo custodire dal Puntatore, e quello dovendo stare a comodo dell'Ebdomadario per conoscere preventi-

ti-

tivamente quanti sono gl' Individui che in quel giorno si hanno presa la vacanza, onde non resti il Coro privo del sufficiente numero alla decente officiatura.

XXXII. Ordiniamo perciò; che dandosi il caso, che in un giorno si fossero segnata la vacanza quattro Canonici, il quinto non potrà segnarla, nè il terzo Mansionario quando il secondo l'abbia segnata.

PREBENDE

XXXIII. Separato dalla Massa Capitolare l'assegnamento annuo di ₹ 300. per la Sagrestia, di ₹ 480. circa per le Distribuzioni Canonicali, e li ₹ 80. al presente e li ₹ 120 nel caso indicato al Num. XXI. per le distribuzioni de' Mansionarj. Il Camerlengo Capitolare realizzata la restanza degl' Introiti depurata da pesi d'ogni specie compreso l'onorario per l'Amministrazione, passività ordinarie, e straordinarie, buonifici etc. ne presenterà il Rendiconto in fine d'ogni Anno ed anco ogni Semestre come si disse nel Num. XV. al Capitolo il quale eletti due Deputati revisori liquiderà la restanza netta, che verrà impiegata come appresso.

XXXIV. Si darà la Prebenda Dignitaria al Prevosto che sarà di ₹ 20. nello stato presente; di ₹ 30. quando vacherà la Mensa di Ravenna senza che vachi il benefizio di S. Colombano, di Sc. 40. se vacasse il Benefizio suddetto prima della Mensa di Ravenna, e di Sc. 50. realizzato ognuno dei suddetti Rami di Dotazione.

XXXV. Si passerà la Prebenda Onoraria al Teologo, e Penitenziere, che sarà di Sc. 10. per cadauno nello stato presente; di Sc. 15. nel secondo suindicato caso; di Sc. 20. nel terzo; di Sc. 25. ottenuti che si saranno gli assegnamenti tutti concessi alla Dotazione.

XXXVI. Il quantitativo libero che resterà in Cassa esauriti tutti gli appunti fissi suindicati sarà l'ammasso, che vogliamo destinato per le Prebende Canonicali; Cosicchè di questo si dovranno fare nove parti eguali per li nove Canonici, che vi hanno diritto, cioè il

vosto, il Teologo, il Penitenziere, e gli altri sei Canonici Prebendati.

XXXVII. Qualunque aumento, o decremento anco accidentale degl' Introiti della Massa Capitolare non dovrà mai alterare gli appunti assegnati alle Distribuzioni de' Canonici, e Mansionarj nè le Prebende Dignitarie ed onorarie fissate al Numero XXXIV. e XXXV.

XXXVIII. Se il Capitolo acquistasse altro qualunque ramo di dotazione in qualunque tempo, e per qualsiasi provenienza vogliamo pure, che siano cumulati i frutti a vantaggio delle Prebende Capitolari, quando però non venisse destinato da chi di ragione a preciso oggetto di Culto, o ad altro specifico fine.

XXXIX. Dandosi il Caso che li ₹ 300 assegnati alla Sagrestia sopravanzassero in fine dell' Anno saranno conservati per i bisogni dell'anno appresso, e quando per più anni si scorgesse un qualche avanzo inutile, potrà questo con nostra espressa licenza cumularsi all' aumento delle Prebende Canonicali Comuni dalle quali d' altronde dovrà sottrarsi quella Somma che in qualche anno di straordinaria urgenza occorresse per la fabbrica, e che dovesse impiegarsi nelle spese di culto.

XXXX. Li due Canonicati aggiunti di Patronato particolare allorchè secondo la respettiva Istituzione saranno obbligati al Coro come gli altri Capitolari vincoleranno una Quota della loro Prebenda corrispondente alla distribuzione dell' Anno, e saranno soggetti alla Puntatura colle stesse leggi sopra emanate su questo punto per i Canonici.

Ci riserbiamo infine la facoltà di aggiungere al presente Decreto ulteriori articoli nel Caso che ci sembrerà necessario, o di perfezionarlo a miglior fine come di moderarlo a meglio ottenere il Sacro intento che ci siamo prefissi; e quando da noi si riconoscesse alcuno degli Articoli del medesimo contrario al buon diritto, o in generale, o in particolare.

Il presente Decreto verrà pubblicato dal nostro Signor Vicario Generale col mezzo del suo Cancellier Civile alla presenza di due Sacerdoti estranei al Capi-

pitolo nella Sagrestia della Nostra Cattedrale non più oltre della metà del Mese cadente alla presenza di tutti i Canonici, e Dignitarj, e Parochi canonicamente adunati dopo di che avrà forza di legge inalterabile, ed in tutti gli Articoli inappellabile se non alla S. Congregazione del Concilio, ed al Sommo Pontefice. Se ne rilascerà duplo Originale per conservarne uno nell' Archivio del Capitolo, e un altro nella nostra Cancellaria a perpetua memoria incaricando per l' esecuzione di quanto in questo Decreto venne da noi disposto tutte le persone cui spetta in qualsisiasi rapporto, annullando altresì, e distruggendo qualunque siasi dispesizione, e consuetudine, privilegio generale, o personale potesse affacciarsi, e non ostante, qualunque cosa di individua, e special menzione degna di contrario.

Dato dalla Rocca Nostra Residenza Vescovile 9. di Ottobre 1822.

SUPPLEMENTO

Al Decreto 8. *Decembre* 1822. *sulla Dotazione, ed Organizzazione del Capitolo di Bertinoro, e Schiarimento di alcuni Articoli del medesimo.*

Ad istanza dei Rñi Canonici Prebendati, e Canonici onorarj capitolare di questa Cattedrale presentataci in un complesso di rimostranze dal Rño Sig. Arcidiacono a dì 21. cadente.

Ci siamo dati il più accurato pensiero di riandare, ed esaminare ad uno ad uno gli articoli del nostro Decreto 8. Decembre 1822. emanato da noi in esecuzione dei quattro Sovrani Rescritti di grazia ottenuti recentemente a vantaggio del nostro Capitolo per moderarli ove ci sembrasse opportuno, od aggiungerne de'nuovi a miglior bene della nostra Chiesa dell'ufficiatura, del Capitolo, e degl'Individui che lo compongono.

E ritenuto che il suddetto Decreto nella sua principale sostanza sugli articoli Prebende e Distribuzioni non ammette *organizzazione migliore* 1. Perchè dettatoci dal più puro zelo della Gloria del Signore al

cui divino servizio sono consagrate 2. Perchè adequata alla dotazione che abbiamo potuto ottenere per quanto è stato possibile maggiore. 3. Perchè analoga alle prescrizioni del Sagro Concilio di Trento, sia per l'incorporazione del Benefizio San Colombano, sia per la minorazione di un Canonico, giacchè nell'antico capitolo erano 13., ed ora soltanto 12. sia per l'approssimazione delle distribuzioni pari al terzo della dotazione totale.

Ritenuto, che i *fondamenti*, *e motivi* del surriferito Decreto sono inconcussi e cagionevoli ad evidenza come al num. 3. e 6 de' fondamenti e motivi riportati in capo dello stesso decreto.

Ritenuto che questo venne emesso con facoltà specialmente delegata, comunicataci a viva voce amplissima dal felicemente regnante Sommo Pontefice cui professar dobbiamo per tanti favori ottenuti recentemente a bene della nostra Chiesa, Capitolo, Città, e Diocesi eterna riconoscenza.

E considerato

Primo che avendo noi nell'assegnare all'art. XV. le quote parziali della distribuzione quotidiana alle rispettive parti di officiatura avuto riguardo alla qualità dei giorni in cui l'officiatura esigge maggiore diligenza, e maggior frequenza degl'Individui addetti al servizio del Coro e che i primi Vesperi debbono officiarsi con pari impegno, e decoro delle feste corrispondenti.

Secondo, che gl'Individui suddetti quando si debbono occupare per officio in vantaggio della Chiesa e pel divin culto nel tempo dell'officiatura debbono considerarsi come presenti al Coro (c. ex parte 13. et cap. ad audientiam 15. de Clericis non residentibus)

Terzo: Che sebbene le distribuzioni, che si apparterrebbero ai Canonici non per anco eletti, od istallati non si possano chiamare *stricto sensu* distribuzioni degli assenti, giacchè nessuno si può puntare come non presente, finchè non esiste, tuttavia possiamo in questo condiscendere alle petizioni de'Canonici Prebendati, ed onorarj capitolari senz'alterazione sostanziale del decreto, che vogliamo fermo, ed inalterabile segnatamente all'art. 10. riguardo alle Prebende de'Canonici non ancora ripianati, e riguardo ai sopra-

pravvanzi, che potranno risultare dai frutti de'beni in antecedenza assegnati dopo che da questi saranno saldati del credito di pensione arretrata fin qui li cinque Canonici superstiti dell'antico Capitolo.

Noi F Federico Vescovo di Bertinoro in vigore delle facoltà espresse nel ridetto Decreto 8. cad. in supplemento del medesimo.

Decretiamo quanto siegue

I. Gl'interessenti ai primi Vesperi di tutte le feste dell'anno lucreranno le distribuzioni pari a quelle dei secondi Vesperi delle Feste rispettive. In conseguenza la puntatura degli assenti sarà doppia, tripla, quadrupla nella ragione suindicata.

II. La distribuzione della Messa Conventuale de'giorni feriali, quando questa secondo il costume lodevole, che approviamo viene cantata in terzo da un Canonico come nei Sabati di tutto l'anno, nei Venerdì di Marzo ec. sarà doppia, cioè come quella assegnata per l'assistenza alla Messa Conventuale nelle feste comuni, purchè però in detti giorni si canti realmente la detta Messa in terzo; altrimenti vogliamo, che la distribuzione sia semplice come si è stabilito nell'art. XVI. del citato Decreto.

III. Sono esenti dal Coro, e si considerano come presenti.

1. Il Teologo per tutto il giorno in cui legge la S. Scrittura (S. Cong. Conc. in Fanen. 3. Aug. 1624., et in Oriolen. aliisque) Greg. XIII. ut ref., Naldus.)
2. Il Penitenziere in quel tempo in cui assiste al Confessionale in Cattedrale (S. C. Trid. Sess. XIV. C. 8. de ref.)
3. L'Arciprete che come Paroco della Cattedrale deve confessare ex officio i suoi Parocchiani quando assiste al confessionale in Cattedrale (S. C. Conc. in Romana Servitii Chori 23. Sept. 1690.) come pure se dovesse in tempo dell'Officiatura amministrare i SS. Sagramenti agl'Infermi della Parrocchia.
4. Quei Canonici che sono occupati in servizio attuale del Vescovo purchè non siano più di due (cap. de cætero 7. et cap. audien. 15. de Cler. non residen.)

5. I

5. I Canonici o Mansionarj infermi (cap. 1. de Cler. non residen. in 6.) legittimamente impediti (c. 1. in Alexandrin. 7. Sept. 1630.)
6. Il Canonico Procuratore, o Camerlengo del Capitolo quando è assente per affari del suo officio (S.R. C. in Saonen. 21. Aug. 1604.) con qualunque Canonico incaricato del Capitolo per affari della Massa comune (S. Cong. Conc. in Lauretana 16. Julii 1695.)
7. I Canonici Convisitatori in atto di Sagra attuale visita (S. Cong. Concil. 7. Maji 1600)
8. I Canonici giubilati per indulto pontificio speciale.
9. I Canonici privilegiati per pontificio rescritto speciale.
10. Il Canonico, che senza stipendio suona l'organo in soccorso dell'officiatura (S. Cong. epis. in Nolen. 25. Sept. 1639.)

In tutti i detti casi, ed in quelli altri voluti dalle Canoniche leggi, e generalmente o particolarmente adottati per particolari decisioni delle S. Congregazioni Supreme lucreranno gli assenti Canonici le distribuzioni, e respettivamente i mansionarj in quei casi solo, che li riguarda.

IV. Le distribuzioni, che potrebbero lucrare i Canonici da rimpiazzarsi fino che non saranno eletti, ed istallati nei primi mesi del prossimo anno 1823 anderanno a vantaggio degl'interessenti, e si considereranno quelli, come puramente assenti sebbene il S. Padre ci abbia facoltizzati ad erogarle in vantaggio della Chiesa.

Il presente Decreto addizionale all'altro pubblicato sotto il dì 12. Decembre anno cadente sulla dotazione ed organizzazione del nostro Capitolo, avrà egual forza, e vigore dell'altro su espresso e la sua attivazione ed effetto avrà luogo il dì primo Gennajo 1823., epoca fissata nell'altro Decreto all'attivazione del nuovo sistema di dotazione suddetta confermando tutti gli articoli del medesimo colla moderazione dell'art. X. espressa nell'art. III. del presente che dichiariamo egualmente invariabile, ed inappellabile se non alla S. Congregazione del Concilio, ed allo stesso Sommo Pontefice, ed aggiungendo al num. 4. dell'articolo

colo XXVI. come per articolo principale da valere come legge cittale per ora riguardo ai soli Sacerdoti addetti al servizio della Cattedrale. Che qualunque Sacerdote entrerà in Cattedrale in qualunque ora della mattina cioè dall'aurora fino al mezzo giorno, e più precisamente fino che non saranno terminate le ufficiature di nona, e dell'ultima Messa senz' aver indosso la veste talare chiusa con bottoni fino a'piedi resta soggetto *ipso facto* come lo dichiariamo fin da ora alla pena della sospensione, ed alla multa di scudi dieci da applicarsi a vantaggio della Fabbrica della Cattedrale. Così pure il Sagrestano, che somministrasse ai medesimi in detto caso li Sacri apparati per celebrare. Protestando altresì di esserci determinati ad emanar questa legge dall'esempio di S. Carlo per la Chiesa di Milano; di Benedetto XIV. per quella di Bologna, e dell' attuale zelantissimo Vescovo di Ravenna.

Ci riserbiamo in fine di moderare il presente Decreto colle forme espresse nell' ultimo articolo del precedente succitato. Incarichiamo in tutto per la pubblicazione del presente il Rmo Signor Arcidiacono, che la dovrà fare nelle debite forme in capitolo nel giorno seguente 30. Decembre rilasciandone l'originale all' archivista capitolare per conservarlo a perpetua memoria.

Dato in Bertinoro dalla Nostra Residenza Vescovile. Questo dì 29. Decembre 1822.

Proponuntur

Dubia

I. *An sit probandum decretum Episcopi super tabella horaria in casu etc.*

II. *An et coram quo Punctatores præstare debeant jusjurandum de munere fideliter obeundo in casu etc.*

III. *An sit probandum onus Canonicis impositum celebrandi per turnum postremam Missam in Ecclesia Cathedrali diebus festis in casu etc.*

IV. *An sit confirmanda assignatio scut. 400. pro Sacrario et Fabrica in casu etc.*

V. *An*

V. *An sit proclanda assignatio facta ab Episcopo pro distributionibus Canonicorum, Mansionariorum, ac Beneficiatorum, earumque inter ipsos partitio in casu etc.*

VI. *An sit confirmandum decretum super punctaturis in casu etc.*

VII. *An Mansionarii, Beneficiati, et Cæremoniarum Magistri Almutiam gestare valeant ac teneantur in casu etc.*

VIII. *An quotidianis distributionibus gaudeant Canonici Convisitatores, aut Episcopo inservientes in casu etc.*

IX. *An sit confirmandum decretum super vacationibus choralibus in casu etc.*

X. *An et quomodo sit probanda lex deferendi vestem talarem in casu etc.*

Ad I. Affirmative juxta votum Emi Relatoris.

Ad II. Affirmative coram respectivo eligente juxta votum Emi Relatoris.

Ad III., IV. V., et VI. Affirmative juxta votum Emi Relatoris.

Ad VII. Juxta votum Emi Relatoris.

Ad VIII. Negative ad primam partem: affirmative ad secundam prout de jure juxta votum Emi Relatoris.

Ad IX. Affirmative juxta votum Emi Relatoris.

X. Affirmative juxta tamen votum Emi Relatoris.

FA-

FAVENTINA INDULTI. Summus Pontifex Leo X. communotus precibus Africani aliorumque germanorum fratrum de Severolis, qui tenuem suppeditarunt dotem, Archidiaconatum, secundam in Faventina Cathedrali Ecclesia S Petri Dignitatem, anno 1517. erexit. Jus nominandi quotiescumque Archidiaconalem Præbendam vacare contingeret, concessit = antiquiori ipsorum Fratrum in Civitate Faventiæ degenti, ac illis vita functis, antiquiori ex eorum stirpe masculina duntaxat genito pro tempore existenti, et illis deficientibus, antiquiori de familia, seu parentela de Severolis in dicta Civitate degenti; et si in futurum aliquis de dicta Familia, seu parentela, ad quem juspatronatus hujusmodi pervenire posset, non existeret, tum antiquiori pro tempore existentium Antianorum Civitatis prædictæ = perpetuo reservatum voluit. Legem etiam dixit de passivo patronatus jure, decrevitque quod antiquior præfatus, ad quem jus patronatus spectabit, præsentare possit personam etiam alicujus ipsorum fratrum, seu alterius de familia idoneam, si reperiatur, et quod major septennio de eadem familia seu parentela, etiamsi filius præsentantis fuerit, sufficienti desuper obtenta dispensatione, idoneus ad præsentandum censeatur = Sin autem nullus ex Familia Severoli extaret clericali tonsura insignitus = tunc civem faventinum originarium majorem 24. annis præsentare omnino teneatur, et præsentatio aliter facta non subsistat = Archidiaconatus Rectori onus imposuit ter in singulis hebdomadis ad Altare S. Michaelis Sacrum faciendi, atque insuper cavit = quod in civitate prædicta residere teneatur, nec ab ea ultra mensem se absentare, nisi in aliqua Universitate studii generalis juri canonico, vel civili operam impendere, et in qua per octo annos residere, et interim fructus, reditus, proventus dicti Archidiaconatus integre percipere possit . . . , et nisi Archidiaconus pro tempore existens sit de Familia prædicta, qui ut aliqua ampliori prærogativa potiatur per triennium in Romana Curia non solum pro una, sed etiam ite-

Sess. 23. cap. 1. de Reform.

„ ratis vicibus residere, integrosque fructus, reditus,
„ et proventus Archidiaconatus hujusmodi percipe-
„ re valeat = Cumque hujus Archidiaconatus redi-
tus valde essent tenues, memoratus Pontifex satis
amplam Præposituram Ecclesiæ S. Bernardi eidem Di-
gnitati perpetuo uniendam censuit.

Ad hæc usque tempora Archidiaconatum possederunt descendentes ex Familia de Severolis. Anno 1800. ad illum nominatus fuit Leopoldus Severoli, qui volvente anno 1816. Romam petiit, ac inter Romanæ Curiæ Prælatos fuit cooptatus, et Assessor A. C. renuntiatus. Quoniam vero tribus post annis Canonicatus Coadjutoriam in Lateranensi Basilica impetraverat, die 7. Septembris 1819. facultatem obtinuit possidendi Archidiaconatum *durante dumtaxat Officio Coadjutoris, et non ultra.* Sed paulo post, nimirum die 15. Novembris 1819. ab hac S. Congregatione eidem concessum fuit indultum *ad sexennium arbitrio et conscientiæ Episcopi, onerata, si tamdiu.* vixerit jam prope ante hoc rescripto, et vita functo Canonico Coadjuto, R.P.D. Leopoldus Severoli supplicem Summo Pontifici obtulit libellum, quo in primis narravit Archidiaconatus fundationem, ex eaque liquescere dixit, se tamquam inter Romanæ Curiæ Præsules adscitum lege residentiæ non esse obstrictum, ac propterea Archidiaconatum Faventinum esse in Oratore compatibilem cum Canonicatu Lateranensis Basilicæ. Dein subdidit ad Archidiaconatus possessionem vocari = uno della Famiglia Severoli come si rileva anche dal Breve della Sa. M.e. di Leone X che compiegato si umilia. Attualmente niuno vi è della Famiglia immediata, che ha il diritto di nominare, che sia in istato di poter occupare una tale Prebenda. L'Oratore ha de'Fratelli secolari, i quali potranno aver de'figli. La Famiglia dell'Oratore stanti molte passate triste vicende è divenuta scarsissima di beni di fortuna: ardisce dunque chiedere umilmente che quantunque Canonico della Basilica Lateranense possa continuare a ritenere la detta Prebenda sino a che vi siano Figli de'suoi Fratelli abili a conseguirla = SSmus die 9. Septembris 1825. per Emum Cardinalem supplicum Libellorum Secretarium at-

attentis expositis, Oratoris precibus benigne indulsit ad decennium, servata tamen in omnibus alterius concessionis forma, et dispositione, contrariis quibuscumque non obstantibus.

Verum Episcopus, Capitulum, et Vexillarius Faventinæ Civitatis iteratis precibus penes Summum Pontificem conquesti sunt de Præsule Leopoldo Severoli. Primo enim affirmarunt, præfatum rescriptum anni 1825. obreptionis et subreptionis vitio esse infectum, cum falso expositum fuerit, neminem existere ex agnatione de Severolis, qui vel nominaret, vel idoneus esset ad Archidiaconatum assequendum, cum pater Præsulis Leopoldi senior sit ex descendentibus Severoli, et Canonicus Romualdus Severoli, Leopoldi patruus, contendere posset ad ejusdem præbendæ possessionem. Dein retulerunt, cl. me. Cardinalem Gabrielem Antonium Severoli anno 1780., quo memoratam præbendam possidebat, induito apostolico suffultum super Archidiaconatus bonis tot Census creasse, quot summam scut. 3000. conficiunt, ut Ecclesiam, et Aedes S. Bernardi reficeret, adjecta tamen lege quolibet anno centum deponendi scutata usque ad integram debiti extinctionem ex ejusdem præbendæ reditibus detrahenda. At nec Præsul Leopoldus, nec alius quisquam ullum unquam explevit depositum, imo Leopoldus, ut suis opitularetur indigentiis, die 27. Aprilis 1818. aliud scut. 1700. super Archidiaconatus bonis contraxit debitum; et licet ad tramites Apostolici Rescripti quotannis deponere obstringeretur scutata centum multiplico per Administratorem Stanislaum Cosinti ab R.P.D. Auditore SSmi designatum conferenda usque ad integram memorati debiti extinctionem sub poenis contra ecclesiastica bona alienantes in casu contraventionis omnino incurrendis; nihilominus statutam summam numquam deposuit. Tum narrarunt, prædia Archidiaconatus haud recte excoli, et colonicas domos instaurationibus indigere, et quasdam fatiscere, ac proinde imminere periculum, ne Præbenda omnino depereat. Tandem eumdem incusarunt, duas pictas Tabulas Ecclesiæ S. Bernardi Romam asportasse, illarumque venditionem postulasse, ut nomina Archidiaconatus

dissolverentur. Hinc Capitulum per Canonicos Deputatos, quos inter Romualdus Severoli, petiit, ut huic malis remedium aliquod adhiberetur, et bonorum administratio traderetur eidem Canonico Romualdo, qui dein Archidiaconatum pristino splendori restitutum possidere poterit. Precibus annuens SSmus, rem ad hanc S. Congregationem ablegavit cum facultatibus providendi œconomice super expositis.

Episcopus, quem rogavi de informatione et voto, retulit annuos reditus Archidiaconatus ad scut. 598 77. pertingere, onera vero ad scut. 520. ascendere, scilicet scut. 15. 75. pro Missarum celebratione, scut. 40. pro sacris functionibus in Ecclesia S. Bernardi peragendis, scut. 264. 68. pro solutione fructuum censuum in sc. 4654. 58., item sc. 200. singulis annis deponenda usque ad extinctionem censuum. Superessent annua sc. 78. 34. in sarciendas domos erogandas. Misit peritiam suo mandato confectam, ex qua apparet pro reficiendis domibus colonicis, et Ædibus S. Bernardi ob prætermissas reparationes necessariam esse summam circiter sc. 400. Archidiaconatus agri, addit Peritus, longe majorem redderent fructum = *se annualmente venissero concimati a termini di buona agricoltura.*

Tandem pergit Episcopus „ Non solo non si sono estin-
„ ti da Monsignor Lepoldo i debiti formati dall' Emi-
„ nentissimo Cardinal Severoli, ma Egli stesso ha
„ creato nuovi debiti per scudi 2000., di cui fece
„ uso per li scudi 1700. Ne ottenne è vero Sovra-
„ no Rescritto, ma lo stesso Monsignor Leopoldo
„ Severoli passò sotto silenzio che la Prebenda
„ dell' Arcidiaconato era gravata di sc. 3000., e che
„ non si erano affrancati, perchè egli stesso non
„ aveva fatti i depositi, a cui era obbligato come
„ sopra si espose. Asserisce Egli bensì che ora il
„ debito della prebenda oltre gli scudi 3000. è di so-
„ li sc. 700. per estinzione di scudi 1000. fatta al
„ Sig. Duca Torlonia; pure nei Codici Ipotecarj
„ risultano totalmente esistenti, ed i beni Arcidiacona-
„ li gravati per l'intero delle relative Ipoteche di
„ sc. 1700., il che fa sospettare sia vera la voce che
„ comunemente corre, essere cioè stati pagati al

„ Si-

„ Signor Duca Torlonia gli scudi mille, ma
„ colla somministrazione di egual somma di un
„ terzo, il quale per cautela della restituzione ha
„ voluto subentrare nelle ragioni del Sig. Duca Tor-
„ lonia, e se ciò fosse vero Monsignor Leopoldo
„ non potrebbe vantare il sud. pagamento, e per
„ conseguenza l'adempimento degli obblighi suoi.
„ Lo stesso Monsignor potrebbe però tutto smentire
„ coll'effettiva cancellazione e restrizione dell'ipoteca„.

„ La vendita dei due quadri ch'Egli ha fatto traspor-
„ tare in Roma, non potrà mai far fronte agli ur-
„ genti bisogni dell'Arcidiaconato, nè il prezzo de'
„ medesimi potrà erogarsi nella dimissione di quei
„ debiti che per sola causa di Monsignor Severoli
„ tuttora esistono, ma investirsi in ogni caso a pro
„ dell'Arcidiaconato medesimo„

Præsul Leopoldus accusationes omnes in se a Capitulo impactas diluere nititur, ac propitium ab EE VV. sibi blanditur judicium. Et quod pertinet ad rescriptum anni 1825, nihil veri reticuisse, nihil falsi Summo Pontifici exposuisse contendit. Etenim historiam fundationis fusse narravit, ipsumque Apostolicarum Litterarum Leonis X. exemplar oculis Summi Pontificis subjecit, ut ipsi clarius innotescerent fundationis leges, et descendentium ex Familia Severoli jura ac privilegia. Nemo ex ejusdem Leopoldi fratribus, aut horum filiis idoneus extabat, qui ad Archidiaconatum nominari posset, ideoque verum dixit dum exposuit = attualmente niuno vi è della famiglia immediata. . . che sia in istato di poter occupare una tal prebenda = . Addit Archidiaconatum pro descendentibus ex Familia Severoli non esse Beneficium residentiale; si enim ipsi studiis in aliqua Universitate operam navent, aut Præsulis dignitate decorati Romæ degant, a residentiæ lege eximuntur. Exinde colligit R. P. D. Leopoldus Severoli, se tamquam inter Romanæ Curiæ Antistites cooptatum, et in Urbe commorantem ad residentiam propter Archidiaconatum Faventiæ servandam minime obstringi, ac propterea etiam sine Apostolico indulto Archidiaconatum Faventinum, et Canonicatum Basilicæ Lateranensis retinere posse.

Quam-

Quamlibet præterea et residentiæ, et incompatibilitatis affirmat evanescere difficultatem, si ratio habeatur memorati rescripti anni 1825. Supremi enim Principis rescripta adamussim sunt servanda, cum neminem lateat, decere concessum a Principe beneficium esse mansurum, *Reg.* 16 *J. in* 6.

Injuria insuper sibi ait irasci Canonicos propter censum scut. 3000., iste enim ab Antecessore juxta de causa, et annuente Apostolica Sede creatus fuit. Nec etiam Leopoldo culpæ verti potest quod debitum scut. 1700. super bonis Archidiaconatus contraxerit. Namque Summus Pontifex misertus Familiæ Oratoris, quæ graves subierat vicissitudines, veniam benignus tribuit nomen illud contrahendi. Legi autem in indulto præstitutæ satis se fecisse asserit, singulis annis repræsentando summam scutatorum centum, adeo ut intra decennium creditori census scutata mille jam solverit.

Nec mirum, pergit, esse debet si domus colonicæ Archidiaconatus aliqua indigeant restauratione; nam vel ipsæ domus pro civium habitatione in agris positæ aliquando non paucis opus habent reparationibus. Tandem non ab Ecclesia S. Bernardi, sed a Palatio Severoli, ubi neglectæ jacebant, pictas tabulas reficiendi causa Romam asportavit. Hac arrepta occasione consilium iniit easdem Tabulas vendendi, ut Archidiaconatus nomina dimitterentur. Nec id proprio marte sibi aggrediendum proposuit, sed opportunis a S. Congregatione Episcoporum et Regularium impetratis facultatibus. Isti enim Congregationi supplicem porrexit libellum, qui die 5. Decembris 1827. dimissus fuit rescripto = *Impetrato consensu Eminentissimi Camerarii providebitur* =. Verum cum Eminentissimus ac Reverendissimus Cardinalis Camerarius veniam denegandam censuerit, imo ex audientia Sanctissimi memoratas Tabulas, ubi primum ab experto Pictore sumptibus Præsulis Leopoldi fuissent instauratæ, in Ecclesia S. Bernardi collocari jusserit, idem Præsul eas penes se retinet, usque dum ab Eminentissimo Camerario designetur persona, quæ instaurationes exequatur.

At Canonici rescriptum anni 1825. prorsus revocandum

dum esse contendunt. Præterquam enim Supremus Princeps privilegia et beneficia a se vel ab Antecessore concessa justa intercedente causa moderari, vel etiam penitus tollere valeat, uti probat *Gloss. ex cap quia 40. de elect in 6.*, *cap. Clericis 3. de immunit. eccl.*, illud accedit, quod prælatum rescriptum obreptionis, et subreptionis labe sit inquinatum. Hanc labem fuse expendit Episcopus inquiens „ Monsignor Severoli tacque che l' Arcidia-
„ conato fosse Benefizio residenziale, ed espose che
„ niuno della Famiglia immediata era in istato di
„ occupare una tal prebenda. Falsa asserzione, e
„ perchè il ius passivo al detto Arcidiaconato non è
„ ristretto ai figli del vecchio de' Severoli, come
„ pretende Monsignor Leopoldo. ma esteso a tutta
„ la Famiglia Severoli, e perchè nella Famiglia Se-
„ veroli vi era e tuttora esiste persona abilissima al
„ conseguimento del detto Arcidiaconato. E' questi
„ il Signor Conte Romoaldo Severoli Canonico di
„ questa Cattedrale Zio di Monsignor Leopoldo e
„ Fratello del Conte Ludovico Severoli attualmente
„ più vecchio della Famiglia.
„ Per questa falsa esposizione ottenne Monsignor Se-
„ veroli sotto li 9. Settembre 1825. la proroga di
„ anni 10. per ritenere il possesso dell' Arcidiacona-
„ to, la quale dal Capitolo si ritiene nulla per vi-
„ zio di sorrezione, e orrezione. Il Capitolo in se-
„ guito di ciò avanzò ricorso alla Santità di N. S.
„ che col mezzo dell' Eminentissimo Signor Cardi-
„ nale della Somaglia fù comunicato a Monsignor
„ Severoli. Questi a sua difesa addusse alcune ra-
„ gioni, a cui il Capitolo rispose. E primieramen-
„ te si fonda sulle espressioni della Bolla = per tri-
„ ennium in Romana Curia non solum pro una,
„ sed etiam iteratis vicibus residere valeat = quasi
„ che per molti trienni potesse nella Curia risedere;
„ sembra però che *l' iteratis vicibus* si riferisca sol-
„ tanto al modo di usare del triennio anche in più
„ volte interpolatamente, il che pare confermato
„ dall' espressione = ut aliqua ampliori prærogativa
„ potiatur = che limita la concessione, anzi Mon-
„ signor Severoli stesso col domandare dispensa con-
fes-

„ fessò col fatto che a termini della Bolla era te-
„ nuto a risedere in Faenza, o perchè la Bolla stes-
„ sa accordava un solo triennio, o perchè dopo la
„ prima grazia ottenuta di stare nella Curia Roma-
„ na per sei anni era esaurita la concessione accordata
„ dalla Bolla di erezione „

an vero sive fraude, sive simplicitate et ignorantia a Præsule Leopoldo veritas reticita, ac falsum narratum dicatur, patet rescriptum anni 1825 nullius esse roboris, atque ab EE. VV. ex facultatibus a Summo Pontifice impertitis jubendam esse illius revocationem, nam Pontifex, si veritas ipsi innotuisset, gratiam, præsertim juri alterius detrimentum inferentem, nullatenus concessisset, *ad tex. in cap. Super Litteris 20. de Rescrip., Reg. 18. Cancel., S. Congregatio in Tiburtina Beneficii 27. Januarii 1827. § Hisce.*

Nonnulla nunc forent animadvertenda de pecunia ad exinguendos census a Præsule Severoli deponendi, de sarciendis damnis domibus colonicis ob prætermissas instaurationes illatis, ac tandem de Tabulis pictis; quum vero de istis jam superius actum fuerit, restat ut EE. VV. quæ sollent sapientia, dirimere dignentur, quæ sequuntur

Dubia

I. An sit revocandum rescriptum diei 9 Septembris 1825 in casu etc.

II. An et quomodo a Præsule Leopoldo sint exolvenda deposita pro exinctione censuum in casu etc.

III. An et quomodo sint restaurandæ domus colonicæ in casu etc.

IV. An Tabulæ pictæ sint collocandæ in Ecclesia S. Bernardi in casu etc.

Dilata ad primam post proximam omnino et infallanter.

PE-

PERUSINA CAPELLANIARUM. Joannes Maria Perotti ultimo, quo decessit, elogio anni 1664. omnium bonorum suorum fideicommissum instituit ab ejus filiis Fabio et Marco Antonio, eorumque descendentibus per lineam masculinam jugiter usufruendum. Cavit tamen quod si hæc agnatorum exaresceret linea, omnia bona converterentur *in un giuspatronato ecclesiastico perpetuo ereditario*, seu tot erigerentur chorales Capellaniæ in Cathedrali Ecclesia Civitatis Perusiæ. Jus nominandi Capellanos reliquit *al primogenito maschio maggiore di età che sarà provenuto . . . . . dalle femine figlie di detti Sig. Fabio, e Marco Antonio*: His deficientibus, jus præsentandi spectare voluit *al primogenito maggiore*, qui ortum duxisset ex Irene, et Margarita ipsius Testatoris Filiabus. Quod si nec earumdem fœminarum masculi extarent, memoratum jus pertinere edixit *al primogenito maschio che sarà provenuto dalla Sig. Maddalena sorella carnale di esso Sig. Testatore, e già maritata con il Sig Francesco Friggeri.* Denique omnibus tam masculis, quam fœminis defunctis spectare voluit ad Capitulum Ecclesiæ Cathedralis Perusiæ. *Sess. 25. cap. 9. de reform.*

Quod vero pertinet ad passivam Capellanorum vocationem, quamvis initio generatim statuerit *che la nomina si debba fare sempre nella persona, o persone di chi sarà più prossimo a detto Testatore, e trovandosi più nell' istesso grado, si debba sempre presentare il più vecchio, se sarà capace, altrimenti quello che siegue, e sia capace*, attamen postea inter ipsos consanguineos suam pandidit prædilectionem. Etenim nominari jussit descendentes primo ex linea Fabii, dein ex progenie Marci Antonii, tum *dalla linea delle Figlie femmine di esso Testatore*, demum *dalla Linea della sudetta Sig. Maddalena*; secus nominationem nullius penderit faciendam esse dixit, *e chi sia in una delle sudette linee, e sia abile, ed in grado più prossimo al detto Testatore si possa da se medesimo nominare e presentare appresso l' Ordinario*. Verum si quando non extaret *alcuno capace di dette linee*, nominationem fieri mandavit *a favore di altri Sacerdoti Perugini.*

Capellanis onus injunxit nedum Choro inserviendi *in conformità delli Cappellani detti di massa di detta Chiesa Cattedrale*, sed etiam ut in eadem Ecclesia quotidie per se ipsos Sacrum facerent, et in expiationem animæ Testatoris suorumque applicarent, præterquam feria secunda et quinta cujuslibet hebdomadæ. Donec jus nominandi penes consanguineos resideret, Capellanis quolibet anno emolumentum scutatorum octoginta solvi præcepit, ubi vero transitum faceret in Capitulum, ad scutata quinquaginta cohibuit. Illud præterea sancivit, quod si quis ex sua familia ad Capellaniam nominatus nondum esset Sacerdotio initiatus, Missas per alium celebrare posset, *purchè fra tre anni dopo il giorno della presentazione celebri la Santa Messa.*

Quum anno 1785. nullus jam existeret masculus agnatus neque ex Fabio, neque ex Marco Antonio, hinc factum est, ut auctoritate Ordinarii decreta fuerit tot Capellaniarum Sacerdotalium erectio, quot ferebant fundorum fructus ab ipso Testatore relicti. = Pro fundo earumdem Capellaniarum, inquiunt erectionis tabulæ, assignamus capitale scutatorum septem millium ad formam = Laudi promulgati per Dominos Judices compromissarios, et contemporaneæ partibus acceptati = Subinde tam Patroni, quam tres Capellani ab ipsis nominati preces porrexerunt S. M. Pio VI, ut Capellaniæ in tres Canonicatus erigerentur. Summus Pontifex die 22. Augusti 1795. *annuit pro suppressione et erectione nunc pro tunc cum primum vacare contigerit totidem Canonicatus trium Capellaniarum Perotti juxta votum Episcopi et Capituli.* =

Bulla tamen erectionis numquam expedita fuit, licet Capellaniæ brevi tempore paulatim vacaverint. Cumque nemo ex patronorum familia extaret idoneus, qui ad Capellaniarum possessionem contenderet, nec Patroni tempore habili extraneum Sacerdotem nominaverint, Canonici Cathedralis Ecclesiæ libellum Summo Pontifici Pio VII. obtulerunt, ut ad subveniendum Ecclesiæ Sacrario ære alieno gravato, et supellectilibus expoliato fructus Capellaniarum, suspensa illarum nominatione, reductisque missarum oneribus a testatore impositis, ipsi Sacrario concederentur.

Ca-

Canonicorum votis anno 1803. concessit Summus Pontifex, indultumque illud cum ad exitum jam properaret, die 9. Martii anni 1817. ad aliud decennium prorogavit.

Quid nunc agendum sit de Canonicatuum erectione, aut Capellaniarum collatione haud una est descendentium ex Familia Perotti sententia. In primis singuli contendunt ad se pertinere jus nominandi, quamvis ex diversis lineis proficiscantur: dein quidam ætatis dispensationem pro suis filiis efflagitant, nonnulli huic petitioni assentiuntur, alii obsistunt, ac fundatoris legem servandam esse clamant. Enim vero Petrus Venanzi unicus masculus superstes ex fœminina linea Fabii Perotti, et masculina sobole carens, se jus suum exercere velle juxta Testatoris placitum penes Episcopalem Curiam contestando denuntiavit. Ex Marco Antonio sola superest Theresia, quæ monasticam vitam ducit. Ab Irene ortum ducit Raymundus Neri, qui cum Testatore quinto conjunctus est gradu. Ipse duos filios suscepit, quorum unus habet annos quinque, alter cui nomen Cæsar, septimum jam exegit annum, et Clericali tonsura est initiatus. Idem Raymundus cum magna rei familiari inopia prematur, postulat ut ejus filiis ætatis dispensatio concedatur, sin minus ut suspensa Capellaniarum nominatione, annui fructus ipsis tribuantur, quibus se alere, ac studiis vacare queant. Ex Magdalena demum Testatoris sorore descendit Jacobus Friggeri quinto similiter gradu cum Testatore conjunctus, qui duos habet filios, unum annorum quindecim, alterum annorum duodecim. Cumque et ipse inopia laboret, enixe deprecatur EE. VV., ut ejus filiis dispensationem ætatis, et indultum abessendi a choro largiantur. Reliqui descendentes Canonicatuum urgent erectionem, licet eorum pars precibus Raymundi Neri, pars petitioni Jacobi Friggeri assensum suum præbere non renuat.

At Capitulum Cathedralis Ecclesiæ novum postulat prorogationis indultum. Ait enim, Sacrarium ejusdem Ecclesiæ eodem ac etiam majori nunc indigere subsidio: Administrationem vero, quam efflagitant descendentes ex Familia Perotti, nullam eis afferre posse utilita-

litatem, siquidem bona Capellaniarum locantur pro annua pensione scutatorum octoginta supra biscentum, ex quibus si detrahantur publica vectigalia, instaurationes, aliique sumptus, cohibentur ad annua scutata centum quinquaginta, quæ gravantur onere Missarum, et servitio chorali.

Oratorum preces ablegandas censui Episcopo pro informatione et voto, qui confirmat ea, quæ superius narravi. Quod vero pertinet ad preces Raymundi Neri, ait eidem denegari non posse „ jus ad præfatas „ Capellanias, sed cum ejus filii non sint adhuc ob „ ætatem idonei ad inserviendum huic Cathedrali per „ assistentiam ad Chorum, uti tenerentur; hinc in „ ea forem sententia, ut ad aliud quinquennium pro„ rogaretur subsidium prædictæ Cathedrali Ecclesiæ „ versanti semper in indigentia non levi, et tali quin„ quennio elapso, unus aut alter filiorum Oratoris „ de Capellania providerctur. Sic enim consultum „ esset tam menti Testatoris, qui intendit sine du„ bio prius Ecclesiæ bono, ac tum etiam indemni„ tati juris, quod nonnisi secundario attributum fuit „ vocatis ad ejusmodi Beneficia „.

In primis inquirere oportet, utrum expediat Capellanias ad Canonicatus gradum evehere, vel potius illas servare integras ad formam testamenti Joannis Mariæ Perotti. Sane Canonicatuum erectionem suaderet Rescriptum S. M. Pii VI. diei 22. Augusti 1795. atque etiam votum plerorumque descendentium Familiæ Perotti. Si enim ob redituum decrementum tres erigi nequeant Canonicatus, duo erigantur, et quidquid reliqui supererit ex annuis fructibus, multiplico conferatur pro erectione alterius Canonicatus. Id quippe menti Testatoris consonum esset, qui, postquam stipendium Capellanis tribuendum præstituit, cavit, *ed in caso che dell' entrate avanzassero, ma non abbastanza per l' ultimo Cappellano, comando che il residuo delle entrate si metta ogni anno a moltiplico finche l' entrata arriva almeno alli detti scudi* 50., *e fatto che sarà detto moltiplico si debba presentare l'altro Cappellano con li medesimi pesi, e condizioni.*

At redituum decrementum valde amplum deprehenditur, ac præsentes fructus vix pares essent uni erigen-

gendo Canonicatui, et ad nullitatem descendentium magis conduceret, si duæ saltem servarentur chorales Capellaniæ. Præterea Canonicatuum erectio adversatur Testatoris voluntati, qui Capellanias erigi jussit, et hanc etiam ob causam EE. VV. in *Camerinen. Erectionis Ecclesiæ Collegiatæ* 17. *Maji labentis anni* 1828. Ecclesiam S. Mariæ in Via ad Collegiatæ honorem, et Capellanias a cl.me. Cardinali Giorio ibidem institutas ad Canonicatuum gradum erigi denegarunt. Videant igitur Emi Patres quid sit decernendum; nam SSmus Dominus Noster rescripto diei 16. superioris mensis Junii necessarias huic S. Congregationi impertitus est facultates rectum præcipiendi exequutionem vel suspensionem memorati Rescripti S.M.Pii VII. sed etiam, quatenus S. Congregatio censuerit, idem rescriptum moderandi, et revocandi.

Dein statuere necesse est, eminam sit jus nominandi Rectores Capellaniarum vel Canonicatuum; omnes namque descendentes jus illud sibi asserere non dubitant. Verum jus præsentandi in præsens ad Petrum Venanzi pertinere, perspicue lucenterque elicitur ex testamentariis tabulis. Profecto statuit pius fundator = che „ il jus præsentandi et nominandi appresso il Rino Ordinario pro tempore spetti al Primogenito maschio „ maggiore di età che sarà provenuto dalla linea, „ o linee di dette donne, cioè al primogenito maschio che proverrà dalle figlie femmine dei detti „ Sig. Fabio, e Marcantonio, e mancando questi, al „ primogenito maggiore di dette due Figlie femmine „ di esso Sig. Testatore = Cumque Petrus Venanzi nunc unicus sit masculus, qui ex linea Fabii proficiscatur, atque ex progenie Marci Antonii nullus sit descendens masculini sexus, patet ad ipsum spectare jus præsentandi Capellanos, non autem ad masculos descendentes ex Filiabus Testatoris, aut ex ipsius Sorore, qui in subsidium tantummodo, hoc est non existentibus masculis ex linea Fabii, et Marci Antonii originem ducentibus, ad activum juspatronatus vocantur.

Restat nunc ut agatur de precibus Raymundi Neri, et Jacobi Friggeri. Eorum quidem petitio rejicienda foret, tum quia dispositioni juris adversum tenet, tum

tum quia voluntati Testatoris plura infligerentur vulnera; siquidem eisdem concedere oporteret non solum dispensationem ætatis, sed etiam exemptionem a choro, et facultatem per alium implendi onera Missarum. Accedit in themate dissensus Venantii, qui in præsens habet jus nominandi ad Capellanias, ideoque si EE. VV. Oratorum precibus indulgerent, juri Petri Venanzi jactura irrogari videretur contra regulam juris, quæ statuit gratias et privilegia juri alterius detrimentum inferre non debere, *L. 7. Cod. de precibus Imp. offer.*, *cap. si quando de rescript.*, *S. Congreg. in Ariminen. 16. Junii 1827.* Tandem si eorumdem Oratorum precibus annuendum foret, idem beneficium tribuere oporteret filiis Aloisii Bartoli ex Margarita Testatoris filia descendentibus, ac sexto consanguinitatis gradu cum ipso conjunctis, qui ut ait præfatus Aloisius, versantur = in maggior neces-
„ sità del ricorrente Raimondo Neri, perchè man-
„ canti del tutto di beni di fortuna, e così in mag-
„ gior diritto di divertire le rendite de' Canonicati =
Pluries tamen hæc S. Congregatio veniam ætatis impertiendam esse censuit patronis passive vocatis ad obtinenda beneficia et ecclesiasticas Capellanias, *in Lucana Beneficii seu Capellaniæ 17. Maji 1749.*, *in Asculana super dispensatione 22. Augusti 1750.*, etiam si ceteri Patroni contradicerent, *ut in Forolivien. Capellaniæ 25. Junii 1791.*, et non raro indulsit ut pueri ad patronalia beneficia nominarentur, in *Melevitana indulti 10. Septembris 1733.*, *in Vercellen. 19. Julii 1766. §. Sepissimæ*. Missarum etiam suspensionem, et Capellaniæ administrationem patronis tribuit, ut se alere possent, in *Nullius S. Michaelis de Clusa 30. Martii 1776.*, *in Nucerina 7. Septembris 1778.* Nec requiritur ut eorum paupertas sit extrema, sed sufficit relativa, in *Aquen. Capellaniæ 20. Januarii*, *et 15. Februarii 1785.*, *et in Ariminen. Capellaniæ 22. Julii 1815.* In themate paupe-
res se esse ajunt tum Jacobus Friggeri, tum Raymundus Neri, ac de Raymundi paupertate certos non reddit Episcopus Civitatis Plebis, qui eum Apostolica commiseratione dignum existimat, inquiens „
„ ob malam bonorum administrationem ab ejus
præ-

„ prædefuncto patre gestam in valde deteriorem fortunæ statum incidisse, ejusque actuale patrimonium ita exiguos reditus producere, ut cum sit uxore filiisque gravatus, habito respectu ad præcedentem Familiæ Neri statum, pauper dici possit, eique quamcumque expensam licet levem omnino impossibile sit erogare „ Insuper animadvertit ipse Raymundus suos filios esse filiis Jacobi Friggeri præferendos, non solum quia ex linea recta procedunt, quæ semper collateralem excludit, sed etiam quia ipse Testator expresse eo tantum casu vocavit Sororis Magdalenæ descendentes, quo non extarent masculi ex filiabus Testatoris ortum ducentibus. Sed hic animadvertit Jacobus Friggeri, quod si Capellaniæ ejus filiis concederentur, minus detrimenti Chori servitium pateretur, cum unus jam ætatis sit annorum quindecim, alter duodecim. Porro hæc Sacra Congregatio omnem intendit solicitudinem, ut in Choro hymnis et canticis nomen Dei celebretur *ut in Ostunen. commutationis voluntatis et reductionis* 20. *Novembris* 1822. §. *Necessitas*, *et in Neapolitana reductionis Servitii Chori* 18. *Martii* 1826. §. *Animadvertendum*. Imo idem testator indulgentior se præbuit erga illos, qui ætate majores essent, ideoque indulsit, ut Capellaniæ fructus percipi possent *purchè fra tre anni dopo il giorno della presentazione possano celebrare la S. Messa.*

Videant demum Emi Patres, an potius audiendi sint Canonici, qui rescripti prorogationem flagitant favore Sacrarii. Siquidem utilis et necessaria causa occurreret pro commutatione voluntatis, nimirum indigentia Sacrarii, et defectus supellectilium, *Sacra Congregatio in una Civitatis Castelli suspensionis onerum et absolutionis* 17. *Maji* 1817. §. *In primo*, *et in Taurinen. absolutionis suspensionis et reductionis diei* 1. *Martii* 1817. §. *quo.*

Dubia

I. *An et quomodo sit exequendum rescriptum diei* 22. *Augusti* 1795. *super erectione Canonicatuum in casu etc.*

II. *An et ad quem spectet jus nominandi in casu etc.*

III. *An et quomodo sit annuendum precibus Raymundi Neri in casu etc.*

IV. *An*

IV. *An et quomodo sit annuendum precibus Jacobi Friggeri in casu etc.*

V. *An et ad quod tempus sit concedendum prorogationis indultum Capitulo Cathedralis Ecclesiae in casu etc.*

Ad I. Negative in omnibus.

Ad II. Affirmative ad Petrum Venanzi.

Ad III. et IV. Dilata et ad mentem. Mens est ut scribatur Episcopo, qui adhibitis diligentiis referat, an actualiter extent fundi et bona ad valorem septem mille scutatorum ex hereditate Perotti provenientia ad formam laudi, vocatis ad redditionem rationis Administratoribus, ac deputato interim Ecclesiastico Administratore, qui adimpletis oneribus curet celebrationem Missarum ad formam fundationis.

Ad V. Negative in omnibus.

Sess. 2. Cap. 3. de reform.

CAMERINEN AEDIFICATIONIS ECCLESIAE. Pluries actum est de hac causa, cujus historiam habent Emi Patres in folio diei 20 Decembris 1823. Tunc propositum fuit dubium: *An sit standum vel recedendum a decisis in casu etc.*, responsumque prodiit die 31 Januarii 1823 = *Dilata et scribatur Archiepiscopo ad mentem* = Mens autem fuit, ut Archiepiscopus *exquirat a Dominico Bartolini indultum construendi Odeum, et quatenus exhibeatur, et nondum determinata fuerit summa ab eodem solvenda Ecclesiae in compensationem servitutis Odei, de eadem conveniat cum Bartolinio, qua summa dempta una cum altera erogata in constructionem Odei referat de liquido ipsius credito, nec non de annua quota resultante ex nova annua taxa imposita favore Ecclesiae Metropolitanae, ac de tempore quo erit perduratura.* Preces denuo instauravit Bartolinius, ac superiori mense Junio petiit, ut EE. VV. decernerent ejus crediti eclutionem ex proventibus Taxæ, quam exigunt Deputati pro Cathedrali Templo absolvendo. Hinc Litteræ datæ fuerunt Archiepiscopo, ut Sacram Congregationem instructam redderet de *resultantibus ex resolutione* S. *Congregationis diei* 31. *Januarii* 1824. responsumque accepi

„ Domi-

„ Dominicus Bartolinius diu multumque adlaboravit, ut cum fabricæ Congregatione supra ejus credito, de quo in supplici Libello, transactionem iniret. At hanc, quam exoptaverat, concordiam numquam ad finem perducere potuit. Eidem enim Congregationi ab eo propositæ transigendi conditiones minime arriserunt. Preces tamen duorum Deputatorum voto remisit, qui eas sub die tertia Martii currentis anni rejicere non dubitarunt; nec injuria prorsus. Sciendum est enim, non præsentem Fabricæ Congregationem super Ecclesiæ Metropolitanæ ædificatione nuper deputatam, sed alteram Congregationem ante Francorum irruptionem super constructione Ecclesiarum totius Diœcesis terremotu anni 1799 dirutarum deputatam cum Bartolinio contraxisse debitum. Hoc igitur non ad texim pro Ecclesia Metropolitana construenda, sed ad illam pro omnibus Ecclesiis Diœcesis restaurandis, ut supra, statutam refertur. At etiamsi Bartolini creditum contra præsentem Fabricæ Congregationem absque alla controversia admitteretur, tamen ei jus non esset nunc illud exigendi, cum ad finem Fabrica adhuc producta non fuerit.

„ Ex hac enarrata factorum serie perbelle cognoscent Emi Patres hodiernam Fabricæ Congregationem saltem in præsentiarum nequaquam ad persolvendum creditum teneri; ac me omni vacare culpa, si citius EE. VV. litteris non satisfecerim, cum præsertim numquam Orator nec mihi, nec meæ Curiæ Archiepiscopali perhibuit documenta, ut creditum ad trutinam revocarem. His præmissis ad solvenda quæsita mihi proposita deveniam

„ Ad primum dico Bartolinium indultum construendi Odeum in Ecclesia Parochiali Frontilli a S. M. Pii VII. concessum sub die 20 Januarii 1803 mihi porrexisse. Immo ipse jam conventam 50 scutatorum summam in compensationem servitutis Odei persolvit Parochiali Ecclesiæ.

Ad secundum refero demptis 50. scutatis, ut supra, demptis et aliis scutatis 122. et obl. 15. in ædificatione Odei impensis, præfatum creditum ad summam scutatorum 388. 60 pertigeret. Si fructus ad ra-

tionem scutatorum septem pro centenario quolibet anno usque adhuc decursos, et non solutos, nec a Creditore petitos, addere velimus ad ingentem pecuniæ summam consurgeret creditum: de hujus, ut dixi, liquidatione mihi non constat. Innotescit vero liquidatio Deputatorum Parochiali Congregationi, quæ illud revisit, et approbavit.

97 Ad tertium mihi referendum est, quotam annuam novæ Taxæ summam scutatorum 5298 æquare. Hæc usque ab anno 1820. percipi incœpit, atque sub fine anni 1827. cessavit „

Reliqua haurient Emi Patres ex folio diei 20 Decembris 1823., quod iterum consulere precor, ac dirimere

Dubium

An sit standum vel recedendum a decisis in casu etc.

Non proposita cum sequentibus.

FE-

FERENTINA FABRICAE. Prope januam parochialis Ecclesiæ S. Mariæ Gaudentium Ferentini, ac parietibus ejusdem Ecclesiae adhærentem Capellam sub invocatione S. Petri ad Vincula anno 1696 e fundamentis excitavit Canonicus Joannes Leoninus, illamque bonis suis dotavit, reservato sibi dum viveret, ac post ejus obitum Communitati Ferentini jurepatronatus Capellae, ac etiam facultate nominandi Rectorem. Huic onus imposuit feria secunda ac feria sexta cujuslibet hebdomadis faciendi sacrum in eadem Capella. Anno autem 1727 animadvertens Communitas Seminarium ecclesiasticum noviter erectum reditibus indigere, ac perspiciens ad Ferentinatium utilitatem conducere, si Capellaniæ fructus in Alimoniam Adolescentis Clerici in Seminario ad pietatem, et ad litteras informandi converterentur, supplices Summo Pontifici obtulit preces, ut voti compos redderetur. Communitatis petitioni concessit S. M. Benedictus XIII. ac Litteris datis die 12. Decembris 1727. Episcopo auctoritatem tribuit. *Ecclesiam seu Capellam praedictam . . . prævia illius tituli suppressione et extinctione eidem Seminario* perpetuo uniendi et incorporandi, *cum onere nunc et pro tempore existenti ejusdem Seminarii Rectori et Administratoribus alumnum civem Ferentinen. per quinquennium in solo victu alendum*, et singulis quinquenniis a Communitate eligendum, *ac cum omnibus usibus et pertinentiis suis liceat dicto Seminario . . . realem et actualem possessionem Ecclesiae seu Capellae praedictae ac jurium adnexorum apprehendere, et apprehensa perpetuo retinere, fructus quoque, reditus, jura, et emolumenta universa dictae Ecclesiae . . . percipere, ac in seminarii usus convertere Dioecesani loci, vel cujusvis alterius licentia desuper minime requisita, supportatis tamen praefatis omnibus et singulis dictae Ecclesiae seu Capellae oneribus*, id est *Cappellam praedictam sacris supellectilibus mantenendi, ac duas missas qualibet hebdomada celebrandi, et unam Missam cantatam in die festi ejusdem S. Petri etiam celebrandi.* *Sess. 21. Capit. 7. de Reform.*

Nuper susceptum renovandæ parochialis Ecclesiae con-

silium occasionem præbuit destruendi Sacellum S. Petri ad Vincula, et Altare sub ejusdem cœlestis incolae auspiciis intra ambitum Ecclesiæ extollendi. Quare Episcopus in Sacra Visitatione decretum edidit, quo Communitas Ferentini ad Altare illud suis sumptibus extruendum, et tum sacra icone, tum sacris quibus opus esset instrumentis, ornandum compelleretur. Obstitit Communitas, affirmans expensas omnes a Seminario propter Capellae et bonorum unionem eidem jamdiu factam perferendas esse, et huic adhæsisse sententiæ vel ipsam Congregationem Boni regiminis, cui rei historiam narravit Communitas. Factum hinc ut deputati Seminarii quæstionem ad hunc Sacrum Ordinem deferendam censuerint.

Rogatus Episcopus, ut audita Communitate votum suum aperiret, retulit, Capellaniæ bona annuum circiter ferre fructum scutorum quadraginta quatuor, sumptus autem comprehensis missarum oneribus, et alimentis Alumni a Communitate nominati pertingere ad annua scutata 69. 60. Jam vero subdit Episcopus „ „ Adolescenti Diœcesano apud Seminarium alendo „ per undecim fere anni menses quadraginta scuta„ torum pensio constituta est, tenuior sane quam „ ferant sumptus in alimenta a Seminario faciendi. „ Ad Capellam nove construendam, ornandamque, „ ac sacra supellectili instruendam, adjecta etiam „ icone S. Titularis, qua prorsus nova opus est facile „ intelligitur summam haud minorem scutatis cir„ citer ducentis impedi oportere.

„ Publicum repræsentantes admonui, ut scripto sen„ tentiam suam explicarent super dubio, utrum „ Communitas attento jure quod habet nominandi „ unum Alumnum gratis alendum educandumque „ in hoc Seminario, censenda sit retinere juspatro„ natus in Capellam, eique annexam Capellaniam „ sub titulo S. Petri, proindeque teneatur ad eam„ dem Capellam nove construendam, ornandamque „ ac omnibus quibus ad Sacrum faciendum opus fuerit „ instruendam. Scripto expressam exhibuere sententiam, „ qua jus antedictum, simul atque debitum sibi non es„ se contendunt. Quam in rem id unum satis habeo „ animadvertere, seminarium quidem sibi sumpsisse

„ one-

„ onera, quæ Capellani propria fuissent, ac præte-
„ rea multo gravius aliud certo juveni quotidie ali-
„ menta, et ad litteras excolendas adjumenta præ-
„ bendi: Communitatem vero ut ex aggregationis
„ instrumento constat, nihil de suo patronatus jure
„ amisisse, quin potius eidem juri multum ampli-
„ tudinis, atque utilitatis accessisse, quando pri le n it
„ verbis utar ejus lem Communitatis in supplici Li-
„ bello, quo postulata aggregatio fuit = è più uti-
„ le ai Cittadini che ogni cinque anni se ne presen-
„ ti uno al Seminario, che si presenti uno perpe-
„ tuamente alla detta Cappella = Ego autem addo lon-
„ ge amplius apparere jus patronatus, quod singulis
„ quinquenniis, quam quod nonnisi longo a lmodum
„ intervallo temporis interjecto, itidemque exer-
„ ceatur.

Communitas in foliis ab Episcopo transmissis contendit, jura omnia Beneficii S. Petri ad vincula per unionem anni 1727. in Seminarium translata fuisse, ideoque omnia etiam onera ab eodem Seminario esse subeunda. Enim vero prævia tituli extinctione et suppressione nedum bona et jura Capellaniae, sed etiam ipsam *Ecclesiam seu Cappellam* Seminario unitam fuisse fidem perhibent Litteræ Apostolicæ. Ex hac igitur unione sequitur, communitatem amisisse jus patronatus tum Capellaniæ quæ per suppressionem desiit esse beneficium, ejusque bona prædium evaserunt Seminarii, *Fagnan. in cap. Dudum num* 31. *de elect.*, *Reiffenst. lib.* 3. *Decret. tit.* 12. *num.* 46., tum ipsius Capellæ, cujus possessio similiter tradita fuit Seminario, reservata tantum nodo Communitati ad rependendam jacturam juris patronatus Capellaniæ et Capellæ facultate nominandi Alumnum in Seminario gratis alendum, et in litteris excolendum.

Quæ cum ita sint, patet a Seminario perferenda esse non solum onera missarum, et impendia necessaria pro divini cultus exercitio in Capella S. Petri, sed etiam sumptus pro instauranda et reædificanda eadem Capella. Idque clarius elici autumat Communitas ex verbis illis Litterarum Apostolicarum = *supportatis tamen praefatis omnibus et sin-*

gu-

gulis dictæ Ecclesiae seu Capellae oneribus = atque etiam ex centenaria consuetudine, nam Communitas jam inde ab unione anni 1727 *non trovasi che abbia mai sopportato verun peso annesso a detto titolo.*

Secus tamen Litteras unionis interpretandas arbitrantur Deputati Seminarii. Duo enim ante præfatam unionem Communitati erant jura, patronatus scilicet Ecclesiæ seu Capellæ, et patronatus Capellaniæ. Illud nullam subiit innovationem, hoc autem per tituli suppressionem extinctum quidem remansit, sed ei suffectum fuit jus singulis quinquenniis nominandi Alumnum. Hæc omnia luculenter erui existimant ex Litteris Apostolicis, atque ex fine unionis. Et sane Litteræ Apostolicæ decernunt Ecclesiæ et Capellaniæ unionem favore Seminarii, at ne ullum quidem in illis excidit verbum, ex quo colligatur privatio juris-patronatus Capellæ seu Ecclesiæ, quo fruebatur Communitas, ejusque translatio in Seminarium. Præterea ea fuit ratio et finis unionis ut Seminarii reditus augescerent, sicque major Alumnorum numerus ad Ecclesiæ et Civitatis bonum educari posset, non vero ut Seminarium juribus honorificis, ac præsertim grave onus secumferentibus ornaretur.

Exinde duo sponte fluunt, nimirum Communitati sarctum tectumque servatum fuisse tum juspatronatus Capellæ, tum jus nominandi; Seminario autem ea perpetuo jura et onera fuisse attributa; quæ Capellanorum pro tempore erant propria; translatitium enim est, in subrogatum omnia transire jura et onera ejus in cujus locum subrogatur. *Rot. decis. 278, num 5. part. 7. recent S. Congregatio in Nullius Sublacen. Jurium parochialium 29 Januarii 1825. §. Neque.*

Porro Seminarium tamquam Capellanis suffectum onera Missarum, et festi Sancti Titularis implere, atque etiam utensilia comparare, et Capellam instruere obstringitur, imo vel ipsam Capellam instaurare, ac denuo construere teneretur, si reditus Beneficii hisce omnibus oneribus ferendis pares essent. At si tenues suppetant Beneficii fructus, patroni compellendi sunt ad reædificandam Ecclesiam, illamque rebus ad divinum cultum necessariis muniendam, *Concil. Tri-*

dent,

dent Sess. 21. cap. 7. de Reform., Reiffenst. Lib. 3. Decret. tit. 18. n 26. S. Congregat. in Tiburtina Restaurationis Ecclesiæ parochialis 15. Decembris 1827. ad I. Dub. In themate adeo exiguos Seminarium colligit fructus ex bonis unitæ Capellaniæ proficiscentes, ut longe minores sint sumptibus quolibet anno faciendis, quamvis Capellaniæ bona *pecunia et industria Seminarii* (verba sunt Episcopi) *amplificatis præsertim ædificiis incrementum aliquod acceperit*. Quocirca, concludunt Deputati, quemadmodum Capellanus, si ejus nominationi adhuc foret locus, ob redituum exiguitatem immunis esset a reædificanda et ornanda Capella, ita etiam, quin imo magis Seminarium, quod non levem singulis annis jacturam patitur, liberum esse debet ab onere suis sumptibus construendi Capellam. Nec aliquid negotii facessere valet asserta consuetudo; siquid enim anteactis annis Seminarium impendisset pro restauranda Capellæ fabrica, id unum probaret, ut Seminarium adigi posset ad ordinarias et modici valoris instaurationes, numquam vero ad Capellam e fundamentis excitandam.

Proponitur

Dubium

An sit confirmandum decretum ab Episcopo in Sacra Visitatione editum in casu etc.

FERENTINA RESTAURATIONIS ECCLESIÆ. In Oppido Proxendi extat Ecclesia Deo in honorem S. Nicolai sacra, cujus Beneficia inibi erecta vertente seculo decimo sexto Ecclesiæ Collegiatæ Sanctæ Agathæ ad augendos Canonicalium Præbendarum reditus uni- *Sess. 21. cap 7. de Reform*

nita fuere. Quatuor in eadem Ecclesia S. Nicolai conspiciuntur Capellæ, seu Altaria. Majus Altare Capituli proprium est, eoque utuntur Canonici ad litanda duo supra quinquaginta annua Sacra, et ad Festum S. Titularis celebrandum. Duæ ex minoribus Capellis sunt juspatronatus Sodalitatum Suffragii, et S. Hyacinthi, et quælibet Sodalitas sepultura gaudet pro Confratribus, ac quasdam explere tenetur sacras functiones. Juspatronatus postremæ Capellæ S. Antonio Patavino nuncupatæ sibi anno 1759. tribui postulavit Alexander Papi, sed ejus petitionem respuendam censuerunt Canonici, licet decem circiter post annis rogati, ut eidem permitterent *di fare qualche bonificazione all' Altare di S. Antonio, cioè d' ingrandirlo, e farlo ornare di colonne, e capitelli di stucco*, votis annuere, et supplici libello se subscribere non detrectaverint. Ex eo tempore Familia Papi nedum Capellam S. Antonii sacra supellectili instruere, atque rebus ornare incœpit, sed insuper jura, quæ aliorum patronorum sunt propria, exercere, sepulchro pro gente Papia uti, exigua bona Missarum celebrationi, et Capellæ instaurationi addicta administrare, atque etiam quartam sumptuum partem, quos pro instaurandi Ecclesia S. Nicolai singulis fere annis oportuit facere, una cum Capitulo Collegiatæ, et patronis reliquarum Capellarum suppeditare non prætermisit, quemadmodum certum perhibent fidem libri administrationis Capituli, et Sodalitatum, nec inficiatur hodiernus Capellæ S. Antonii patronus Alexander Papi. Sacrum autem nuperrime peragens visitationem Ferentini Antistes cum decreverit, ut Ecclesia S. Nicolai necessariis instaurationibus reficeretur, quæstio orta est inter Capitulum, et Alexandrum Papi, utrum hic ad quartam expensarum partem contribuendam teneatur, ad quam dirimendam hujus Sacri Ordinis oraculum sibi exquirendum duxerunt.

Ex Episcopi informatione, qui neutri adhæret parti, ea, quæ superius narravi, deprompsi. Ipse transmisit quoque rationum momenta a partibus exhibita, addiditque = Quoad Ecclesiam S. Nicolai permissum „ videtur Sodalitatibus Suffragii, et S. Hyacinthi, ut „ Ecclesia eadem ad proprias instituti sui exercitatio-

tio-

„ tiones uterentur, ea conditione ut simul cum Ca-
„ pitulo Ecclesiæ sarte tecteque tuendæ consulerent;
„ Capella porro S. Antonii Patavini quosdam habuit
„ certos reditus, qui modo percipiuntur ab Alexan-
„ dro Papi ex eo tempore, quo ejus Familia in Capel-
„ læ possessionem venit =

Alexander Papi tamquam patronus Capellæ S. Antonii paratum quidem se exhibet ferendis sumptibus necessariis pro instauranda Capella, eaque sacris supellectilibus ornanda; verum denegat sibi onus incumbere conferendi quadrantem expensarum pro reficienda Ecclesiæ fabrica. Et sane, quemadmodum ex juris censura patronus totius Ecclesiæ, si peculiaris ac sufficiens præsto non sit dos, onere gravatur instauranti integram Ecclesiæ fabricam, et alia comparandi, ut divinus in illa exerceatur cultus, *cap. de his 20 de testament.*, *Benedict. XIV. Inst eccl. 100. n. 14.*, *S. Congregatio in Tiburtina Restaurationis Ecclesiæ 15. Decembris 1827.*, ita similiter patronus unius Capellæ tenetur solummodo ad eamdem reparandam Capellam, *Pignatel. consul. can 15. n. 4. tom. 6.*, *Sperel. decis. 67. n. 12.*, *Lambert. de jurep. lib. 1. quæst. 6. art. 4. n. 5.*, non vero ad emendandas reliquas Ecclesiæ partes, in quibus nullo potitur jure. Capitulum igitur Collegiatæ S. Agathæ, quod per subjectivam unionem rector evasit Ecclesiæ S. Nicolai, adigendum est ad fabricæ, et Ecclesiæ impendia perferenda.

Nec secus decernendum, subdit Papius, propter exemplum Sodalitatum: istis enim Capellarum juspatronatus ea lege tributum fuisse narrat Episcopus, ut *simul cum Capitulo Ecclesiæ sarte tecteque tuendæ consulerent*; at vero Familia Papi nulla sibi data lege, nulla ejusmodi inita pactione patronatum Capellæ acquisivit, ac propterea illa tantummodo subire onera obstringitur, quæ ex canonum sanctione patronis imminent Capellarum. Frustra autem, inquit, Canonici in themate confugiunt ad consuetudinem; Orator siquidem, ejusque majores, quod in Ecclesiæ tuitionem impenderunt, id non animo contrahendi obligationem, sed ad eam, qua in cœlestem illum Patronum flagrabant, ostendendam devotionem identidem contulere. Porro ex actibus facultativis quamvis longis-

gi-simo tempore exercitis nulla unquam in exercente inducitur obligatio. *Rot. cor. Ratto decis 259 n. 12, S. Congregatio in Nucerina Legati pii 27. Januarii 1827. §. Multoque*, ideoque familia Papi a tribuenda quarta expensarum parte, quæ in Ecclesiæ instaurationem fieri solent, immunis est renuntianda.

Aliter tamen sentiendum propugnat Capitulum. Explorati siquidem juris est, consuetudinem in primis, certis deficientibus reditibus fabricæ Ecclesiæ addictis, inspiciendam esse, ubi opus fuerit Ecclesiam reficere, vel dirutam rursus excitare, *Benedict. XIV. Inst. Eccl. 100. n. 11., Engel lib. 3. Decret. tit. de ædific. Eccl. n. 8., S. Congregatio in Fanen. Mantuentionis Fabricæ Ecclesiæ Cathedralis et expensarum 17 Maii hujus anni §. Ex.* In præsenti casu plane desiderantur bona, quæ reparandæ Ecclesiæ inserviant, sed adest vetusta consuetudo obligans Familiam Papi, utpote patronam Capellæ S. Antonii, ad symbolam pro instauranda Ecclesia suppeditandam. Enim vero octoginta circiter abhinc annis, ceu fatetur ipsemet Alexander Papi, cum oportuit tecta Ecclesiæ emendare, fabricam reficere, aut necessaria ornamenta comparare, tam Capitulum, et Sodalitates, quam Gens Papia sumptus omnes libenter subierunt, quartam quisque partem in eam causam conferendo. Imo anno 1756. cum Alexander Papi hodierni Alexandri avus quasdam pro Ecclesia S Nicolai fecerit expensas, illarum quadrantem ad Capitulum pertinentem sibi a Canonicis rependi postulavit, cumque propterea in Comitiis capitularibus actum fuerit *della spesa da ripartirsi tra le quattro Cappelle ivi esistenti*, Canonici decreverunt, Capituli portionem ex quibusdam eleemosynis esse pendendam. Si itaque Familia Papi per tempus adeo diuturnum quartam sumptuum partem contulit, non secus ac Confraternitates, quæ simili gaudent Capellarum patronatu, patet jam inductam esse consuetudinem, eamque omnino servandam, *L. Sicut Cod. de præscript. 30. vel 40. annor., cap. 4. de præscript.*

Irrito autem conatu, perguut Canonici, Alexander Papi subsidium sibi quærit ex actibus facultativis. Initio enim vehemens non deest præsumptio, juspatrona-

natus Capellæ ea conditione fuisse tributum Alexandro Papi, ut ipse eadem perferret onera, quibus suberant alii Capellarum patroni. Dein consuetudo statis temporibus aliquid Ecclesiæ offerendi, obligationem parit, quamvis initio ex devotione incœperit, *Reiffenst. lib.* 3. *decret. tit.* 30. *n.* 185., *S. Congreg. in Brictinorien. Paræciarum* 8. *Maji* 1824. §. *Parochi, et in Reatina* 21. *Julii* 1827., præsertim quia in themate occurrunt rerum adjuncta, quæ animum se se obligandi ostendunt, scilicet familiæ Papi devetio erga S. Antonium Patavinum, juspatronatus Capellæ, quæ salva consistere nequit, nisi simul Ecclesia incolumis servetur, exemplum denique aliorum patronorum, qui suam jugiter symbolam contulere.

Dubium

An Familia Papi teneatur conferre quartam sumptuum partem pro instauranda Ecclesia S. Nicolai in casu etc.

Sess. 24. cap. 13. de Reform.

NULLIUS TRIUM FONTIUM UNIONIS BENEFICIORUM ET REDUCTIONIS MISSARUM. Hujus controversiæ speciem haurire dignabuntur Eñi Patres ex folio diei 17. Maji 1828. Tria proposita fuerunt dubia inferius referenda, ac die 21. insequentis mensis Junii responsum prodiit = *Dilata, et ad mentem. Mens est, ut exquiratur votum Eñi Abbatis pro reductione actualium Capellaniarum ad duas tantummodo, quarum reditus ex unione bonorum, et proposita applicatione duorum Legatorum augeantur, firmo remanente favore Capituli jure nominandi, itemque super nova erectione alterius Capellaniæ ad nominationem ejusdem Eñi Abbatis, assignatis pro illius dote duobus simplicibus Beneficiis, ac tribus Legatis, ac taxata eleemosyna Missarum ad obolos viginti. Ceterum Eñus Abbas non gravetur audire Vincentium Mattioli, ut dignosci possit, quo jure retineat Legatum quondam Christophori Velasquez* =

Sacræ Congregationis mandatis obsequens Eñus et Rñus Cardinalis Georgius ab Auria Pamphyli tunc Abbas Commendatarius hæc respondit „ Cum EE. VV. Rñæ „ dignentur meum votum exquirere pro reductione „ actualium Capellaniarum Ecclesiæ Collegiatæ Or„ bitelli, quibus imminet annuum onus quinqua„ gintaquinque missarum, ad duas tantummodo, „ quarum reditus ex unione bonorum, et applica„ tione duorum Legatorum, videlicet Villamizer, et „ Augustini Imperante, quæ annuum dant redituu „ scut. 8. 56. cum onere missarum 42., augeantur, „ firmo remanente favore Capituli jure nominandi, „ itemque super nova erectione alterius Capellaniæ „ ad nominationem Abbatis Ordinarii, assignatis pro „ illius dote duobus simplicibus Beneficiis S. Anto„ nii, et S. Stephani, et tribus Legatis, scilicet Mar„ garitæ de Sebastiano, Catharinæ Cruciano, Christo„ phori Velasquez, et taxata eleemosyna Missarum „ ad obolos viginti, fateor EE. VV. Rñis hanc redu„ ctionem quatuor Capellaniarum ad duas, nec non „ novam erectionem alterius Capellaniæ sapientissime

exco-

„ excogitatam fuisse. Sic enim provisum integræ ce-
„ lebrationi Missarum, juri sufficienti nominationis,
„ et Capellanorum emolumentis, saltem pro duobus
„ primis Capellanis; quoad tertium enim nimio Mis-
„ sarum onere gravatus videtur biscentum scilicet et
„ quadraginta quinque, ita ut ex scutatis sexaginta
„ septem, et obolis viginti, subtractis Missarum elee-
„ mosynis parum pro chorali servitio supersit. Li-
„ benti itaque animo præfatæ actualium Capellania-
„ rum reductioni, et novæ alterius Capellaniæ erectio-
„ ni assentior; videant vero ea, qua pollent sapien-
„ tia, an aliqua Missarum reductio Capellano sit im-
„ pertienda.

„ Ut autem adamussim ea omnia adimplerem, quæ in
„ decreto sub die 21. Junii currentis anni EE. VV.
„ RR. mandarunt, non omisi audire Vincentium Mat-
„ tioli quo jure retineat Legatum quondam Christo-
„ phori Velasquez. Ex copia ejusdem Mattioli, quam
„ adjungo, dignoscent quid responsum ab ipso fuerit,
„ et clare etiam, quantum arbitror, respicient eidem
„ Mattioli in ratione Legati quondam Canonici Diaz
„ commissam tantummodo fuisse satisfactionem Mis-
„ sarum, quin ad canonicam ipsius nominationem
„ deventum fuerit, idque ex eo etiam colligitur, quod
„ in Cancellaria Abbatiali nulla favore Vincentii Mat-
„ tioli reperiatur super dicto Legato nominatio.

„ Hæc erant quæ respondenda esse censui ad reductio-
„ nem quatuor Capellaniarum, cujus resolutionem dif-
„ ferre censuerunt in Congregatione diei 21. Junii,
„ rescribendo ad mentem; cujus tenori satisfecisse
„ arbitror præsenti voto „

Ut vero EE. VV. luculentius innotescat quodnam jus sibi asserere valeat Sacerdos Vincentius Mattioli, opportunum reor ejus verba referre. Ipse enim rogatus, ut penderet, quo jure Legatum Velasquez possideret, rescripsit = Rispondo legittimamente. Reso vacante per
„ morte del Sig. Canonico Diaz nel 1821. la Curia Ec-
„ clesiastica d'allora, di cui e' la nomina, l'attribuì a
„ me per l'adempimento, ed io adempio da quel tem-
„ po alla celebrazione di messe trenta all'anno „.

Re-

Reliqua habent EE. VV. in folio diei 17. Maji 1828. quod iterum consulere precor, ut dirimere possint

Dubia

I. An et quomodo sit locus Beneficiorum, et Legatorum unioni in casu etc.

II. An et quomodo sit concedenda Missarum reductio in casu etc.

III. An et quomodo jus nominandi quatuor Capellanos sit dividendum inter Abbatem pro tempore, et Capitulum in casu etc.

Die

Die Sabbati 20. Decembris 1828. in Palatio Apostolico Vaticano erit Sacra Congregatio Concilii, in qua præter alia proponentur infrascripta Dubia, juxta morem ejusdem Sacræ Congregationis de jure resolvenda.

NEAPOLITANA DISPENSATIONIS MATRIMONII. Duo in Comitiis superioris mensis 20. Septembris proposita fuerunt dubia, quæ hanc causam spectant, I. *An sit standum vel recedendum a decisis super nova inspectione Mulieris in Urbe in casu etc.* Et quatenus recedendum a decisis: II. *An sit consulendum SSmo pro dispensatione super Matrimonio rato et non consummato in casu etc.*, quibus Emis Patribus responsum dare placuit: *Ad I. recedendum a decisis. Ad II. Affirmative, adjecta lege Aloisio de Mauro non transeundi ad alia vota.* Illico tum Comes Aloisius, tum Matrimonii Defensor instaurandi certaminis veniam petiere, quam de more concedendam censui. Verum etiamsi hæc pro certamine indicta fuerit dies, nihilominus Aloisii Patronus nihil mihi hactenus exhibuit. Hinc eadem rursus proponitur quæstio, distributis Allegationibus a Sacramenti Defensore, et a Mulieris Procuratore: cumque in eisdem nihil novi sive in facto, sive in jure invenerim, dignabuntur Emi Patres iterum consulere præterita Folia, ac partium allegationes, et dirimere

Sess. 24. Cap. 1. de refor. matr.

Dubia

I. *An sit standum in primo vel in secundo loco decisis quoad primum dubium in casu etc.*

II. An

II. *An. sit standum vel recedendum a decisis quoad secundum dubium in casu etc.*

Ad I. In secundo loco decisis.
Ad II. In decisis.

Sess. 24. cap. 13. de reform.

CALLIEN. JURIUM PARROCHIALIUM. In Civitate Callii unica antiquitus Cathedralis et simul Parochialis extabat Ecclesia, cujus animarum curam gerebant unus pluresve Vicarii Curati ad nutum Episcopi amovibiles, eisque tantum tribuebatur facultas nomine Episcopi administrandi Sacramenta. Cum autem postea Curato Cathedralis Ecclesiæ, qui certo destitutus erat censu, concessa fuerint bona cujusdam suppressi Monasterii, satius duxit Calliensis Episcopus Vicariam perpetuum constituere, data eidem facultate administrandi Sacramenta jure et nomine proprio, ac relictus omnes, atque emolumenta parochialia percipiendi, deputatis etiam duobus Presbyteris, qui eum labore levarent. Hoc Episcopi decretum occasionem præbuit nonnullis controversiis; nam Capitulum sibi asserens curam habitualem contendebat, Sacristæ sine venia Vicarii perpetui jus esse administrandi Sacramenta, et dimidiam incertorum omnium reddituum partem lucrandi. Verum coram hac S. Congregatione die 26. Februarii 1752. proposito dubio = *An Sacrista Ecclesiæ deputatus a Capitulo possit cumulative cum Vicario Curato, eoque invito administrare Sacramenta, et se ingerere in exercitio curæ, et cum eodem Vicario comparticipare pro medietate de emolumentis parochialibus in casu etc.*, partibus jus suum tributum fuit responso = *Negative*. Plures deinde exarserunt quæstiones circa funebria officia et emolumenta, quas ut amice componeret Episcopus, accersivit tum Vicarium Curatum, tum Canonicos a Capitulo delegatos; cumque

que inter cetera disceptatum fuerit = 6. *Se il solo Curato nell' associare i defonti, allorchè interviene il Capitolo, debba portare la Stola sì per strada che in Chiesa, ed in Coro, ed esso intonare l' antifona* Exultabunt Domino ?= Die 16 Januarii 1770. statutum est = *Il solo Curato porterà la Stola per la strada ed in Chiesa, ma non però in Coro, ed ivi neppure alcuno dei Signori Canonici, ed in esso Coro il Sig. Curato debba avere il primo posto fra Sacerdoti, ed il Sig. Curato debba intonare* Exultabunt Domino; *le assoluzioni poi si faranno dal Canonico Ebdomadario colla Stola, e Piviale* =

E vivis erepto Vicario Curato et Callensium civium numero in dies augescente, de cura Ecclesiæ Cathedralis dividenda, deque nova constituenda Parochia in Ecclesia S. Bartholomæi actum est. Precibus itaque huic S. Ordini ab Episcopo porrectis, et a Frutinam vocata Episcopi petitione a cl. me. Cardinali Antonelli, cujus votum exquisierat hæc S. Congregatio, negotium illud rescripto diei 25. Septembris 1784. Calliensi Antistiti commissum fuit, ut pro suo arbitrio et conscientia statueret ac decerneret in omnibus juxta votum Emi Relatoris. Hisce Episcopus utens facultatibus die 10. Februarii 1785. Ecclesiam S. Bartholomæi *in Parochiam omnino independentem, ac per se ipsam constantem, et in Parochiale beneficium perpetuum cum cura animarum* erexit, et jus *eligendi Rectoris ad modum ceterarum Ecclesiarum quotiescumque vacare contigerit*, sibi suisque successoribus reservavit. Ad jura vero, emolumentaque parochialia sermonem convertens, *eadem*, ait Episcopus, *volumus esse Ecclesiæ noviter, erectæ ejusque pro tempore Rectorum, qualia de jure deque nostræ Diœcesis consuetudine ceterarum Parochiarum sunt*: sed ut aliqua insignia honoris antiquæ Parœciæ salva consisterent, et quæ ex longissima consuetudine jam obtinuerant, etiam in posterum vim suam exererent, statuit, ut etiam exclusive subditorum novæ Parœciæ nulla electa sepultura decedentium, in Ecclesia Cathedrali tumulo conderentur, eidemque Ecclesiæ cederent universa emolumenta, tributa solummodo novo Parocho illa præstatione, quam Parochus ejusdemet Cathedralis perci-

pere consueverat. Ceterum, subdit Episcopus, *quod attinet ad jus associandorum cadaverum, funerisque peragendi, illud decernimus ac declaramus, tribuendum esse novo Parocho S. Bartholomæi, qui si agatur de defunctis intra suæ Parœciæ fines alio modo, quam per accidens existentibus, illorum cadavera ad Cathedralem Ecclesiam privative poterit, ejusdem Parocho excluso, comitari, ibique exequialia facere eodem jure, eodem ordine, eodemque honore, quibus posset in suamet Ecclesia, suaque jurisdictione, idque servatis legibus, quæ tum de jure communi, tum de consuetudine, tum ex præscripto sive nostro, sive pro temporum contingentia nostrorum successorum servari oportet, et deinceps forte contigerit.*

Paulo post hoc editum decretum, et vacante adhuc tum veteri, tum nova Parœcia, duo Canonici, qui earumdem Parœciarum Promotoriam officio fungebantur, Episcopum adierunt, eique patefactis controversiis, quæ superioribus temporibus Capitulum inter, et Vicarium Curatum super præeminentiis juribusque Cathedralis Ecclesiæ viguerant, petierunt, ut sua auctoritate quædam definiret, ne in posterum jurgia orirentur inter Canonicos, ac utriusque Parœciæ Rectores. Postulatis annuit Episcopus, et auditis non solum memoratis Promotoribus, sed etiam Capituli Deputatis, die 15. Martii 1785. inter cetera decrevit = Ut „ quandocumque Rñi Canonici collegialiter inter- „ veniant sive invitati, sive non ad associandum ali- „ quod cadaver, semper præcedant Parocho, qui primus incedet inter Presbyteros simplices.

„ Ut nec Rñus Dominus Præpositus, neque alius de „ Capitulo eo casu Stolam deferat per viam, neque „ possit cadaver aqua benedicta aspergere, neque præ- „ cinere Antiphonam *Exultabunt Domino*, sed hujus- „ modi actus facultativi Parocho omnino ac privative „ competant; nisi fortasse agatur de Canonicis, sive „ numerariis, sive supranumerariis defunctis; si quidem „ eo casu *in quacumque Ecclesia* tumulandi sint, de- „ latio Stolæ per viam, lustralis aquæ conspersio, et „ decantatio Antiphonæ *Exultabunt Domino* ad Præ- „ positum, sive digniorem de Capitulo spectet et per- „ tineat, ita tamen ut etiam Parochus sive Cathe-

dra-

„ dralis Ecclesiæ, sive S. Bartholomæi, qui pariter „ ad sociationem intererit, Stolam gestet, eamque „ ne in Ecclesia quidem, ac Choro dimittat.

Ut si quando Capitulum, licet non intervenerit ad „ comitandum cadaver, voluerit tamen sive ex lege „ capitulari quoad Canonicos, sive ex placito hæredum quoad ceteros defunctos funus, et officium „ exequiarum in Cathedrali Ecclesia per se ipsum peragere, quod quidem poterit ex consuetudine, eo „ casu dum in Choro decantatur psalmodia defunctorum, Præpositus, sive dignior in ordine Stolam „ gestet exclusive usque ad exequias, et absolutionem „ quæ fiet per Canonicum Hebdomadarium. Similiter Parochus Stolam perpetuo deferat, et dum officium canitur, et dum justa persolvuntur, qui „ primum idcirco locum in Choro obtinebit inter Presbyteros simplices, quique præter Stolæ delationem nullum alium actum jurisdictionalem ibidem peraget.

Hoc decretum, cujus nullum extat vestigium in Episcopali tabulario, licet autographum penes capitulare grammatophylacium asservari fidem perhibeat Canonicus a Secretis, gravate tulerunt Parochi, et anno 1824. occasione cleritus quorumdam Canonicorum sibi jus esse autumantes deferendi Stolam, aqua lustrali aspergendi cadavera etiam Capitularium, et præcinendi antiphonam *Exultabunt Domino*, Capitulo coram Episcopali Curia vadimonium dixerunt. At Canonici quæstionem ab hoc Sacro Ordine, ne sumptibus gravarentur, definiri cupientes, consonas preces Summo Pontifici obtulerunt, votique compotes facti sunt rescripto diei 2. Julii 1824.

Hinc litteræ datæ fuerunt Episcopo, ut auditis quorum intererat, eisque præfixo termino ad deducendum jura sua coram S. Congregatione in via æconomica, et absque strepitu judicii, referret de bono jure Capituli Oratoris. Munere suo functus est Episcopus, retulitque „ Multis abhinc annis quæstio hujusmodi in„ valuit inter Parochos et Capitulum: nihil tamen „ evenit innovationis, semperque Capitulum præ„ cedentia illa usus est, quam et in præsentiarum „ servat sive in deferenda stola insimul cum Parocho „ in associandis canonicorum Cadaveribus, sive in

„ præcinenda antiphona *Exultavunt Domino*, sive „ denique in aspergendo, antequam id peragat Pa- „ rochus, cadaver ipsum aqua lustrali. Equidem „ si jus commune inspiciatur, ratio omnis in Parocho- „ rum favorem militare videtur; soli enim Parocho „ jus competit actum omnem ad sibi demandatam „ jurisdictionem pertinentem in proprios fideles exer- „ cendi, Canonicis penitus exclusis, qui licet et ca- „ daverum associationi, et funeribus peragendis va- „ leant interesse, nihil tamen sibi sumere possunt, „ quod exclusive Parochis conveniat. Praxis hæc in „ ceteris Cathedralibus adamussim servatur adeo ut, „ quamvis Capitulum Canonicos vita functos ad Ec- „ clesiam associent, Parocho tamen relinquitur quid- „ quid juris ipsi congruere possit. Nihilo tamen secius in „ Calliensi Cathedrali eam invalevisse affirmant con- „ suetudinem, qua superius memoratos actus, in so- „ los tamen Canonicos, qui e vivis excesserint, con- „ tra Parochorum jura sustineri a Capitulo et conser- „ vari expostulatur. Quando reapse hujusmodi con- „ suetudo validis innitatur fundamentis, atque interru- „ pta numquam fuerit, statutisque temporibus pertu- „ raverit, præter dubitationis aleam de bono jure Capi- „ tuli asserendam venit . . . . . Facta anno 1785. „ utriusque Parœciæ collatione, nemo ex Parochis „ quamdiu vixerunt, ullam unquam instantiam in „ hac Curia produxit pro irritatione decreti diei 15. „ Martii 1785., licet fortasse non prorsus acquieverint, „ vel eis obsistere præsumpserint; scio namque va- „ rios testes deposuisse in favorem Capituli consuetu- „ dinem non abruptam asserentis, varios in favorem „ Parochorum consuetudinem ipsam quandoque tur- „ batam affirmantium. Quidquid vero sit, molestiæ „ et scandala uti nunc retroactis temporibus non „ extiterunt.

Animarum Curatoribus jus esse in funeribus ducendis Stolam deferendi, cadaver, antequam domo efferatur, aqua benedicta aspergendi, et antiphonam *Si iniquitates* alteramque *Exultabunt Domino* dicendi, luculenter eruitur *ex Rit. Rom. tit. de Exequiis*, et definivit S. Rituum Congregatio *in una Aversana* 15. *Septembris* 1640., rescribens = *Ad solum Parochum spe-*

spectare aspergere aqua benedicta cadaver, antequam levetur de domo, et ad eumdem pertinere intonare Si iniquitates; et officium super cadavere in sua Ecclesia peragere = Et *in Eugubina 4. Julii 1614.* censuit = *Non esse probatam consuetudinem, et idcirco terminandam esse causam secundum jus commune, videlicet quod . . . . benedictionem in domo mortui faciat circa corpus proprius Parochus, qui Stolam deferens a domo defuncti usque ad Ecclesiam, in qua corpus sepeliendum erit, aliis omnibus præcedere debet.* = Concinit hæc S. Congregatio = *in Asculana Jurium Parochialium 19. Septembris 1778 §. Defunctionibus, et in Carpenetoraten. 15 Septembris 1781. §. Itidemque.*

Imo jus illud ad Parochos spectat, etiamsi Capitulum Ecclesiæ Cathedralis aut Collegiatæ funeribus intersit; siquidem S. Rituum Congregatio die 21. Septemb 1631. hoc edidit decretum = *Vocato ad funus Capitulo Cathedralis, ad solum Parochum spectat aspergere aqua benedicta cadaver, antequam levetur de domo, et ad eumdem pertinet intonare antiphonam, et officium super cadavere peragere; in quo si aliqua difficultas oriatur, in Sacra Congregatione deducantur jura, non suspensa tamen dictorum decretorum executione* = Et in *Monopolitana 21. Martii 1691.* declaravit = Jus intonandi antiphonam *Exultabunt etc* in funeralibus juxta Rituale Romanum spectare ad Parochum, non autem ad primam Dignitatem Capituli Cathedralis, quando capitulariter intervenit, et non obstante quod ipsa Cathedralis in dicta processione præcedere debeat ipsis Parochis, et quod dictum Rituale non disponat in casu, quo Cathedralis interveniat, sed Parochus cum suo Clero. = Similiter hic Sacer Ordo *in Faventina* Præeminentiarum 7. Junii 1760. proposito dubio = *An intonatio antiphonæ Exultabunt Domino, antequam Defuncti cadaver e domo efferatur, spectet ad ad primam Dignitatem Capituli, seu potius ad Parochum* = respondit = *Negative ad primam partem, et affirmative ad secundam* = et nuperrime in *Vallis Sublacen. Jurium Parochialium 29. Januarii 1825.*, in qua Capitulum contendebat, Stolæ delationem in associatione cadaverum ex consuetudine spectare ad Ca-

no-

nonicum Hebdomadarium, non vero ad Canonicos Archipresbyterum et Primicerium, qui actualem animarum curam gerebant, responsum dedit, jus illud spectare ad *Archipresbyterum et Primicerium*.

Ex his exploratum censet Parochorum Defensor in circumferenda Allegatione, ad eosdem animarum Curatores, non autem ad Capitulum pertinere controversa jura; quin Canonici præsidium sibi comparare valeant ex decreto Episcopi, aut asserta consuetudine. Quum enim jus deferendi stolam in funeribus ducendis, aspergendi cadaver, et canendi Antiphonam *Exultabunt Domino* ex sacrorum canonum dispositione Parochorum officio inhæreat, decretum Episcopi utpote juri communi adversum, licet ad tollendas quæstiones editum, nullius ponderis est faciendum *ad text. in cap. Quod super his de major.*, *et obed.*, *Benedictus XIV. de Syn. Diœces. Lib.* 12. *cap.* 1. *et* 5., *S. Congregatio in Ariminen. Juris tumulandi et funeris* 18. *Decembris* 1824. § *Animadvertendum*. Cumque *ex L.* 39. *de R. J. atque ex R.* 18. *J. in* 6., *ibique Reiffenstuel*, quod ab initio non subsistit, non possit tractu temporis convalescere, jam inde sequitur, decretum illud Episcopi nullum sibi præsidium quærere potuisse vel ex postera consuetudine vitioso titulo infecta. Præterea Parochorum Defensor inficiatur, eam in themate extitisse consuetudinem, quæ juri communi derogare valeat: deest enim lapsus quadraginta annorum ad præscribendum contra canonicam legem necessarius, deest pacifica possessio; siquidem plures testes a Parochis inducti affirmant superioribus temporibus Canonicos inter et Parochos hac super re jugiter extitisse contentiones, ac modo Parochum modo primam Dignitatem Capituli, alterutro conquerente, jura illa exercuisse, et aliquando se vidisse utrumque tanta sollicitudine affectum, ut alter alterum in aspersione aquæ vel in præcentione antiphonæ præoccupare satageret.

At vero Canonici minime a jure devium esse contendunt, ut prima Capituli Dignitas, vel dignior Canonicus Stolam deferat in funeribus, cadaver aqua lustrali conspergat, et antiphonam *Exultabunt Domino* canat. Etenim explorati juris est, Capitulo Ecclc-

clesiæ Cathedralis et Collegiatæ etiam in asportandis funeribus præeminentiam tantam esse supra proprium defuncti Parochum, ut plures declaraverit S. Rituum Congregationem testatur hic Sacer Ordo *in Avenionen. Jurium Parochialium Murtii* 1763 §. *Ad IV. dubium*, quemadmodum etiam ad Capitulum spectat jus peragendi funus in sua Cathedrali, vel Collegiata Ecclesia, non vero ad Parochum defuncti, ut decrevit eadem S. Rituum Congregatio in *Taurinen.* 12. *Julii* 1664. *ad VII. dubium*, siquidem in actibus communibus præcedentia debetur digniori ex præsentibus, uti animadvertit hæc S. Congregatio *in Tarentina Præeminentiarum et funerum* 7. *Junii* 1760. §. *Disserit.* Quocirca S. Rituum Congregatio *in Cajetana* 16. *Julii* 1757. rogata = *An in funere defuncti alterius Parochiæ, interveniente Capitulo, liceat primæ Dignitati Cathedralis, sive ea absente alteri de Capitulo in ordine digniori incedere cum pluviali et stola nigri coloris* = respondit = affirmative et amplius =.

Idque in themate præsertim vim suam exserere debet, nam agitur de funere dumtaxat Canonicorum ejusdem Ecclesiæ, agitur de jure quod Capitulum sibi quæsivit ex vetusta consuetudine; agitur denique de consuetudine, quam firmavit sententia anno 1755. ab Episcopo edita. Promotores enim Parochiarum ad Episcopum accesserunt, ut ad intercidendas futuris lites decerneret quidquid juri consonum existimaret. Capitulum *hosce qualificatos, et jurisdictionales actus ad se pertinere, et consuetudinem pro se* allegabat. Episcopus *mature perpensis iis, quæ fuerunt hinc inde deducta, et allegata, aliisque visis videndis* supra memoratum decretum protulit. Contra hujusmodi decretum nullam dein electi Parochi judiciatem quæstionem instituerunt, instituturi profecto si Episcopi sententiam nec juri Canonicorum cohærentem, nec assertæ consuetudini consonam perspexissent: imo fisces subnittentes pacato animo, ut inquiunt Canonici in supplicibus libellis, ad hæc usque tempora possessionem Capituli numquam contrariis actibus turbarunt. Episcopi igitur sententia etiam a præsentibus Parochis adamussim custodienda est, præsertim

tim quia rei judicatæ, et litis finitæ robur ex Parochorum silentio acquisivit.

Nec prætereundum, Episcopum auctoritate, qua ipse fulgebat, et quam sibi in decreto divisionis Parœciæ reservaverat, sententiam illam protulisse. Enim vero in præfato decreto, dum ea quæ servanda erant in funeribus, præscripsit, addidit: *servatis legibus quæ tum de jure communi, tum de consuetudine, tum ex præscripto sive nostro, sive pro temporum contingentia nostrorum successorum servari oportet, et deinceps forte contigerit.* Qua ex re si Episcopo in divisione Parœciæ potestas erat ea statuendi, quæ ipse tunc magis ad Ecclesiæ bonum, et ad jurgia præcidenda conducere putabat, eadem procul dubio subinde, ubi se se obtulit occasio, decernere poterat ex facultate sibi reservata, ac præcipue antequam Parœciarum explerctur collatio.

Videant nihilominus Emi Patres

An et ad quem spectet jus deferendi Stolam, aqua benedicta aspergendi cadaver, antequam domo efferatur, et præcinendi antiphonam Exultabunt Domino in funeribus Canonicorum Ecclesiæ Cathedralis in casu etc.

Affirmative ad Parochum defuncti.

Sess. 25 cap 9. de Reform.

MELEVITANA SUBSIDIORUM DOTALIUM. Paulina Gafà ultimo, quo decessit, elogio anni 1683 nonnulla bona partim rustica, partim urbana reliquit *per perpetua fondazione di sposalizio di Zitelle ed opere pie.* Hujusmodi pii legati Administratori legem dixit colligendi annuos fructus = ed in ogni quattro anni distribuirli a due Zitelle vergini, d' età nubile delle più prossime a me congiunte in sangue, e non essendovi, saranno impiegate l'entrate in lucro lecito, e sicuro rinvestimento, perchè non resti ozioso il danaro, finchè vi siano Zitelle di età nubile = Fructus autem cujusque quinti anni conferri voluit = in miglioramento necessario ed utile di essi beni . . . o per compra di altri stabili in aumento del legato = Puellis vero cum testatrice sanguine cunjunctis in posterum omnino deficientibus subsidia dotalia distribui præcepit=alle più povere, oneste, e degne d'ajuto degli abitanti, vergini di questa Città di Valletta, ordinando per questo mio Testamento che l' elemosina non potrà eccedere l' entrate di due anni tanto degli stabili, come di quel lucro che darà l' ordinato impiego = .

Non desunt etiam nunc puellæ cum testatrice necessitudine conjunctæ, imo valde auctus est earum numerus, ac fere omnes inopia rei familiaris premuntur. Quapropter nonnullæ ex his fœminis Melitensi Episcopo exposuerunt præ consanguinearum frequentia vix aliquas subsidia dotalia assequi posse, reditus vero pii Legati adeo accrevisse, ut duplo majorem afferrent fructum, ac propterea postularunt, ut duo subsidia non singulis quadrienniis, sed quolibet biennio distribuerentur. Petitioni annuit Episcopus rescripto dici 13. Octobris 1810., quo tempore ob adversas temporum calamitates haud facilis ad Sedem Apostolicam patebat aditus.

De hoc rescripto prius coram Episcopo, dein coram hoc sacro Ordine conquesta est Maria Anna Muller ac die 14. Junii 1817. proposito dubio = *An et quomodo sit consulendum SSmo pro commutatione voluntatis Paulinae Gafà, seu potius sint distribuenda subsidia dotalia ad formam testamenti in casu*] etc.

responsum prodiit = *Affirmative ad primam partem juxta petita, attento augmento redituum, firma remanente erogatione eorumdem quolibet quinto anno ad formam fundationis, et salvis juribus Mariae Annae Muller pro integro subsidio; quo ad secundam partem negative* =

Mariae Annae Muller vestigiis inhaerentes Catharina Gatt, Maria Borg Olivier, Catharina Terziolo, et Catharina aliaeque Bonavita, omnes proximiores consanguineæ et nuptui jam traditae, hanc sacram adierunt Congregationem, et recessum a decisis petierunt. Ut voti compotes redderentur, denunciarunt sibi non fuisse a Curia Episcopali praefixum terminum ad jura sua deducenda, a veritate devium esse augmentum redituum, ac sibi uti proximioribus consanguineis exitiosam fore indultam voluntatis commutationem. Quamobrem Emi Patres in Comitiis diei 27. Martii 1819. rescribendum duxerunt = *Dilata, et Episcopus referat de vero actuali reditu bonorum, et quot puellis, et qua auctoritate veniam concesserit optandi subsidium post initas nuptias* =. Episcopus die tantum 4. Julii 1826. responsum dedit, tum solummodo rescriptum hujus S. Ordinis sibi innotuisse affirmans, retulitque *nonnullis ex ipsis jam electis puellis* veniam concessisse optandi post initas nuptias controversum dotale subsidium, utendo facultatibus ex benignitate Sedis Apostolicae sibi tributis, reditus autem legati Gafà *de tempore obitus nonnisi scutata quadraginta melevitanae monetae singulis annis* attigisse, *actu tamen aucto notabiliter valore praediorum urbanorum producere anno quolibet scutata centum nonaginta novem*. Hinc in Congregatione diei 16. Junii 1827. mihi percontanti, an esset standum vel recedendum a decisis, responderunt Emi Patres = *In decisis salvis juribus quaesitis puellarum si quae sunt ante rescriptum Episcopi diei 13. Octobris 1810.*

Ubi primum hoc rescriptum editum fuisse rescivit Procurator Catharinae Gatt et aliarum, quae proximiores testatricis consanguineas se jactant, novae audientiae beneficium postulavit, protulitque nonnulla documenta, quibus ab Episcopo assertum destruere ni-

nititur augmentum reditnum. Cumque ejus petitioni concessum fuerit, eadem quaestio hodierna die ad trutinam revocatur.

Ut Emi Patres a pandita sententia recedant, plura idem Procurator in medium profert argumenta. Ait in primis decedentium voluntates religiose servandas esse ad *tex in L. 1. Cod. de SS Eccl, can. 4 caus. 13. quaest 2., Concil. Trid. Sess 25. cap. 9 de reform.*, nec in themate praesumptam occurrere testatricis voluntatem pro petita commutatione, etiamsi veritati consonum esset, annuos pii legati reditus vehementer fuisse auctos; nam testatrix jubendo ut cujuslibet quinti anni fructus erogarentur in emptionem bonorum stabilium, prospexit reditnum incrementum, et nihilominus latam legem de distributione duorum subsidiorum singulis quadriennis non immutavit. Praeterea Oratrices tamquam proximiores consanguineæ jure pollent integrum subsidium ad formam fundationis consequendi, ac proinde voluntatis commutatio eis jacturam inferret, contra regulam quae tradit, gratias et privilegia juri alterius detrimentum afferre non debere, *cap. Si quando de rescript., et S. Cong. in Ariminen. Funerum 16. Junii 1827. §. Porro.*

Addit assertum augmentum penitus evanescere si antiqui reditus pii legati cum praesentibus conferantur. Enim vero ex allatis documentis perspicue elici autumat praefatus Defensor, annuos fructus anno 1691, quo tempore testatrix vitam cum morte commutavit, summam conficere consuevisse scutatorum octoginta; hodie vero vix summam attingere scut. 131. Nec tenue hujusmodi incrementum commutationem voluntatis suadere potest, si animadvertatur, ob temporum vicissitudines, et ob aucta rerum pretia valde minoris hodie aestimari fructum annuum scut. 131, quam olim annuum reditum scut. 80. Hinc idem Defensor sperat Emos Patres recessuros a decisis, sin minus rescriptum moderaturos hac clausula = *salvis juribus puellarum proximiorum recurrentium pro consecutione integri legati ad formam testamenti* =

Quae contra Oratrices adnotanda forent, quaeque Emos Patres eo adduxerunt, ut voluntatis commutationem indulgendam esse semel ac iterum censuerint, fuse

habentur in praeteritis foliis superiori anno 1827. denuo typis impressis, et in postrema hujus causæ actione distributis. Quædam tamen hic tacitus praeterire nequeo, scilicet Oratrices nullum exhibuisse documentum, ex quo eruatur ipsas ex consanguineis testatricis esse proximiores, uti monet folium *diei* 16. *Martii* 1819. §. *In protestationibus*, nec eas, exceptis Catharina et Maria filiabus Judicis Vincentii Bonavita, sibi praecavisse opportuna venia etiam post initas nuptias optandi subsidia dotalia, uti advertit folium *diei* 27. *Martii* 1819. §. *Dum jam*, ac tandem easdem Oratrices alias etiam asseruisse, nullo innixum esse fundamento redituum augmentum, ut colligitur ex folio *diei* 27. *Martii* 1819. §. *Si vero*, et nihilominus Episcopus in novissima informatione referre non dubitavit, pii legati fructus annuam olim attigisse summam scut. 40., nunc vero ascendere ad annua scut 199. Itaque EE. VV. decernere dignabuntur,

An sit standum vel recedendum a decisis in casu etc.

Recedendum a decisis, et subsidia dotalia distribuenda esse adamussim ad formam fundationis.

Sess. 2. cap. 3. de Reform.

CAMERINEN. ÆDIFICATIONIS ECCLESIÆ

Dubium

An sit standum vel recedendum a decisis in casu etc.

In decisis, nempe Dominicum Bartolini redintegrandum omnino esse de suo credito per taxam impositam favore fabricæ Ecclesiæ Metropolitanæ ad formam rescripti SSmi diei 22. Januarii 1808.

FE-

FERENTINA FABRICÆ

Sess. 21. cap. 7. de Reform.

Dubium

An sit confirmandum decretum ab Episcopo in Sacra Visitatione editum in casu etc.

Dilata, et Episcopus referat a quo vel a quibus destructa fuerit Capella S. Petri, qua auctoritate, et an interpellata Communitate vel Seminario, an area dictæ Capellæ et ejus cementa inclusa fuerint in nova Ecclesia, et quo jure, nec non utrum sumptibus Communitatis ædificetur nova Ecclesia.

FERENTINA RESTAURATIONIS ECCLESIÆ

Sess. 21. cap. 7. de Reform.

Dubium

An familia Papi teneatur conferre quartam sumptuum partem pro instauranda Ecclesia S. Nicolai in casu etc.

Affirmative.

NULLIUS TRIUM FONTIUM UNIONIS BENEFICIORUM ET REDUCTIONIS MISSARUM.

Sess. 24. cap. 13. de Reform.

Dubia

I. An et quomodo sit locus Beneficiorum, et Legatorum unioni in casu etc.

II. An

II. An et quomodo sit concedenda Missarum reductio in casu etc.

III. An et quomodo jus nominandi quatuor Capellanos sit dividendum inter Abbatem pro tempore, et Capitulum in casu etc.

Ad I. Affirmative juxta resolutionem S. Congregationis diei 17. Maji proxime præteriti, et novissimum votum Emi Abbatis.

Ad II. Affirmative juxta modum, nimirum assignatis cuilibet Capellano scutata triginta pro servitio chorali, Ordinarius ex superextantibus reditibus præliniat numerum Missarum ab unoquoque celebrandarum ad manualem.

Ad III. Affirmative ut in primo.

Sess. 22. cap. 3., et Sess. 24. cap. 12. de Reform.

SANCTI MINIATIS, ABSOLUTIONIS, REDUCTIONIS, ET TRANSLATIONIS. Ficicli aderat olim Presbyterorum Congregatio, qui nullis ditati Præbendis, vel Beneficiis in Ecclesia Parochiali sub invocatione S Jo. Bapt. divina officia festis, nonnullisque aliis diebus peragebant, et propter unumquodque chorale servitium obolos duos cum dimidio ex aliquibus ejusdem Ecclesiæ reditibus percipiebant. Anno 1771. Episcopus Poltri ipsos Presbyteros Canonicorum titulo decoravit, et anno 1780. ejus successor Bruno Fazzi eamdem Ecclesiam in Collegiatam erexit, et Archipresbytero, qui animarum curam gerit, simulque caput est Capituli, ac singulis ex duodecim Canonicis præbendarum titulo annua scutata sex et obolos quindecim adsignavit, data cuilibet lege quotannis litandi unam et quadraginta Missas ex piis legatis proficiscentes. Huic Ecclesiæ anno 1784. unita fuerunt bona, quæ ad suppressas Ficicli Sodalitates pertinebant, præcepitque Episcopus ut = onera Missarum Sodalitatibus S. Crucis, S Joannis Baptistæ, SS. Cypriani et Rochi, et S. Catharinæ existentium in Oppido Ficicli adnexa ad numerum nongentarum et viginti-quinque sint redacta, quæ sine cantu celebrari debeant singulis annis per Canonicos Ecclesiæ Collegiatæ, ita tamen ut omnibus diebus festis novem Canonici, seu alii Sacerdotes celebrent juxta intentionem testatorum hora ab Archipresbytero designata, reliqua vero Sacrificia quæ supersunt, celebrentur

ad

ad arbitrium Archipresbyteri in aliis diebus, in quibus adest major concursus populi = tria ita eleemosyna cleforum viginti pro quolibet Sacro. At vero Canonici animadvertentes valde tenuem esse canonicalem præbendam, onera autem post Collegiatæ erectionem fuisse aucta, nam Missam Conventualem pro Benefactoribus in genere singulis diebus festis etiam reductis, item quadragesimali tempore, nonnullisque aliis diebus applicare tenebantur, ideo singulorum præbendam capitulari decreto auxerunt ad scutata viginti. Imminuta hac methodo massa capitulari, quin satis consultum merit canonicalibus præbendis, Canonici quarumdam Missarum satisfactionem omiserunt. Nunc itaque nedum absolutionem pro præteritis Missarum omissionibus, sed etiam reductionem postulant, ita ut in futurum supra memoratæ Missæ 925. ad annua Sacra septuaginta quatuor cohibeantur.

Eadem Ecclesia jam ab anno 1731. onus sibi sumpsit quolibet anno litandi missas quindecim, et unam cum cantu, ac recitandi horas canonicas tum in die vigiliæ, tum in festo SS. Corporis Christi. Pro implemento hujus Legati ab hæredibus Sacerdotis Achillis Lotti persolvuntur libellæ 37. 13. 4. Post hujus Legati agnitionem Canonici obstringebantur ad horas Canonicas in festo SSmi Corporis Christi recitandas, et post erectionem Collegiatæ ad binas missas cum cantu offerendas. Verum huic Legato ut satisfacerent, alterum ex fundatione Capituli promanans neglexerunt, licet consuetas distributiones perceperint. Quod itaque ad anteactum tempus pertinet, absolutionem efflagitant, et in posterum onus Legati in festo SSmi Corporis Christi implendum transferri cupiunt ad festum SSmi Cordis Jesu, qua die neque ad servitium chorale, neque ad missam conventualem ex capitularibus constitutionibus adstringuntur.

Similiter Canonici Choro interesse, et Missam conventualem canere tenentur in Sabbato Pentecostes. Huic oneri aliud eadem die accessit, siquidem pius testator Frullani Capitulo quotannis solvi præcepit libellas 13. 6. 8. cum onere absolvendi horas canonicas

in

in Vigilia Pentecostes, ac litandi quatuor Missas lectas et quintam cum cantu. Cumque eam ob causam implementum capitularis servitii hactenus prætermiserint, absolutionem petunt, et recitationem horarum, et Missam cum cantu pro Legato Frullani ad diem Octavæ Ascensionis Domini transferri exoptant.

Adest tandem in eadem Ecclesia aliud pium Legatum a Sancte Billi relictum, quod annuum dat fructum libellarum 91. Præcepit autem testator, ut in suæ animæ expiationem singulis diebus festis circa meridiem Sacrum offerretur. Ob tenuitatem eleemosynæ difficilis redditur hujusmodi legati satisfactio. Hinc Canonici preces fundunt, ut firma lege celebrandi Missam circa meridiem, applicatio reducatur ad annuas Missas duodecim.

Pluries rogavi Episcopum ut Sacram Congregationem instructam redderet votumque suum panderet. Ex ejus Litteris ea quae superius narravi, excerpsi. Addit insuper „ L'annua entrata del Capitolo di Fu„ cecchio non è attualmente, comprese le ultime „ aggregazioni, che di Lire 8170. 3. 4.; L'uscita cer„ ta, ed invariabile per titolo di vera necessità, e „ calcolata colla massima economia, ascende a Li„ re 8183. nempe.

1. A Uscita di Prebende al Sig. Arciprete e n. 12. Canonici ——— L.	1694	„	„
2. A Uscita di distribuzioni Corali, e Messe Conventuali festive, e della Quaresima ——— „	776	10	„
3. A Uscita di Anniversarj ed altri obblighi appartenenti al Capitolo ——— „	252	„	„
4. A Uscita di due Cappellani Curati ——— „	840	„	„
5. Alla Compagnia di Carità per i poveri malati ogni anno ——— „	490	„	„
6. Al Predicatore della Quaresima, Organista e Alzatore ——— „	226	„	„
7. Al Sacerdote Sagrestano, e Servo Secolare ——— „	368	6.	8
8. Ai due Sacerdoti parati alle messe cantate e Campanaro ——— „	66	„	„

9. A uscita di Parochi e Cappellani congruati ——————————————„	2286	12	„
10. A uscita di consumo di Cera, Ostie, particole, e incenso ——————————„	492	„	„
11. A uscita d'intonazione dell' Organo, palmiggi, e spese d'Archivio ——————„	69	13	4
12. A Uscita di mantenimento d' arredi Sacri e bisogni di Sacrestia ——————— „	535	2	8
13. A Uscita d'Olio per la Lampada al SS. Sagramento ——————————————„	59	18	8
14. A Uscita di mantenimento ordinario di Fabriche, e annua pulitura ——————„	167	„	„
15. A Uscita di Tassa al Seminario ——„	10	„	„
16. Al Camerlengo Capitolare pro tempore e revisore del saldo ——————————„	120	„	„
Uscita annua Totale ——L	8185	3	4

Initio inquirere oportet, utrum Ecclesia S. Joannis Baptistæ sit revera Collegiata. Porro quidquid olim senserint nonnulli Canonistae, dudum tamen communis invaluit opinio, Episcopos facultate non pollere erigendi Collegiatas, sed necessariam omnino esse Summi Pontificis auctoritatem, *Corrad. in prax. benefic. lib. 2. cap. 92. 73. Card.*, *Petra ad constit. 7. Innoc. IV. sect. 2. num. 8. tom. 3.* Huic doctorum sententiæ accedit diuturna, ac perennis observantia, scilicet Collegiatarum erectiones fieri a Romanis Pontificibus, *Lotter. de re benef. lib. quæst. n. 43. Rot. decis. 1084. num. 5. cor. Emeriæ jun. S. Congreg. in Pinnen. Jurium*, *et præeminentiarum 26. Augusti 1826. §. at vero*, adeo ut erectio auctoritate Episcopi expleta nullius sit roboris, ut respondit hæc S. Congregatio *in Cathanien. Erectionis Collegiatæ 1. Septembris 1691. apud Petram loc. cit. n. 11.*

In themate Ecclesia S. Joannis Baptistæ ad Collegiatæ gradum evecta fuit decreto Episcopi. Videant nihilominus Emi Patres, an intervenerit Apostolicæ Sedis venia, sin minus sit sanatione roboranda. Etenim Episcopus Fazzi se Collegiatam erigere pandidit, auctoritate nostra ordinaria, ac etiam delegata, et omni

alio meliori modo. Praeterea hodiernus Episcopus quum dubius hæreret super canonica erectione hujus Collegiatæ Sa. Me. Pio VII. rem enarrandam censuit, ab eoque vivæ vocis oraculo confirmationem obtinuisse testatur. Eandem justa subesse videtur causa pro impertienda sanatione, siquidem ait Episcopus = Abitano più assai di quattro mila Individui la popolosa terra di Fucecchio, che ha molti possidenti, e conserva una certa cultura, perciò era, ed è cosa convenientissima che si vedesse, e si veda al servizio della Chiesa di Fucecchio addetto un numero di Ecclesiastici che vi attendano all' opera del Ministero, e si prestino all' Officiatura Corale, e a quelle sagre e più solenni funzioni che nelle Chiese Collegiate sogliono farsi = Ex qualitate Ecclesiæ S. Joannis Baptistæ pendet onus missæ conventualis pro benefactoribus in genere applicandæ. Si enim eamdem Ecclesiam Collegiatam judicaverint Emi Patres, procul dubio Canonici ad applicationem Missæ Conventualis tenentur, uti patet ex notissima Constitutione Benedicti XIV. *Cum semper oblatas*, secus vero si illam hujus prærogativæ expertem declaraverint, nam Ecclesiæ tam receptitiæ, quam communales ab ejusmodi vinculo sunt immunes, *Benedict. XIV. Instit. eccl.* 107. *n.* 15., *S. Congreg. in Marsorum Missæ Conventualis* 17. *Martii* 1827. §. *Canonicis*, quemadmodum ipsi Canonici Ecclesiæ S. Joannis Baptistæ, antequam hæc ad Collegiatæ honorem eveheretur, Missæ conventualis lege, ut affirmat Episcopus, minime devinciebantur.

Sive autem Collegiatam, sive Communalem E.E. V.V. censuerint memoratam Ecclesiam, attamen nedum absolutio impertienda est pro præteritis missarum omissionibus, sed insuper concedenda videtur earum reductio, ac probandum augmentum præbendarum a Canonicis proprio Marte expletum. Ita profecto suadet servitium chorale, cui subsunt Canonici = Prestano questi l' uffiziatura corale intervenendo capitolarmente alla Chiesa in tutti i giorni festivi cominciando dal Vespero del giorno antecedente a tutto il matutino del giorno che viene di poi, in tutti i giorni di quaresima, per le sole ore di prima, terza, sesta

sta e nona, e una sola Messa Conventuale. In tutta l'Ottava della festa del Corpo SS. del Signore mattina e sera, e percepiscono per ciascheduno coro la meschinissima distribuzione di grazie due; officiano per l'ordinario con sufficiente decoro, e colla debita proprietà =.

Ita etiam suadere videtur tenuitas præbendarum, et onus missarum 925. non ex fundatorum lege, sed Episcopi decreto. Et sane = I Canonici sono di parere, subdit Episcopus, che le Messe 925. stabilite con Decreto Vescovile del 1784 non riconoscono origine di un titolo di rigorosa giustizia, ma siano state soltanto celebrate, e ordinate per un titolo di gratitudine e di pietà. In fatti se si fanno le più diligenti indagini sopra gli antichi Libri e memorie che alle Compagnie soppresse appartengono, meno che di Messe 71. per diversi oblighi e benefattori, de' quali risulta l'esistenza di un titolo di giustizia, delle altre sembra che si possa congetturare con fondamento essere stata la origine la libera e spontanea volontà dei Fratelli che per riconoscenza verso i loro Benefattori, o per procurarsi de' mezzi più facili di attendere alle opere di pietà ne stabilivano la celebrazione =.

Hinc votum suum pandens idem Antistes inquit = Sa-
„ rebbe opportuno di accordare la Sanatoria non so-
„ lo delle Messe 900. non celebrate dal 9. Agosto 1816.
„ sino al 31. Agosto del 1825., ma altresì delle al-
„ tre, che per questo medesimo titolo senza mala
„ fede sono state omesse sicuramente negli anni po-
„ steriori, giacchè la celebrazione di dette Messe è
„ moralmente impossibile attesa la miseria del Capi-
„ tolo, cui potrebbe per questa sanatoria imporsi qual-
„ che opera pia. Finalmente sembrerebbe utilissimo
„ stabilire che le Messe 925. delle soppresse Compa-
„ gnie in detto numero stabilite con Vescovile De-
„ creto del 1784. siano ridotte in perpetuo a Messe
„ annue 100. da celebrarsi a carico della Massa Ca-
„ pitolare, e divise tante per ciascheduno dei dodici
„ Canonici, e sodisfatte queste Messe, del rimanente
„ prodotto della Massa Capitolare permettere ai Ca-
„ nonici predetti che legittimamente riscuotano ogni
„ anno Scudi fiorentini 20 a titolo di prebenda, più
„ le corali distribuzioni secondo il rispettivo servizio

„ corale; a condizione però che ciascheduno de' di-
„ dici suddetti Canonici applichi ogni anno le mes-
„ se 41. e che gli porta d' obbligo la sua prebenda
„ in *Limine fundationis*, e che tutti o almeno sei per
„ turne celebrino in collegiata in tutti i giorni te-
„ stivi sì riformati che di intero precetto facendo il
„ commodo del Popolo, ma senza obbligo di appli-
„ cazione sotto pena mancando di pagare lire due
„ a vantaggio della Massa Capitolare.

At Canonicorum precibus adversatur regula quæ tradit non esse concedendam reductionem Missarum, ubi reditus pares sunt ferendis Sacrorum oneribus, S. *Cong. in Mazzarien. Reductionis et absolutionis* 14, *Decembris* 1822. §. *Et si*, *et in alia Mazzarien. Servitii Chori* 20. *Novembris* 1824. In themate reditus ex sodalitatum bonis proficiscentes satis superque esse ad subeundum onus 925. Missarum constat ex Episcopi informatione. Ita enim edisserit = „ Se si domandasse
„ la riduzione per la mancanza delle assegnate ele-
„ mosine, la domanda non sarebbe ammissibile, per-
„ chè il Capitolo percepisce adesso tutte le entrate de'
„ fondi che appartenevano alle compagnie già sop-
„ presse ascendenti al lordo a L. 3409. 1. 2., e con
„ queste entrate benchè onerate dell'annuo pagamento
„ di L. 1330., cioè di L. 490. per i malati della Par-
„ rocchia, e di L. 840. per due Cappellanie Curate
„ erette colle rendite delle nominate Capellanie, si fà
„ fronte comodamente ancora all' annua uscita di
„ L. 1325. 10. che compresi i laceri occorrono per
„ le tassate elemosine delle indicate Messe 925. che
„ venivano soddisfatte dalle soppresse Compagnie. =

Sermonem nunc instituere oportet de petita translatione servitii choralis, et Missæ cum cantu, quibus Oratores ex voluntate testatorum Lotti et Frullani satisfacere debent in sabbato Pentecostes, et in festo SSmi Corporis Christi. Porro ex defectu fundationum in tenebris antiquitatis delitescentium dignosci nequit, utrum testatores obstrictos voluerint Canonicos ad horas canonicas eadem die iterandas, vel potius illa die ad unicum chorale servitium duplici lege, scilicet ex capitularibus constitutionibus, atque ex suprema decedentium voluntate, eosdem adstrictos reliquerint.

rint. Quidquid vero præceperint testatores, justa nihilominus occurrit causa impertiendi absolutionem pro præteritis omissionibus, ac etiam concedendi translationem. Enim vero hæc translatio ad majorem domus Dei decorem conduceret, nec impediret, quominus religiose supremæ defunctorum voluntates implerentur, dicis tantummodo immutata: justa autem intercedente causa solet hæc S. Congregatio onerum translationem concedere, ut docent exempla *in Bononien. 28 Junii 1724. in Comen. Translationis Missarum 29. Novembris 1764., et in Senogallien. 28. Augusti* 1792. Quum vero Capitulum inopia premitur, perpendere dignentur Emi Patres, utrum expediat Canonicos compellere ad servitium Chorale aliis diebus præstandum. Hæc profecto S. Congregatio *in Lycien. Servitii Chori 18. Martii 1826 ad V. et VI. Dub.* commutationem potius voluntatis duxit impertire, quam Canonicos compellere ad Missam, et ad Vesperas eadem die reiterandas.

Tandem quod pertinet ad legatum Billi, haud denegandæ videtur reductio applicationis Missarum. Si enim ob auctam eleemosynam reditus relicti non sufficiant, passim conceditur sacrorum imminutio: ac eo cumulatior tribuitur, quo gravius est onus Missam celebrandi certis locis, statis diebus, et hora valde incommoda, *S. Cong. in Mediolanen. 9. Aprilis 1726. et in Terracinen et Setina 26 Augusti 1826. §. Utilitas*. Hæc rationum momenta perpendens Episcopus ait = „ Con sì tenue elemosina non è sperabile tro„ vare un Sicerdote che s'incarichi di celebrare la „ S. Messa, e applicarla in tutti i giorni festivi, con „ più l'incomodo estrinseco di attendere l'ora del „ mezzo giorno. D'altronde la necessità in cui si tro„ va la Chiesa di prestare questo commodo alla nu„ merosa popolazione della Parrocchia, che si esten„ de per qualche miglio in campagna, e che ascen„ de a più di 6000. anime, e la mancanza di altri „ mezzi che escludonsi dalla vera povertà di quella „ Chiesa, persuadono una equa riduzione. Tenuta „ ferma pertanto la presenza in tutti i giorni festivi „ all'ora del mezzo giorno, sembrerebbe che le ap„ plicazioni per l'obbligo Billi si dovessero ridurre a

„ do-

dodici l'anno da farsi sempre in giorno festivo. ÷

" Hæc igitur proponuntur

Dubia

I. *An constet Ecclesiam S. Joannis Baptistæ esse Collegiatam in casu etc.*

II. *An Canonici teneantur ad applicationem Missæ Conventualis pro benefactoribus in genere in casu etc.*

III. *An sit probandum augmentum præbendarum ad scutata viginti in casu etc.*

IV. *An et quomodo sit concedenda reductio Missarum 925. in casu etc.*

V. *An et quomodo sit consulendum SSmo pro translatione legatorum Lotti et Frullani in casu etc.*

VI. *An et quomodo sit concedenda reductio Legati Billi in casu etc.*

VII. *An et quomodo sit consulendum SSmo pro absolutione super præteritis Missarum omissionibus in casu etc.*

VIII. *An et quomodo sit consulendum SSmo pro absolutione quoad prætermissa servitia Choralia, ac pro condonatione distributionum in casu etc.*

Non proposita cum sequenti.

VI-

VULTURARIEN. COMMENDAE. In Parochiali Ecclesia a Turre de Berettis Dioc. Vulturariensis exstat Beneficium S. Joannis Baptistæ dictum, illiusque jus patronatus pertinet ad familiam Comitis Pauli Berretta. Cupiens hic Beneficium illud patrimonialibus suis Bonis locupletandum, in Commendam Ordinis Militaris SS. Mauritii et Lazari erigere, Sardiniæ Regem magnum ejusdem Ordinis Magistrum adivit, ut iis, quibus fulget, pontificiis facultatibus huic erectioni assensum suum præberet. Annuit Supremus Princeps die 21. Februarii 1824. ea tamen lege ut Orator prius a Taurinensi Archiepiscopo tamquam Apostolicæ Sedis Delegato assequeretur declaratorium, Beneficium S. Joannis Baptistæ iis pollere conditionibus, quæ ex censura Constitutionis S. M. Benedicti XIV. cui initium *Fructuosa* diei 23. Augusti 1744., desiderantur, ut Ecclesiastica Beneficia in Commendas rite erigi queant. Hinc Comes Berretta rem penes Archiepiscopum demonstrandam aggressus est, ac omnia, quæ servari solent, adhibita fuerunt solemnia. Verum quamvis eximio Antistiti satis compertum esset juspatronatus Beneficii ad Comitem Paulum Berretta a Turre spectare, nihilominus in tenebris antiquitatis delitescentibus monumentis quæ necessario erant proferenda, hoc die 3. Augusti ejusdem anni 1824. edidit judicium = *Cum nullo modo constet, juspatronatus beneficii de quo in precibus, ad D. Oratorem pertinere tituło fundationis, vel dotationis, prout a Constitutionibus Apostolicis a S. M. Pio Papa V. et Benedicto XIV. specialiter ad hoc editis requiritur, declaramus idem Beneficium pronunciari a nobis non posse ejus esse naturæ et qualitatis ut in unam præceptoriam, et commendam Ordinis Militaris SS. Mauritii et Lazari erigi possit* = Hujusmodi sententiam ægre ferens Orator supplicem obtulit libellum Summo Pontifici Leoni XII. postulavitque, ut ob alia quæ afferebat documenta, præfatum beneficium in Commendam erigi posse suprema sua auctoritate pronunciare dignaretur, sin minus, Benedictinæ Constitutioni derogaret.

Sess. 14. cap. 12. de Reform.

Pre-

Precibus huic S.Ordini a SSmo ablegatis de more rogandum censui Taurinensem Archiepiscopum, ut super noviter deductis votum suum aperiret, audito præsertim Advocato Fiscali in scriptis. Archiepiscopus ita suam pandit mentem = *Nihil mihi superaddendum conclusionibus Advocati Fiscalis, nisi quod cum per metipsum attenta dispositione Bullæ S. M Benedicti XIV., Oratorem voti compotem reddere nequeam, perlibenter executioni demandabo Apostolicum Rescriptum quo EE. VV. RR. placeret pro hoc casu conditioni relate ad fundationem, et dotationem in dicta Bulla appositæ derogare.*

Antequam rationum momenta, quibus nititur Orator, enarrem, operæ pretium existimo §. *Nos igitur* Benedictinæ Constitutionis describere. Porro ibidem conceditur = quibuscumque patronis laicis quæcumque ... „ simplicia beneficia ecclesiastica, de eorum respecti- „ ve jurepatronatus laicali ex fundatione et dotatione „ existentia, et personale servitium in Cathedralibus, „ et Collegiatis Ecclesiis non requirentia in Præcepto- „ rias, Commendas .... dictæ militiæ SS. Mauritii et „ Lazari, per dictum Carolum Emmanuelem Regem „ et pro tempore existentem Sabaudiæ Ducem, et Ma- „ gnum Magistrum ejusdem Militiæ SS. Mauritii, et „ Lazari ... erigi et institui cupientibus, et proponen- „ tibus ... ut ipsi in posterum de eorum juribus, eis „ ut præfertur ex fundatione et dotatione competenti- „ bus per publica documenta, non autem per alia „ probationum genera coram Sedis Apostolicæ Nuntio „ ... eoque absente coram pro tempore existente Ar- „ chiepiscopo Taurinen... docere et constare libere, „ et licite possint et valeant ... de quibus omnibus ab „ eisdem gestis, ac de tota serie rei peractæ, quilibet „ eorum intra quatuor ad summum menses Apostoli- „ cam Sedem certiorare teneatur =.

Quæ Comes Paullus Berretta tam coram Archiepiscopo Taurinensi, quam nuper coram SSmo Domino Nostro protulit monumenta procul dubio evincunt, ad

ipsum

ipsum tantummodo in præsens pertinere juspatronatus Beneficii, de quo agitur. Illud vero præ cæteris in quæstionem adducitur, utrum ex adductis documentis constet ad ejus familiam spectare juspatronatus *ex fundatione et dotatione*, et beneficium *perenne servitium* in Cathedrali vel Collegiata Ecclesia non requirere. Jam vero inter cetera monumenta, quæ exhibet Orator, illud unum est consideratione dignum, quod modo in medium adducit, scilicet supremum elogium Pauli de Berrettis anno 1477. exaratum. In hoc legitur quod pius Testator = *dat et legat Ecclesiæ S. Joannis sitæ in loco Turris Berettarum, quam Ecclesiam ipse D. Testator construi fecit in ipso loco pro maiori parte expensis ipsius D. Testatoris, florenos decem valoris ad computum soldorum triginta duorum Imp. pro fl. reno semel tantum in subsidium pro adjuvando ad fieri faciendam unam domunculam prope dictam Ecclesiam pro habitatione unius presbyteri, qui ad ipsam Ecclesiam residentiam faciat et quos florenos decem ipse D. Testator vult, jubet, et mandat per infrascriptos hæredes dari, et exbursari dictæ Ecclesiæ seu pro ea agentibus, si et quando ipsa domuncula pro habitatione dicti Presbyteri fiet, et non aliter* =

Ex hoc Testamento perspicue elici autumat Orator, juspatronatus Beneficii S. Joannis Baptistæ ad ejus familiam non ex privilegio aut præscriptione, sed ex fundatione et dotatione pertinere: Exploratí siquidem juris est constitutione justum suppeditare titulum adipiscendi juspatronatus, *Cap. Nobis de jure patron.*, *Lambertin. de jure patron. Lib. 1. part. 1. art. 5. quæst. 2. num. 2.*, *S. Cong. in Balneoregien. 17. Junii 1820. §. E contrario.* Insuper longæva juris præsentandi possessio, qua familia de Berettis gavisa est, satis ostendit ab ejus Majoribus Beneficium illud patrimonialibus bonis fuisse institutum. Enimvero quoties jam inde ab anno 1591 usque ad præsens occasio eidem sese obtulit explendi nominationem, ejusque jus per-

turbare conati sunt, qui hoc possi lere arbitrabantur, semper pro Famil a de Berettis quæstionem direxit Curia Episcopalis. Neminem sane latet, præsentandi jus ad beneficium diu a familia gavisum aperte ostendere, huic illius juspatronatus esse attribuendum, *Cap. Si de præbend. in 6.*, *Lotter. de re benefic. Lib. 1. quæst. 34. num. 1.*, *Rot. in Aurien. Parochialis 24. Januarii 1752. §. 18. cor. Figueroa.*

Demum Beneficium S. Joannis Baptistæ nullum secum ferre personale servitium in Cathedrali, vel Collegiata Ecclesia ex eo liquide eruitur, quod erectum sit in Ecclesia Parochiali oppidi a Turre, nullumque aliud onus habeat annexum, quam recitandi officium parvum B. Mariæ Virginis, quemadmodum certam perhibent fidem sententiæ annorum 1716 et 1745. a Curia Episcopali emissæ

Verum animadvertit Promotor Fiscalis non omnibus laicis patronis facultatem tributam esse erigendi Beneficia in Commendas Ordinis Militaris SS. Mauritii et Lazari, sed iis duntaxat, qui per publica instrumenta, non autem per alia probationum genera docent ad se ex fundatione et dotatione pertinere Beneficiorum jus patronatus. Comes autem Beretta ostendit quidem suum esse juspatronatus Beneficii S. Joannis Baptistæ, sed nullum profert monumentum, ex quo depromatur, suos auctores ex fundatione aut dotatione acquisivisse juspatronatus, ideoque ex censura Benedictinæ Constitutionis nequit Beneficii erectionem in Commendam petere. Et sane omnia documenta ab ipso prolata eo spectant, ut demonstrent ad familiam de Berettis, potius quam ad alias domos, quæ eamdem prærogativam sibi asserere intentidem non dubitarunt, pertinere memorati beneficii juspatronatus, non autem illud fuisse a familia Beretta fundatum, aut congrua dotatum.

Nec quidquam præstat elogium anni 1477., quandoquidem ut subdit Promotor Fiscalis = *in præcelatis Testamenti verbis nullo modo argui potest de aliquo jure, aut potestate ipsi testanti*, *ceterisve ex ipsius di-*

spo-

specialiter reservata: altum ibi silentium habetur de activa, aut ac passiva eventione, nulla verbula, quæ beneficii erectionem præscribat, sanctio: nulla pariter certa, ac determinata dotis apparet constitutio, maxime si attendatur, quod ex dicto Testamento Florenti decem tantummodo legati fuerunt non pro faciendo, sed pro adjuvando solum ad fieri faciendam unam non domum sed tantum domunculam = Itaque senior Paullus Beretta Ecclesiæ S. Joannis benefactor, non autem Beneficii S. Joannis Baptistæ fundator, ac patronus dici potest, *Gloss. in can. Piæ mentis 25 q 7. Garz. de Benef. part. 5. cap. 9. num. 52., Reiffenst. lib. 3. Decret. tit. 28. num. 9.* Deinde beneficium hoc, utrum simplex sit, vel personale habeat onus, cognosci certo haud potest, cum ejus institutionis, temporum, ut fertur, vicissitudinibus, omnis deperierit memoria.

Videant tamen EE. VV. utrum Oratori ex gratia sit concedendum, quod ad tramites juris foret denegandum. Derogatio profecto, quam ipse efflagitat nullius jus læderet, nam idem Promotor refert, fuisse, *ut juris est „ edictales litteras præscriptas, quarum exemplar „ autenticum valvis tum hujus Ecclesiæ Metropolitanæ, tum Ecclesiæ Cathedralis Viglevanensis, tum „ denique Ecclesiæ Parochialis dicti Loci Turris de „ Berettis affixum fuisse constat, ac neminem usque „ nunc, licet terminus in dictis litteris edictalibus constitutus jam sit abunde præteritus, coram hac Archiepiscopali Curia comparuisse* ad jura, *si quæ sibi competerent* dicenda, *sicque dictæ Oratoris* petitioni *ad aliquid opponendum. Hinc nihil obstare „ videtur quominus quoad erectionem memoratæ Commendæ Oratoris desiderio annuatur „.*

At petita gratia præter quam Benedictinæ adversaretur, Constitutioni quæ erectiones ecclesiasticorum Beneficiorum in Præceptorias et Commendas certis quibusdam limitibus circumscriptas voluit, illud accedit, quod si hæc S. Congregatio benignam se præberet erga hujus generis patronos, minor evaderet Beneficiorum

numerus, quæ pro Clericis Altari inservientibus a piis fundatoribus sunt instituta.
Quapropter proponuntur

Dubia

I. An constet de conditionibus a Benedictina Constitutione requisitis, ut Beneficium S. Joannis Baptistæ in Commendam Ordinis SS. Mauritii, et Lazari erigi possit in casu etc.

Et quatenus negative.

II. An sit consulèndum SSmo pro dispensatione in casu etc.

FINIS

INDEX

RESOLUTIONUM

Quæ prodierunt in causis S. Congregationis Concilii anno 1828. *propositis.*

A

Franciscum Frasconi Capellanum Ecclesiæ Cathedralis Novariensis ob adversam valetudinem indulto *abessendi* præditum, distributionibus extraordinariis gaudere respondit S. Congregatio, eidemque propterea restituendas distributiones inter alios præsentes distributas, iis exceptis, de quibus aliter cautum fuerit in fundatione, in *Novarien. Capellaniarum et distributionum* 16. *Augusti ad IV. et V. Dub.*

In decisis sub die 21. Julii 1827., hoc est minime concedendum esse indultum *abessendi* seu discedendi a choro Capitularibus Cathedralis Ecclesiæ Perusiæ responsum dederunt Emi Patres, quamvis Canonici immemorabilem consuetudinem, tenuitatemque præbendarum beneficialium proferrent, ac indultum illud peterent ad breve tempus, scilicet ad Missam in finitimis Ecclesiis celebrandam, vel aliquas sacras obeundas functiones. Quod vero pertinet ad rationem constituendi Massam quotidianarum et communium distributionum pro nonnullis Beneficiatis, nempe vel reductione Missarum, quemadmodum contendebant Canonici, vel suppressione Beneficiorum Choralium, ceu arbitrabatur Episcopus, S. Congregatio judicium protelandum putavit, ut Episcopus referret super noviter deductis per Capitulum, in *Perusina Distributionum* 31. *Junii ad I. et II. Dub.*

Mansionarios Beneficiatos, et Cæremoniarum Magistros Cathedralis Ecclesiæ Brictinorii obstrictos esse ad gestandam *Almutiam* in Choralibus functionibus respondit S. Congregatio, juxta votum tamen Emi et Rmi Cardinalis Falzacappa Relatoris, scilicet quatenus ipsi Apostolico gaudeant privilegio, vel illud assequantur, in *Brictinorien. Præbendarum et servitii chori* 22. *Novembris ad VII. Dub.*

Litteras autographas Pauli V. quæ confirmant donationem Capitulo Cathedralis Ecclesiæ Gallipolitanæ ab Episcopo Capece factam, quæque asservantur in *Archivio* capitulari, non es-

se tradendas Episcopo, ut asserventur in tabulario Episcopali, decrevit S. Congregatio, salvo tamen jure Episcopo extrahendi exemplar authenticum, in *Gallipolitana* 26. *Aprilis ad III. Dub.*

B

Baptismum ab Obstetrice ex ignorantia in Senensi Dioecesi hac forma collatum: *io ti battezzo col nome del Padre etc.* validum esse respondit S. Congregatio: Sacerdotem vero, qui illum reiteravit, quin liquesceret an sub conditione vel simpliciter id egerit, ad cautelam ab irregularitate absolvendum esse dixit. Ut vero in posterum *Baptismus* rite conferretur, jussit dari decretum in Ceneten. 12. Maji 1753., in *Senen. Baptismi* 16. *Augusti ad I. II. III. Dub.*

Chorales Capellanias Novariensis Cathedralis Ecclesiæ olim ad nutum Capituli amovibiles, et anno 1805. ab Episcopo Apostolicis facultatibus forsitan prædito in titulum erectas, atque ita postmodum in sacrarum visitationum actis habitas, S. Congregatio tamquam vera *Beneficia* judicandas esse censuit, quamvis Canonici contrarium suadere niterentur, in *Novarien. Capellaniarum et distributionum* 16. *Augusti ad I. Dub.*

C

Quum major pars hæreditatis Sacerdotis Dominici Felici constaret ex *Cambiis* obliquis, bona fide sine Apostolicæ Sedis venia initis, S. Congregatio, nelegata in pias causas a testatore scripta in irritum cederent, respondit, consulendum SSmo pro sanatione et condonatione fructuum hactenus perceptorum, atque etiam veniam impertivit in posterum lucrandi fructus ex memoratis cambiis usque ad præstitutam diem, injuncto Episcopo onere curandi novum investimentum tutum ac licitum, in *Fanen. Legatorum et transactionis* 19. *Julii ad V. et VI. Dub.*

Precibus Caroli Antonii Mezzetti, qui emphyteusis contractu quamdam domum Patrum Oratorii S. Philippi, sitam in Oppido Gradularum, conduxerat, et longe majorem, quam convenerat, impenderat summam in parietes instaurandos, annuendum esse dixit S. Congregatio, scilicet eidem condonandum esse *canonem* duorum annorum et mensium juxta petita, quo temporis spatio domum inhabitare prohibitus fuerat in *Montis Falisci Reductionis canonis* 20. *Septembris.*

Decretum Episcopi Brictinoriensis in Capitulo Cathedralis Ecclesiæ instaurando editum quo *Canonicis* imponitur onus celebrandi per turnum postremam Missam in Ecclesia Cathedrali diebus festis; statuitur summa scut. 400. pro Sacrario et fabrica Ecclesiæ; præfinitur summa in quotidianas distributiones insumenda, ac punctaturarum quantitas, Emi Patres plane confirmandum esse dixerunt juxta votum Emi Relatoris, in *Bricti-*

norien. Præbendarum et servitii chori 22. *Novembris ad III. usque ad VI. Idus.*

Nemine ex designata familia sacro Subdiaconatus ordine insignito existente, qui ad *Capellaniam* a Dominico Fabri anno 1741. institutam nominaretur, Emi Patres annuendum censuerunt precibus Marcellinæ Fabri Bentivogli postulantis, ut Capellaniæ fructus erogarentur in alimoniam et institutionem ejus filii Nicolai quatuordecim annos nati licet patronus Augustinus Fabri obsisteret et testator præcepisset, ut si nullus ex Familia Fabri extaret idoneus, annui Capellaniæ fructus in augmentum sacris converterentur. Vididerunt tamen: ad quinquennium juxta votum Episcopi facto verbo cum SSmo: scilicet ut media tantum fructuum pars cederet in levamen pauperis juvenis, et reliqua pars investimento pro augenda Capellaniæ dote collocaretur, in *Nucerina Capellaniæ* 17. *Maji.*

Contendentibus familiis Vici et Bianchini, masculos ex iisdem descendentes præferendos esse ceteris omnibus tum in possessione sex *Capellaniarum*, quas Julius Antonius Silvagni in Ecclesia S. Mariæ Gratiarum oppidi S. Joannis in Marignano Ariminen. Diœcesis instituit, tum in fruitione Legati studiorum penes Dioecesanum Seminarium, S. Congregatio rescripsit: firmo remanente jure vocationis quoad primas duas Capellanias favore descendentium earumdem familiarum ad formam fundationis, quoad alias duas præferantur, ceteris paribus et servatis conditionibus a testatore præscriptis, familiæ Vici et Bianchini, in reliquis negative in omnibus, in *Arimanen.* 26. *Aprilis.*

Quum Sarsinatis Cathedralis Ecclesiæ *Capitulum* haud legitimam superioribus temporum calamitatibus subierit suppressionem, sed tantummodo bonorum spolium, nec propterea jura seniorum Canonicorum confusa fuerint cum juribus Canonicorum [illegible] erectionis, S. Congregatio censuit ad Canonicos seniores spectare canones, seu *livelli*, qui ante spolium ad illos pertinebant, quique postea ab Administratione bonorum ecclesiasticorum Capitulo Sarsinati fuerunt restituti, in *Sarsinaten. Canonum* 26. *Aprilis.*

Ne suprema Cardinalis Giori voluntas, qui duodecim laicales et ad nutum amovibiles Capellanias in Ecclesia S. Mariæ in Via Camerini fundaverat cum onere quædam celebrandi Sacra, horasque canonicas in choro persolvendi, sine justa ac necessaria causa immutaretur, S. Congregatio haud precibus Capellanorum annuendum censuit, qui petierant, ut eorum Ecclesia ad *Collegiatæ* honorem, et Capellaniæ ad Canonicatus gradum evehierentur, in *Camerinen. Erectionis Ecclesiæ Collegiatæ* 17. *Maji.*

Venditionem domus anno 1793. factam a Presbytero Francisco Gonna, quem heredem fiduciarium ea lege sorores Victoria et Francisca Spampati Anconitanæ civitatis instituerant, ut annui domus fructus duobus sacris patrimoniis inservi-

rent, læsionis labe infectam existimans emptor Hermestas Crati *concordiam* inire cupiebat : at S. Congregatio læsionem quam longissime abesse animadvertens, concordiam probare noluit, mandavitque Episcopo dari litteras, ut hypothecaria super domo fieret inscriptio qua satis cautum esset tum de reliquo domus pretio, tum de fructibus ab emptore solvendis, in *Anconitana Concordiæ* 26. *Aprilis*.

D

Emi Patres perpendentes haud esse quiescendum in peracta inspectione corporis Mariæ de Peruta, quæ *dispensationem* a matrimonio rato et non consummato cum ejus viro Aloisio de Mauro postulabat, judicium protelandum duxerunt ac decrevere novam in Urbe explendam esse inspectionem mulieris, novumque præfiniendum terminum Aloisio ad accedendum ad Urbem pro recognitione sui corporis, quam hactenus licet pluries monitus subire recusaverat, in *Neapolitana Dispensationis Matrimonii* 26. *Januarii*.

Verum ex recognitione corporis Aloisii, quum Emi Patres satis perspectam haberent ejus impotentiam ante matrimonium contractam, a decisis sub die 26. Januarii hujus anni quoad novam inspectionem corporis mulieris recedendum dixerunt, et responsum dederunt, consulendum esse SSmo pro dispensatione matrimonii rati, et non consummati, adjecta lege Aloisio de Mauro non transeundi ad alia vota in *eadem* 20. *Septembris ad I. et II. Dub.*

Atque hanc resolutionem plene confirmandam esse censuerunt in *eadem* 20. *Decembris ad I. et II. Dub.*

Standum esse in decisis, nimirum *dispensationem* matrimonii rati, et non consummati concedendam esse Mariæ Bassi ex Ducibus Alanno dixit S. Congregatio, inhibito tamen ejus viro Nicolao ex Baronibus Henrici transitu ad alia vota, quoniam satis perspecta erat mulieris virginitas, et viri impotentia, *in Theatina Dispensation.* 15. *Mart.*

Cum nemo inter descendentes familiæ Casini, ad Capellaniam ecclesiasticam sub invocatione SSmi Sacramenti in Collegiata S. Martini oppidi Caldarolæ a Francisco Croce fundatam passive vocatos, extaret idoneus, *dispensationem* ætatis dixit Sac. Congregatio concedendam esse non Petro Casini licet undecim annos nato, et clericali tonsura insignito, sed Ladislao Casini, qui tametsi nondum septennis fruebatur favore patroni, et aliqua laborabat inopia. Atque ut ex dispensatione aliquam perciperet utilitatem, ac studiis vacare posset, indulta fuit reductio eleemosynæ Missarum, ita scilicet, ut impletis oneribus ad taxam manualem, superextantes Capellaniæ reditus ab ecclesiastico administratore per Episcopum deputando penderentur Ladislao, facto verbo cum SSmo, in *Camerinen. Capellaniæ* 26. *Aprilis ad I. et II. Dub.*

Congregatio respondit *dispensationem*, quam Clericus Albertus Cristiani Rector simplicis Beneficii sub auspiciis S. Jacobi Apostoli in Ecclesia S. Michaelis oppidi S. Elpidii ad mare petierat, scilicet facultatem gaudendi fructibus ejusdem Beneficii etiam in statu laicali, non esse concedendam. Similiter cum nondum obtigerit Beneficii vacatio, S. Congregatio distulit judicium, et respondit: providebitur, cum vacaverit; quamvis Seraphinus Cristiani, alter ex compatronis, postulasset, ut sibi daretur canonica institutio, ubi primum per matrimonium Alberti eventura foret Beneficii vacatio, in *Firmana Dispensationis* 22. *Novembris ad II. et III. Dub.*

Magistrum Cæremoniarum, qui est simul Capellanus Cathedralis Ecclesiæ Novariensis, gaudere *distributionibus*, dum Altari inservit superpelliceo tantum, non autem palliolo indutus, respondit S. Congregatio, in *Novarien. Capellaniarum et distributionum* 16. *Augusti ad VI. Dub.*

Canonicos Convisitatores, dum a choro absunt, non gaudere quotidianis *distributionibus*, imo etiam Canonicos Episcopo inservientes, nisi prout de jure juxta votum Emi et Rmi Cardinalis Falzacappa Relatoris rescripsit S. Congregatio in *Brictinorien. Præbendarum* 22. *Novembris ad VIII. Dub.*

Contendente Episcopo Gallipolitano spectare ad Canonicos Cathedralis Ecclesiæ non integram quartam piscationis, sed quartam partem eleemosynæ a piscatoribus dari solitæ pro licentia piscandi diebus festis, eo quod in litteris Apostolicis Pauli V. quibus roborata fuit donatio ejusdem eleemosynæ ab Episcopo Capua favore Capituli facta, legeretur *quartam partem cujusdam eleemosynæ . . . dari solitæ*. S. Congregatio decrevit integram quartam partem piscationis, olim ad Mensam Episcopalem pertinentem, tribuendam esse Capitulo, siquidem verba donationis integram quartam piscationis complectebantur, atque ita vim donationis jugiter interpellati fuerant cuncti posteriores Episcopi. Cum vero ex inducta consuetudine factum fuerit, ut quibusdam solemnioribus diebus, quos Sabaoth vocare coeperunt, quarta pars piscationis non Canonicis, sed Episcopo tribueretur, ideo S. Congregatio hanc observantiam servari mandavit, dixitque dies Sabaoth esse intelligendos juxta consuetudinem huc usque servatam. *Gallipolitana* 26. *Aprilis ad I. et II. Dub.*

E

Dominicum Bartolini, qui hac Sacra auctorante Congregatione sumptus necessarios pro reædificanda parochiali *Ecclesia* Frontilli ea lege suppeditaverat, ut ejus creditum dissolveretur ex reditibus pro extollendo Templo Cathedralis Ecclesiæ Camerini assignatis omnino redintegrandum esse de suo credito responderunt Emi Patres, eique

satisfaciendum ex fructibus taxæ pro fabrica memorati Templi impositæ ad formam rescripti SSmi diei 12. Januarii 1808., in *Camerinen. Ædificationis Ecclesiæ* 20. *Decembris.*

Antequam Emi Patres decernerent, cuinam immineret onus perferendi sumptus pro constructione Ecclesiæ seu Capellæ S. Petri ad Vincula intra ambitum Ecclesiæ S. Mariæ Gaudentium Ferentini, olim ejusdem Ecclesiæ parietibus adhærentis, scilicet utrum incumberet Communitati Ferentini, quæ jure patronatus Capellæ, et Capellaniæ S. Petri gaudebat, vel potius Seminario Diæcesano, cui Capella et Capellania anno 1727. fuerant unitæ, adjecta tamen lege, ut juvenem a Communitate nominandum gratis in ædibus Seminarii aleret; Episcopo scribendum duxerunt, ut referret quo jure, et a quo fuerit destructa Capella S. Petri, utrum Communitas fuerit interpellata, et an area et cementa inservierint pro reædificanda Ecclesia S. Mariæ Gaudentium, in *Ferentina Fabricæ* 20. *Decembris.*

Quamvis Familia Papi, tamquam patrona Capellæ seu Altaris S. Antonii Patavini, in Ecclesia S. Nicolao dicata oppidi Proxeudi, ex juris censura teneretur dumtaxat ad sumptus pro tuitione Capellæ, non vero pro emendandis tectis et parietibus totius Ecclesiæ: nihilominus S. Congregatio decrevit cogendam esse eamdem Familiam ad quartam sumptuum partem pro instauratione Ecclesiæ suppeditandam; nam patroni aliarum Capellarum eamdem symbolam conferre solent, et Familia Papi huic legi sese accommodasse videbatur, quemadmodum vetusta suadebat observantia, in *Ferentina Restaurationis Ecclesiæ* 20. *Decembris.*

Quamquam S. Congregatio decreverit, standum esse in decisis die 25. Maji 1805. et 22. Julii 1826. quibus resolutionibns prospicitur reædificationi parochialis Ecclesiæ S. Valentini Civitatis Ferentini; nihilominus, ut aliqua commiseratione denuo uteretur erga infirmum Parochum de Dominicis, addidit juxta modum, nempe annua scutata 60. durante vita tantum ejusdem Parochi reducenda esse ad annua scutata 40. incipiendo ab anno 1826., et teneri ad reædificationem Capellarum jurispatronatus Capellanos, quatenus reditus sufficiant, sin minus patronos, in *Ferentina Reædificationis* 22. *Novembris.*

Priusquam Emi Patres decernerent, an foret standum vel recedendum a decisis sub diebus 23. Decembris 1826. et 16. Junii 1827, seu an Paschalis Reali Canonicus jubilatus Privernensis Ecclesiæ admittendus esset ad delibationem *emolumenti*, quod distribui solet Canonicis choro interessentibus, dum canitur antiphona *Libera me Domine*; litteras dandas esse jusserunt Episcopo pro nova informatione super noviter deductis a Canonicorum defensore, inspectis libris distributionum, in *Terracinen., seu Privernen. Emolumentorum* 16. *Augusti*.

S. Congregatio cum perspexerit, non satis cautum esse Ecclesiæ utilitati et indemnitati per conditiones, quas obtulerat Cajetanus Perigli pro incunda *emphyteusi* cujusdam fundi ad parochialem Ecclesiam S. Joannis Baptistæ civitatis Soræ spectantis Episcopo scribendum duxerunt, ut reformentur capitula, et in iis præfigatur terminus instaurationibus fundi ab emphyteuta explendis, præstita idonea cautione tam pro solutione canonis, quam pro implemento aliorum onerum, præsertim pro reparationibus annuatim diligenter faciendis, et adjecta lege, ut emphyteuta solvat proprio ære incrementa fundi ad colonos pertinentia, in *Sorana Emphyteusis* 20. *Septembris*.

F

Ad controversias dirimendas, quæ inter Fanensem Episcopum, et Capitulum Cathedralis Ecclesiæ super expensis pro instauranda ejusdem Ecclesiæ fabrica, ac pro comparandis tuendisque rebus ad divinum cultum necessariis jamdiu exarserant, quolibet ex litigatoribus in adversarium onus illud refundere adnitente, Emi Patres in omnibus confirmandam esse duxerunt resolutionem S. Congregationis particularis anno 1826. editam, qua statutum fuit, ut nonnulla impendia faceret Episcopus, et quotannis solveret scutata sexaginta; reliquas autem expensas omnes perferre teneretur Capitulum, cui etiam data fuit lex quotannis rationem reddendi Episcopo de erogatione reditnum Sacrarii, et exhibendi accuratas tabulas accepti, et expensi, ac titulos provenientiae bonorum Sacrarii, in *Fanen. Manutentionis Fabricæ Ecclesiæ Cathedralis, et expensarum* 17. *Maii ad J. usque ad XIII. Dub.*

Quam resolutionem Emi Patres vadimonium deserente Capitulo, confirmarunt, in *eadem* 20. *Septembris*.

I

Capitulo Perusinæ Cathedralis Ecclesiæ denegandam esse dixit S. Congregatio indulti prorogationem, quod semel iterumque obtinuerat, ut suspensa nominatione Capellaniarum, quas in eadem Ecclesia fundaverat Joannes Maria Perotti, illarum annui fructus erogarentur in levamen Sacrarii subsidio indigentis. Quo vero ad preces Raymundi Neri et Jacobi Friggeri, qui petierant, ut suis filiis ad Capellanias passive vocatis indulgeretur ætatis dispensatio, sin minus eisdem concederentur annui Capellaniarum fructus, ut studiis vacare possent, Emi Patres judicium prorogandum duxerunt, ac mandarunt ut scriberetur Episcopo, qui adhibitis diligentiis referat, an actualiter extent fundi, et bona ad valorem septem mille scutatorum ex hæreditate Perotti provenientia ad formam laudi, vocatis ad redditionem rationis Administratoribus, ac deputato interim ecclesiastico Administratore, qui curet celebrationem Missarum adimpletis oneribus ad formam funda-

tionis. *Perusina Capellaniarum* 22. *Novembris ad III. IV. et V. Dub.*

Dilationem flagitante Præsule Leopoldo Severoli, ut Allegationem conficere posset ad jura sua tuenda contra Capitulum Cathedralis Ecclesiæ Faventinæ, quod inter cetera contendebat nullius esse roboris *indultum* anno 1825. a Præsule Leopoldo impetratum, quo sibi liceret abesse a residentia, et retinere Archidiaconatum Faventinæ Ecclesiæ una cum Canonicatu Lateranensis Basilicæ, Emi Patres rescribendum duxerunt, dilata ad primam post proximam omnino et infallanter in *Faventina Indulti* 22. *Novembris ad I. usque ad IV. Dub.*

Antequam Emi Patres quidquam decernerent, utrum ad Parochos Ss. Cosmæ et Damiani oppidi Taleacotii, vel potius ad Capellanum sodalitatis Suffragii pertineat jus peragendi funebria officia, aliasque sacras functiones in Ecclesia S. Francisci, Episcopo juxta mentem scribendum jusserunt, in *Marsorum Jurium parochialium* 26. *Januarii ad I. usque ad VII. Dub.*

S. Congregatio animadvertens, Monasterium S. Mariæ Humilitatis ad radices Montis Quirinalis, cujus erat *juspatronatus* Capellaniæ ecclesiasticæ S. Antonii Patavini in Ecclesia Parochiali oppidi Rubiani erectæ, jam penitus defecisse, quia post gallicam invasionem non fuerat in pristinum restitutum, ac superstites Moniales in quinque se receperant coenobia ac præterea perpendens Principem Columna de Sciarra, qui defecto Monasterio ad se patronatum pertinere contendebat, eo quod bona Capellaniæ ex ejus familia proficiscebantur, nullum sibi asserere posse jus in memoratum patronatum decrevit liberam Capellaniæ collationem spectare ad Episcopum juxta votum D. Secretarii, in *Tiburtina Beneficii* 26. *Januarii.*

Ad Petrum Venanzi tamquam unicum in præsens vocatum ad jus nominandi Rectores Capellaniarum, quas Joannes Maria Perotti in Perusina Cathedrali Ecclesia fundaverat, pertinere earumdem Capellaniarum *juspatronatus* dixit S. Congregatio, in *Perusina Capellaniarum* 22. *Novembris ad II. Dub.*

Capellanos chorales Rovanensis cathedralis Ecclesiæ *jubilationis* indulto prædictas immunes esse abonere implendi munia hebdomadis suæ judicavit S. Congregatio, licet Canonici consuetudine innixi contrarium sentirent: imo decrevit, eosdem frui debere etiam distributionibus, quas vocant extraordinarias, exceptis iis in quibus aliter cautum fuerit in fundatione, in *Novarien. Capellaniarum et distributionum* 16. *Augusti ad II. III. et V. Dub.*

L

Regulæ, quas Reatinus Episcopus Marini edidit sive pro distribuendis subsidiis dotalibus, sive pro eligendis adolescentulis, qui fruantur *legato* alimentorum, ut ecclesiasticis studiis, et aliis scientiis, vel arti mecanicæ operam navare valeant, cum men-

ti testatoris Joannis Baptistæ Viscardi sint apprime consonæ eas probandas et servandas decrevit S. Congregatio, addita etiam Parœcia S. Michaelis, seu addita lege ut inter ceteros beneficio legati fruantur etiam Parochiani subjecti Parœciæ S. Michaelis, quam nuncupant *degli esteri*. Nomine autem pauperum et civilium, quos nominari voluit testator, juxta votum hodierni Reatini Antistitis, intelligendos esse censuit omnes incolas Terræ Leonissæ, iis exceptis, qui assem regant, aut arti vili et infami incumbunt, aut se aliquo crimine inquinarunt, in *Reatina seu Spoletana Legatorum* 16. *Augusti ad I. et II. Dub.*

Cum satis constaret, valde auctos fuisse fructus hereditatis Sebastiani Scarsellini, quam in præsens possidet Institutum Beneficentiæ Civitatis Faventinæ, atque hujusmodi fructus non posse conferri in levamen aliorum pauperum, usque dum Familia Pani ad *Legatum* annuum, et ad subsidia a testatore vocata exaruerit, S. Congregatio in decisis sub die 18. Augusti præteriti anni standum esse decrevit; nempe pro annua præstatione scut. sexaginta per capita, hoc est pro quolibet ex descendentibus Familiæ Pani, exclusis uxoribus, ad decennium, firma semper solutione dotium ad formam testamenti, et amplius, in *Faventina Beneplaciti apostolici* 26. *Januarii*.

Canonicum Paulum Paluzzi hæredem Dominici Felici a præstatione *Legatorum* piorum, quæ nonnulli Ecclesiarum Rectores repudianda censuerant, minime absolvendum esse dixit S. Congregatio, ac legata repudiata in alios pios usus arbitrio Episcopi omnino convertenda respondit, celebratis tamen Missis a testatore præscriptis in Ecclesia designata; siquidem legata in expiationem animæ relicta, si repudiantur, non fiunt caduca, sed in alium usum testatoris voluntati magis proximum sunt convertenda. Cum quo hæres Palazzi etiam suspensionem quorumdam legatorum efflagitasset, Emi Patres illam denegarunt, quia in præsens fructus hæreditatis satis sunt ad scripta legata implenda, nec præsumpti creditores suum bonum jus hactenus evincere conati sunt, in *Famen Legatorum et transactionis* 19. *Julii ad II. III. et IV. Dub.*

M

Missam Conventualem pro benefactoribus in genere, cujus applicationem Canonici Collegiatæ S. Joannis Baptistæ oppidi Saxi Corbarii jam inde ab illius erectione omiserant, ob tenuitatem canonicalium reddituum ad dies festos etiam reductos cohibuerunt Emi Patres: imo impertiendam putarunt etiam absolutionem pro præteritis omissionibus, celebrata unica Missa cum cantu et interventu totius Capituli, facto verbo cum SSmo. Hujus tamen oneris reductione satis consultum existimarunt præbendarum exiguitati, et ideo denegarunt imminutionem aliarum Missarum,

in *Urbanien. Missæ Convertualis* 16. *Augusti ad I. II. et III.*

Reductionem *Missæ pro populo*, quam Paulus Moretti Parochus ruralis Ecclesiæ Bisentii ob redituum tenuitatem flagitaverat, omnino denegandam arbitrati sunt Emi Patres, quoniam Parochi ex munere, quo funguntur, Sacrificium pro ovibus sibi commissis offerre tenentur, in *Montis Falisci Reductionis Missæ pro populo* 26. *Aprilis.*

O

Quum Archangelus Pasquetti Spica, qui Subluci Interamnensis Diœcesis originem duxerat, ad oppidum Capitis Montis in Diœcesi Montis Falisci situm munere Gubernatoris perfuncturus se contulerit, ibique lares constituerit, bona acquisierit stabilia, et ducta uxore Charitæum susceperit, S. Congregatio decrevit, ejusdem Charitæi *ordinationem* spectare ad Emum Episcopum Montis Falisci, non autem ad Episcopum paternæ originis, impetratis tamen litteris testimonialibus ab Episcopis Balneoregiensi et Tudertino, in quorum territorium ob temporum circumstantias Archangelus, ejusque filius nonnullis abhinc annis se transtulerant, in *Montis Falisci, Balneoregien. et Interamnen. Ordinationis* 17. *Maji.*

P

Ut tandem aliquando prospiceretur tenuitati redituum *Paræciæ* Alabri, Emi Patres rescribendum duxerunt, ad D. Secretarium cum SSmo juxta mentem, illudque inter cetera cautum fuit, ut Collegium Canonicorum supprimeretur, et quædam Beneficia eidem Paroeciæ unirentur, in *Reatina dismembrationis* 26. *Aprilis.*

Cum Sacerdos Eustachius Olivieri Parochus Oppidi Stangolagalli paratum se exhibuisset renunciationi *Paroeciæ*, si Sacer Ordo ita expedire judicasset, justæque occurrerent causæ urgendi renunciationem; Emi Patres confirmandum putarunt rescriptum diei 3. Septembris 1825. quo admissa fuit renunciatio, eidemque Olivierio reservarunt pensionem pro tertia parte fructuum parochialis præbendæ, deductis oneribus. Præterea responsum dederunt, consulendum esse SSmo pro condonatione fructuum, quos tempore absentiæ percepit, adimpletis tamen oneribus Missæ pro populo, Anniversariorum, aliisque Paroeciæ incumbentibus ab ipso omissis, nec non solutis emolumentis Oeconomorum a D. Secretario taxandis, in *Verulana* 19. *Julii ad I. usque ad VI. Dub.*

Quum Emi Patres animadvertissent, ex sacrorum canonum censura ad *Parochum* defuncti, non vero ad Canonicos Cathedralis Ecclesiæ Calliensis, etiamsi capitulariter intersint, spectare jus aspergendi cadavera Canonicorum, antequam domo efferantur, præcinendi antiphonam *Exultabunt Domino*, et deferendi stolam; ideo jus ejusmodi ad Parochum defuncti pertinere, ac Episcopi decretum, quo innitebantur Canonici, utpote juri communi adversum nullius ponderis esse faciendum dixe-

runt, in *Callien. Jurium Parochialium* 20. *Decembris.*

Quamvis Stephanus Cristiani, compatronus Beneficii S. Jacobi Apostoli erecti in Ecclesia S. Michaelis oppidi S. Elpidii ad mare, nominationem explendo favore Alberti Cristiani pensionem ab Apostolica Sede sanciendam sibi reservaverit, nihilominus S. Congregatio respondit a Clerico Alberto non esse solvendam ullam *pensionem* familiæ memorati Stephani, siquidem Apostolicum Beneplacitum non fuerat impetratum, et Albertus canonicam institutionem obtinuerat sine ullo pensionis onere, in *Firmana Dispensationis* 22. *Nov. I. Dub.*

Animadvertentes Emi Patres ex nova peritia bonorum ad Præpositurам Collegiatæ Montis Sancti spectantium a Decempedatore jussu Sacræ Congregationis confecta satis amplos esse annuos ejusdem Præposituræ fructus, adeo ut Præpositus et onera perferre, et pensiones solvere, et sibi prospicere valeat, oris aperitionem contra Bullas Apostolicas, ac *pensionum* reductionem denegavit, in *Firmana Pensionum* 20. *Septembris ad I. et II. Dub.*

Conquerentibus Canonicis Collegiatæ Vallerani de tenuitate canonicalium *præbendarum*, adeo ut ne scutata triginta ad formam fundationis quisque eorum quotannis perciperet, ac postulantibus, ut suspenderetur multiplicum ex fructibus vacantium præbendarum ad tramites decreti hujus Sacri Ordinis diei 19. Julii 1820. conficiendum, S. Congregatio eorum votis annuendum censuit, rescribens in decisis juxta votum Episcopi, qui curet summam scut. 507. ex peractis depositis constantem statim investiri, in *Civitatis Castellanæ Reductionis et Dispensationis* 17. *Maii.*

Dilationem postulantibus Canonicis Cathedralis Ecclesiæ Sarzanæ, ut allegationem compararent adversus decretum Episcopi qui ejus Ecclesiæ Vicariis Curatis mandaverat, ut diebus festis *prædicarent*, seu explicationem Evangelii in Missa parochiali traderent, ac denunciationes matrimoniorum, viziliarum, et dierum festorum facerent; Emi Patres precibus annuendum putarunt, *in Lunen. Sarzanen. Prædicationis* 16. *Augusti ad I. II. et III. Dub.*

At vero quamvis in sequentibus Comitiis nullum Canonici non moverint lapidem, immemorabilem præsertim consuetudinem obtendentes; nihilominus Emi Patres ad Vicarios Curatos onus explicandi Evangelium diebus festis in Ecclesia Cathedrali spectare declararunt, et amplius. Ad eosdem quoque pertinere dixerunt denuciationes, ita tamen ut explicatio Evangelii fieri debeat in Missa parochiali, denunciationes autem sive in eadem Missa, sive alia hora magis a populo frequentata. Episcopo præterea scribendum jusserunt, ut mandet Missam parochialem offerri pro populo separatim a Missa Conventuali pro benefactoribus applicanda, et si quis irrepserit abusus, spreta quacumque consuetudine etiam immemorabili, moneat delinquentes ut consulant conscientiæ

suæ quoad præteritum, et omnia ad formam Concilii Tridentini serventur in futurum, in *eadem* 20. *Septembris ad I. II. et III. Dub.*

Cum testator Antonius Cianconi legem dixerit hæredi suo tradendi Congregationi animarum purgantium in Nursina Ecclesia S. Benedicti erectæ bona stabilia valoris scut. 500., et onus addiderit, donec tamen expleretur bonorum traditio, quotannis pendendi eidem congregationi scutata quindecim in Missarum celebrationem eroganda: cumque in actibus facultativis vim suam non exserat præscriptio: S. Congregatio respondit, non sustineri *præscriptionem*, quam Hyacinthus Cianconi proferebat, ut evinceret, se nullo jure cogi posse ad tradenda bona stabilia, sed solummodo ad annua scutata quindecim solvenda, prout centum et ultra abhinc annis, nomine obsistente, solverat. Verum Emi patres existimantes utilius esse Congregationi; si annua scutata quindecim solverentur, quam si bona stabilia traderentur, arbitrio Episcopi juxta mentem relinquendum duxerunt, utrum Marchioni Cianconi præfiniendus sit terminus ad tradenda bona stabilia, vel summam scutatorum quingentorum, in *Nursina Legati Pii* 15. *Martii.*

Quemadmodum Canonici *Punctatores* Ecclesiæ Cathedralis Brictinorii eliguntur, alter ab Episcopo, alter a Capitulo, ita etiam jusjurandum de munere suo fideliter obeundo coram respectivo eligente juxta votum Emi e Rmi Cardinalis Falzacappa Relatoris præstandum esse decrevit S. Congregatio, in *Brictinorien Præbendarum, et servitii chori* 22. *Novembris ad II. Dub.*

R

Ne Hebdomadarii S. Mariæ Majoris Neapolitanæ civitatis, ubi choralia beneficia tamquam simplicia fuerant assequuti, novo onere gravarentur, atque etiam ob redituum decrementum, Emi Patres servitium chorale ad primas, et secundas vesperas, ac ad Missam solemnem in festo Assumptionis B. M. V., juxta votum Emi Archiepiscopi *reducendum* existimarunt ad decennium, nisi interim augeantur reditus, et addiderunt: ad mentem, nempe ut in futuris collationibus Hebdomadariis onus servitii Choralis injungatur ad formam resolutionis hujus S. Ordinis dierum 22. Julii 1826. et 21. Julii 1827., in *Neapolitana Reductionis servitii chori* 21. *Junii.*

Quum Leonardus Pichi anceps hæreret, utrum ejus familia, præter unam Missam in Oratorio S. Michaelis Archangeli a Sorci singulis diebus festis cum eleemosyna obolorum septemdecim cum dimidio, aliis etiam Missarum, oneribus gravaretur, ac propterea paratum se exhibuerit ad solvendum summam scut. 400. annui reditus scut. duodecim, quæ conferri possent in augmentum eleemosynæ Missæ in præfato Oratorio litandæ si Missarum *reductio* concederet-

tur, seu ejus familia a quavis onerum satisfactione liberaretur illius precibus annuit S. Congregatio, exhibito tamen fundo, super quo fiat inscriptio hypothecaria, ac firma remanente celebratione unius Missæ in festo S. Michaelis, atque alterius in festo S.Bartholomæi absolutionem quoque a præteritis omissionibus concessit, celebratis decem Missis, in *Burgi S. Sepulchri Reductionis et absolutionis* 19. *Julii ad I. et II. Dub.*

Antequam Emi Patres quidquam decernerent de Missarum *reductione*, quam Communitas Anconitana administratrix hæreditatis Bestola postulabat, Episcopo ad mentem scribendum duxerunt, ut luculentius liquescerent tabulæ expensi et accepti in *Anconitana Reductionis Missarum* 17. *Maji ad I. II. et III. Dub.*

Indultum *reductionis* servitii chori, quod pluries jam assequuti fuerant Canonici Cathedralis Aquilanæ, ad aliud decennium ad formam præcedentis prorogarunt Emi Patres, quia rerum circumstantiæ nedum perseverabant, sed potius auctæ dignoscebantur, in *Aquilana Servitii Chori* 26. *Januarii.*

Reductionem Missarum centum quinquaginta, quas in animae suae expiationem quolibet anno in Ecclesia SSmi Jesu Urbis litari præceperat Laurentius Barberi, denegandam censuit S. Congregatio, eo quod universa hæreditas Barberi hoc onere erat obstricta, ac Locorum Montium imminutio pro rata erat dividenda inter jura hæreditaria, et Legata dotium a testatore scripta. Verum quoad Legata Tardioli, et Cittadoni, reductionem, quam hæres Philippus Pontici efflagitaverat, concedendam esse dixit ad ratam redituum, ita tamen ut legata Barberi, et Cittadoni implerentur in Ecclesia a testatore designata, atque intra annum offerrentur centum quinquaginta Sacrificia pro præteritis omissionibus ab anno 1816. ad annum 1820. Ut vero in posterum consultum foret implemento hujusmodi Legatorum, Emi Patres legem addere existimarunt, ut Emus Urbis Vicarius curaret inscriptionem hypothecariam pro omnibus Legatis, in *Romana Reductionis, et translationis Missarum ad I. usque ad IV. Dub.*

Sebastianus Pastorelli oppidi Tabiæ hæredem suum onere obstrinxerat quotannis solvendi scutata decem auri in auro alicui Sacerdoti, qui tres in qualibet hebdomada celebraret Missas. Hujusmodi legatum ad Missam quotidianam evexit Joannes Baptista Pastorelli, et Loca Montium assignavit pro ejus implemento. Quamvis autem hæc Loca Montium valde decreverint, et heres Maria Antonia Pastorelli Spinola *reductionem* Missarum pro ratione redituum ex eisdem Locis proficiscentium postularet, nihilominus S. Congregatio reductionem primi legati concedendam esse dixit ad taxam manualem pro scutis decem auri in auro ad formam testamenti Sebastiani Pastorelli, secundum vero legatum cohibuit ad annuas Missas decem, quia Loca Montium a Joanne Baptista Pastorelli taxative assignata videbantur pro imple-

mento legati ab eo relicti, et rata solummodo pars fructuum ex liquidatione Montium provenientium in causam secundi legati erat conferenda. Sed præcepit Ordinario, ut curaret fieri inscriptionem idonei fundi pro adimplemento utriusque Legati. Concessit præterea absolutionem a præteritis omissionibus, celebratis quatuor Missis, in *Albinganen. Reductionis Missarum* 15. *Martii ad I. II. et III. Dub.*

Prævia absolutione quoad præteritas Missarum omissiones, celebratis a quolibet ex obligatis tribus Missis pro omnibus omissionibus, facto verbo cum SSmo S. Congregatio concedendam esse dixit *reductionem* Missarum tam Legatis, Beneficiis, et Capellaniis, quam sex Canonicatibus incumbentium juxta votum Emi Abbatis nempe ut possessores Beneficiorum et Legatorum tot in posterum celebrent Missas, quot reditus ad rationem eleemosynæ obolorum viginti pro quolibet Missa comprehensis utensilibus; et quilibet sex Canonicorum certum aliquem tantummodo applicet Missarum numerum, quem sinunt eorum reditus, et servitium chorale, in *Nullius Trium Fontium Reductionis Missarum* 21. *Junii ad I. II. et III. Dub.*

Quamquam jam penitus desiisset solutio annuæ pensionis sc. 300. a Capitulo Cathedralis Ecclesiæ propter unionem bonorum Monasterii S. Benedicti Nursinæ Civitatis explenda; cum tamen Canonicatum fructus vix scutata viginti quinque attingeret, Sacer Ordo censuit confirmandam esse *reductionem* anniversariorum ad unum dumtaxat cum cantu pro quolibet anno. Similiter confirmavit imminutionem Missarum eidem Monasterio olim imminentium, celebratis decem annuis Missis pro quolibet Canonico, ac respondit SSmo esse consulendum pro absolutione a Sacris non facti, in *Nursina Onerum* 19. *Julii ad I. II. et III. Dub.*

S. Congregatio respondit, non expedire *reductionem* Missarum ex pluribus Legatis Ecclesiæ Metropolitanæ relictis proficiscentium, quam Senensis Archiepiscopus postulaverat, ut duæ Capellaniæ chorales erigerentur, sed potius, ut facilius Sacra celebrarentur, eidem Archiepiscopo facultatem dandam existimavit augendi eleemosynam, præsertim pro Missis statis horis offerendis. Indulsit etiam ut eleemosynæ Missarum, quæ ob defectum Sacerdotum ac tenuitatem stipendii fuerant omissæ, erogarentur in Missarum celebrationem, in *Senen. Reductionis Missarum et erectionis Capellaniarum* 19. *Julii ad I. II. et III. Dub.*

In decisis sub die 16. Aprilis 1825. standum esse dixit S. Congregatio, seu denegandam censuit *reductionem* quam Comes Petrus Paolucci postulabat, ac unicum fundum *Ronco*, qui ex pingui hæreditate Philippi Portio supererat ob prodigalitatem hæredis, tradendum esse Ecclesiæ S. Mercurialis, ut ejus reditus erogentur in Missarum celebrationem ad formam testamenti; imo jussit, ut Vicarius Apostolicus omnino curet exe-

cutionem decreti S. Congregationis, in *Forolivien. Absolutionis et Reductionis* 19. *Julii.*

Rescriptum diei 22. Augusti 1795. quo Rectores Capellaniarum, quas Joannes Maria Perotti in Cathedrali Ecclesia Perusina erigi jussit, ad Canonicatus gradum evehi obtinuerant, non esse exequendum censuit S. Congregatio tum quia Bulla erectionis nondum expedita fuerat, tum quia ob decrementum redituum utilis ac justa evanuerat causa commutandi fundatoris voluntatem, in *Perusina Capellaniarum* 22. *Novembris ad I. Dub.*

Sacerdotem Angelum Petri Parochum Ecclesiæ S. Blasii vici Lanciani Nucerinæ Diœcesis, qui invito Episcopo Parœciam deseruerat, et Nepetem se contulerat, ibique animarum curam adeptus fuerat, cogendum esse *ad residentiam* in Nucerina Diœcesi, et ad animarum curam in memorata Ecclesia S. Blasii obeundam, decrevit S. Congregatio; quae insuper censuit, eumdem Parochum incidisse in suspensionem propter discessum a Diœcesi contra Episcopi Nucerini prohibitionem, atque etiam irregularem evasisse ob violationem censuræ per exercitium sacri Ordinis. Verum SSmo consulendum esse dixit pro dispensatione arbitrio et conscientiæ Episcopi Nucerini juxta mentem, in *Nucerina Residentiæ* 15. *Martii ad I. II. et III. Dub*

Quoniam secundum ea, quæ proponebantur ab administratoribus hæreditatis Aloisii Chifenti olim Parochi Ecclesiæ Segromigni Lucensis Diœceseos, certo non eliciebatur, eumdem Parochum perpendisse contributionem a gallico exercitu anno 1799. imperatam, nec satis constabat, anno 1812. veniam impetrasse a Vicario generali Apostolicis facultatibus munito in proprios usus convertendi pecuniam ex fundis Parœciæ ad publicam viam sternendam occupatis proficiscentem, ideo Emi Patres responsum dederunt, non esse annuendum precibus eorumdem Administratorum, qui declarari postulabant, hereditatem Chifenti haud obstrictam esse ad *restitutionem* pretii ejusmodi fundorum favore Parœciæ, in *Lucana Redintegrationis* 26. *Januarii.*

S

Jacturam proficiscentem ex scutatis 347. in syngraphis nummariis non Principi ab Auria, qui eam in summam penes capsam Montis Pietatis deposuerat ut statis temporibus Tusculanis puellis ad tramites dispositionis Joannis Baptistæ Pamphylj Aldobrandini distribueretur, sed ipsis puellis in summa liquidanda ab Emo Episcopo adscribendam esse respondit Sac. Congregatio. Cumque nonnullæ puellæ subsidium dotale pro ratione imminutionis ex præscripto legis Naselliana jam fuerant assequutæ, ipsis nihil aliud retribuendum esse rescripsit; quæ autem ob temporum circumstantias nullum receperant subsidium, licet delectæ fuissent ad illud consequendum, earum singulis solvi oportere dixit scut.

novem et obolos novem, in *Tusculana Subsidiorum Dotalium* 16. *Augusti ad I. II. et III. Dub.*

T

Decretum a Brictinoriensi Episcopo editum super *tabella horaria* a Canonicis suæ Cathedralis Ecclesiæ pro divinis laudibus absolvendis custodienda probandum esse juxta votum Emi Card. Falzacappa Relatoris respondit S. Congregatio, in *Brictinorien. Præbendarum et servitii chori* 22. *Novembris ad I. Dub.*

Sacerdotem Carolum Tosco possessorem *Theologalis* Præbendæ in Cathedrali Oppidensi obstringi ad lectiones sacræ Scripturæ in Ecclesia Cathedrali habendas, non vero ad Theologiam dogmaticam et moralem in Seminario tradendam, respondit S. Congregatio; nam Theologali Præbendæ tam ex sacrorum canonum dispositione, quam ex fundatione imminet onus explicationis sacræ scripturæ. Quo responso satis provisum dixit alteri quæstioni, nimirum Canonico Theologo non esse pendendum emolumentum, quod antea Seminarium eidem solverat pro lectione Theologiæ. Censuit præterea eidem Canonico non esse concedendam dispensationem a laurea doctorali in sacra Theologia suscipienda, sed præfiniendum terminum sex mensium in *Oppiden. Præbendæ Theologalis* 15. *Martii ad I. usque ad IV. Dub.*

Post diuturnas lites inter Comitem Pompejum Ruffo, et Aloisium Antonelli super jurepatronatus simplicis Beneficii sub invocatione S. Mariæ a Lacu erecti in Ecclesia Collegiata Fortii, et in quibus Aloisius Antonelli jugiter succubuerat, inita est *transactio*, qua partes liti nuntium mittentes confessi sunt ad tramites decisionum S. Rotæ cuilibet ex litigatoribus jus esse ad dimidiam patronatus partem, et ne in explendis nominationibus jurgia orirentur, jus nominandi per turnum inter se diribuere. Hanc transactionem, quam viribus suis pollere inficiabatur Aloisii filius, confirmatione dignam esse existimarunt Emi Patres. Verum precibus Comitis Ruffo, qui postulabat, ut suspensa Beneficii nominatione fructus annui concederentur ejus filio tres annos nato, minime annuendum putarunt, quamvis paupertatem familiæ obtenderet, in *Montis Alti Jurispatronatus* 20. *Septembris ad I. et II. Dub.*

Transactionem, quam Canonicus Paulus Palazzi hæres Sacerdotis Dominici Felici Fanensis cum conjugibus Jacobo et Aloisio Paulucci inierat, ut judicialis quæstio super donatione prædii *Rio maggiore* una cum domo et Oratorio publico ante testatoris obitum instituta dirimeretur, confirmandam esse ob evidentem utilitatem juxta votum Episcopi responderunt Emi Patres, qui insuper decreverunt, ab Episcopo curandam esse inscriptionem hypothecariam super prædio *Rio Maggiore* pro implemento legatorum ad formam transactionis, id est ut conjuges Paulucci ejusdem fundi possessores ferrent onus duarum Missarum singulis

hebdomadis in præfato Oratorio celebrandarum, ac solverent quotannis dotem scutatorum duodecim Fanensi puellæ ad nominationem hæredis Dominici Felici conferendam, in *Fanen. Legatorum et transactionis* 19. *Julii ad I. Dub.*

U

Antequam S. Congregatio statueret, utrum ad augendos reditus quatuor choralium Capellaniarum Ecclesiæ Collegiatæ Orbetelli concedenda sit *unio* Beneficiorum et legatorum, ac reductio Missarum, litteras ad mentem Emo Abbati dari jussit, ea præsertim de causa, quia Capitulum, cui est juspatronatus Capellaniarum, sibi reservandam contendebat omnium Capellaniarum nominationem, quamvis patronatus Beneficiorum, ac quorumdam Legatorum ad Emum Abbatem spectaret, in *Nullius Trium Fontium Unionis Beneficiorum et reductionis Missarum* 21. *Junii ad I. II. et III. Dub.*

Ad augendos reditus quatuor Capellaniarum choralium Ecclesiæ Collegiatæ Orbetelli S. Congregatio censuit, eisdem *uniendа* essa quædam legata Missarum, ac insuper præfatas quatuor Capellanias ad duas esse reducendas, reservato Canonicis jure nominandi Capellanos. Ne tamen exinde servitium chorale detrimentum pateretur, indulsit Emo Abbati, ut quædam simplicia Beneficia, et legata Missarum, quorum patronatus ad ipsum pertinebat, insimul unirentur et bona inservirent pro alterius choralis Capellaniæ erectione, adjecta tamen lege ut jus nominandi Capellanum ad Abbatem pro tempore spectaret. Cumque nihilominus propter Missarum onera reditus Capellaniarum valde tenues deprehenderentur, S. Congregatio Missarum reductionem ita indulgendam existimavit, ut deductis quoque anno scutatis triginta pro singulis Capellanis ad ferendum servitium chorale, reliqui fructus erogarentur in Sacrorum celebrationem ad manualem, in *Nullius Trium Fontium Unionis Beneficiorum et reductionis Missarum* 20. *Decembris ad I. II. et III. Dub.*

V

Decretum Episcopi Brictinorien. quo Canonicis Cathedralis Ecclesiæ Brictinorii tribuuntur trium mensium *vacationes* a chorali servitio, quibusdam tamen adjectis legibus, probatione dignum existimarunt Emi Patres juxta votum Emi Relatoris, in *Brictinorien. Præbendarum et servitii chori* 22. *Novembris ad IX. Dub*

At decretum ejusdem Episcopi super delatione *vestis* talaris, et super pœnis contra clericos inobedientes indictis, temperandum esse juxta votum Emi Cardinalis Falzacappa Relatoris dixit S. Congregatio, in *eadem ad X. Dub.*

Cum ex documentis in nova causæ propositione allatis eliceretur valde tenue esse augmentum reddituum pii Legati subsidiorum

dotalium a Paulina Gafà relicti, ac propterea evanescere justam causam commutandi supremam testatricis *voluntatem*, ita ut duo subsidia dotalia non singulis quadrienniis, sed quolibet biennio distribuerentur: Emi Patres à decisis sub die 14. Junii 1817. et 4. Julii 1826. recedendum esse dixerunt, ac mandarunt eadem subsidia adamussim distribuenda ad formam fundationis, in *Melevitana subsidiorum dotalium* 20. *Decembris.*

Reditus pii Operis a Joanne Baptista Pamphylj Aldobrandini in Locis Montium constitutos pro dotandis Tusculanis puellis et pro eleemosynis largiendis, cum ob præteritas temporum vicissitudines gravem subiissent imminutionem, S. Congregatio eosdem in posterum erogandos esse respondit juxta votum Emi Episcopi, nimirum in binas annuas dotes: imo ad augendam pii Operis sortem, ejusque annuos fructus, decrevit, ut pecuniæ vis penes Principem ab Auria, qui bona pii Operis administrat, existens in augmentum sortis convertatur juxta votum Episcopi, facto verbo cum SSmo pro commutatione *voluntatis.* Investimentum fieri præcepit in consolidatis, et commisit Emo Episcopo, ut exquireret a memorato Principe notulam de singulis investimentis, et reditibus perceptis post receptionem franchorum 2157. in *Tusculana subsidiorum dotalium* 16. *Augusti ad IV. et V. Dub.*

FINIS

INDEX

CONCLUSIONUM

Quae adnotatae sunt in Foliis Causarum anni 1828.

ABSENTIA

Indultum abessendi a choro aliquando conceditur, ut Canonici Confessiones excipiant in eadem Ecclesia, *pag.* 10. §. *Affirmative.*

Ad vitandam pœnam contra absentes latam satis non est preces S. Congregationi porrigere, *pag.* 179. §. *Etenim.*

Sed requiritur consonum rescriptum, *ibid.*

Qui indulto abessendi gaudent, lucrantur fructus, et quotidianas distributiones, *pag.* 189. §. *Idem.*

Imo etiam Laudemia, Quindennia, aliaque hujusmodi, *ibid.*

Exceptis tantummodo anniversariis, aliisque obventionibus non fixis, et in quibus diversimode non fuerit a testatoribus dispositum, *ibid.*

Quod si hisce emolumentis fuerint privati, sunt ipsis restituenda, *ibid.*

Vide *Chori servitium*, *Distributiones*, *Residentia.*

ABSOLUTIO

Tenuitas reddituum sicut reductioni in futurum, ita absolutioni pro præteritis omissionibus viam sternit, *pag.* 140. §. *Videant*, et *pag.* 195. §. *Videant.*

Praesertim si Beneficiati ad alimoniam sibi comparandam alia onera, potiusquam illa Beneficiorum implere coacti fuerint.

ACTUS FACULTATIVI

Nullam inducunt obligationem, *pag.* 321. §. *Nec secus.*

Nisi adsint rerum adjuncta, quæ animum sese obligandi ostendant in exercente, *pag.* 322. §. *Irrito.*

Quamvis initio ex devotione inceperint, *ibid.*

ALIENATIO

Ad alienationem bonorum ecclesiasticorum requiritur necessitas, vel utilitas Ecclesiæ, *pag.* 131. §. *Necessitas.*

ARCHIVIUM

Libri, aliaeque Scripturæ capitulares asservari debent in Archivio Capituli, *pag.* 54. §. *Tandem.*
Nec fas est illas extrahere, *ibid.*
Episcopo tamen jus est cogendi Canonicos, ut sibi ostendant scripturas Mensæ episcopalis, vel earum exemplar tradant, *ibid.*

AXIOMATA ET REGULÆ JURIS

Qui in pari versantur conditione, eodem jure censentur, *pag.* 19. §. *Frustra.*
Jus dicenti extra territorium impune non paretur, *pag.* 48. §. *Nulla.*
Semo rei, et non res sermoni inservire debet, *pag.* 54. §. *Ex hac.*
Qui vult antecedens, vult et consequens, *pag.* 66. §. *Idem.*
Cessante emolumento, cessare debet onus in correspectivitatem impositum, *pag.* 110. §. *Nec.*
Alienare non intelligitur, qui occasione acquirendi non utitur, *pag.* 150. §. *Neque.*
Qui auctoritate judicis solvit, plenam consequitur securitatem, *pag.* 153. §. *Sed.*
Nomine *suorum* veniunt hæredes, *pag.* 249. §. *Cumque.*
Beneficium Principis decet esse mansurum, *pag.* 301. §. *Præsul.*
Justa autem intercedente causa revocari potest, *pag.* 302. §. *At Canonici.*
Privilegia juri alterius detrimentum inferre non debent, *pag.* 309. §. *Restat.*
In subrogatum transeunt omnia jura et onera *pag.* 318. §. *Exinde.*
Quod ab initio non subsistit non potest tractu temporis convalescere, *pag.* 244. (in mense Decembri) §. *Ex his.*
Nemo invitus est suo jure privandus, *pag.* 136. §. *Animadvertendum.*

BAPTISMUS

Infantes domi in casu necessitatis baptizati, non sunt denuo sacro lavacro tingendi *pag.* 222. §. *Quum*
Nec etiam sub conditione, *ibid.*
Nisi adsit probabile dubium invaliditatis Baptismatis, *ibid.*
Secus dans et accipiens evadunt irregulares, *ibid. et pag.* 224. §. *Restat.*
Præsertim si absque conditione Baptismum reiterent, ut in casu, de quo in *pag.* 225. §. *Ad III.*
Mutatio formæ, etiam unius vocis corruptionem secumfert, si sensus non maneat integer, *pag.* 222. §. *Jam.*
Etiamsi id temere fiat, *ibid.*
Invocatio SSmæ Trinitatis pertinet ad substantiam formæ, *pag.* 222. §. *Jam.*
Præpositio illa *in* conjuncta verbo *nomine* invocationem SSmæ Trinitatis, et Unitatem divinæ naturæ exprimit, *ibid.*
Si adhibeatur vox *col* pro *in*, non tollitur sensus moralis, *pag.* 222. §. *Attamen.*
Adeo ut ne sub conditione sit Baptismus reiterandus, *pag.* 224. §. *Qua ex re.*
Siquidem accidentalis mutatio irritum non reddit Sacramentum, *pag.* 223. §. *Attamen.*

Substantialis vero haberetur mutatio, si omitteretur verbum illud *nome*, *ibid.*

Ne tamen forma Baptismatis corrumpatur, S. Congregatio mandare solet Episcopis, ut inhibeant Obstetricibus exercitium, nisi fuerint optime instructæ, *pag.* 224. §. *Qua.*

BENEFICIUM

Beneficia eriguntur nedum ad onera implenda, sed etiam ad congruam alimoniam ministris Ecclesiæ suppeditandam, *pag.* 60. §. *Rationum*, *pag.* 144. §. *Porro.*

Quænam argumenta suadeant, Capellanias amovibiles evasisse ecclesiastica Beneficia, traditur *pag.* 186. *et seqq.*

Beneficia et Capellaniæ ecclesiasticæ eodem censentur jure, *pag.* 56. §. *Precibus.*

Et nomine tantum discrepant inter se, *ibid.*

Diuturna Beneficii vacatio adversatur juris dispositioni, *pag.* 245. §. *Verum*, *et pag.* 250. §. *Verum.*

Beneficia ecclesiastica conferri nequeunt iis, qui decimum quartum ætatis annum nondum inchoaverint, *pag.* 56. §. *Precibus.*

Licet Tonsura, aut minoribus Ordinibus sint initiati, *ibid.*

Aliquando conceditur dispensatio, ut pueri, atque etiam infantes ex familia Patroni descendentes, ad Beneficia nominentur, *pag.* 57. §. *Quod*, *et seq.*

Inter descendentes inhabiles ille est præferendus, qui major est ætate, et clericali militiæ mancipatus, *pag.* 58. §. *Nihilominus.*

Patroni favor plurimi est faciendus, *pag.* 57. §. *Dispensatio.*

Vide *Parœcia*, *Renunciatio*, *Unio.*

CAMBIUM

Activum a Clericis initum validum est, *pag.* 154. §. *Acerrimae.*

Et debitor cogitur solvere, quod stipulatione promisit, *ibid.*

Attamen Clericus illicite contrahit, *ibid.*

Et Episcopus in ipsum tamquam verum negotiatorem animadvertere potest, *ibid.*

Suisque synodalibus constitutionibus edicere, ne in posterum quisquam Clericus præsumat cambium obliquum contrahere, *ibid.*

S. Cong. urgente necessitate facultatem tribuit Clericis inita cambia ad tempus, ac per interpositam laici personam continuandi, *ibid.*

CANONICI

Canonicorum jura per illegitimam suppressionem non perimuntur, *pag.* 90. §. *Itaque.*

Et per Capituli redintegrationem, ac bonorum redditionem quisque eorum honoribus, et juribus restitutus est censendus, *ibid.*

Vide *Chori servitium*, *Distributiones*, *Funus*, *Habitus*, *Punctatores.*

CANONICUS THEOLOGUS

In singulis Ecclesiis Cathedralibus, et Collegiatis insignibus erigenda est Præbenda Theologalis, *pag.* 40. §. *Ne.*

Canonicus Theologus muneri suo satisfacit, sive sacræ Scripturæ libros interpretetur, *pag.* 40, §. *Quaestio.*

Sive Theologiam scholasticam, aut moralem doceat, *ibid.*

Aliquando tamen ex fundationis lege, aut synodalibus decretis utrumque onus subire cogitur, *pag.* 40. §. *Attamen.*

Munere suo fungi debet, solis præbendæ fructibus contentus, *pag.* 41. §. *Id.*

Ad illius vero exiguos fructus augendos, potest Episcopus Canonico Theologo assignare fructus alicujus simplicis Beneficii, vel alium modum constituere, *pag.* 43. §. *Ex munere.*

De Capituli tamen consilio, *ibid.*

Theologalis præbenda conferri debet doctori in sacra Theologia, vel qui infra annum doctoralem lauream in eadem facultate suscipiat, *pag.* 44. §. *Quod.*

Et denegari solet dispensatio a laurea suscipienda, *pag.* 45. §. *Ad IV.*

CAPELLANIA ET CAPELLANUS

Beneficia, et Capellaniæ ecclesiasticæ eodem censentur jure, *pag.* 56. §. *Precibus.*

Et nomine tantum discrepant inter se, *ibid.*

Capellani, quatenus reditus sufficiant, tenentur ad reædificandam Capellam, *pag.* 255. §. *In decisis.*

Sin minus tenentur Patroni, *pag.* 255. §. *In decisis*, *pag.* 318. §. *Porro, et pag.* 321. §. *Alexander.*

Vide *Beneficium.*

CENSURÆ

Ferri nequeunt ab Episcopo in proprios Clericos extra Diœcesim existentes, *pag.* 48. §. *Nulla.*

Valide tamen infliguntur per citationem personalem, venia petita, et impetrata ab Ordinario loci, ubi Clerici extorres versantur, *pag.* 49. §. *Sed.*

Vel per citationem in loco publico, aut in propria domo territorii, unde emigrarunt, *ibid.*

Dictio *nunc pro tunc*, quæ adhibetur in comminandis censuris, innuit pœnam ipso facto contrahi, *pag.* 49. §. *Verum.*

CHORI SERVITIUM

S. Congregatio sollicita est, ut hymnis et canticis nomen Dei in Choro celebretur, *pag.* 310. §. *Pluries.*

Ad Episcopum spectat formam servitii choralis præscribere, *pag.* 259. §. *Hic titulus.*

Ac tabellam horariam disponere, *pag.* 259. §. *Si.*

Indultum abessendi a choro ad Missam celebrandam, vel ad alia ecclesiastica munia obeunda in finitimis Ecclesiis denegavit S. Congreg., *pag.* 143. §. *Perusina.*

Quamvis Capitulares immemorabili consuetudine inniterentur, *pag.* 145. §. *At vero.*

CIVILIS

Quinam veniant nomine personarum *civilium* traditur *pag.* 34. §. *At statuit.*

COLLEGIATA

Nequit Episcopus Collegiatam erigere, *pag.* 255. (in Mense Decembri) §. *Initio.*

Sed necessaria est Summi Pontificis auctoritas, *ibid.*

COMMENDA

Patronis laicis tributa est facultas erigendi propria Beneficia in Commendas Ordinis SS. Mauritii et Lazari, *pag.* 262. (in mense Decembri) §. *Antequam.*

Quibusdam tamen servatis conditionibus, *ibid.*

Dummodo Beneficia sint simplicia, *ibid.*

Et ad eos spectet juspatronatus ex fundatione et dotatione, *ibid.*

Idque probetur per publica documenta, non autem per alia probationum genera, *ibid.*

Si alterutrum desideretur, non expedit dispensationem concedere, *pag.* 265. (ut supra) §. *Videant.*

CONSUETUDO

Observantia diuturna optima est legum, et voluntatum interpres, *pag.* 54. §. *Neminem.*

Præsertim si proxima fuerit constitutioni, aut testamento, et ex facto ipsius gravati originem duxerit, *ibid.*

Centenaria præscriptio perimit omnia jura, *ibid.*

Decennalis consuetudo satis est ad firmandam obligationem dispositioni juris consonam, *pag.* 109. §. *Ad hanc.*

DENUNCIATIONES

Ad Parochum pertinent denunciationes matrimoniorum, vigiliarum, ac dierum festorum, *pag.* 211. §. *Similiter.*

Quando faciendæ sint, traditur *pag.* 212. §. *Canonici.*

DICTIO

Dictio *nunc pro tunc*, immit pœnam ipso facto incurri, *pag.* 49. §. *Verum.*

DISPENSATIO

In dubio consummationis matrimonii deneganda est dispensatio tamquam de re interdicta ac supra humanam potestatem posita, *pag.* 235. §. *At Sacramenti.*

Si vir renuat subjicere corpus suum inspectioni peritorum, ex hac contumacia non desumitur ejus impotentia, *pag.* 5. §. *At.*

Vide *Beneficium.*

DISTRIBUTIONES

Tertia fructuum pars est assignanda pro quotidianis distributionibus, *pag.* 263. §. *Cum.*

Etiam pro cohibenda Cantorum negligentia, *ibid.*

Ad efformandam Massam distributionum pro choralibus Beneficiis conceditur simplicium Beneficiorum unio, *pag.* 144. §. *Porro.*

Hisce deficientibus permittitur unio earumdem choralium præbendarum, *pag.* 143. §. *Alterum.*

Ita vero ut sufficiens supersit numerus, qui locorum et Ecclesiarum dignitati respondeat, *ibid.*

Distributiones dividuntur inter præsentes tamquam in mercedem majoris diligentiæ, *pag.* 261. §. *Et recte.*

Distributiones lucrantur, qui Episcopum comitantur in visitatione SS. liminum, *pag.* 267. §. *Extant.*

Vel pontificaliter celebranti assistunt, *ibid.*

Convisitatores vero fructus præbendæ lucrantur, sed amittunt distributiones, *ibid.*

Distributionibus quoque privantur qui in choro non utuntur habitu sibi convenienti, *pag.* 190. §. *Restat.*

Vide *Absentia*, *Episcopus*, *Jubilatio*,

DOMICILIUM

Vide *Ordinatio*.

D O S

Parentum officium est dotem dare pro sua progenie, *pag.* 18. §. *Quod.*

Dos a patre legata imminutionem pati non debet, ut legata pia impleantur, *ibid.*

Interest et Ecclesiæ et Reipublicæ, ut puellæ subsidiis dotalibus non priventur, *pag.* 100. §. *Capellanorum.*

E C C L E S I A

In restaurandam Ecclesiæ fabricam primo conferendi sunt proventus fabricæ usui destinati, *pag.* 105. §. *Ex*, *et pag.* 239. §. *In decisis.*

Item servanda fundationis lex, aut consuetudo, *ibid. pag.* 109. §. *Ad*, *et pag.* 322. §. *Aliter.*

Deficiente fundo ad Ecclesiæ reparationem constituto, ex decimis et oblationibus huic necessitati occurritur, *pag.* 107. §. *Capitulo.*

Ideoque cogendi sunt, qui oblationes et decimas percipiunt, *ibid.*

His deficientibus mediis, Episcopus quartam partem redituum mensæ episcopalis impendere debet in reparationem Cathedralis Templi, *pag.* 105. §. *Ex.*

Si hæc quarta satis non sit, cogendi sunt Canonici, et alii, qui in Ecclesia possident Beneficia, *ibid.*

Capellani tenentur reædificare Capellam, *pag.* 255. §. *In decisis.*

Si reditus Capellaniæ non sufficiant, compellendi sunt Patroni, *pag.* 255. §. *In decisis*, *pag.* 318. §. *Porro*, *et pag.* 321. §. *Alexander.*

Patronus vero Capellæ non tenetur ad expensas pro restaurandis reliquis Ecclesiæ partibus, *pag.* 521. §. *Alexander.*

Nisi tamen contraria inducta fuerit consuetudo, *pag.* 322. §. *Aliter*, *et pag.* 351. §. *Affirmative.*

Qui Ecclesiam instaurare obstringuntur, illi etiam sumptus necessarios facere tenentur ad tuendam conservandamque fabricam, *pag.* 105. §. *Ex.*

Atque etiam ad ornandam Ecclesiam, et ad cetera comparanda, ut in ea divinus cultus exerceatur, *ibid.*, *pag.* 318. §. *Porro*, *et pag.* 321. §. *Alexander.*

EMPHYTEUSIS

Contractus perpetuæ emphyteusis adversatur Concilio Romano, *pag.* 231. §. *At.*

Ut bona Ecclesiæ in emphyteusim concedantur, requiritur utilitas Ecclesiæ, *pag.* 231. §. *Necessitas.*

Utilitas habetur, si emphyteuta onus suscipit propriis impendiis meliorem reddendi fundum, dummodo melioramentum cedat commodo Ecclesiæ in casu devolutionis, *pag.* 231, §. *Necessitas.*

Emphyteuta suis impendiis fundum meliorem reddere debet, *pag.* 227. §. *Nulla.*

Nec titulo melioramenti quidquam petere potest, *pag.* 227. §. *Eo*, *et pag.* 241. §. *Necessitas.*

Potissimum si pactum initum fuerit, ut melioramenta cedant solo, *pag.* 227. §. *Eo.*

Quid vero sentiendum, ubi emphyteuta majorem præstituta summa impenderit pecuniæ vim in fundi restaurationem, traditur *pag.* 228. §. *Præterea, et seq.*

Æquitas exigit, ut emphyteutæ, qui re conducta uti non potuit, aliquid Canonis remittatur, *pag.* 229. §. *Illud.*

EPISCOPUS

Episcopis præcipuum in modum incumbit prædicatio Evangelii, *pag.* 204. §. *Agitur.*

Episcopi est ea decernere, quæ ad Dei cultum spectant, *pag.* 258. §. *Facilioris.*

Vel ad formam choralis servitii, *pag.* 259. §. *Hic.*

Ideoque etiam tabellam horariam disponere valet, *pag.* 259. §. *Si igitur.*

Episcopus certam fructuum partem ex præbendis, aut capitularibus reditibus detrahere potest ad massam distributionum efformandam *pag.* 269. §. *Etenim.*

Ac etiam constituere fallentias pro cantoribus negligentibus, *pag.* 263. §. *Cum.*

Potest revocare constitutionem capitularem, ac indulgere trium mensium vacationes a choro et residentia, *pag.* 268. §. *Quæ.*

Nequit Episcopus quidquam statuere, quod juri communi adversetur, *pag.* 244. (in mense Decembri.) §. *Ex his.*

Nec etiam Collegiatas erigere, *pag.* 255. (in mense Decembri) §. *Initio.*

Sacras vestes et ornamenta, quæ ipsius personæ in sacris peragendis inserviunt, proprio ære sibi quærere debet, *pag.* 109. §. *Contendit.*

Verum Episcopo sive in Ecclesia Cathedrali, sive in privato Sacello sacris operaturo paramenta aliaque supellectilia a Sacrario sunt suppeditanda, *pag.* 107. §. *Hisce.*

FUNUS

Parochorum est in funeribus ducendis stolam deferre, *pag.* 242. (in mense Decembri) §. *Animarum.*

Cadaver, antequam domo efferatur, aqua benedicta aspergere, *ibid.*

Et antiphonam *Si iniquitates*, alteramque *Exultabunt Domino* præcinere, *ibid.*

Etiamsi Capitulum Cathedralis Ecclesiæ, vel Collegiatæ funeri intersit, *pag.* 243. (ut supra) §. *Imo.*

Et funus ducatur Canonici ejusdem Capituli, *pag.* 246. (in mense Decembri) §. *Affirmative.*

Sed præcedentia danda est Capitulo supra Parochum defuncti, *cit. pag.* §. *At vero.*

Quemadmodum etiam ad Capitulum spectat jus peragendi funus in sua Cathedrali, vel Collegiata Ecclesia, *ibid.*

HABITUS

Canonici quotidianas distributiones non lucrantur, nisi in Choro utantur proprio habitu, *pag.* 190. §. *Restat.*

Capitulares deferre vetantur Almutiam, nisi obtinuerint Apostolicum privilegium, *pag.* 264. §. *Notum.*

Magistri Cæremoniarum, quamvis Beneficiati, dum munere suo funguntur, insignia choralia deferre nequeunt, *pag.* 191. §. *Sed.*

Sed cottam mundam induere debent, *ibid.*, *et pag.* 264. §. *Cæremoniarum.*

Et ubi commode fieri potest etiam inferiorem vestem coloris violacei, *ibid.*

Vide *Magister Cœremoniarum*, *Vestis.*

HÆREDITAS

Qui hæreditatem adiit sine beneficio legis et inventarii, legata, et debita cumulate præstare tenetur, *pag.* 18. §. *Nonnulla.*

Etiamsi vires hæreditatis pares non sint, *ibid.*

Sin inventarium confecerit, nec erga hæreditarios creditores, nec erga legatarios ultra vires hæreditatis obstringitur, *pag.* 152. §. *Restat.*

Et jure pollet eis satisfaciendi, qui primi venerint, *ibid.*

Si nihil sit reliqui, repellit posteriores venientes, *ibid.*

Hæreditarii autem creditores, si venerint post emensum patrimonium agere valent adversus legatarios, et quod isti acceperint, recuperare, *ibid.*

Usu tamen invectum est, ut hæres primis venientibus non solvat, nisi præstita cautione rem solutam restituendi potioribus creditoribus, *ibid.*

Secus hæres cogitur ad reiterandam solutionem, *ibid.*

Nisi auctoritate judicis solverit, *pag.* 153. §. *Sed.*

IRREGULARITAS

Suspensione irretitus evadit irregularis per exercitium sacri Ordinis, *pag.* 49. §. *Verum.*

Reiterantes Baptismum sine probabili dubio invaliditatis sunt irregulares, *pag.* 124. §. *Restat.*

JUBILATIO

Indultum jubilationis non conceditur iis, qui chorales Capellanias ad nutum amovibiles possident, *pag.* 187. §. *Præterea.*

Jubilati gaudent jure percipiendi fructus, et quotidianas distributiones, *pag.* 188. §. *Verum.*

Ac etiam emolumenta, quæ inter præsentes distribui solent, *ibid.*

Iis tamen exceptis, quæ voluntate testatoris vel dantis realiter præsentibus impertiuntur, *ibid.*

Immunes prætorea sunt a Missa conventuali sive per se, sive per alium canenda, *pag.* 190. §. *Qui.*

Imo S. Congregatio reprobat obligationem canendi Missam conventualem, quamvis a Capitulo fuerit proposita, et a ju-

bilato accepto habita, *ibid.*
Nam præsentes in Choro defectum absentium supplere tenentur in iis, quæ ad chorale servitium pertinent, *ibid.*
Vide *Absentia.*

JUSPATRONATUS

Acquiritur fundatione, constructione, hæreditate, vocatione, et privilegio, *pag.* 30. §. *Quot*, *et pag.* 263. (in mense Decembri) §. *Ex hoc.*
Qui aliquid pro Ecclesiæ constructione tribuit, benefactor est, non fundator, *pag.* 264. (in mense Decembri) §. *Nec.*
In dubio jus patronatus præsumitur hæreditarium, *pag.* 249. §. *Cumque.*
Præsertim ubi nulla facta fuerit agnationis mentio, *ibid.*
Idem censendum, si juspatronatus alicui personæ *e suoi* relictum fuerit, *ibid.*
Juspatronatus hæreditarium dividitur in stirpes, *pag.* 249. §. *Cumque.*
Juspatronatus Beneficii erecti nomine universitatis, ejusque bonis, ad illius officiales pertinet, *pag.* 30. §. *Aliquam.*
Sed jure collegii, non uti singulos, *ibid.*
Verba, quæ præsentes, et successores Moniales im monasterio complectuntur, innuunt patronatum reservatum fuisse Monialibus uti religiosam communitatem efformantibus, *pag.* 31. §. *Nec.*
Monasterium, capax possidendi bona in communi, acquirere potest juspatronatus Beneficiorum, *pag.* 31. §. *Nec.*
At singulæ Moniales jure nominandi gaudere nequeunt, *ibid.*
Imo Monialis patrona, quæ religionem profitetur, nequit jure proprio præsentare, *ibid.*
Ac juspatronatus transfertur in Monasterium, *pag.* 31. §. *Nec aliter.*
Juspatronatus pertinens ad Monasterium, vel collegium adeo apud omnes est, ut apud nullum sit, *pag.* 33. §. *Neque.*
Ideoque nec superior, nec religiosi uti soli, et singuli sunt patroni, *ibid.*
Et ad validitatem nominationis necesse est, ut omnes rite vocentur per eum, cui est jus convocandi, *ibid.*
Vel saltem ut omnes in eodem loco conveniant, *ibid.*
Et collegialiter nominationem emittant, *ibid.*
Suppresso Monasterio, religiosi etiamsi in unum convenirent, nominationem explere non possent, quia communitatem amplius non constituunt, *pag.* 34. §. *At vero.*
Patroni exercitium juris nominandi inter se per turnum dividere queunt, *pag.* 244. §. *Joseph.*
Quin sit necessaria superioris ecclesiastici auctoritas, *ibid.*
Imo possunt juspatronátus in extraneum transferre, *pag.* 248. §. *Per.*
Dummodo superioris ecclesiastici accedat consensus, *ibid.*
Vel expressus, vel tacitus, *ibid.*
Defecto genere personarum, cui relictum est juspatronatus, libera Capellaniæ collatio devolvitur ad Episcopum, *pag.* 33. §. *Cum.*
Vide *Nominatio*, *Patronus*, *Unio.*

LÆSIO

In ambiguo præsumptio juris est, nullam intercessisse læsionem, *pag.* 765. §. *Ad.*

Quænam argumenta excludant læsionem contractus, traditur *pag.* 76. §. *Qualis, et seqq.*

LEGATUM

Legatum personis alicujus loci relictum debetur etiam illis, qui extra mœnia incolatum ducunt, dummodo subsint Parœciæ intra Oppidum existenti, *pag.* 202. §. *Aliter.*

Quinam veniant nomine personarum civilium, traditur *pag.* 202. §. *At statuit.*

Legata debentur a die aditæ hæreditatis, *pag.* 19. §. *Frustra.*

Dos a patre legata imminutionem pati non debet, ut legata pia ab ipso scripta impleantur, *pag.* 18. §. *Quod.*

Imminuta hæreditate, pro ratione sortis cunctis legatis imminutio nocere debet, *pag.* 19. §. *Frustra.*

Sed legata Missarum præ Legatis profanis cumulate implenda sunt, si testator ultra vires hæreditatis legata scripserit, *ibid.*

Rectori Ecclesiæ non est vetita repudiatio Legati, *pag.* 150. §. *Neque.*

Siquidem non intelligitur alienare, qui occasione acquirendi non utitur, *ibid.*

Legata quæ non agnoscuntur, in hæreditate manent, *pag.* 149. §. *Ab.*

Verum pia legata si non agnoscantur, in alium pium usum convertuntur, *pag.* 151. §. *Cetetum*, *et pag.* 182. §. *Ad II. et III.*

LOCATIO

Remittenda est merces conductori, qui re locata uti non potuit, *pag.* 229. §. *Illud.*

MAGISTER CÆREMONIARUM

Dum munere suo fungitur, insignia choralia deferre nequit, *pag.* 191. §. *Sed.*

Sed cottam mundam induere debet, *ibid.*

Et ubi commode fieri potest, etiam vestem inferiorem coloris violacei, *ibid.*, *et pag.* 264. §. *Cæremoniarum.*

Vide *Habitus*

MISSA

Fructus bonorum pro celebrandis Missis assignati raro convertuntur in augmentum sortis, *pag.* 220. §. *Tandem.*

Major tribuitur eleemosyna pro Missa certo loco, et hora valde incommoda celebranda, *pag.* 259. (in mense Decembri) §. *Tandem.*

Vide *Onera.*

MISSA CONVENTUALIS

Est præcipua pars divini officii, *pag.* 194. §. *Animadvertendum.*

Ecclesiæ receptitiæ et communales immunes sunt ab onere Missæ Conventualis, *pag.* 255. (in mense Decembri) §. *In themate.*

At Canonici Ecclesiarum Cathedralium et Collegiatarum quotidie applicare tenentur Missam

conventualem pro benefactoribus in genere, *pag.* 193. §. *Onus.*
Quin aliter suadere valeat quæcumque contraria consuetudo. *ibid.*
Et onus ejusmodi est a Canonicis ferendum, quamvis exigui sint præbendarum fructus, *ibid.*
Tenuitas autem reditnum justam suppeditat causam pro obtinenda reductione, *pag.* 194. §. *Hujus.*
Tenues dicuntur præbendæ, quarum annui fructus non excedunt summam scut. 40, aut octoginta, *ibid.*

MISSA PRO POPULO

Parochus tenetur Missæ sacrificium pro plebe sibi commissa singulis diebus festis offerre, *pag.* 60. §. *Verum.*
Etiamsi tres, aut quatuor incolæ in Parœcia remanserint, *pag.* 61. §. *Nec.*
Vel tenues sint Parœciæ reditus, *pag.* 60. §. *Verum*, *et pag.* 61. §. *Tenuitas.*
Cum ex munere, quo funguntur, Missam pro populo applicare obstringantur, *pag.* 61. §. *Tenuitas.*
Ideoque denegatur reductio, *pag.* 64. §. *Montis Falisci.*
Parochis tamen egenis indulgetur, ut eleemosynam a benefactoribus recipere valeant, et pro illis Missam diebus festis offerre, *pag.* 61. §. *Tenuitas.*
Translata ad aliam diem infra hebdomadam applicatione Missæ pro populo, *ibid.*

NOMINATIO

Descendentes ex familiis cum fundatore sanguine juncti antefe-rendi sunt extraneis in Beneficiorum, et Capellaniarum nominatione, *pag.* 65. §. *Familiarum.*
Etiamsi in tabulis fundationis nihil cautum reperiatur de hac prælatione, *ibid.*
Aliquando indulgetur, ut pueri ad patronalia Beneficia nominentur, *pag.* 245. §. *Itaque*, *et pag.* 310. §. *Pluries.*
Vel conceditur administratio, donec aliquis ex familia in titulum illud assequi valeat, *pag.* 245. §. *Itaque*, *et pag.* 250. §. *Videat.*
Dummodo occurrat patroni paupertas, *pag.* 245. §. *Verum*, *et pag.* 310. §. *Pluries.*
Diuturna Beneficii vacatio adversatur juris dispositioni, *pag.* 250. §. *Verum.*
Vide *Juspatronatus.*

OBLATIO

Consuetudo aliquid statis anni temporibus Ecclesiæ offerendi servanda est, *pag.* 322. §. *Irrito.*

OBSERVANTIA

Est in dubio optima fundationum interpres, *pag.* 66. §. *Hisce.*
Vide *Consuetudo.*

ONERA

Missarum onera evincuntur prolata fundatione, vel probata diuturna satisfactione, *pag.* 164. §. *Familiæ.*
Utrumque si deficiat, hæredes ab onere immunes declarantur, *pag.* 164. §. *Attamen.*
Vel saltem facilius conceditur reductio, *ibid.*

ORDINATIO

Qui sit legitimus Ordinationis Episcopus, traditur *pag.* 122. §. *Is.*

Ad acquirendum domicilium pro Ordinatione requiritur animus perpetuo manendi in loco, quem quis inhabitat, *pag.* 122. §. *Jam vero, et pag.* 123. §. *Balneoregiensis.*

Ac præterea rerum adjuncta, quæ eumdem animum evincant, *pag.* 122. §. *Jam vero.*

Scilicet diuturna habitatio cum instructis ædibus, bonorum translatio, ac juramentum se vere animum habere perpetuo ibidem permanendi, *ibid. et pag.* 123. §. *Inquirendum.*

Subditus ratione originis is intelligitur, qui naturaliter ortus est in Diœcesi, in qua ad Ordines promoveri desiderat, *pag.* 122. §. *Summa.*

Dummodo ibidem natus non fuerit ex accidenti, *ibid.*

Nimirum occasione itineris, officii, vel alterius temporalis moræ ejus patris in illo loco, *ibid.*

Quo casu vera tantum ac naturalis attenditur patris origo, *ibid.*

Verum si pater in loco, ubi ejus filius natus est, tam diu ac eo animo permanserit, ut inibi domicilium vere contraxerit, tunc non patris origo, sed domicilium per patrem acquisitum attenditur, *ibid. et pag.* 125. §. *Affirmative.*

Decennalis habitatio in aliquo loco præsumptionem secumfert animi ibidem constituendi domicilium, *pag.* 123. §. *Inquirendum.*

Quæ tamen nihil proficit, si desit animus, *pag.* 123. §. *Balneoregiensis.*

Sicut etiam longissimi temporis mora ratione dumtaxat officii, *ibid.*

Qui ad Ordines promoveri exoptat, indiget testimonialibus litteris Episcoporum, in quorum diœcesibus commoratus est, *pag.* 124. §. *Illud.*

Ut dignosci possit, utrum aliquo canonico impedimento sit irretitus, *ibid.*

PAROCHIANUS

Parochiani Ecclesiæ intra oppidum existentis gaudent legatis pro personis ejusdem oppidi relictis, *pag.* 202. §. *Aliter.*

PAROCHUS

Singulis Dominicis aliisque festis diebus verbum Dei populo sibi commisso annunciare et explanare debet, *pag.* 208. §. *Agitur.*

In Missa parochiali post lectum S. Evangelium, *pag.* 212. §. *Multoque.*

Et quidem per se, vel per alios idoneos, si legitime sit impeditus, *pag.* 208. §. *Agitur.*

Hoc onere gravantur etiam Parochi Ecclesiarum Cathedralium, *pag.* 209. §. *Igitur.*

Non obstante quacumque contraria consuetudine, *pag.* 209. §. *Nec.*

Tenentur quoque Parochi pueros et rudiores homines divinæ legis, et fidei rudimentis informare, *pag.* 210. §. *Ex his.*

Ad Parochos pertinent denunciationes matrimoniorum, vigilia-

rum, ac dierum festorum, *pag.* 211. §. *Similiter.*
Easque facere valent vel in Missa pro populo, vel in Missa Conventuali, *pag.* 212. §. *Canonici.*
Vide *Funus*, *Missa pro populo*, *Renunciatio*, *Residentia.*

PAROECIA

Fas non est Beneficiatis sine consensu Superioris Beneficia, et Parœcias dimittere, *pag.* 47. §. *Nec.*
Atque aliud Beneficium residentiale, præsertim extra propriam diœcesim assequi, *ibid.*
Ac liberum est Episcopo, ad quem pertinet prima Ecclesia, Clericos revocare, *ibid.*
Et anathematis gladio compellere, *ibid.*

PATRONUS

Patronus jus suum in extraneum transferre non prohibetur, *pag.* 248. §. *Per.*
Accedente tamen Ordinarii consensu, *ibid.*
Quando præsumatur accessisse Superioris consensum, traditur, *pag.* 248. §. *Per donationem.*
Potest vero sine Superioris venia exercitium juris nominandi cum altero patrono per turnum dividere, *pag.* 244. §. *Joseph.*
Patronus Capellæ obstringitur ad reædificationem Capellæ, *pag.* 255. §. *In decisis*, *pag.* 318. §. *Porro*, *pag.* 321. §. *Alexander.*
Illamque rebus ad cultum divinum necessariis instruere tenetur, *pag.* 318. §. *Porro.*
Si reditus Capellaniæ non sufficiant, *pag.* 255. §. *In decisis*, *et pag.* 318. §. *Porro.*
Sed non tenetur reliquas Ecclesiæ partes emendare, *pag.* 321. §. *Alexander.*
Nisi contraria inducta fuerit consuetudo, *pag.* 322. §. *Aliter*, *et* 351. §. *Affirmative.*
S. Congregatio subvenire solet patronis, eorumque liberis, *pag.* 57. §. *Dispensatio*, *pag.* 240. §. *Itaque et seq.*, *pag.* 250. §. *Videant*, *et* 310. §. *Pluries.*
Per suspensionem nominationis, et administrationem Beneficii, *pag.* 245. §. *Itaque*, *et pag.* 250. §. *Videant.*
Vel per dispensationem ætatis ad assequenda Beneficia, *pag.* 57. §. *Dispensatio.*
Etiamsi respectiva paupertate laborent, *ibid. pag.* 245. §. *Verum*, *et pag.* 310. §. *Pluries.*
Difficillime conceditur, ut patroni in statu conjugali fructus Beneficii percipere valeant, *pag.* 255. §. *Ad II.*
Vide *Nominatio*, *Unio.*

PENSIO

Beneficiatus pensionem solvere non tenetur, nisi Pontifex illam reservaverit, *pag.* 250. §. *Frustra.*
Quamvis Patronus in nominatione reservatam voluerit favore alicui personæ, *ibid.*
Non est concedenda pensionum imminutio, nisi constet, fructus Beneficii illas ferre non posse, *pag.* 237. §. *Huic.*

PERITIA

Relationi periti judicialis ex officio adlecti omnimoda adhibenda est fides, *pag.* 237. §. *Huic.*

PRÆSCRIPTIO

Introducta est, ne rerum dominia semper incerta manerent, *pag.* 11. §. *Et sane.*

Præscriptione longissimi temporis actiones omnes perimuntur, *pag.* 11. §. *Et sane*, *pag.* 54. §. *Neminem.*

Atque etiam rerum ecclesiasticarum dominium acquiritur, *pag.* 11. §. *Et sane.*

Centenaria præscriptio exhibet præsumptionem cujuscumque melioris tituli, *ibid.*

Ac proinde etiam beneplaciti apostolici, *ibid.*

Ad præscribendum necessaria est bona fides. *pag.* 12. §. *Hæc.*

Nulla invehi potest præscriptio in actibus facultativis, *pag.* 12. §. *Administratores.*

Etiamsi per longissimum tempus fuerint exerciti, *ibid.*

Nisi antecedat prohibitio et acquiescentia, *ibid.*

Exemplum actus facultativi affertur de eo, qui poterat agere, ut fieret investimentum, *ibid.*

Et de eo, qui annuam summam solvere tenebatur, usque dum bona stabilia traderet, *pag.* 13. §. *In themate.*

PUNCTATORES

Duo in qualibet Cathedrali et Collegiata Ecclesiastica constituendi sunt Punctatores, *pag.* 259. §. *Recte.*

Eligi autem debent alter ab Episcopo, alter a Capitulo, *pag.* 260. §. *Laudandus.*

Eorum est fideliter adnotare, quotquot singulis diebus a choro se subducunt, *pag.* 259. §. *Recte.*

Antequam munus suscipiant, jusjurandum præstare debent, se illud fideliter obituros, *pag.* 259. §. *Recte.*

Et præstandum est coram illo, a quo Punctactor electus fuit, *ibid.*

Vide *Distributiones*, *Habitus*, *Magister Cæremoniarum.*

REDUCTIO

Ob auctam eleemosynam conceditur Missarum reductio, *pag.* 100 §. *Si, et pag.* 139. §. *Ex*, *pag.* 183. §. *Senen. ad II. et III.*

Eo amplior conceditur, quo gravius est onus Missam certo loco, statisque diebus, et horis valde incommodis celebrandi. *pag.* 100. §. *Si, et pag.* 259. (in mense Decembri) §. *Tandem.*

Nisi testator numerum Sacrorum præscripserit, et solum demonstrative addiderit designationem eleemosynæ, *pag.* 20. §. *Similiter*, *pag.* 100. §. *Si.*

Si tamen fundum taxative assignaverit; imminutis annuis fructibus, fit locus reductioni, *pag.* 20. §. *Similiter*, *pag.* 163. §. *Precibus.*

Hæres non eximitur ab onere implendi legatum Missarum, quamvis fundum tradat, isque pereat, *pag.* 23. §. *Duo.*

Si testator, nullo taxative designato fundo, hæredi onus imponat quotannis pendendi certum annuum fructum in Missarum celebrationem erogandum, *ibid.*

Verum si hæc pecuniæ vis impar sit sustinendo oneri Missarum, reducuntur Missæ ad taxam manualem, *ibid.*

Demonstrativa dicitur assignatio fundi, si testator orationem inceperit ab impositione oneris, et subinde fundum assignave-

rit, *pag.* 24. §. *Potius, et pag.* 219. §. *At.*

Nisi ex aliis argumentis contrarium eruatur, *pag.* 25. §. *Nec.*

In dubio assignatio dicitur demonstrativa, non autem taxativa, *pag.* 218. §. *Sermo.*

Ad tenues augendos Beneficiorum reditus conceditur onerum reductio, *pag.* 60. *Rationum, pag.* 100. §. *Si, pag.* 127. §. *In decisis et seq.*

Ut ministris Ecclesiæ congrua suppetat alimonia, *pag.* 60. §. *Rationum, pag.* 135. §. *Cum, et pag.* 140. §. *Ceterum.*

Hac de causa S. Congr. onerum reductionem concedere solet, si canonicalium præbendarum reditus annuam non attingant summam scut 30. et aliquando sc. 80. *pag.* 140. §. *Reductionem, et pag.* 194. §. *Hujus.*

Si hæc non suppetant media, conceditur reductio servitii choralis, *pag.* 144. §. *Porro, et pag.* 194. §. *Animadvertendum.*

Denegatur Missarum reductio ad erigendas chorales Capellanias, *pag.* 183. §. *Senen. ad I.*

Quamvis ob magnum Missarum numerum difficilis sit earum satisfactio, *pag.* 158. §. *Ita.*

Prius alia onera, quam Missæ reducuntur, *pag.* 100. §. *Capellanorum, et pag.* 194. §. *Animadvertendum.*

Præsertim si reliqua onera implenda sint ex superextantibus fructibus post Sacrorum satisfactionem. *pag.* 100. §. *Capellanorum.*

Nisi Ecclesiæ et Reipublicæ bonum aliter suadeat, *ibid.*

Denegatur vero, si non constet hæredem gravatum in adversam incidisse fortunam, *pag.* 163. §. *Precibus.*

Facilius conceditur, ubi satis non constat de onere curandi implementum Missarum, *pag.* 164, §. *Attamen.*

Verum denegari solet, si hæres fraude contraxit nomina, *pag.* 184, §. *Forolivien.*

REGULARES

Quidquid acquirit Monachus non sibi, sed Monasterio acquirit, *pag.* 30. §. *Quod.*

REGULÆ JURIS

Vide *Axiomata.*

RENUNCIATIO

Fas non est Beneficiatis sine Superioris licentia Beneficia dimittere, *pag.* 47. §. *Nec.*

Parochis justa de causa præbendam parochialem renuncianti-bus nonnumquam reservatur congrua juxta taxam synodalem, *pag.* 178. §. *Difficultas.*

Inimicitiæ præsertim capitales justam suppeditant causam renunciationis, *pag.* 179. §. *Etenim.*

Imo si vero similiter sint duraturæ, inducendus est Parochus ad renunciandum, *ibid.*

Etiamsi procul Parochi culpa obortæ sint, *ibid.*

Vide *Paroecia.*

RESCRIPTUM

Ad vitandam pœnam satis non est preces Superiori porrigere, sed requiritur consonum rescriptum, *pag.* 179. §. *Etenim*

Justa intercedente causa rescriptum revocari potest, *pag.* 302. §. *At Canonici.*

Si autem veritas reticita, aut falsum fuerit expositum, nullius roboris est rescriptum, *pag.* 304. §. *Jam.*

Quamvis id ex simplicitate evenerit, *ibid.*

RESIDENTIA

Clerici a diœcesi discedere, et alibi sedem collocare nequeunt invito proprio Episcopo, *pag.* 46. §. *Priscis.*

Secus illis Sacrorum exercitium interdicitur, *ibid.*

Nec ab ullo Episcopo admitti possunt ad divina celebranda sine commendatiis sui Ordinarii literis, *ibid.*

Sed cogendi sunt, ut illuc redeant, unde profecti sunt, *pag.* 47. §. *Ex, et seq.*

Lege tamen Episcopo injuncta Clericis redeuntibus congruam assignandi, *pag.* 47. §. *Ex.*

Quomodo in Clericos e diœcesi abeuntes ferendæ sint censuræ, traditur, *pag.* 49. §. *Sed.*

In Nucerina dioecesi suspensio latæ sententiæ statuta est in Clericos invito Episcopo e diœcesi abeuntes, *pag.* 49. §. *Verum.*

Parochi residere tenentur intra limites Paroeciæ, *pag.* 61. §. *Nec.*

Etiamsi in illa tres, aut quatuor incolæ remanserint, *ibid.*

Quod si absint, non faciunt fructus suos, *pag.* 179. §. *Indubii.*

Nec illos retinere possunt, etiamsi nulla intercesserit declaratio, *ibid.*

Nisi absint ad breve tempus, *ibid.*

Ac justa de causa, et impetrata in scriptis Superioris venia, *ibid. et seq.*

Nec ad pœnam vitandam satis est, ut preces S. Congregationi porrigantur, sed propitium rescriptum obtineatur oportet, *pag.* 179. §. *Etenim.*

Lis proprium commodum, non autem Ecclesiæ utilitatem spectans rationabilem non suppeditat causam, *pag.* 179. §. *Etenim.*

Inimicitiæ justam præbent causam ad breve tempus, *ibid.*

Et si verosimiliter sint duraturæ, inducendus est Parochus ad renunciationem, *ibid.*

Vide *Absentia*, *Censuræ*, *Distributiones.*

RESTITUTIO IN INTEGRUM

Læsum restituit in eum statum a quo per læsionem deciderat, *pag.* 90. §. *Itaque.*

Capitula post illegitimam suppressionem in integrum restituta recuperant antiqua jura et honores, *ibid.*

SEMINARIUM

Episcopus jure pollet constituendi magistros et officiales Seminarii, eosque ab officio amovendi, *pag.* 42. §. *Sin autem.*

Auditis tamen Seminarii Deputatis, *ibid.*

STOLA

Vide *Funus.*

SUBROGATIO

Subrogatus acquirit omnia jura et onera ejus, in cujus locum subrogatur, *pag.* 318. §. *Exinde.*

SUPELLEX

Vide *Episcopus.*

TRANSACTIO

Exceptionem parit litis finitæ, *pag.* 244. §. *Hæc.*

Locum habet, cum dubium est partium jus, *pag.* 244. §. *Hæc.*

Recessus a lite justam præbet transigendi causam, *pag.* 152. §. *Hæc.*

Vide *Juspatronatus.*

TRANSLATIO

Missarum translatio denegatur, si justa desideratur causa, *pag.* 20. §. *Quod, et pag.* 163. §. *Precibus.*

UNIO

Ad unionem Beneficiorum requiritur necessaria causa, *pag.* 135. §. *Ad unionem.*

Tenuitas præbendarum justam suppeditat causam, *pag.* 135. §. *Hinc.*

Denegatur unio, si vertat in Ecclesiæ damnum, *pag.* 135. §. *Verum.*

Præter justam causam ad unionem perficiendam intercedat oportet consensus eorum, quorum interest, *pag.* 135. §. *Ad unionem.*

Cum nemo invitus sit suo jure privandus, *pag.* 136. §. *Animadvertendum.*

Quando duo Beneficia jurispatronatus uniuntur, patroni unius Beneficii fiunt patroni alterius, *pag.* 136. §. *Quatenus.*

Beneficia per subjectivam unionem extinguuntur, ac patronus amittit juspatronatus, *pag.* 136. §. *Animadvertendum, et pag.* 317 §. *Communitas.*

Quia Beneficium per suppressionem desinit esse beneficium, et ejus bona evadunt prædia ejus, cui uniuntur, *pag.* 317. §. *Communitas.*

VACATIONES

Trium mensium vacationes conceduntur Capitularibus, *pag.* 368. §. *Quæ.*

Salvis Ecclesiarum peculiarium constitutionibus, quæ longius servitii tempus requirunt, *ibid.*

Verum Episcopus potest ejusmodi capitularem constitutionem revocare, ac trium mensium vacationes indulgere, *ibid.*

Uno et eodem tempore Capitulares abesse nequeunt ultra tertiam partem, *ibid.*

Nec etiam tempore Adventus et Quadragesimæ, neque in amplioribus anni festivitatibus, *ibid.*

VESTIS

Clericorum habitus est vestis talaris, *pag.* 265. §. *Alterum.*

Eamque induere debent Sacerdotes, saltem dum Ecclesiam ingrediuntur rebus divinis operaturi, *ibid.*

Qua pæna inobedientes sint puniendi, traditur *pag.* 265. §. *At vero, et seq.*

VOLUNTAS

Suprema testatorum voluntas adamussim est servanda, *pag.* 56. §. *Precibus, pag.* 95. §. *Nihil, pag.* 117. §. *Hæc.*

Testatoribus jus est bona sua, in quod maluerint opus, relinquendi, *pag.* 119. §. *Hæc.*

Nec eorum voluntas commutanda est in æquale, neque etiam in melius, *ibid.*

Præsertim si ita expresse caverint ipsi testatores, *ibid.*

Ne fideles a piis Legalis scribendis abducantur, *ibid.*

Hisce de causis S. Congr. denegavit Capellaniarum erectionem in Canonicatus, *pag.* 120. §. *Negative.*

Atque etiam reductionem Missarum, ut Capellaniæ Chorales erigerentur, *pag.* 183. §. *Senen. ad I.*

Verum necessitate aut evidenti utilitate occurrente nonnunquam indulgetur commutatio, *pag.* 117. §. *Hæc*, *pag.* 160. §. *Porro*, *et pag.* 311. §. *Videant.*

Justam suppeditat causam paupertas illius, qui sanguine cum testatore conjungitur, *pag.* 95. §. *Nec.*

Vel si ei non suppetant media, quibus in Seminario se alere queat, ut divino se mancipet servitio, *ibid.*

Paupertas Sacrarii justam præbet commutationis causam, *pag.* 311. §. *Videant.*

Fructus bonorum pro Missis celebrandis relictos in augmentum sortis converti prohibuit S. Congregatio, *pag.* 220. §. *Tandem.*

Aliquando tamen contrarium statuit, *ibid.*

Si pia testatoris voluntas impleri nequeat, fit commutatio in aliud pium opus ejus menti magis proximum, *pag.* 151. §. *Ceterum*, *et pag.* 157. §. *Sanctas.*

Vide *Patronus*, *Reductio.*

VOTUM

R. P. D. Secretarii in causa *Tiburtina Beneficii* 26. Januarii, *pag.* 27.

Cl. me. Card. Serlupi in causa *Anconitana Concordiæ* 26. Aprilis, *pag.* 73.

Emi et Rmi Card. Falzacappa in causa *Brictinorien. Præbendarum et Servitii chori* 22. Novembris, *pag.* 256.

FINIS

THESAURUS

RESOLUTIONUM

SAC. CONGREGATIONIS

CONCILII

QUÆ CONSENTANEÆ AD TRIDENTINORUM PP. DECRETA,
ALIASQUE CANONICI JURIS SANCTIONES

MUNUS

SECRETARII EJUSDEM SAC. CONGREG.

OBEUNTE

R. P. D. JOSEPHO ANTONIO SALA

PRODIERUNT IN CAUSIS SUB ANNO 1829.

PROPOSITIS

EPISCOPIS, EORUMQUE VICARIIS, CAUSARUM PATRONIS,
AC ALIIS IN ECCLESIASTICO FORO VERSANTIBUS
APPRIME UTILIS, AC NECESSARIUS.

TOMUS LXXXIX.

TRIPLICI

INDICE LOCUPLETATUS

ROMÆ MDCCCXXX.

Ex Typographia Rev. Cam. Apostolicæ

INDEX
ALPHABETICUS CAUSARUM

Quæ in Sacra Congregatione Concilii propositæ fuerunt anno 1829. per Dioeceses dispositus

A

Aquen. Unionis 27. Junii *pag.* 116.

Ariminen. Capellaniæ 12. Decembris *pag.* 274.

Ariminen. Pensionis 8. Augusti *pag.* 168. et 12. Septembris *pag.* 210.

Aversana Canonicatus Theologalis et Pœnitentiarii 21. Novemb. *pag.* 235.

B

Beneventana Beneplaciti Apostolici 24. Januarii *pag.* 12.

Bononien. Jurispatronatus 27. Junii *pag.* 138. et 8. Augusti *pag.* 147.

C

Castellaneten. Reductionis 9. Maji *pag.* 62. et 30. Maji *pag.* 95.

Catanien. Irregularitatis 8. Augusti *pag.* 165. et 12. Septembris *pag.* 210.

Comaclen. Reductionis et absolutionis 12. Septembris *pag.* 217. et 21. Novembris *pag.* 221.

Cuneen. Pontificalium 12. Decembris *pag.* 265.

D

Derthonen. Constitutionum capitularium 12. Septembris *pag.* 196.

F

Fabrianen. Canonicatus 21. Novembris *pag.* 239.

Fabrianen. Jurium et emolumentorum 8. Augusti *pag.* 157.

Fabrianen. Onerum 12. Decembris *pag.* 279.

Faventina Indulti 24. Januarii *pag.* 3.

Ferentina 24. Januarii *pag.* 17.

Ferentina Fabricæ 8. Augusti *pag.* 171. et 12. Septembris *pag.* 210.

Ferentina Residentiæ 8. Augusti *pag.* 174. et 12. Septembris *pag.* 211.

Feretrana Confraternitatis 12. Decembris *pag.* 270.

Firmana Juris nominandi 24. Januarii *pag.* 6.

Florentina Reductionis et absolutionis 21. Novembris *pag.* 222.

I

Ianuen. Capellaniæ 21. Novembris *pag.* 254. et 12. Decembris *pag.* 260.

M

Marsorum Emphyteusis 9. Maji *pag.* 68. et 30. Maji *pag.* 95.
Melevitana Beneficii 21. Novembris *pag.* 228.
Montis Alti Beneficii 27. Junii *pag.* 126.
Montis Alti Capellaniæ 9. Maji *pag.* 57. et 30. Maji *pag.* 94.

N

Neapolitana Dispensationis matrimonii 8. Augusti *pag.* 148.
Nullius Farfen. Reductionis Missarum 9. Maji *pag.* 51. et 30. Maji *pag.* 94.
Nursina Commutationis voluntatis et absolutionis 27. Junii *pag.* 135. et 8. Augusti *pag.* 147.

P

Platien. Canonicatus 30. Maji *pag.* 99.
Perusina Capellaniarum 8. Augusti *pag.* 164. et 12. Septembris *pag.* 209.

R

Ravennaten. Jurium parochialium 9. Maji *pag.* 30.
Ravennaten Parocciarum 12. Decembris *pag.* 260.
Recanaten. Servitii chori 21. Novembris *pag.* 243.
Ripana Redditionis rationis 30. Maji *pag.* 73.
Ripana Servitii chori 9. Maji p. 39.
Romana Reductionis onerum 30. Maji *pag.* 105. et 27. Junii pag. 111.

S

Sancti Miniatis Absolutionis reductionis et translationis 24. Januarii *pag.* 1.
Sancti Severini Canonicatus 12. Septembris *pag.* 211. et 21. Novembris *pag.* 221.
Senogallien. Convocationis capituli 9. Maji *pag.* 46.
Senogallien. Mensæ capitularis 12. Decembris *pag.* 283.
Senogallien. Reductionis Missarum 30. Maji *pag.* 108. et 27. Junii *pag.* 111.
Signina Constitutionum capitularium 24. Januarii *pag.* 9.
Sorana Emphyteusis 24. Januarii *pag.* 22. et 9. Maji *pag.* 29.
Spoletana Ecclesiarum 12. Septembris *pag.* 189.
Sutrina Canonicatus 27. Junii *pag.* 132.

T

Terracinen. 24. Januarii *pag.* 24. 9. Maji *pag.* 30. et 12. Decembris *pag.* 287.
Terracinen. seu Privernen. Emolumentorum 27. Junii *pag.* 112.
Tiburtina Nominationis 27. Junii *pag.* 122.

V

Verulana Massæ communis et Missæ pro populo 21. Novembris *pag.* 248. et 12. Decembris *pag.* 259.
Viglevanen. Commendæ 24. Januarii *pag.* 2.

FINIS

Die Sabbati 24. Januarii 1829. in Palatio Apostolico Vaticano erit Sacra Congregatio Concilii, in qua præter alia proponentur infrascripta Dubia, juxta morem ejusdem Sacræ Congregationis de jure resolvenda.

SANCTI MINIATIS. ABSOLUTIONIS, REDUCTIONIS, ET TRANSLATIONIS. *Sess. 22. cap. 3 et Sess. 24. cap 12. de Reform.*

Dubia

I. An constet Ecclesiam S. Joannis Baptistae esse Collegiatam in casu etc.

II. An Canonici teneantur ad applicationem Missae Conventualis pro benefactoribus in genere in casu etc.

III. An sit probandum augmentum præbendarum ad scutata viginti in casu etc.

IV. An et quomodo sit concedenda reductio Missarum 995. in casu etc.

V. An et quomodo sit consulendum SSmo pro translatione legatorum Lotti et Frullani in casu etc.

VI. An et quomodo sit concedenda reductio Legati Billi in casu etc

VII. An et quomodo sit consulendum SSmo pro absolutione super præteritis Missarum omissionibus in casu etc.

VIII. An et quomodo sit consulendum SSmo pro absolutione quoad prætermissa servitia choralia ac pro condonatione distributionum in casu etc.

Ad I. Consulendum SSmo pro sanatione, quatenus opus sit, adjecta lege, ut intra sex menses conficiantur Constitutiones ad formam Concilii Romani.

Ad II. Affirmative ad dies festos etiam reductos.

Ad III. IV. et V. Affirmative juxta votum Episcopi.

Ad VI. Affirmative juxta votum Episcopi cum obligatione celebrandi diebus et horis pro commoditate populi ab Episcopo designatis.

Ad VII. et VIII Affirmative cum onere celebrandi quotannis intra octavam fedelium defunctorum anniversarium cum cantu tam pro præteritis omissionibus quam pro Missis reductis, adstante universo Cepitulo.

Sess. 14. cap. 12. de reform.

VIGLEVANEN. COMMENDÆ.

Dubia

I. An constet de conditionibus a Benedictina Constitutione requisitis, ut Beneficium S. Joannis Baptistæ in Commendam Ordinis SS. Mauritii et Lazari erigi possit in casu etc.

Et quatenus negative

II. An sit consulendum SSmo pro dispensatione in casu etc.

Ad I. Negatione.

Ad II. Non expedire.

Sess. 23. cap. 1. de reform.

FAVENTINA INDULTI. Dilationem in hac causa flagitante Præsule Leopoldo Severoli, ut ad jura sua tuenda Allegationem struere posset, EE. VV. in Comitiis diei 22. Novembris superioris anni precibus illius annuentes responsum dederunt „ *Dilata ad primam post proximam omnino et infallanter* „ Cumque præstituta jam venerit dies, et Præsul Severoli sua protulerit jura typis impressa, ideo dubia in calce hujus folii describenda hodierna die ad trutinam denuo revocantur.

Porro memorati Præsulis Defensor quamvis fateatur possessores Archidiaconatus residentiæ lege esse obstrictos, attamen ab hujusmodi onere immunes existimat descen-

scendentes ex Familia Severoli, idque eruere nititur ex illis fundationis verbis „ *nisi Archidiaconus pro tempore existens sit de familia prædicta* (nempe Severoli) *qui ut aliqua ampliori prærogativa potiatur per triennium in Romana Curia, non solum pro una vice, sed etiam iteratis vicibus residere . . . . valeat.* Si enim iteratis vicibus, seu iteratis triennüis, ut ipse ait, a loco residentiæ abesse, et Romæ degere valent Archidiaconi gente Severolia prognati, jam inde sequitur, eosdem, dum ad ampliores honoris ac dignitatis gradus sibi comparandos Romæ commorantur, solutos esse a residentiæ lege. Verum etiamsi ipsi hoc non fruerentur privilegio, Præsuli tamen Leopoldo præsto esset Apostolicum abessendi indultum quavis obreptionis et subreptionis labe immune, cum ea quæ necessario erant narranda, iste in supplici libello cumulatissime narraverit, ipsumque fundationis exemplar Summo Pontifici exhibuerit.

Nec mendacii redargui se posse putat Leopoldus, propterea quod Supremo Principi exposuerit, *che attualmente niuno vi è della famiglia immediata che ha il diritto di nominare, che sia in istato di poter occupare una tale prebenda*; siquidem Canonicus Romualdus Severoli minime originem ducit ex familia illius, penes quem tum residebat jus nominandi; nec *era in istato di poter occupare una tale prebenda*, quippe qui Canonicatu in eadem Ecclesia jam fruebatur, ceu etiam nunc fruitur. Addit præterea causam finalem, quæ Summum Pontificem eo adduxit, ut Præsuli Leopoldo indultum abessendi ad decennium nuper concesserit, fuisse re familiaris angustias, quibus Orator ejusque Domus ob notissimas superiorum temporum vicissitudines premebatur, nam in supplici libello inquit: „ La Famiglia dell'Oratore stante le molte passate tristе vicende è divenuta scarsissima di beni di fortuna „ Hinc rem conficit, quod etiamsi silentio præterierit, inter descendentes ex Familia Severoli adesse Canonicum Romualdum, nihilominus Apostolicum Rescriptum suo staret robore, præsertim quia non agebatur de collatione Archidiaconatus, ac de jure quæsito tollendo, sed tantummodo de venia possessori Archidiaconatus tribuenda, ut a residentia foret immunis, ac Romæ degendo fructibus il-

lius præbendæ diutius gauderet. Tandem si aliquid etiam intercederet dubii de obreptione, aut subreptione, illud ferendum esset judicium, quod jactatam labem excluderet, ad tradita *per Rot. decis.* 71. *num.* 25 *part.* 12. *recent.*, *cor. Dunoz. decis.* 367. *n.* 17., *et cor Molin. decis.* 516. *n.* 11.

Quod vero pertinet ad deposita pro extinguendis censibus a Cardinali Gabriele Severoli Apostolico intercedente beneplacito creatis, contendit memoratus Defensor, eadem statis temporibus expleta fuisse. Ita enim suadet pietas, religio, ac justitia defuncti Cardinalis; ita innuit folium a negotiorum gestore vita functo exaratum, et in tabulario Familiæ Severoli repertum. Ex eo siquidem eruitur, quamdam saltem pecuniæ vim penes sacrum Pietatis montem Faventiæ existentem fuisse depositam licet illa, Ga lorum tempore depopulato Monte, una cum aliis forsan depositis plane deperierit. Subdit insuper, Leopoldum summam scutatorum mille Duci Torlonia per proprium patrem revera jam persolvisse, et curaturum ut inscriptio hypothecaria super bonis Archidiaconatus pro cautione Creditoris expletæ quamprimum ad summam usque scutatorum mille deleatur; reliqua autem scutata septingenta statutis temporibus se in posterum adamussim soluturum idemmet Præsul Leopoldus pollicetur.

Despiciendas quoque existimat Canonicorum querelas de instaurationibus, quibus indigent domus colonicæ Quæ enim necessitatem præseferebant, eas superioribu. annis absolutas fuisse ait: quæ autem supersunt, vie summam attingere scutatorum quinquaginta supra biscentum, prolata relatione fabri murarii ostendere nititur.

Denique quod spectat vel ad alienationem tabularum pictarum, ut nomina Archidiaconatus ab Antecessoribus contracta dimitti valeant, vel ad earum restitutionem, ut asserventur in Ecclesia S. Bernardi, fasces submittit sapientissimo EE. VV. judicio, licet animadvertere non prætermittat, illis Ecclesiam non indigere, imo eidem fore inutiles.

Quæ ex adverso forent animadvertenda, eadem Emi Patres fuse haurire dignabuntur ex folio diei 22. Novembris 1828. Cum vero Praesul Leopoldus affirmet, bona Archidiaconatus, quamvis ad laicalem patronatum per-

pertinentia, a Gallis fuisse occupata, et magno pecuniae impendio Archidiaconali praebendae restituta, idcirco operae pretium existimo hic addere quae hac super re scribit Episcopus „ Si vanta poi Monsignor Leopoldo Severoli di aver conservato a questo Capitolo la prebenda Arcidiaconale nel tempo dell' irruzione francese. Si osserva che non Monsignor Leopoldo, che non vi ebbe alcuna parte, ma i Fratelli Monsignor Costantino possessore all'ora dell'Arcidiaconato, e il Conte Ludovico Severoli si recarono a Milano temendo che fossero dal Governo usurpati i fondi dell'Arcidiaconato, il quale loro timore svanì tosto, perchè non v'era legge che avocasse al Governo i beni de' Benefizj di giuspatronato laicale. „

Igitur denuo proponuntur

Dubia

I. An sit revocandum rescriptum diei 9. Septembris 1825. in casu etc.

II. An et quomodo a Praesule Leopoldo sint explenda deposita pro extinctione censuum in casu etc

III. An et quomodo sint restaurandae Domus coloni-cae in casu etc.

IV. An tabulae pictae sint collocandae in Ecclesia S. Bernardi in casu etc.

Ad I. Consulendum SSmo pro revocatione rescripti, et ad mentem. Mens est, ut suspenso interim jure nominationis Episcopus virum ecclesiasticum deputet, qui illico administrationem bonorum Archidiaconatus suscipiat, domos colonicas instauret, cuncta onera impleat, et quidquid erit reliqui ex annuis fructibus, eroget in dissolvenda debita, quæ Archidiaconatui imminent, et in meliorationem fundorum, cum obligatione reddendi rationem quotannis Episcopo.

Ad II. Supplicandum SSmo, ut suppleantur per Administratorem ex fructibus Archidiaconatus.

Ad III. Provisum in primo.

Ad IV. Restituantur omnino sumptibus Praesulis Severoli ad formam rescripti Emi Camerarii.

FIR-

Sess. 24. cap. 18. de Reform.

FIRMANA JURIS NOMINANDI. Supremis quibus decessit voluntatis suæ tabulis anno 1701. Joseph Nazzei Sorores suas Margaritam et Theodoram Nazzei hæredes instituit ea lege, ut ex hæreditariis bonis post ipsarum mortem superextantibus binas laicales Capellanias in Oppido Murri Vallium erigendas curarent. De jure autem nominandi ita constituit „ con nominarsi due Sacerdoti, Preti di questa Terra di Morrovalle, essendovi, e non essendovi due Preti Sacerdoti forastieri, con dichiarazione però espressa che siano Sacerdoti di buona condizione, fama, timorati di Dio, e buoni casisti, e questa nominazione si debba fare dal più anziano cittadino della molto illustre Comunità di questa Terra di Morrovalle, e dal Sig. Preposto pro tempore dell' insigne Collegiata di questa Terra medesima „ Fratris dispositionem Sorores exequutioni mandarunt, ac binis erectis Capellaniis, cetera a Testatore imperata hactenus servata sunt. Nunc vero cum altera ex Capellaniis Sacerdote vacaverit, quæstio inter Consiliarios facta est, utrum ex eis antiquior ætate, an senior exercitio muneris jure nominandi potiretur. Qui secunda prærogativa ceteris se præire arbitrabatur, quia primus in novissimo Consiliariorum albo fuit recensitus, Presbyterum Vincentium Perugini; alter, qui revera antiquior erat exercitio muneris Consiliarii, Cajetanum Guidi Vice-Parochum nominavit, atque huic assentitus est etiam is Consiliarius, qui reliquis ætate præstabat. Præpositus vero, qui Testatoris voluntate nominandi jure etiam gaudet, in Sacerdotem Vincentium Prosperi nominationem suam contulit. Hic igitur, ut legitime Capellaniæ possessionem adire valeat, derogationem medietatis vocum ab hoc S. Ordine postulat.

Preces Emo Archiepiscopo remisi, qui auditis singulis, quorum interest, se abstinet a ferendo judicio de Sacerdote Perugini, quia hic jus suum, si quo præditus erat, spernere visus est, obtentamque nominationem offerre neglexit. De reliquis autem ita votum suum aperit. „ Viderint Emi Patres quanta faciendu sit altera no-

„ nominatio, quam Guidius a duabus Consiliariis, de ju-
„ re uni tantum attributo inter se decertantibus, est asse-
„ quutus, comparatione illius, quam Præpositus cer-
„ to jure suo utens, et institutoris voluntati adamus-
„ sim adhærens in Oratorem Vincentium Prosperi con-
„ tulit. Bona enim hujus nominati conditio, seu hone-
„ stas Familiæ præ Cajetano Guidi, et vitæ ratio con-
„ stanter actæ ad exemplum, et optima in Oppido fa-
„ ma, et exantlati bono proximorum labores tum in
„ ministerio evangelicæ prædicationis, tum in mune-
„ re ludimagistri ad vicennium, tum in excipiendis
„ ex charitate fidelium confessionibus, tum demum
„ in officio Vicarii Foranei, quo functus est difficil-
„ lioribus Sacerdotii, et Imperii temporibus, et adhuc
„ diligentissime fungitur, ita dilucide exurgunt, si-
„ cuti omnino vere, quod dubio procul S. Congre-
„ gationi testatum volumus. Quare cum de Presby-
„ tero agatur meritis, gravitate, et doctrina inter Cle-
„ ricos Murri Vallium facile primo, qui sexagenario
„ jam major nullum unquam adeptus est Beneficium,
„ aut etiam quamcumque ecclesiasticam pensionem,
„ merito eidem Capellaniam, de qua agitur, Pontificia
„ auctoritate adjudicari posse censerem, prævia dero-
„ gatione alterius vocis, quæ incerta, ut opinor, ratio-
„ ne Cajetano Guidio fuerat collata „

Sacerdos Guidi, ut suam tueatur nominationem, dicit testatorem primo loco exquisivisse votum antiquioris Consiliarii, adeoque parum interesse, si huic non accedat vox Præpositi Ecclesiæ Collegiatæ. Hujusmodi votum sibi omnino favere arbitratur: sive enim in Consiliario, ut nominandi jure gaudeat, necessaria sit antiquitas ætatis, sive exercitii; votum semper obtinere suasum habet, cum ab utroque una vel altera prærogativa prædito, illud sit assequutus; proindeque sibi Capellaniam jure meritoque adjudicandam existimat.

Præterea idem Sacerdos probatis est moribus, exiguis gaudet bonis, non caret scientia, et Canonico Curato in obeunda animarum cura impense opitulatur. Hinc dignum se putat, ut ipse in capessenda Capellaniæ possessione ab EE. VV. potior habeatur.

E contrario Presbyter Prosperi nominationem Sacerdotis Guidi parvifaciendam esse contendit. In primis enim a

Te-

Testatore cumulative exquiritur votum tum Præpositi, tum Consiliarii. Dein haud perspectum et exploratum est, an Sacerdos Guidi a legitimo Patrono ad Capellaniam fuerit præsentatus: at Sacerdos Prosperi medietate vocum patronalium est procul dubio præditus, ac insuper cunctis ornatur dotibus a fundatore statutis, adeoque cum res adhuc imperfecta sit, postulat, ut sibi Capellaniæ possessio tribuatur.

Enimvero testator, eos voluit ad Capellanias nominari qui essent „ Sacerdoti di buona condizione, fama, timorati di Dio, e buoni casisti „ Hujusmodi autem dotium supellectili præ Sacerdote Guidi exornatum esse Presbyterum Prosperi nedum testantur Præpositus Collegiatæ, et qui est a Secretis in rebus publicis Oppidi Murri Vallium, sed etiam Emus Archiepiscopus, ceu patet ex relata ipsius informatione.

Imo, pergit idem Emus, Cajetanus Guidi tamquam Vice-Curatus a Capellaniæ possessione abjiciendus foret, nam „ Testator Nazzei binas indicens Capellanias „ omnino laicales patrimonio suo dotandos, erigendasque, binos, ad eisdem eligendas Presbyteros de„ signavit, qui præter cætera requisita *boni etiam es*„ *sent casistæ*, illosque voluit ex Clero Oppidi eligi „ *quatenus adessent*, sin minus exteros quoque nomi„ nari permisit. Certo autem sciebat Nazejus nunquam „ fieri posse, ut duo illi casistæ in Clero Oppidano „ decssent, si Canonicos Curatum, et Vice-Curatum „ jam antiquitus in Ecclesia Collegiata institutos eligi „ posse voluisset. Exteros ergo defectu Oppidanorum „ considerans, implicite saltem Parochum, et Vice-Pa„ rochum exclusit, quos potius duobus adjutoribus in „ ministratione Sacramenti Pœnitentiæ voluit instruere.

Minus autem veritati consonum est, quod ait Consiliarius, qui nominationem explevit favore Sacerdotis Guidi, exiguis inquiens hunc auctum esse Ecclesiæ bonis, siquidem gaudet Canonicali Præbenda „ reliquis Ca„ nonicalibus præbendis (verba sunt Emi Archiepisco„ pi) ampliori, et culturæ forsitan aptiori, quæ tamen „ fructus proportionabiles minime reddit desidia ejus„ dem Rectoris, qui neque arboribus frugiferis eam„ dem instruit, neque diligentiori incumbit rationi cul-

„ culturæ. Ceterum exploratum mihi est, Cajetanum „ Guidi reditibus amplioribus præ ceteris Canonicis „ illius Collegii frui, uno tantum excepto Canonico, „ cui principaliter imminet cura animarum.

Porro quum ex sacrorum canonum dispositione, ac præcipue *ex cap. 3. et 27. de jur. patron.*, *et ex Clement. 2. eod. tit.* constitutum sit, quod, si plures patroni laici, quibus jus est nominandi ad beneficium, intra quatuor mensium spatium inter se non conveniant, nominatio devolvatur ad Episcopum, qui digniorem ex nominatis, vel etiam extraneum eligere potest, eique conferre Beneficium, *Fagnan. in cap Cum autem 24. n. 23. de jurep.*, *et Reiffenst. lib. 3. Decr. t. it. 38. n. 94. et seq.*; cumque ex præfata rerum serie, et ex propitio Emi Archiepiscopi voto liquescere putet Sacerdos Prosperi, se digniorem inter nominatos esse renuntiandum, non dubitat, quin Emi Patres sententiam sibi apprime secundam sint laturi.

Proponitur

Dubium

An sit annuendum precibus Sacerdotis Vincentii Prosperi in casu etc.

Affirmative facto verbo cum SSmo.

SIGNINA CONSTITUTIONUM CAPITULARIUM. Insignis Collegiata Ecclesia, quæ in oppido Montisfortini Signinæ Diœcesis erecta est anno 1741., eos usque habuit capitulares reditus, qui ex telluris fructu certis quolibet anno temporibus progignuntur. Hujusmodi reditus communem Capituli mensam constituunt, ac ita erogantur, ut tertia pars quotidianis distributionibus inserviat, reliquæ autem duæ, quas vo-

Sess. 21. cap. 3. et sess. 22 cap. 2. de reform.

vocant massam grossam, tamquam præbendarum fructus inter Canonicos distribuantur. Ad hujus vero massæ grossæ distributionem perficiendam ea cœpit ab initio methodus invalescere, ut si quis, licet integro perfunctus totius anni servitio, vel uno tamen die prius vita decederet, quam sive oleum, sive uva, sive triticum colligeretur, nihil jam assequi ipsius hæredes possent; sed omnes illico fructus aut reliquis Canonicis tempore vacationis accrescerent, aut ad successorem Canonicatu protinus potitum devolverentur. Ejusmodi tamen rei Canonicos anno 1797. pertæsum est; veteremque idcirco divisionis rationem in acto S. Visitationis ita abrogandam curarunt, ut novissima ab Episcopo constitutione probata, capitulares in posterum reditus cuique pro rata servitii præstiti, seu possessionis Canonicatus tribuendos decreverint. Servata itaque est ab anno 1797. recens illa constitutio quæ hisce verbis constat: *Ab Archipresbytero et omnibus Canonicis nostræ Collegiatæ percipiendi sunt omnes et singuli fructus provenientes ex Massa communi Capitulari*, *vulgo* Grossa, *attento jure Canonico*, *a die possessionis pro rata temporis servitii præstiti usque ad obitum*, *computando tamen dictos fructus prædictæ Massæ ab anno capitularis decreti*, *idest a die decima Junii illius anni currentis jam maturatos juxta resolutionem capitularem cum approbatione Ordinarii in actu Sacræ Visitationis ad vitanda judicialia jurgia*, *quæ in posterum evenire possunt*. Jam vero quum per hanc Constitutionem perceptio fructuum ex rata possessionis Canonicatus præscribi contra jus commune videatur, exortum nuper dubium est, utrum eadem constitutio utpote nullo Apostolici beneplaciti præsidio suffulta valeat necne. Quam quidem dum æquitati maxime consentaneam experiuntur Canonici, hinc unanimi eorumdem consensione motus Signinus Episcopus, supplicem huic Sac. Ordini porrexit libellum, rogans Vos, EE. PP. obtestansque, ut pro ea, qua polletis sapientia et facultate recensitam superius constitutionem vestra nunc adprobatione firmetis.

Rem, de qua agitur, iisdem profecto legibus obstringi oporteret, quibus de usufructu statutum est. Illud igi-

igitur juri communi maxime congrueret, ut præliorum fructus, sive naturales simpliciter sint, sive industriales, ad eum integre pertineant, qui collectionis tempore ea ipsa prædia possideat, *Leg. si usufructuarius 13. ff. quib. mod. usufruct. amitt., L. 65. ff. de usufruct., Donel. de jur. civil. lib. 4. cap. 25. §. 12. to. 1.* Quare jure etiam canonico quoad beneficia sancitum constat, ex prædiorum fructibus eos tantummodo, qui a solo separati jam fuerint, ad hæredes defuncti beneficiarii pertingere; secus vero, si fructus ejusmodi adhuc pendeant, ad successorem in beneficio spectare, quantumcumque institerit in prædecessoris obitu eorumdem collectio, *gloss. in cap. si propter verb. primi anni de rescript. in 6., Lotter. de re benef. Lib. 1. q. 44. num. 23. 27. et 29., Rigant. ad reg. 69. Cancell. num. 41. tom. 4., et Sac. Congr. in Veliterna Capellaniarum 25. Maji 1822. §. Juxta.*

Verum minime despicienda, imo probatione digna videtur peculiaris constitutio Capituli Montisfortini ab Episcopo in sacra visitatione firmata. Eo enim primum spectat, ut lites, quæ inter defuncti hæredem et Canonicatus successorem sæpe oriuntur, facili ratione dirimantur, et evitentur. Dein æquitati non solum, sed etiam justitiæ consonum est, ut, quo tempore beneficii quisque sui onera tulit, per id ipse debeat ejusdem beneficii commoda sentire. Quamvis enim præscriptionibus, quæ de usufructuario traduntur inhærendum sit, ubi agitur de possessoribus beneficiorum simplicium, qui usufructuario sine onere comparantur; aliter tamen sentiendum videtur de rectoribus Beneficiorum curam animarum, administrationem, aut residentiam cum officio adnexam habentium; postremo siquidem casu fructus dicuntur onerum præmium, et laboris remuneratio veluti post *Paris. de resignat. lib. 1. quæst. 6.* docet *Card. de Luca de Benef. disc. 84. num. 6. et disc. 100. num. 12.* Quapropter nonnulli Antistites in Synodis Diœcesanis, quos inter cl. me. Card. Matthæjus *in Synodo Velitern. part. 4. cap. 2. num. 17. sub titulo de Capitulo Cathedr. Eccl.*, uti habetur apud hanc Sac. Congregationem *in Veliterna Capellaniarum 25. Maji 1822.*, sanxerunt, ut fructuum partitio in dies, quibus quisque pro tem-

poris diuturnitate operam Ecclesiæ navavit, accurate conficeretur.

Hinc proponitur

Dubium

An sit confirmanda capitularis Constitutio in casu etc.

Affimartive facto verbo cum SSmo.

Sess.23.cap.18. de reform.

BENEVENTANA BENEPLACITI APOSTOLICI. Nobilis Neapolitana Familia ex Ducibus Carafa gaudet jurepatronatus simplicis Beneficii sub invocatione Sancti Nicolai, et S. Mariæ a Jamincle, cujus fundatio vetustissima est, ac in tenebris antiquitatis delitescit. Hujusmodi Beneficium in diruta Ecclesia intra ambitum latifundii, seu rustici feudi Montis Leonis olim erectum, anno 1712. translatum fuit ad Archipresbyteralem Ecclesiam S. Rochi oppidi *Pesco la Mazza* Beneventanæ Diœcesis. Annuus illius reditus constat ex vigesima tritici, hordei, aliarumque frugum, quæ ex præfato latifundio quotannis colliguntur. Ad vitandas vero lites, quæ in exigenda vigesima identidem effervescebant, et ad alia, quæ ipsam comitabantur exactionem, avertenda incommoda, hodiernus Beneficii Rector Clericus Joannes Franciscus ex Ducibus Carafa die 1. Julii anni 1814. pactionem iniit cum Duce Francisco, et aliis de gente Carafa memorati latifundii dominis, qua cautum fuit, ut hi in posterum loco vigesimæ frumenti ceterorumque leguminum quotannis Beneficiato ex reditibus feudi rustici repræsentare obstringerentur libellas italicas sexcentas sexdecim seu ducata centum quadraginta ab omni onere, ac vectigali immunia. Contractum hujusmodi, qui ex lege initæ pactionis ad vitam tantummodo hodierni Beneficiati est duraturus, in ævum protrahi, eoque futuros quoque Beneficii Rectores affici exoptat gens Carafa, atque ob hanc causam eumdem contractum Apostolico Beneplacito roborari postulat.

Emus

Eminentissimus Archiepiscopus, quem rogavi de infor-
„ matione, et voto hæc retulit „ Reditus Beneficii con-
„ sistunt in vigesima frugum feudi Montis Leonis,
„ quæ juxta Inventaria a Cardinali Ursini, postea Be-
„ nedicto XIII., confecta anno 1712. perveniebat ad
„ modia 135. frumenti, et 37. hordei una cum aliis
„ leguminibus. Sin vero desumenda sit vigesima de
„ præsenti, constat ex documento Magistratus *Pesco*
„ *la Mazza*, eam quoad frumentum pervenire pos-
„ se ad circiter modia 120., et 50. circiter quoad
„ legumina; unde reditus Beneficii ex pretio decen-
„ nali summam fere constituunt ducatorum mone-
„ tæ Regni 230., computato frumento ad 15. Caro-
„ lenos pro modio, decem vero Carolenos legumi-
„ nibus uti ex documento prædicto quod remitto.
„ Cum de oneribus nunc loquar, primo e proven-
„ tibus prædictis expungenda venit quinta portio pro
„ rectigalibus, quæ in locis Regni detrahitur etiam
„ a decimis. Item detrahenda sunt 8. modia fru-
„ menti pro quarta portione debita Mensæ Archiepi-
„ scopali; tum Caroleni circiter 15. pro Cathedrati-
„ co, et procuratione S. Visitationis; ac demum du-
„ cata quatuor pro manutentione Altaris Sanctissimi
„ Rosarii, ac satisfactione aliorum onerum eidem
„ adnexorum. Omnes interesse habentes per me au-
„ diti assensum præbent ratihabitioni, et in perpe-
„ tuum confirmationi prædictæ conventionis anni
„ 1814. Ut autem animi mei sensum ingenue ape-
„ riam, initus contractus tantam non videtur præse-
„ ferre utilitatem, facta collatione redituum Benefi-
„ cii cum annua conventa præstatione: iste vero in
„ commodum Beneficiatorum verti potest, quia cum
„ ut plurimum ii sint de Patronorum gente, ac Nea-
„ poli moram trahant, mandare coguntur extraneis
„ decimarum recollectionem, atquæ horum bonæ fi-
„ dei, nec non locatorum Feudi standum ipsis est.
„ Nec insuper prætermittendum, quo tempore loca-
„ tio, decimarum conductio ad vitam Beneficiati
„ stipulata est, nondum res publicas ad pristinum
„ ordinem revertisse; eos vero qui locavit, condu-
„ xeruntque esse de familia fundatorum juxta com-
„ munem praesumptionem, queis idcirco aliquid in-

dul-

„ dulgere Ecclesia semper consuevit. Quapropter pu-
„ tarem eos absolvi posse a censuris, in quas inci-
„ dere potuerint ob talem alienationem initam sine
„ debitis facultatibus, et alienationem ipsam ratam
„ habendam et confirmandam saltem ad tempus,
„ quo rusticum feudum Montis Leonis erit in bonis
„ familiae Oratorum „

Initio inquirere oportet, utrum pactio, quam inierunt contrahentes, indigeat Apostolicae Sedis venia, ut vim suam exerat ad vitam Beneficiati. Jam vero pactio illa assimilatur contractui locationis fructuum Beneficii; nam hujus Rector cum debitore rei seu decimarum pactus est certam pecuniae vim sibi, dum vita fruatur, quolibet anno repraesentandam; ideoque fructus Beneficii statuto pretio emptori, seu conductori cessit. Porro non desunt gravis nominis doctores, quos inter *Pirhing. in Decret. lib. 3. tit. de loc. n. 26.*, *Leuren. quæst. 146.*, *Schmalzgrueb. lib. 3. Decret. tit. de loc. n. 37.*, *Del Bene de immun. tom. 2. cap. 17. dub. 24.*, *Mantic. de tacit. et amb. lib. 14. tit. 13. n. 21.*, *Ligor. Theol. Moral. lib. 4. cap. 2. Dub. 3. art. 4. n. 187. not. 7.*, qui docent, jus esse Beneficiorum Rectoribus sine Apostolico Beneplacito ad longum tempus, imo et ad vitam locandi et cedendi fructus ad se spectantes, siquidem ejusmodi contractibus nulla Beneficio infertur jactura, et jus successoris sartum tectumque manet. Hisce calculum addit Constitutio S. M. Benedicti XIV., cui initium: *Universalis Ecclesiae cura* 29. Augusti 1741., qua non omnes prohiberi videntur locationes bonorum Ecclesiae ad vitam Beneficiati, sed illae tantummodo, quae ea ineuntur lege, ut Beneficiarius, recepta semel mercede, cedat emptori, seu conductori fructus omnes Beneficii, quos ille, dum vitam viveret, foret consequuturus; idque ne consumpta pecunia illa stipem postea quaeritare adigatur ipse Beneficiarius.

Verum huic Doctorum sententiae adversum tenet textus *in Extrav. Ambitiosae de reb. Eccl. non alien.* vetans *omnium rerum et bonorum ecclesiasticorum alienationem, omneque pactum, per quod ipsorum dominium transfertur, concessionem, hypothecam, locaca-*

cationem et conductionem ultra triennium. Item communior ac tutior Doctorum opinio, ajentium, irritos atque illicitos esse contractus locationis fructuum Beneficiorum ad longum tempus, vel quoadusque naturaliter vivant eorum Rectores, sine Apostolicae Sedis auctoritate initos. Ita consent *Bonacin. Oper. Moral. quæst. unic. lib. 2. n. 25. tit. de aliat. bonor. Eccl.*, *Garzias de Ben. part. 1. n. 32.*, *Gutiur. quæst. canon. lib. 1. cons. 8. n. 15.* aliique. Hanc sententiam probavit ac sequuta est etiam S. Rota praesertim *in Comen Locationis cor. Thamphil. cor. Merlin. decis. 826.*; *et cor. Olivatio decis. 62. et decis. 74.* Tandem hic S. Ordo *in Tarentina Beneplaciti Apostolici 4 Maji 1745.* rogatus ab Archiepiscopo, an valide et licite fieri possent absque beneplacito Apostolico ad vitam Canonicorum et Portionariorum locationes, seu concessiones bonorum ecclesiasticorum ad formam inductae consuetudinis, responsum dedit = *Prævia absolutione ad cautelam, pro gratia sanationis quoad concessiones hactenus factas: quo vero ad concessiones in posterum faciendas, recurrant in casibus particularibus*. Idemque edidit judicium *in Lauretana Nullitatis contractus 17. Januarii 1789.*

Ex his perspicue colligitur, pactionem, quae inter Oratores intercessit, nullius esse roboris. Quoniam vero isti bona fide pactum fecerunt, nemo eorum a contractu resilire cupit, nec deterior evadit Beneficii conditio, si initus contractus etiam in posterum servetur, usque dum scilicet hodiernus Beneficiatus vitae usura fruatur, videant Eminentissimi Patres, utrum ipsis absolutio a censuris, et contractus sanatio sit impertienda.

Decernere quoque dignentur, an præfatus contractus ita Apostolica sanctione sit confirmandus, ut illo obstringantur etiam Beneficii successores, saltem quoad latifundium Montis Leonis maneat penes familiam Carafa, quemadmodum putaret Emus Archiepiscopus. Sane justa, quæ in Apostolico concedendo beneplacito requiritur, causa in themate deesse non videtur. Etenim hujus pactionis ope perimuntur contentiones et dis-

dissidia, quæ in metiendis frugibus, ac in exigenda vigesima facillime inter partium procuratores oriri solent. Id autem rationabilem præbere causam docet hæc S. Congr. *in Firmana Concordiæ 21. Novemb. 1807., in Montis Alti Transactionis 20. Februarii 1808., et in Lauretana Transactionis 19. Novembris 1825.* Utilis quoque occurrit causa; nam Beneficii Rectores a cunctis ferendis oneribus liberarentur, et quolibet anno jure pollerent exigendi ducata centum quadraginta, etiamsi modica fieri obtingeret frugum recollectio, ac tritici leguminumque pretium vilesceret. Ubi autem contractum in utilitatem Ecclesiæ vergere constat, hæc S. Congregatio illum Apostolico beneplacito roborare solet, ut docet folium *in Perusina Transactionis 20. Novembris 1823. §. Ecclesiæ, et in Balneoregien. Beneplaciti Apostolici 27. Maji 1826. §. Transactio*

At nulla urgens necessitas interesse videtur, cur memoratus contractus in ævum sit protrahendus. Si enim quæ allegantur, contentiones et dissidia justam urgentemque exhiberent transigendi causam, jam omnes Parochi, ac ceteri, qui jure decimationum gaudent, oporteret, ut simillimas pactiones contraherent. Insuper si præstatio, quam offert Gens Carafa, cum decimis colligendis, ducto calculo per decennium, conferatur, aperte liquet, penitus evanescere utilitatem Beneficii, uti animadvertit Emus Archiepiscopus, ac propterea contractus cederet quidem in utilitatem Familiæ Carafa, sed Beneficiario graviter noxius evaderet. Pactio autem et transactio, ex qua unus tantum ex contrahentibus commodum sentit, haud probationem meretur *ad tex. in L. 28. Cod. de transact.*, ac firmat *Rot. in Romana Nullitatis 3. Julii 1820. §. 5. cor. R. P. D. Spada, et S. Cong. in Camerinen. Concordiæ 17. Decembris 1825. §. Obstare*. Tandem jus decimandi, quo præditus est Beneficii Rector, utilius ac expeditius est pro exigendis annuis fructibus, *cap. Cum tua nobis 26 de Decimis, Concil Tridentin. sess. 25. cap. 12. de reform.*, quam actio in personam, præsertim si latifundium Montis Leonis in dominium morosi debitoris deveniret, siquidem docemur *ex L. 25 ff. de*

ff. de R. J. plus cautionis in rem esse, quam in personam.

Igitur proponuntur,

Dubia

I. *An sit consulendum SSmo pro sanatione contractus ab Oratoribus initi ad vitam hodierni Beneficiati in casu etc.*

II. *An sit concedendum beneplacitum Apostolicum pro perpetua prorogatione ejusdem contractus in casu etc.*

III. *An sit consulendum SSmo pro absolutione a censuris in casu etc.*

Ad I. Affirmative
Ad II. Negative
Ad III. Affirmative ad cautelam

Sess. 24 cap. 14. de Reform.

FERENTINA. In Oppido Sancti Stephani Ferentinæ Diœcesis extat Archipresbyteralis Ecclesia sub auspiciis Beatæ Mariæ Virginis in Cœlum Assumptæ, eique inserviunt plures Beneficiati, qui statis diebus choro interesse, ac rem divinam facere obstringuntur. Hoc autem apud illam est jamdudum in more positum = che l'ultimo Beneficiato se sia Sacerdote (ita legitur in supplici libello Episcopo Chierichelli anno 1698. oblato) ha l'obbligo del peso della Sacrestia, e di soddisfare i pesi delle Messe tanto dell'Eddomada, quanto di altri obblighi, con tirare tutta la sua parte dell'entrata, che di sua porzione gli spetta; ma essendo Chierico, ha il peso solo della Sacrestia, e non delle Messe, e tira solo mezza parte delle rendite, dividendosi l'altra metà trà l'Arciprete e Beneficiati, che per turnum celebrano detta Eddomada, e altre Messe = Novissimo tempore inter ejusdem Ecclesiæ Beneficiatos cooptati sunt Clericus Philippus Bo-

nomo, et Sacerdos Joseph Maria Milizia, ille tamen prius, hic posterius nactus est Beneficii possessionem. Factum hinc, ut Capitulum partem fructuum ad Sacerdotem Militia spectantium retinendam censuerit, qua Sacrarii curam gerenti faceret satis. Id ægre tulit Sacerdos Militia, ac reputans Sacrarii onus ad tramites inductæ consuetudinis imminere Clerico Bonomo, qui licet possessione antiquior Sacerdote Militia, nihilominus tamquam in minoribus ordinibus adhuc constitutus, ultimum inter Beneficiatos tenet locum, supplices huic S. Ordini dedit preces, quibus ab EE. VV. exortam definiri postulat controversiam. Episcopus hac de re consultus, a pandendo animi sui voto se abstinuit, ratus satius esse rationum momenta, quibus partes innituntur, ad hanc Sacram Congregationem mittere.

In primis igitur quæ Clericum Bonomo, cujus partes agit Capitulum, juvare videntur, ob oculos Eminorum Patrum ponere arbitror. Jam vero eam centum et ultra abhinc annis in Ecclesia S. Mariæ sideribus assumptæ inolevisse, et servatam usque fuisse consuetudinem probat Capitulum, ut ultimus ex Beneficiatis sarcinam Sacrarii suis sumptibus perferre teneatur. Etenim anno 1698. mota lite ab Antonio Presbytero Ciavaglia novissimo Beneficiato, qui onera sibi ex antiqua consuetudine incumbentia subire detrectabat, Capitulum supplicem Ferentinati Antistiti porrexit Libellum, ac pandita iisdem quæ superius retuli verbis vetusta Ecclesiæ observantia eum rogavit, ut, qua fulgebat, Episcopali auctoritate inductæ consuetudinis custodiam urgere dignaretur. Petitioni Capituli concessit Episcopus Chierichelli, jussitque = All' Arciprete e Beneficiati Oratori, che facciano osservare dal Sacerdote Ciavaglia, e dagli altri che saranno in avvenire provisti di Benefizio in detta Chiesa, il solito e consuetudine della medesima conforme hanno praticato gli altri che sono stati, e sono Beneficiati di essa Chiesa, purchè detta consuetudine non sia contro la disposizione de' Sacri Canoni, e Concilio Tridentino =. Similiter in Capitulari inventario jussu Præsulis Buschi anno 1801. exarato cum multa, tum hæc scripta leguntur = Il Rev. Sig. D. Giuseppe Bonomo ultimo provisto, al qua-

quale secondo il solito degli ultimi Beneficiati tocca a proprie spese di tenere un Sagrestano, di somministrare la farina per uso delle Ostie . . . . cessando tal peso in vacanza di uno degli otto Beneficiati, toccando all' ultimo che entra di avere tal peso =.

Porro sacris quidem canonibus haud probatur, et simoniæ labe infecta est consuetudo aut capitularis lex, quæ novis electis aufert fructus, quibus illi ceteroquin fruerentur, eosque non in pios usus converti, sed inter alios capitulares dividi jubet, ut pluribus congestis ac scitissime perpensis canonibus, et hujus S. Ordinis resolutionibus probat votum Emi, et Rmi Cardinalis de Gregorio in causa *Tricarien.* 12. *Septembris* 1801. tunc Secretarii, nunc meritissimi hujus S. Congregationis Præfecti. Verum minime reprobanda videtur consuetudo Ecclesiæ, de qua agitur: ista siquidem novissimo adscito non aufert Beneficii fructus, multoque minus eos inter Capitulares distribui mandat, sed solummodo quædam ipsi imponit onera perferenda: quod si noviter electum Beneficiatum dimidia redituum parte privari, illamque ceteris Beneficiatis attribui decernit; hoc tamen simul præscribit, ut idem Clericus immunis sit ab oneribus hebdomadæ et missarum, eisque satisfacere reliqui Beneficiati compellantur. Consuetudo autem illa ex qua novi electi certis subjacent oneribus haud sacris canonibus adversa, nec rejicienda est, quemadmodum hæc S. Congregatio in *Marsicana mensis Aprilis* 1591. *relata in cit. voto* §. 17. censuit = *consuetudinem Cathedralis secundum quam Canonici in Ordine Subdiaconatus tertiam, constituti in Ordine Diaconatus dimidiam, et Presbyteri integram portionem percipiant, validam esse, nec sublatam decreto Concilii cap.* 14. *sess.* 24.; *proindeque Episcopus eam, si in Ecclesia legitime hactenus observata sit, etiam in posterum observari curet* = *Lib.* 7. *decret. pag.* 9.

Igitur si consuetudo Ecclesiæ Oppidi S. Stephani a sacris canonibus non improbatur, si hæc consuetudo novissimum Beneficiatum onere devincit subeundi curam Sacrarii, frustra Sacerdos Milizia, qui nuperrime Beneficii adeptus est possessionem, pondus ejusmodi in antiquiorem Beneficiatum refundere connititur: frustra

stra discrimen illud ultimi Beneficiati Presbyteri et Clerici in eamdem Ecclesiam invehere nititur; documenta enim quæ in capitulari grammatophylacio asservantur, ac seniorum traditio jubent ac docent, ut qui receptione posterior est, sive Presbyter, sive Clericus, sarcinam Sacrarii perferat. Hanc profecto esse rationem ac vim consuetudinis nedum monet tritum adagium: ubi lex non distinguit, nemini distinguere fas est: sed etiam verba illa supra memorati libelli, et inventarii = l' ultimo Beneficiato = ultimo provisto = ultimo che entra = Cumque Sacerdos Milizia novissimus omnium possessionem ceperit Beneficii, patet, onus Sacrarii effugere non posse.

Hisce tamen minime acquiescit Presbyter Milizia, multaque ad propriam tuendam causam congerit argumenta, quibus eam esse recensitæ Ecclesiæ consuetudinem ostendere conatur, ut quando Clericus aliquis Capitulo existat adscriptus, ad eum quamvis possessione seniorem, non autem ad Presbyterum receptione juniorem spectet Sacrarii pondus. Et sane id unum ex consuetudine a Capitulo prolata elicitur, quod *l' ultimo Beneficiato* oneri Sacrarii subjaceat. At postremus Beneficiatus ille censendus est, qui ultimum in choro et capitularibus sessionibus occupat locum; quandoquidem *cap.* 15. *de maj. et obed.* statuitur, ut *Presbyteri primum locum, Diaconi secundum, Subdiaconi tertium, et sic de reliquis obtineant ordinati, etiamsi posterius admittantur, et qui major est ordine, etiamsi postea sit receptus, in portione percipienda esse volumus potiorem, ac minores facere servitia consueta* =. Si itaque Beneficiatus Milizia, utpote Sacerdotio insignitus, nobiliorem præ Clerico Bonomo in capitularibus sessionibus habere debet locum, dici nequit *l' ultimo Beneficiato*, nec adigi poterit ad ea subeunda onera et servitia, quæ ex juris sanctione a minoribus, et ex consuetudine Ecclesiæ S. Mariæ in cælum assumptæ ab ultimo Beneficiato, seu ab eo qui inter Capitulares ultimum occupat locum sunt perferenda.

Hanc revera esse consuetudinem præfatæ Ecclesiæ luculenter evincit Sacerdos Militia ex rejudicata Tribunalis A. C. Hodiernæ controversiæ simillima anno 1697. efferfer-

ferbuerat contentio inter Sacerdotem Josephum Testa ejusdem Ecclesiæ Beneficiatum receptione juniorem, et Marcum Antonium Palumbum possessione Beneficii antiquiorem, sed in minoribus Ordinibus constitutum. Sententiam sibi propitiam a Curia Episcopali obtinuerat Palumbus; at cum Adversarius provocaverit ad Tribunal A. C., hæc lata est sententia = „ Declaramus ac definitive sententiamus R. D. Josephum „ Testa dictæ Ecclesiæ Beneficiatum uti Sacerdotem „ non teneri, nec obligatum esse ad exercendum et „ Administrandum Sacrarium dictæ Ecclesiæ, dictæ- „ que administrationis onus, et exerciti ejusdem Sa- „ crarii respective subeundum; sed dictum D. Testa „ uti Sacerdotem ut supra juxta dictæ Ecclesiæ sty- „ lum et consuetudinem præcedere debere dicto Pa- „ lumbo tamquam Clerico, esseque liberum et exem- „ ptum ab omni et quocumque onere administratio- „ nis, curæ et adsistentiæ dicti Sacrarii, quin imo di- „ ctum onus spectasse et pertinuisse, spectareque, et „ pertinere ad præfatum D. Marcum Antonium Pa- „ lumbum uti Clericum dicimus et declaramus . . . „ perpetuumque super præmissis omnibus silentium „ imponimus, et imponi mandamus = .

Huic sententiæ Tribunalis A. C. consonam esse posteram consuetudinem tuetur idem Sacerdos. Duos enim in medium profert testes, quorum alter, scilicet Hyacinthus Popollo, fidem perhibet, quemdam Josephum Passio adeptum fuisse Beneficium in recensita Ecclesia, dum alius Clericus cui nomen Dominicus Jorio Beneficio jam potiebatur. Cupiebat Joseph Passio se ab onere Sacrarii eximere, petiitque propterea ab Episcopo, ut ipse ad Presbyteratus Ordinem eveheretur; antequam ad Sacros Ordines ascenderet Clericus Jorio: cumque ex voto res ei successerit, eo solutus est vinculo, et Clericus Jorio Sacrario prospicere compulsus fuit, donec alia obtigit Beneficii vacatio. Alter testis est Venantius Misericordia, qui asserit, se audivisse anno 1826. Aloisium Fiocco hodiernum Archipresbyterum, qui nunc Sacerdoti Milizia refragatur, confitentem „ che in realtà toccava al „ Beneficiato Filippo Bonomo come Chierico minori- „ sta il peso del Sagrestano „ non vero ad Josephum Milizia utpote Sacerdotio insignitum.

Ve-

Vestræ nunc erit Emi Patres et sapientiæ et auctoritatis decernere.

Dubium

An et ad quem spectet onus Sacrarii in casu etc.

Affirmative ad Sacerdotem Milizia ultimum provisum.

Sess. 25. cap. 11. de Reform.

SORANA EMPHYTEUSIS. Speciem hujus causæ exhibet Folium die 17. Augusti superioris anni. Verum proposito dubio: An et quomodo sit consulendum SSmo pro approbatione emphyteusis in casu etc. EE. VV. die 20. insequentis mensis Septembris responsum dederunt = *Dilata, et scribatur Episcopo ad mentem: mens est ut reformentur capitula, et in iis præfigatur terminus pro instaurationibus fundi ab Emphyteuta explendis præstita idonea cautione tam pro solutione canonis, quam pro implemento aliorum onerum præsertim pro reparationibus annuatim diligenter faciendis, ne fundus culpa Emphyteutæ pereat, et adjecta lege, ut Emphyteuta solvat proprio ære incrementa fundi ad Colonos spectantia.* Episcopus illico operam dedit, ut hujus S. Congregationis jussa adimplerentur, et contractum partium consensu emendatum transmisit ad hanc S. Congregationem. Ut vero Emis Patribus luculenter innotescant nova capitula, ea hic integra exscribenda putavi. Sunt autem hujusmodi.

„ 1. Il Sig. Perigli sarà tenuto di pagare in beneficio di detta Chiesa l'annuo canone inaffrancabile di ducati venti. „

„ 2. Tale annuo Canone sarà pagato specialmente, e con privilegio tanto sù i fondi del terreno dato presentemente in enfiteusi, che su la superficie, e migliorie che l'Enfiteuta, e suoi credi vi avranno fatto. „

„ 3. In

„ 3. In mancanza del pagamento del Canone per tre anni, resta nella facoltà la Chiesa Parrocchiale padrona diretta di chiedere lo scioglimento dell' Enfiteusi, e la devoluzione del fondo a suo favore; nel qual caso, ed in ogni altro che potrà aver luogo la devoluzione, il detto fondo ritornerà ad essa Chiesa libero da ipoteche, e da qualunque altra servitù benchè indotta senza fatto dell' Enfiteuta Sig. Perigli. „

„ 4. Se il fondo dato ad Enfiteusi perisca intieramente per caso fortuito il Sig. Perigli Enfiteuta non sarà tenuto a pagare il convenuto annuo Canone. Se non sarà distrutto che in parte, sempre per caso fortuito, il detto Sig. Perigli pagherà l' annuo canone per intiero: purchè però la parte che resta dia rendita sufficiente, onde pagarlo interamente. In questo caso però quando fosse perita una parte considerevole del fondo, sarà nella libertà del Sig. Perigli Enfiteuta di rinunziare al suo diritto, retrocedendo il fondo alla Chiesa Padrona diretta. „

„ 5. Il Sig. Perigli, e suoi Eredi non potranno vendere, nè cedere in pagamento, o succensuare il dominio utile, nè cedere ad altri il loro diritto sotto pena d' immediata devoluzione.

„ 6. Se il Sig. Perigli Enfiteuta lungi dal migliorare il sudetto fondo lo renda notabilmente deteriore, sia per fatto suo, o per sua omissione, la Chiesa padrona diretta avrà oltre alla rifazione de' danni, diritto di domandare la devoluzione.

„ 7. In caso di devoluzione per mancanza di pagamento di canone, o per innosservanza de' patti, l' Enfiteuta Sig. Perigli non avrà diritto di pretendere il compenso delle migliorie di qualunque natura che esistessero nel fondo sudetto.

„ 8. Il Sig. Perigli sarà tenuto dentro il termine di un anno decorrendo dal dì della sudetta concessione di fare nel sudetto terreno tutti i ripari, ed argini necessarj ad impedire l' inondazione del Torrente che vi sovrasta.

„ 9. Il Sig. Perigli sarà tenuto a sue proprie spese di pagare le migliorie che su detto fondo rappresentano i Coloni di esso.

„ 10. Il

„ 10. Il Sig. Perigli sì per la maggior sicurezza del convenuto annuo Canone, che per l'adempimento a tutti i soprascritti patti, e condizioni assoggetta a speciale ipoteca un di lui terreno di tomoli quattordici circa situato nel Territorio del Comune di Sora in Contrada Vicenne confinante coi beni di D. Donato Gemmiti, di D. Saverio Carnevale, e di Pasquale Porretti, e generalmente tutti i di lui beni ".

Dignabuntur itaque Emi Patres iterum consulere folium diei 16. Augusti 1828. ac dirimere

Dubium

An et quomodo sit consulendum Sanctissimo pro approbatione emphyteusis in casu etc.

Non proposita cum sequenti.

Sess. 24. Cap. 12. de reform.

TERRACINEN. Inter ceteras pœnas, quas ad Canonicos in officio continendos statuunt Capitulares Constitutiones pro Terracinensi Cathedrali Ecclesia anno 1705. auctorante Visitatore apostolico conditæ, et inde usque servari solitæ, una potissimum est, quæ sic se habet: *Absentes a servitio dictæ Ecclesiæ Cathedralis tempore Quadragesimæ, vel per duos menses continuos, vel per tres interpolatos, fructibus omnibus totius anni priventur, neque possint alium substituere pro se.* In hanc pœnam Canonicum Pœnitentiarium Ferdinandum Sessa anno 1827. incidisse autumat Cathedralis Ecclesiæ Capitulum. Cum enim iste per integram ejus anni quadragesimam in Priverni Civitate sacrum Concionatoris munus exercuisset, atque aliquot etiam, ut ipse ait, diebus duos ultra menses a residentia abfuisset, annuo fructuum reditu ab Canonicorum collegio capitulariter collecto privatus fuit. Id ægre admodum tulit Canonicus Sessa, et ad hunc S. Ordinem die 22. Augusti 1827. supplici pro restitutione fructuum accessit libello, Privernensis simul Medici testimonio munitus, ex quo eliciebatur, eumdem Canonicum sub finem quadragesimæ morbum contraxisse, ac per octodecim fuisse dies acri rheu-

rheuma affectum, proindeque impeditum, ne præscriptos intra limites ad residentiam iter susciperet.

Precibus ad Ordinarium pro informatione et voto de more ablegatis, nullum inde habuit literarum responsum S. Congregatio: consensu enim partium factum est, ut superius memorata quæstio in Episcopali potius Curia agitari cœperit. Dies igitur dicta est Capituli Procuratori Canonico Pio Vicaro; jamque rationum momenta utrinque allegata fuerant, cum Aloisius Canonicus La Penna Vicarius Generalis suam de controversia sententiam post maturius rei examen ferendam deinceps reservavit. Ad sua interim negotia obeunda Vicarius La Penna Romam inopinato profectus est, suique officii vices Angelo di Trento Canonico Terracinensis Ecclesiæ gerendas deferens, eam se huic adhibuisse testatur expressam per Cancellarium inhibitionem, ne de notissima Canonici Sessa, et Capituli causa quidquam decerneret. Ejusmodi tamen super re, de qua se monitum negat, judicium ferre cupiit Pro-Vicarius, idemque, ut scribit La Penna, duorum Canonicorum studio adductus est, ut decreto suo sub. die 6. Decembris 1827. Canonicum Sessa damnaverit, et Capitularem confirmaverit resolutionem.

Hæc cum ita se habuissent, asserit Canonicus Sessa se etiam post abdicatum Canonicatum omnibus quidem rebus, sed frustra connisum fuisse, ut ad vitandos litis sumptus aliqua secum et Capitulo æqua intercederet transactio. Quare ad Sacram iterum Congregationem confugit Kalendis Octobris 1828., illudque etiam atque etiam suppliciter exoravit, ut sapientissimo EE. VV. judicio sua nunc quæstio de fructuum redintegratione dirimatur.

Ut ea, quæ opus sunt, sine ulla dubitationis alea huic S. Ordini innotescerent, preces iterum Ordinario remisi. Absente autem Episcopo, Felix Canonicus Masi hodiernus Vicarius Generalis literis suis tum recensitam Constitutionum Capitularium particulam, tum decretum a Pro-Vicario di Trento latum, tum ipsius nuperrime auditi Capituli resolutionem adnectens, plura item alia rogatus patefecit. Quod enim absentiæ tempus spectat, id ex fide Canonicorum puncta-

torum constare significat, Canonicum Sessa a *prima usque ad vigesimam diem Januarii 1827. abfuisse a residentia; circa vero finem Februarii se Privernum contulisse ad concionem habendam in Quadragesima sub jurisdictione sui Episcopi, imo coram ipsomet Episcopo; post Quadragesimam ad residentiam remeasse; quia inde a Canonicis spoliatus annuo reditu, iterum a residentia migrasse, huc illuc perrexisse, et nonnisi aliis variis vicibus ad residentiam fuisse reversum.* Demonstrat autem *primam absentiæ causam fuisse prædicationem in Quadragesima, circa quam, licet nullum ipsi fuerit Apostolicum indultum, literas tamen patentales reportavit a Suo Antistite; alteram vero causam totius absentiæ, elapsa quadragesima, fuisse necessitatem alimenta comparandi, cum de proprio nihil haberet, nihilque de Canonicatus reditu sperare posset.* Aggiatam præterea causam in Episcopali Curia ex partium consensione confirmat; et ad suum deinde animi sensum aperiendum inquit, nuperrimam *resolutionem Capitularem necessario oppositam esse Canonico Sessa debuisse, tum ut priori resolutioni habitæ, cum ipsum spoliandum reditu Canonicali decreverunt, non repugnarent, decretumque favore Capituli olim jam latum non everterent, tum ut reditum Sacerdoti Sessæ jamque inter se divisum restituere non cogerentur.* Verum tamen pergit ipse quoad Constitutionum particulam, *arduum videtur absentem e sua Ecclesia tempore Quadragesimali, vel per duos menses non interpolatos fructibus omnibus totius anni prorsus esse expoliandum; proindeque arbitrarer, illam in casu Sessa benigne esse interpretandam, et in posterum moderandam, utpote origo dissidiorum sæpe sæpius.* Concludit denique, *nullum radicitus utpote latum a Judice in causa propria Decretum esse Pro-Vicarii Canonici di Trento.*

Sed istiusmodi decretum, qualecumque tandem esse possit ex decernentis parte, quum ad Capitularem de privatione fructuum resolutionem unice pertineat, hinc illud unum satis nunc erit disquirere, an pœna Canonico Sessa a Capitulo inflicta debeat confirmari, seu potius Canonicales fructus anni 1827. sint eidem restituendi.

Jam

Jam vero propitium Eminentissimorum Patrum judicium sibi facile blandiuntur Canonici, si absentiæ tempus, et Constitutionis Capitularis vis penitus inspiciatur. Ajunt enim in oblivium revocari non posse, suis stare viribus Capitulares Constitutiones, utpote ab Apostolico Visitatore, qua fretus erat, potestate firmatas, et ab anno 1705. ad hæc usque tempora jugiter servatas. Hanc vero Constitutionem, quam Canonicus Sessa plane noverat, ac se adamussim servaturum juraverat, fuisse ab ipso violatam, patet ex iis, quæ retulit Vicarius Generalis, ac testatur Capitulum inquiens, *che il Ricorrente Canonico Sessa non solo mancò l' intera quaresima, siccome ha esposto, ma ancora il più dell' anno; il che rilevasi dall' attestato dei Canonici Puntatori, e risoluzione Capitolare appositamente tenuta, in cui vengono descritte minutamente le mancanze del Canonico Sessa dalla sua Residenza non solo per tutto il 1827., ma anche per l' innanzi, e dagli atti seguiti in Cancelleria, senza aver mai affacciato indulto Apostolico.* Jure igitur locus fuit privationi fructuum, ac merito jam habitam Capitularem resolutionem ab Sacra nunc Congregatione probari confirmarique expectant Canonici.

Frustra vero Canonicus Sessa pergit Capitulum, fulcrum sibi quærit ex adversa valetudine, qua laborare cœpit sub finem Quadragesimæ, perinde ac si culpæ ei verti nequeat, quod per integram Quadragesimam, imo per duos continuos menses a loco residentiæ abfuerit. Quamvis enim infirmitas justam suppeditet causam abessendi a Choro, attamen haud opitulatur illi, qui abest a loco residentiæ, nisi Apostolicum impetraverit indultum, *Benedictus XIV. de Syn. Diœc. lib. 13. cap. 9. n. 15., S. Congregatio in Romana fructuum 15. Aprilis 1780. §. Auditi, et in Alatrina Residentiæ 9. Julii 1825. §. Neque.* At Canonicus Sessa sine Apostolicæ Sedis venia a residentia discessit, sibique propterea adscribere debet, si propter morbum, in quem incidit, prohibitus fuit, ne, antequam ad finem vergeret quadragesima, ad locum residentiæ se conferret. Demum animadvertit Capitulum, Canonicum Sessa tum ante quadragesimam, tum post Pascha Resurrectionis sine Apostolico indulto per dimidium tem-

poris spatium residentiæ leges neglexisse; ita ut nedum jure, sed ne æquitate quidem Canonicus Sessa fructuum restitutionem appetere valeat.

Longe tamen aliud hujus S. Ordinis judicium sibi futurum confidit Canonicus Sessa. Ex toto enim, quo primum migrarat a residentia, Quadragesimali tempore non eam profecto, quæ tam acriter mulctari solet, duorum mensium absentiam eventuram fuisse contendit, nisi ipse in morbum incidisset. Quod si nullo tunc temporis indulto usus est, maximum sibi tamen præsidium ex eo adesse putat, quod patentalibus Antistitis sui literis fretus, intra vel ipsos Diœcesis suæ fines et ipso coram Antistite suo munus illud exercuit. Pro reliquis vero temporibus, quibus annuo ille sui Canonicatus fructu privatus abfuit a residentia, tristissima se excusari autumat quæritandi victus vitæque servandæ necessitate; præsertim cum ex Vicarii informatione nullo ipsum frui propriarum fortunarum censu apertissime constet. Denique ad Capitularis, quam supra retuli, Constitutionis duritiem appellat Canonicus Sessa, idque simul perpendendum proponit, memoratam Constitutionem utpote juri communi adversam Apostolicis facultatibus invehi debuisse; quibus tamen an instructus fuerit tunc temporis Visitator Apostolicus, nusquam patet. Quapropter videant EE. VV., utrum ad Ecclesiæ quoque utilitatem vergat, quod prælaudatus Vicarius maxime innuit de eadem Capitulari Constitutione in posterum temperanda, ut jurgiorum, ac litium præcidatur seges.

Proponuntur itaque

Dubia

I. An Sacerdoti Ferdinando Sessa sint restituendi fructus Canonicatus anni 1827. in casu etc.

II. An et quomodo temperanda sit Constitutio Capitularis in casu etc.

Dein-

Die Sabbati 9. Maji 1829. in Palatio Apostolico Vaticano erit Sacra Congregatio Concilii, in qua præter alia proponentur infrascripta Dubia, juxta morem ejusdem Sacræ Congregationis de jure resolvenda.

Providentissimo Dei Optimi Maximi beneficio factum est, ut Sacer Purpuratorum Patrum Senatus, qui sollemnibus novendialibus Leoni XII. Sanctæ Memoriæ rite persolutis VII. Kal. Martias hujus anni Conclave ad Quirinales Ædes ingressus fuerat, trigesimo sexto post die summa animorum consensione ad Petri Cathedram elegerit Sanctissimum Dominum Nostrum PIUM VIII. Quod igitur bene ac diu feliciter vertat, sub tanti Pontificis auspiciis, cujus optatissima electione universus Catholicus Orbis summopere lætatur, Conciliaria hujus Sacri Ordinis Comitia hodierno die iterum congregantur.

SORANA EMPHYTEUSIS

Sess. 25. cap. 13. de Reform.

Dubium

An, et quomodo sit consulendum SSmo pro approbatione emphyteusis in casu etc.

Affirmative juxta nova capitula, additis in articulo octavo tam obligatione manutentionis aggerum, quam jure Parocho quotannis verificandi pacti executionem, et cogendi emphyteutam in casu negligentiæ ad adimplementum, et cum conditione quod contractus emphyteusis non transeat lineam masculinam et femininam.

TER-

Sess. 24. cap. 12. de Reform.

TERRACINEN.

Dubia

I. *An Sacerdoti Ferdinando Sessa sint restituendi fructus Canonicatus anni 1827. in casu etc.*

II. *An, et quomodo temperanda sit Constitutio Capitularis in casu etc.*

Ad I. et II. Dilata, et Capitulum doceat de observantia legis pœnalis Constitutionum capitularium in similibus casibus, et præsertim in casu Archipresbyteri Sanguigni.

Sess. 21. cap. 4. de Reform.

RAVENNATEN. JURIUM PAROCHIALIUM. Ecclesiam S. Mariæ Suffragii Ravennatensis Civitatis neque succursalem neque vicariam esse parochialis Ecclesiæ SS. Nicandri et Marciani declararunt Emi Patres in Comitiis diei 22. Junii 1822. Animo tamen non cecidit Carolus Bacchetti ejusdem Parochialis Ecclesiæ Rector, precesque instauravit, ut Cajetanus Feoati Ecclesiæ S. Mariæ Custos, si Parocho in exercenda animarum cura opitulari detrectaret, ad restitutionem bonorum cum fructibus, quæ eidem ad ferendum onus Vicariæ tributa fuerant, compelleretur. Hujusmodi Parochi preces, rationumque momenta ab utraque parte exhibita fusè ac sapienter expendit Emus et Rmus Cardinalis Rivarola, qui rogatus est, ut ea super re animi sui Votum aperire dignaretur. Ex quo quidem Voto, quod integre exscribendum duxi, videant Emi Patres, quid sit decernendum.

Postquam acriter inter se contendentibus Rev. Caro-

le

Io Bacchetti Parocho SS. Marciani et Nicandri Ravennatensis Civitatis, et Sacerdote Cajetano Fenati Custode Ecclesiæ S. Mariæ Suffragii ejusdem Civitatis, ac simul Vicario in subsidium præfati Parochi deputato, fuit ab hac Sacra Congregatione definitum die 22. mensis Junii anni 1822 dictam Ecclesiam S. Mariæ Suffragii, *neque* Succursalem, neque Vicariam esse Ecclesiæ Parochialis SS Marciani et Nicandri; *neque* dictum Cajetanum Fenati uti non re, sed verbo dumtaxat, ac simulate in Vicarium designatum, ullatenus teneri ad Parochum coadjuvandum in curam animarum; *nec* fore obstrictum iis exercendis muneribus, quibus alii omnes tenentur Vicarii aliarum subsidialium Ecclesiarum in ipsa Ravennæ Civitate existentium. Parochus ipse Bacchetti, nulla penitus adversus expositas resolutiones interposita reclamatione, novam diversamque censuit eidem Sacræ Congregationi porrigere postulationem, quæ sequentibus concluditur verbis = Se a questa Vicaria furono asse-
„ gnati particolarmente alcuni beni a norma delle dispo-
„ sizioni non tanto governative, quanto della S. M. di
„ Pio Papa Settimo; se questa Vicaria manca attualmente
„ di Vicario, perchè fu decisa simulata la sua nomina, è
„ conseguenza spontanea che D. Gaetano Fenati attual-
„ mente ridotto alla nuda e semplice condizione di Cu-
„ stode del Suffragio, non può godere le rendite di det-
„ ti beni essendo spogliato totalmente di quei titoli che
„ lo abilitano all' incasso della Prebenda assegnata al Vi-
„ cario pro tempore de' SS. Nicandro e Marciano, dedi-
„ cato al servizio della Parrocchia, e perciò mancando di
„ giusto titolo abile al godimento medesimo, è obligato
„ a rifondere il prezzo de' redditi percetti, ed essendo
„ imperiosa la necessità di sollevare il Parroco dalle mol-
„ te cure di una vasta, e povera Parrocchia, sia senza
„ indugio nominato dall' Autorità competente il Vicario
„ della Parrocchia de' SS. Nicandro e Marciano in S. Gio-
„ vanni Evangelista a benefizio di Sua Popolazione,
„ siccome umilmente l' Oratore supplica l' EE. VV. RR.
„ Instantiam hanc ad Archiepiscopum Codronchi, qui tunc in humanis agebat, ablegavit S. Congregatio, petens, ut eam certiorem faceret de numero animarum quæ subjacent Parœciæ SS. Marciani et Nicandri, de necessitate habendi in ea Capellanum Curatum, de reditibus, et

one-

oneribus Paræciæ; de bono jure Oratoris, de reditibus et oneribus Ecclesiæ Suffragii; de conditionibus tunc statutis.

„ Datum onus persolvens Archiepiscopus, literis die 7. Junii 4824. datis ajebat, primo post Decretum diei 18. Martii 1806 Paræcias omnes Civitatis ad *novem* tantum reductas fuisse, licet antea non minus quam *unde viginti* numerarentur. Necesse hinc fuit, ut in singulis Paræciis animarum quantitas augeretur, ac reapse Paræcia SS. Nicandri et Marciani constituta in Ecclesia S. Joannis Evangelistæ nunc habet sub sua Jurisdictione 1722. capita, quæ vix hactenus ad numerum 433. pertingebant. Ex quo sane necessitas prosiliebat in Parocho habendi Capellanum Curatum.

„ Reditus Paræciæ statuebat rursus idem Archiepiscopus Codronchi in annuis scutis 400. Onera vicissim in annuis scutis 109 55 Item de reditibus et oneribus Ecclesiæ Suffragii verba faciens, hæc illos longe excedere, ac fore impares substinebat, nisi Piorum eleemosynæ in ejusdem Vicarii subsidium convenissent.

„ Licet vero de conditionibus obloquens Suffragii Capellano impositis, aperte defunctus Archiepiscopus declarasset, eas fuisse custodiendi Ecclesiam, excipiendi fidelium confessiones, explicandi Christianæ Doctrinæ institutiones, et cætera perficiendi, quæ a Vicariis absolvi solebant, debebantque in aliis omnibus Ecclesiis subsidiariis; nullum jus tamen competere Parocho Bacchetti ad reditus Ecclesiæ Suffragii sibi addicendos, arguere quodammodo videbatur, ex quo cum reditus controversos *duplici* ex titulo assignatos Fenato fuisse constaret, *ut* scilicet dictam Ecclesiam Suffragii custodiret, in eaque adnexa impleret munia, utque Vicariam operam Parocho SS. Nicandri et Marciani rependeret; horum uno dumtaxat subsistente, custodiæ nimirum Ecclesiæ Suffragii; hunc plane satis fore concludebat, ut in quieta et libera adsignatorum reditnum perceptione prosequi Fenatus possit ac debeat.

„ Hisce calculum adjici autumabat Archiepiscopus tum Italici Regni Decreto, quod latum sub die 22. Junii anni 1805. præcipiebat, reditus Paræciarum suppressarum post obitum eorumdem respective Parochorum impendi debere =*per mantenere i Vicarj in Cura di Anime*=, tum præsertim Epistola de mandato Sanctæ Mem.

Pii Septimi per Card. De Petra scriptam, quæ sic se habet = *Li Parrochi, le di cui Parrocchie saranno soppresse, continuino a godere le rendite vita loro durante, e che passino in seguito coi rispettivi pesi alle Parrocchie alle quali ne sarà stata unita la Cura* =, ex quibus ita tandem consequi arbitrabatur ipse defunctus Archiepiscopus = *Dunque gli apprezzamenti dei Beni assegnati alla Chiesa del Suffraggio, e derivanti in parte dai trattamenti de' Parrochi defunti, o promossi ad altro Impiego, essendo rimasti ora vacanti, dovranno in parte incorporarsi agli altri beni, che in parte formano la Dote dei Parrochi di S. Appollinare in Vedo, e in parte a quelli spettanti alla Parrocchia di S. Giovanni in Fonte, e non mai alla Parrocchia di S. Nicandro*, = cui nequaquam adjuncti Fideles extiterunt illarum Parœciarum, de quarum redituum parte Custos Ecclesiæ Suffragii ditatus remansit.

„ Oppositas partes tuetur Parochus Bacchetti tum ex inopia, qua sese pressum jactat, tum ex legum jam relatis dispositionibus, quas sive e sibi unice virilier contendit. Vetusto enim, et quidem proprio Parœciæ census, qui subductis omnibus oneribus, aliisque subducendis majorem non exhibet annuum reditum scutatorum 160. 85. sese adhuc esse contentum debere ait, quamvis animarum, et miserabilium personarum numerus in sua Parœcia ultra *quadruplum* adauctus extiterit.

„ Ait etiam, et certe non insipienter, leges tum Italici Regni, tum potissimum S. Me. Pii VII., ad quarum formam adsignatio bonorum hujusmodi perficienda erat, Parœciis dumtaxat, quibus fideles aliarum suppressarum adjuncti fuissent, = o altra più bisognosa =, semper vero, atque unice *Parœciis* consuluisse, quin unquam potestas tributa fuerit, ut simplices Ecclesiarum, non Parœcialium Custodes ex iisdem bonis ditarentur.

„ Reverendissimus modernus Ravennatensis Archiepiscopus vix ad suam Cathedram pervenit, omnium certior factus, quæ ad Parœcias, Parochos, eorumque reditus, ac bona pertinent, nec momento hæsit, quin sui animi sensus aperiret S. huic Congregatio-

ni. Scripsit namque rotundis verbis quod = *La coscienza mi suggerisce dover io meglio provvedere alla necessità del Popolo di S. Nicandro, che all' Oratorio del Suffraggio, per custodire il quale non fà bisogno aver titolo e rendita di Vicario. La Parrocchia di S. Nicandro conta più che* 1700. *Anime, e numero tale di Persone esigge più che un Sacerdote per governarle; nè è giusto che mentre tutte le altre Parrocchie hanno, benché a questa inferiori nella Popolazione, uno, o più Vicarj, questa sola abbia un Vicario di nome, che goda le rendite della Vicaria, ma non esercita alcuna funzione che sia di sollievo al Parroco, e di utilità al Popolo* =. Addit = che i „ beni che gode annessi alla sua Vicaria il Fenati, „ sono provenienti dalle soppresse Vicarie di questa „ Città. Questi beni debbono assegnarsi alle Parroc- „ chie superstiti, non già agli Oratorj della Città =. Quamobrem concludit = *o il Fenati si accomoda a* „ *prestare il suo servizio di Vicario alla Parrocchia* „ *di S. Nicandro, o persiste nel ricusarsi a ciò fa-* „ *re: Se accetta di servire rimanga pure nel possesso della sua Vicaria; Se si rifiuta custodisca la Chiesa del Suffraggio, ma ceda il titolo, e le rendite di Vicario ad altro Soggetto che deputerò a Vicario, non posticcio, ma vero, e reale. I Vicarj sono amovibili ad nutum dell' Arcivescovo, e per rimuovere il Fenati concorre la gran ragione che il suo Vicariato resta inutile subito che ne ritiene il titolo e la rendita senza prestare alcun servizio alla Parrocchia* = „ Hoc in discrimine ac in tanta Partium contentione honor mihi datus est, ut rem omnem perpenderem, quidve sentirem EE. VV. Rmis ingenue referrem. Muneri faciam satis quomodocumque potero. Absitque primum ut clarissimæ memoriæ Archiepiscopi Codronchi factum hac in re vel minimum etiam redarguendum censeam. Dum enim Custodi Suffragii partem tribuit redituum, qui Paræciæ SS. Nicandri et Marciani, ejusque Parocho, ac Adjutori, et Vicario debiti potius erant ex vigentibus tunc temporis dispositionibus, ita plane præfatum Archiepiscopum sese gessisse dicendum est, quia non aliter a suppressione ac profanatione servari poterat Ecclesia

clesia S. Mariæ Suffragii in frequentissimo Civitatis loco posita, summaque Fidelium omnium Ravennatensium pietate ac devotione consecrata. Consulto itaque, ac prudentissime sese gessisse Archiepiscopum, dum SS. Nicandri et Marciani Vicarium *simulate* nominans cum omnibus honoribus, et oneribus Vicariæ adnexis id præstitit, ut publicis omnium civium votis satisfaceret, utque supplicationes quotidianæ, et sacrificia ad Animarum purgantium levamen ibi, prout semper moris fuerat, absolvi effusissime prosequeretur. Compositis tamen, Deo dante, rebus, cum simulandi ratio omnis evanuerit, cumque nullum aliud subesse possit periculum vel suppressionis, vel profanationis dictæ Ecclesiæ Suffragii; quæ imo semper excipiendis Fidelium precibus, præsertim pro defunctis, quemadmodum hactenus ita in posterum, ac perpetuo patebit, necessario consequitur ad eum statum rem esse restituendam a quo incipere debuisset, ac revera incepisset, nisi vis calamitatum ad simulandum coegisset.

„ Neque illud verum, quod ad substinendum etiam nunc, et in posterum, defuncti Archiepiscopi factum objicitur, ex *duabus* scilicet causis, quæ adsignationi bonorum factæ Vicario Fenato aditum præbuerunt, unam subsistere, eamque nimirum Custodiæ Ecclesiæ S. Mariæ Suffragii, satis fore, ut adhuc adsignatio ipsa substineatur. Custodia namque Ecclesiæ, haud Paræcialis, nequaquam par caussa fuit", nec esse potuit pro disponendis lucrandisque bonis Paræciarum suppressarum contra leges, contra explicitam S. M. Pii VII. voluntatem. Imperabant leges illorum temporum; voluit Summus Pontifex ut bona hujusmodi tribuerentur Paræciis, et Parochis, quibus fideles adjuncti fuerant suppressarum Paræciarum, = *o altra più bisognosa* = Nil horum prorsus in Custode Fenato: Vicissim omnia concurrunt in Paræcia et Parocho SS. Nicandri et Marciani. Huic enim fideles adjuncti fuerunt ad numemerum usque mille tercentum supra veterem quantitatem. Adjuncti sunt fideles fere omnes miserabiles. Paræcia modo est, quæ capita continet mille septigentum et ultra, quando hactenus vix quatuor-

centum, excedebat. Etsi quamobrem bona, de quibus agitur, non sint proprie earumdem Paræciarum, quarum fideles adjuncti sunt Paræciæ SS. Nicandri et Marciani; cum hæc tamen nil habens præter veterem censum inter alias, siquæ sint inopes Paræciæ, sit vere = *più bisognosa* = cui præsertim S. M. Pius Septimus consulendum præcepit; huic plane, non in commodum Custodis Fenati tribui debuisse, ac debere bona et reditus suppressarum Paræciarum planum est ac manifestum.

" Paroch^st enim Bacchetti, qui Paræciæ præest SS. Nicandri ^o et Marciani haud facultas est in proprium privatumque vertere commodum bona et reditus, quibus modo fruitur Custos Ecclesiæ Suffragii, sed onus incumbit excipiendi, alendique Vicarium, quem in subsidium Curæ Animarum, aliorumque munerum Parochialium erit Rñus Archiepiscopus nominaturus. Ita cautum ex legibus, quæ bonorum hujusmodi distributionem, ac adsignationem præcipiebant = *I Parrochi delle Parrocchie riunite conserveranno vita durante l' attuale loro trattamento, che alla morte è riunito alle Parrocchie per mantenere col medesimo i Vicarj in cura di Anime* = Hisque revera pactis, et conditionibus nominatus a defuncto Archiepiscopo Fenatus extitit, nec aliter nominari, ac eligi potuisset = *Ho nominato D. Gaetano Fenati* = ita Vicarii Generalis Epistola ad Parochum data SS. Nicandri, et Marciani, = *in Vicario della sudetta Chiesa Parochiale attribuendogli tutte le facoltà necessarie ed opportune di custodire la Chiesa Sussidiaria del Suffragio, e di adempiere in essa tutte le incombenze solite ad eseguirsi dai Vicarj delle Chiese Sussidiarie* = Nec satis; quod magis etiam animadvertendum, fuisse Fenatum ad ea omnia gerenda munia nominatum *provisoriamente*, ex eadem Epistola colligitur

" Quid autem inde Emi et Rmi Patres? Quod æquitas, justitia, omnisque ratio postulat, bona et reditus Paræciarum suppressarum erogari in subsidium debere super extantium Paræciarum, nemini plane dubium esse potest. Dilemmate quamobrem res omnis conficitur. AUT *Fenatus* implet onera, quæ in ipsa nomi-

minatione adjecta eidem fuerunt, AUT implere recusat. Si implet, si promptum sese, paratumque præbebit subsidiariam suam operam exhibere Parocho SS. Nicandri et Marciani pro exercitio munerum omnium Parochialium, ad quæ Parochus ipse tenetur; et hoc in casu pax erit inter omnes, poteritque Fenatus idem in perceptione reditnum adsignatorum pacifice pergere. Si contra renuit; si una tantum custodia Ecclesiæ suffragii sese hactenus oneratum fuisse ac modo esse contendit, cum ejusdem nominatio *provisoria* dumtaxat extiterit, ita ut per modernum Archiepiscopum removeri etiam sine causa, et pro lubitu possit, prout est, ac semper evenit in Vicariis quibuscumque amovibilibus; erit porro nedum Officii, sed etiam *liberi arbitrii* ejusdem Archiepiscopi, *vel* quod in suo munere maneat Fenatus, vel quod ab ipso abstinere sese debeat etiam in instanti, et a quovis ministerio provisorie concesso protinus removeatur.

„ Hæc est enim indoles, hi sunt effectus provisoriæ nominationis. Provisorie nominatus ad officium quodcumque pendet unice *ab arbitrio* nominantis, ejusque pro tempore successoris. Ita quoque expresse cautum ex peculiaribus in casu dispositionibus. = *I Vicarj si ritengono non Titolari, ma di semplice offizio, ed amovibili dall' Ordinario* = Atqui modernus Ravennatensis Antistes deliberatam firmamque suam jam aperuit EE. VV. RR. voluntatem, uti superius exposui, vel quod Fenatus munera omnia impleret Parochialia in subsidium Parochi SS. Nicandri, et Marciani, vel Vicariam dimitteret cum omnibus reditibus ei adnexis, nisi per vim, et Ordinariam auctoritatem removeri mallet. Non est igitur evasio: Aut impleat Fenatus Parochialia munera, aut ab Officio Vicarii recedat est opus. Ordinaria et Archiepiscopi auctoritas haud in discrimen revocanda.

„ Qua quidem in re nihil obstant superius enunciatæ resolutiones in *Ravennaten. Jurium Parochialium.*

„ Actum tunc enim fuit, an, et quomodo Ecclesia Suffragii Succursalis esset, et Vicaria Ecclesiæ Parochialis SS. Nicandri et Marciani. An etiam, et quomodo Custos ejus et Capellanus Vicarius foret Parœciæ

cia SS. Nicandri, et Marciani, et Parochum coadjuvare in curam animarum teneretur. Responsum porro datum est *negativum* in omnibus et per omnia. Cur autem? Quia cum defunctus Archiepiscopus profiteretur, se tunc per Sacerdotis Fenati nominationem uni tantum consuluisse Custodiæ Ecclesiæ Suffragii, ne publica urgente rerum perturbatione Ecclesia ipsa claudenda foret, supprimenda, profananda; ulterius imo voluisse, ac præscripsisse, ne unquam Parochi functionibus obnoxius maneret, quamvis nominibus, ac verbis ad opus hujusmodi pertinentibus obtegere simplicem Custodis electionem debuisset; his revera stantibus, pleneque cognitis non aliud erat reddendum Judicium, nisi pro hujusmodi simplici Custodis Ecclesiæ Suffragii qualitate determinanda cum omnimoda Paræcialis cujuscumque oneris exclusione, quod certe Fenato nec adjici voluit, nec fuit ullatenus adjectum.

" At hodie nedum *nova*, sed *diversissima* quæstio agitur. De viribus primum quærendum, ac effectibus illius electionis, et nominationis. Ejusmodi namque fuit nominatio, ut nullum penitus nominato titulum præberet, semperque retineretur = *di semplice offizio ed amovibile dall'Ordinario* = Quærendum proinde, num removeri ad præsens valeat Fenatus qui = *provisoriamente* = quoque nominatus legitur, ac reperitur; idcirco si remotioni subesse potest, quærendum etiam, an remotionis *loco* ipsi adjici valeant conditiones, quæ aliis omnibus Vicariis in curam animarum adjectæ sunt, quæque simplicis Custodis operam convertant in veram et realem Paræcialis muneris qualitatem.

" Quo cum adducta quæstio sit, facilis, opinor, definitio consequitur. Omnium enim Corollarium videtur quod Fenatus scilicet *pro arbitrio* Rmi Archiepiscopi Ravennatensis removeri nedum possit ab officio quod hactenus exercuit, et exercet adhuc; sed multo magis etiam præfigi terminus eidem possit ad obeunda munera paræcialia, et cujuscumque generis ea sint, quæ Rmo Archiepiscopo placuerint; quæque si accepto ferre intra terminum renuerit, ad restitutionem omnium bonorum, et fructuum a die præ-

præfixionis dicti termini protinus, et omnino teneatur. Hæc est in re de qua agitur opinio mea. Quidquid vero sentiam, lubentissime subjicio magis recto ac sapientissimo judicio EE. VV. RR. quibus interea demisse sacras manus deosculor „.

Proponuntur

Dubia

I. *An Custos Ecclesiæ S. Mariæ teneatur coadjuvare Parochum SS. Nicandri et Marciani in exercenda animarum cura in casu etc.*

Et quatenus negative

II. *An bona Custodi S. Mariæ tradita tribui debeant Parocho SS. Nicandri et Marciani in casu etc.*

III. *An Sacerdos Cajetanus Fenati restituere debeat eidem Parocho fructus hactenus perceptos in casu etc.*

Ad I. Negative.

Ad II. Negative et ad mentem. mens est, bona relinquenda esse arbitrio Archiepiscopi ad effectum providendi necessitati Parœciarum sive erectarum sive erigendarum.

Ad III. Negative.

Sess. 24. cap. 12. de Reform.

RIPANA SERVITII CHORI. In Ecclesia Cathedrali Ripana præter Dignitates et Canonicatus extant quinque chorales Præbendæ, quarum jurspatronatus, una excepta, pertinet ad Capitulum illius Ecclesiæ, et ad ejus nutum pendent earumdem Rectores. Primam constituit Angelus Moscetti ultimo suo elogio anni 1634., præcepitque Præbendato, ut qualibet hebdomada Missa pro ipsius anima offerret, *e che debba assistere ne' giorni festivi al Coro, ed a Vespero servire*

vire per Assistente ad altre funzioni straordinarie. Alteram erexit Ursula Ricci anno 1682. *nel modo e forma che sta il Prebendato del Sig. Canonico Moscetti, e debba assistere al Coro ne' giorni festivi, e quando si fa Cappella, e si abbia da parare per Diacono e Suddiacono come fa il Prebendato Moscetti.* Binas alias instituit Amelius Natali anno 1646., quæ ob redituum tenuitatem ad unam reductæ fuere. De hujusmodi Præbendis hæc inter alia sanxit, scilicet ut ad ipsas nominari possent duo Clerici, qui annum decimum quartum attigissent; ut perpetuo præferrentur Clerici ex ejus Familia descendentes; ut præbendati *debbano sempre risiedere, e recitare l'uffizio in compagnia colli Signori Canonici di detta Cattedrale sotto li sedili delli medesimi Canonici, dove stanno a sedere li Seminaristi quando assistono al Coro.* Amelium Natali imitatus est Petrus Paulus Monti, qui ultimis, quas condidit, tabulis anno 1670. jussit, ut suæ hæreditatis fructus uni darentur Sacerdoti, qui *sia obbligato recitare li divini offici giornalmente nel Coro colli Signori Canonici in detta Cattedrale nelli sedili dove assistono gli altri Cappellani costituiti in vigore degli ordini del Signor D. Amelio Natali . . . che detto Cappellano sia anche obbligato nelle Messe solenni a pararsi da Diacono, e Suddiacono secondo l'anzianità, senza che possa pretendere pagamento dal Capitolo, e mancandosi per se, o per altro, soggiaccia alle puntature di bajocchi otto in ciascuna volta.* Denique Hyacinthus Rubini anno 1700. nonnulla reliquit bona, quibus patrimonium sacrum Clerico ex designatis familiis originem ducenti constitueretur, ea adjectâ lege ut Missam quotidie in expiationem animæ fundatoris litaret, simulque exhiberet *l'assistenza al Coro di questo Rmo Capitolo nel modo e forma stanno li Signori Prebendati del Sig. D. Amelio Natali in Coro.*

Quamquam hujusmodi Præbendati se ad laudes divinas in Choro persolvendas dignoscant obstrictos, sibique onus incumbere fateantur ministrandi Canonicis in munere Diaconi et Subdiaconi, dum Missa Conventualis celebratur, aliæque consuetæ peraguntur sacræ functiones: attamen nonnulla sunt, quæ omni-

omnino perferre recusant. In primis enim haud sibi jure imponi posse contendunt pondus canendi antiphonas, responsoria, et lectiones primi ac secundi Nocturni sive in proprio stallo, sive in medio choro ante pluteum anagnosticum; item canendi introitum, tractum et alia, quæ in Missis cantu absolvuntur. Dein munus Diaconi et Subdiaconi in Missis, quæ ex legatis Canonicorum Collegio relictis offeruntur, obire, ac denique primæ Dignitati vel Canonico tam in processionibus, quam in benedictionibus cum SSmo Eucharistiæ Sacramento, ex fidelium voto, procul tamen reliquorum Capitularium præsentia agendis, ad altare superpelliceo induti inservire detrectant. Quam ob rem acris Canonicos inter ac Præbendatos orta est controversia, quam ad hunc Sacrum Ordinem Canonici deferendam putarunt.

Episcopus Monacelli, postea ad Pisaurensem Cathedram translatus, quem de informatione et voto rogavi, rationum momenta a partibus exhibita transmisit, sensumque suum aperiens inquit. „ Cum mihi Ca-
„ pitulum tradiderit rationes, ex iis partim video co-
„ hærentes esse institutioni præbendarum, partim ex-
„ cedere limites. Nulla autem exorta foret inter Ca-
„ pitulum et Præbendatos disputatio, nisi Archipres-
„ byter præbendatis ipsis jussa importune daret. Quin
„ imo recens adest casus. Cum D. Joannes Capponi
„ ante ejus obitum pro Capituli favore pium insti-
„ tuisset Legatum cum onere dandi in Cathedrali
„ omnibus diebus Dominicis benedictionem cum
„ Sanctissimo Eucharistiæ Sacramento sine adsisten-
„ tia ipsiusmet Capituli, hoc tamen, et præsertim
„ Archipresbyter irrationabiliter præsumunt, Præben-
„ datos absque ullo emolumento suum servitium,
„ uti Ministros, porrigere debere. Hi autem ad id se
„ recusant, et, uti mihi videtur, in isto et in si-
„ milibus casibus ratio ipsis favet. Nunc autem quod
„ sentio EE. VV. fideliter aperio. Necesse est, ut a
„ Capitulo Constitutiones efformentur, sine quibus
„ diverbium erit perpetuum. Hoc enim solum, ut
„ omnes concilientur disputationes, poterit esse reme-
„ dium opportunum „.

Cathedralis Ecclesiæ Canonici contendunt, Præbendi-

tos qua juris sanctione, qua vetusta consuetudine obstrictos esse ad canenda responsoria, antiphonas, lectiones, introitum, graduale, et alia hujusmodi, quæ in canonicis horis persolvendis, vel in Sacris solemni ritu celebrandis recitantur vel canuntur ab iis, qui in choro inferiorem tenent locum. Enim vero hæc omnia, nisi præsto sint, qui ea peragant ex munere sibi tradito, explenda esse in medio Chori ante anagnostorium a Capellanis, Portionariis, et Beneficiatis passim docent Doctores, quos inter *Merati ad Gavant. in Rubric. Brev. tom. 2. sess. 5. cap. 7. de antiph.*, *Ceccop. Lucub. can. lib. 2. tit.*, ac respondit S. Congregatio *in Maceraten Servitii Chori 26. Septembris 1739*, *et in Neritonen. Plurium 12. Julii 1760. ad VI. VII.*, *et X. dubium*; quemadmodum etiam Canonici ad hæc munia obeunda compelli possent, si in choro non adesset sufficiens inferiorum Sacerdotum numerus, ut decrevit S. Rituum Congregatio *in Gerunden. Functionum 11. Februarii 1702.*, ac refert *Pignat. consult. 28. num. 4. tom. 4.*, *Monet. de distrib. quotid. part. 2. quæst. 2. num. 8.* Præterea etiamsi aliter sentiendum foret ex juris dispositione, attamen Canonici antiqua innixi consuetudine propitium EE. VV. sibi blandiuntur judicium, nam quæstiones hujusmodi ex inducta consuetudine esse dirimendas post *text. in cap. Cum dilectus de consuetud.* probat *Clerical. de Benefic. tom. 1. disc. 71. num 29.*, *Piton. de controv. patron. alleg. 17. num. 13.*, et firmat S. Congregatio in *Albinganen. Capellaniæ 19. Septembris 1818.* Jam vero Canonici ut memoratam evincant consuetudinem octo proferunt instructos testes, qui affirmant a Capellanis, vel a semetipsis, dum in eadem Ecclesia Capellani officio fungebantur, recensita onera jugiter fuisse impleta.

Insuper iidem testes fidem perhibent, Capellanos munus Diaconi, et Subdiaconi exercuisse, et Dignitati, vel Canonico adfuisse in processionibus, aliisque sacris functionibus tam ordinariis, quam extraordinariis, sive ex fidelium voto, sive ex decedentium lege obeundis. Ad hanc observantiam jamdudum inductam, etiam in posterum servandam, præter vim,

quæ

quæ ipsi inest consuetudini, contingit Canonici ad ea quæ tradunt Rota, et responsa hujus Sacræ Congregationis, scilicet Perillarios et Capellanos posse compelli ad subeundum munus Diaconi et Subdiaconi, *Rota in Camerinen. Præcedentiarum et Juriam* 11. *Maji* 1759. § 7. *cor Cicala*, *S. Congregatio in Trojana Servitii* 23. *Junii* 1742. *ad II Dub.*, *et in Neritonen. Pluriam* 12 *Junii* 1760. *ad V. et VI. Dubium*, imo si necessitas exigat, etiam ad munus simplicis Clerici in Missis Conventualibus et Votivis diebus festivis *in cit. Neritonen. ad VIII. Dubium*. Hisce addunt ipsas fundationum leges; siquidem cuncti fundatores Capellanos suos in procul dubio devinctos vovere choralibus officiis, quibus subsunt ipsimet Canonici. Porro si in Ripana Ecclesia soli extarent Canonici, ipsis incumberent omnia omnia, quæ chori servitium, sacrasque functiones sive ordinarias, sive extraordinarias spectant. Existentibus autem inferioris Ordinis Sacerdotibus, ipsorum esse debet minora officia explere, et in omnibus iis, quæ respiciunt ecclesiasticas, et capitulares functiones, Canonicis obedientiam, et subjectionem præstare. *Rot. in Gerunden. Servitutum* 25. *Februarii* 1751. *cor. Ciccio*, *et S. Congreg. in Lucana Capellaniarum* 5. *Septembris* 1825. *ad V. Dubium*.

At Præbendati ab se abigere conantur onus canendi antiphonas, versiculos, introitum, tractum, et alia hujusmodi, cum ea potius ad Cantorum, quam Præbendatorum officium spectare existimant, ac plane inficiantur sibi onus ejusmodi fuisse impositum a fundatoribus, qui id unum mandarunt Capellanis, *che debbano assistere al Coro cogli Signori Canonici*. Hisce pondus adjicere arbitrantur superiorum temporum observantiam; asserunt enim Præbendati, numquam se cantum in antiphonis, versiculis etc. præsertim in medio Choro adhibuisse, sed cantoris munus hactenus exercuisse vel seniorem ex Seminarii alumnis, vel alium Presbyterum, cui stipendium persolvebant Canonici. Si quando autem cantoris munere functus est aliquis Præbendatorum, id factum narrant vel proprio habitu, vel aliqua a Capitulo recepta mercede. Exinde colligunt se neque juris, et fundationis

lege, neque asserta consuetudine cogi posse ad munus cantoris obeundum; scitum namque est, actus facultativos nullum unquam in exercente inducere posse obligationem, *Rot. decis. 339 cor. Ralto*, *S. Congregatio in Brictinorien. Parocciarum 8. Maji 1824. §. Parochi.*

Quod vero pertinet ad munus Diaconi et Subdiaconi discrimen adhibendum esse contendunt inter sacras functiones, quæ ex juris communis sanctione, aut Ecclesiæ statuto capitulariter peraguntur, et illas, quæ ex legatis Capitulo relictis proficiscuntur, aut Canonicorum voluntate obeundæ suscipiuntur. Præbendati ultro se obstrictos fatentur ad operam suam impendendam in Missis aliisque sacris functionibus primi generis: sed omnino denegant, se onere devinciri ministrandi Canonicis in munere Diaconi, et Subdiaconi in Missis solemnibus, vel superpelliceo induti illis præsto esse in processionibus, triduis, ceterisque secundi generis sacris functionibus. Principio enim haud omnia hæc sacra munia adstante Capitulo explentur, ideoque ab ipsis immunes renuncianda sunt Præbendati, qui ex fundatione capitularibus dumtaxat functionibus adesse tenentur. Deinde tametsi Canonici omnes quibusdam functionibus interesse soleant, isti tamen lucrantur distributiones ex suprema testatorum voluntate constitutas, earumque participes reddunturvel ipsi minores Clerici servitio Ecclesiæ mancipati. At Præbendati quamvis exiguis potiantur fructibus, cujuslibet distributionis expertes sunt, ac propterea inquiunt, non esse ferendos Ripanæ Ecclesiæ Canonicos, qui contra *text. in L. unic. Cod. de caduc. toll.* lucrum quidem omne piarum dispositionum amplectuntur, onus autem eisdem annexum Præbendatis inferre adnituntur. Nec quidquam sibi obesse putant assertam observantiam, nam si alter ex Præbendatis hisce in casibus Canonicis aliquando inservierit, numquam id ea præstitit mente, ut consuetudinem, ceteris obsistentibus, inveheret, sed ut Canonicis morem gereret, eosque sibi hoc pacto devinciret.

Denique illud pro meo munere animadvertam, Ripanum Capitulum carere Constitutionibus. Præterit quippe

pe neminem, sin necessarias, at certe proutiles esse Capitulares Constitutiones, quibus servitium chorale Ecclesiæ exhibendum statuatur, et cuique capitularis munera et officia ad vitanda jurgia, et ad choralem servandam disciplinam decernantur. Quam ob rem Concilium Romanum anni 1725. *tit. de constit. cap.* 4. omnibus Capitulis præcepit, ut infra sex mensium spatium statuta conderent, et Episcopis corrigenda ac probanda exhiberent. Par itaque est, ut etiam Ripanæ Ecclesiæ Canonici tandem aliquando huic salubérrimæ legi obtemperent, ac proinde videant EE. VV., utrum ipsis ad Capitulares constitutiones conscribendas, et legitimo Superiori offerendas tempus præfinire oporteat.

Dubia

I. *An Prebendati teneantur cantare invitatorium antiphonas, responsoria, lectiones primi et secundi nocturni in medio chori in casu etc.*

II. *An teneantur cantare introitum, tractum, et reliqua in Missis tam Conventualibus, quam votivis solemnibus in casu etc.*

III. *An in iisdem Missis debeant Canonicis assistere in munere Diaconi, et Subdiaconi in casu etc.*

IV. *An superpelliceo induti teneantur assistere Dignitati vel canonico in processionibus et benedictionibus cum Sanctissimo Eucharistiæ Sacramento in casu etc.*

V. *An Canonicis sit præfiniendus terminus ad condendas Capitulares Constitutiones in casu etc.*

Ad I. II. III. et IV. Dilata, proviso ut interim Prebendati præstent servitium chorale et adsistentiam Altari, exceptis functionibus, quæ sive ex legatis Capitulo relictis, sive ex Canonicorum voluntate obeundæ suscipiuntur, nisi iidem prebendati admittantur ad participationem emolumentorum.

Ad V. Affirmative, præfixo Capitulo termino sex mensium ad effectum conficiendi ac transmittendi per Vicarium Apostolicum Constitutiones ad Sacram Congregationem.

Die

Sess. 25. cap. 6. de reform.

SENOGALLIEN. CONVOCATIONIS CAPITULI. Senogalliensis Cathedralis Ecclesiæ Capitulum duplici constat Canonicorum Collegio. Qui antiquioris fundationis obtinent præbendas, Canonici Seniores appellantur; ceteri, ab eorum institutore Canonici Lucatelli nuncupantur. Utrumque Collegium peculiari instructum est communi mensa, et unumquodque seorsim sua gerit negotia: sed quæ universum spectant Capitulum, communi expediuntur consilio. Quæ autem leges sanctæ sunt pro convocatione generalis Capituli, eædem servari debent in peculiaribus utriusque Collegii cogendis Comitiis. Porro cap 20. capitularium Constitutionum, ubi agitur de congregando Capitulo, hæc edicuntur = *Intimatio fieri semper debet pridie, pro certa die et hora, omnibus et singulis Capitularibus in Civitate degentibus vel ejus suburbiis per aliquem ex inservientibus Cathedrali, qui suo munere exequito teneatur id Capituli Secretario referre, ut appareat certa fides intimationis opportuno tempore facte* = Exinde mos jamdiu invaluit, ut Canonicorum Comitia ab Archipresbytero, ceu Capituli Præside, per nuncium oretenus indicerentur. Attamen cum ex hujusmodi consuetudine jurgia et incommoda scatere Canonici Lucatelli intelligerent, in Comitiis habitis die 5. Februarii superioris anni 1828. cunctis suffragiis decrevere, ut ejusmodi nuncio in posterum sufficerentur schedulæ signo obductæ, ex quibus quid deliberandum, quid expendendum innotesceret. Nihilominus Archipresbyter die 17. Martii nova per Nuncium, ut jampridem usus fuerat, Comitia advocare non dubitavit; quibus (licet Capitulum decem constaret Canonicis) sex tantummodo interfuerunt; siquidem Canonicus Discepoli ut Sacri Concionatoris munere in Basilica S. Laurentii in Damaso fungeretur, immorabatur in Urbe, alter ægrotabat, reliqui duo, parvi pendentes Archipresbyteri agendi rationem paulo ante improbatam, adire renuerunt. Canonicus Marangoni alter ex illis, qui ultro convenerant, ratus constitutionem novissime conditam sacris canonibus adversari, omnem de-

delit operam, ut, ea de medio sublata, consuetudo convocandi Capitula per Nuncium, quæ jamdiu viguerat exinde revivisceret. Res, ut ipse expetierat, scontigit, nam omnes, qui aderant ejus judicio acquiescentes sine urnæ periculo initum consilium propria manu firmarunt.

At Canonicus Discepoli Senogalliam reversus, statim constitutionem mensis Februarii acriter propugnavit, ac tertio hac super re Capitulum convocare Archipresbytero suasit. Itaque stata die Canonici cum convenissent, in contrarias abierunt sententias, et Archipresbyter exortam quæstionem studio partium tunc dirimi posse desperans, satius duxit ea die comitia dissolvere. Cum igitur res adhuc sub judice maneat, Canonicus Discepoli per hunc S. Ordinem eam definiri postulat.

Preces ex more ad Eminentissimum Episcopum ablegatæ sunt, ut, auditis Canonicis, sententiam suam aperiret. Qui omnibus peractis, ita se exprimit. = Optimo sane consilio jamdudum consuetudo inolevit, ut Comitia tam civilia, quam ecclesiastica per schedulas eorumdem objectum exprimentia cogerentur. Optimo ajebam consilio: ne videlicet suffragium in eis laturi quasi cæco impetu, et absque negociorum tractandorum prævio maturo examine ad Comitia ipsa adventarent. Atque id est quod Canonicus Petrus Discepoli in adjunctis precibus exoptat, supremique hujus Ordinis oraculo decerni efflagitat: idque eo vel maxime, quia sub die 5. Februarii labentis anni cunctis suffragiis in Capitulari Congregatione sancitum fuit, ut consuetudo illa universim ferme recepta in posterum servaretur = Post hæc Eminentissimus Episcopus omnia confirmat, quæ superius narravi, addiitque in Capitulo 17. Martii apertam præcedentis Capituli deliberationis revocationem non apparere. Dein animadvertit, duo Capitula habita post illud diei 5. Februarii eodem vitio laborare, utpote convocata contra quod sancitum fuerat in supremo illo conventu. Tandem concludit = Ego autem opinarer, rationi magis consonum esse, ut Capitulares per schedulas potius, quam per Nuncium

cium ad Capitulum invitarentur, uti ab initio innuebam =.

Qua ratione Canonici sint collegialiter convocandi, nihil in jure statutum invenitur; proindeque hac in re cujuscumque Capituli lex, aut consuetudo est servanda. Alibi enim fit convocatio per sonum campanæ, alibi per litteras, alibi etiam viva voce, *Pignat. Consult. can. 43. tom. 1., Gonzalez in cap. unico de Syndico n. 9., Card. Petra ad Const. 1. Leonis Magni Sect. 2. n. 44. tom. 1.* Jam vero in constitutionibus Capituli Senogalliensis præscribitur indictionem Capituli faciendam esse per aliquem ex inservientibus. Jure igitur meritoque, inquit Archipresbyter, et qui ipsi adhærent, in Comitiis habitis die 17. Martii abrogata fuerunt, quæ die 5. Februarii statuta sunt relate ad modum convocandi Capitula. Si enim per inservientem ex censura Capitularium constitutionum ad ea Canonici vocandi sunt, manifestum est, per Nuncium, non autem per Schedulas Comitia esse indicenda. Quod nisi tam clare pateret, præsto esset vel ipsa consuetudo, quæ in dubiis optimam exhibet legum interpretandarum regulam, *l. 36. ff. de legib., Rot. cor. Emerix decis. 112. n. 2., S. Congregatio in Ferentina Aggregationis et juris eligendi 21. Julii 1827. §. Quamvis.* Per eam enim edocemur, semper ita factum fuisse in majori Senogalliensi Senatu, ac propterea omnino tenenda, atque servanda; præsertim cum in convocatione Capituli nihil innovari expediat, ne quis ipsius Capituli legitimus insurgat impugnator, quemadmodum animadvertit *Card. Petra loc. cit. n. 45., Passerin. de elect. cap. 10. n. 49.*

Neque præfatam resolutionem 5. Februarii alicujus etiam ponderis esse censent quoad alteram sui partem, qua cautum fuit, ut Schedulæ ad Canonicos de re pertractanda deferrentur; idque satis compertum putant ex hujus S. Congregationis decreto *in Lunen. Sarzanen. 12. Martii 1655. apud Card. Petra loc. cit. n. 45.* quo declaratum fuit, eum, ad quem spectat Capituli convocatio, non teneri ad rem in ipsa convocatione significandam, quia nimirum Capitularibus inducias ad deliberandum denegare non licet, atque

etiam

etiam ex S. Rotæ judicio, quæ *in Archiep. Corinthi Convocationis Capituli 17. Martii 1752. cor. Bassio* statuit, Canonicos Capituli convocationem cupientes, nisi ne obstrictos esse negotia in Comitiis extraordinariis proponenda palam facere ei, *qui* jus habet indicendi Capitulum, illique præsidendi. Tandem inest Capitulo facultas propria decreta immutandi, declarandi, revocandi, dummodo in his eadem, quæ in anteactis decretis, sollemnitas intercedat, *S. Congregatio Episcoporum et Regularium 13. Martii 1615., Gavant. T. 2. manuale Episcop. V. Capitulum, et Monacell. formul. leg. tit. 3. form. 2. n. 35.* Jam vero tam in Capitulo 5. Februarii, quam in alio 17. Martii eædem adhibitæ fuerunt solemnitates, siquidem ad utrumque per nuncium Canonici vocati fuerunt, et cunctis suffragiis constituta revocarunt. Neque autem horum alteri officit, quatuor defuisse Canonicos, unus enim longe aberat, alter ægrotabat, et reliqui duo, cum vocati adire noluerint, veluti præsentes habentur *ex cap. cum nobis de elect., Rot. cor. Crescent. decis. 63. n. 5., et S. Congreg. in Signina 13. Septembris 1806. §. Neque.*

iter tamen sentit Canonicus Discepoli, atque in primis verba Capitularium Constitutionum decreto capitulari diei 5. Februarii minime arbitratur adversa, nam subdit Eminentissimus Episcopus = particula illa Constitutionum commodam accipit interpretationem, quin captam die 5. Februarii deliberationem destruat, scilicet agi inibi non de modo cogendi comitia, sed de persona oneranda pro Canonicis ad ea invitandis = Dein etiamsi obsisterent Constitutiones capitulares, ipsaque Senogalliensis Ecclesiæ consuetudo, attamen custodienda foret resolutio diei 5. Februarii: facultate siquidem pollebat Capitulum veterem abrogandi legem, novamque edicendi sanctionem tempori, ac rerum circumstantiis accomodatam, *cap. 2. §. ceterum, ibique Gloss. v. statutum de V. S., Barthol. in L. omnes quæst. 3. n. 33. ff. de justitia et jur., S. Congreg. in cit. Signina §. Capitulum*; imo in præsenti casu novam Canonici præcipere tenebantur formam indicendi Comitia, ut, qui jam

irrepserant, averterentur *abusus*, *Chrispini de visitat part. 2 §. 30. n. 1.*, *Monacel. tit. 5. form 2. n. 36.*

Et sane ex inducta relatione convocandi Capitulum plura in rerum capitularium administrationem et Ecclesiæ regimen redundasse incommoda affirmat Canonicus Discepoli. Accidit enim sæpe numero, ut Nuncius retulerit quidem se Capitulares admonuisse, re vera tamen non accersierit. Si quis autem adfuisset, is quasi cæco impetu, reique prorsus nescius suffragium ferebat. Archipresbyter cum illos Canonicos tantummodo collectos animadvertisset, quos sibi favere putaret, tunc occasione capta rem, cujus vel maxime intererat, discutiendam proponebat; secus negotiis majoris momenti consultio prætermissis, de levioribus cum ipsis sermonem instituebat. Hinc sæpe sæpius factum est, ut quod uni Archipresbytero placitum, id capitulari lege sanciretur. Quæ quidem omnia, pergit Canonicus Discepoli, potissimum in causa fuere, cur in Comitiis diei 5. Februarii uno animorum consensu abrogatum fuerit, quod jamdudum in more positum erat, atque statutum, ne in posterum convocarentur Capitula, nisi per schedulas, quæ res pertractandas exhiberent.

Neque huic decreto officere potest allata resolutio S. Congreg. *in Lunen. Sarzanen.*, ea siquidem non reprobat legem, aut consuetudinem, qua convocator Capituli schedulam mittere, et in illa res pertractandas describere compellatur, sed tantummodo declarat, quid ex juris communis censura sit sentiendum. Neque etiam ea constitutio dicenda est abrogata per subsequens Capitulum diei 17. Martii: hoc enim nullitatis vitio laborat, tum quia contra formam postremi Capituli indictum fuit, tum quia in eodem aperte, ut opus erat, non reperitur præcedentis Constitutionis revocatio. Tandem ad demonstrandas utilitates, quas Capitulum ex observantia decreti 5. Februarii foret comparaturum, morem affert ab omnibus Congregationibus tam civilibus, quam ecclesiasticis universim receptum, scilicet tradendi schedulam, eique apponendi rerum agendarum notitiam.

Hisce

Hisce prælibatis deguentur Eminentissimi Patres decernere

An convocatio Capituli fieri debeat per nuncium, seu potius per schedulas, quae res pertractandas exhibeant in casu etc.

Affirmative per nuncium ad formam Constitutionum, qui tamen singulis Capitularibus pridie exhibeat schedam, sive scriptam sive impressam, cum indicatione diei et horæ tantum, ac de executione docere teneatur Secretarium.

NULLIUS FARFEN. RE UCTIONIS MISSARUM.

In Parochiali Ecclesia Oppidi Collis Cervini ad Altare S. Antonii Patavini extat Capellania, quæ a Fundatore Carolo Carloni nomen habet, et cujus jurepatronatus potitur Familia Aluffi. Licet = conquisitis undique (verba sunt Emi Cardinalis Cristaldi hodierni Abbatis Commendatarii) tum Abbatiali S. Salvatoris Majoris, tum parochiali prælictæ Ecclesiæ tabulariis, nullas fas fuerit reperire institutionis ejusdem Capellaniæ litteras, tamen ex monumentis non minus authenticis colligi facile potuerunt onera ab institutore imposita, aliaque ad rem scitu necessaria. Itaque patronum ad Altaris ejusque sacræ supellectilis conservationem teneri liquet tum ex adjunctis foliis, tum ex gentilitiis insignibus eidem Altari sacræque supellectili insculptis, tum demum ex ipsorum patronorum facto, qui sive Altare, illiusque ornamenta, sive sacras vestes reficere consueverunt. Insuper Capellaniæ Rectori onus incumbere Missas biscentum quotannis celebrandi constat non modo

Sess. 25. *cap.* 4. *de reform.*

ex actis sacrarum visitationum, sed etiam ex ipsa fratrum Aluffi confessione. Hæc vero sacra in præfata parochiali Ecclesia ad Altare S. Antonii esse faciendi patet sive ex enunciatis sacrarum visitationum actis, sive ex constanti patronorum agendi ratione. Ii enim licet ad eamdem Capellaniam viros generis nobilitate et dignitate claros extra Abbatiam S. Salvatoris Majoris degentes ut plurimum nominarint, tamen illud semper curæ habuerunt, ut Missæ in Altari designato ab aliquo ejusdem Oppidi Sacerdote celebrarentur. Horum denique onerum sustinendorum causa prædium arboribus vitibusque refertum, et in planitie vulgo *delle Casette* in Regno Neapolitano prope Abbatiam S. Salvatoris Majoris situm, testatorem legasse non inficiatur hodiernus patronus Felix Aluffi, et eruitur ex actis sacrarum visitationum = ac præsertim ex actis anni 1776., in quibus hæc ad rem leguntur „ La Cappella Carloni una „ volta de jurepatronatus della Casa Fabri, in oggi „ spettante alla Casa Aluffi di Rieti, della quale è „ il Rettore Monsig. Aluffi Vescovo di Bagnorea . . . „ Il Rettore di essa ha l'obligo di Messe duecento „ annue nel medesimo Altare, e gode un Podere Alberato e Vitato nel piano delle Casette in Regno: „ il fruttato del medesimo è corrispondente agli obli„ ghi sudetti alla ragione di due paoli per Messa, „ come si vedono tassate in Tabella Messe 200. per „ l'anima di Carlo Carloni scudi 40. „

Jam inde a principio hujus sæculi accidit, ut torrens *Salto*, diruptis aggeribus, inundaverit prædium *delle Casette*, eique gravia intulerit damna; cumque patronus Aloisius Aluffi ad fundi instaurationem non levia subiisset impendia, hujusmodi preces porrexit Præsuli Lante tunc Abbati Commendatario = Possiede la sua Famiglia una primogenitura proveniente dalla Casa Fabri su di un Corpo di terra situata nel Territorio delle Casette gravata per la metà del fruttato del peso semplice di Messe da sodisfarsi nella Chiesa Parochiale di Concerviano. Pervenuto questo fondo nella Famiglia Aluffi fù dato in affitto a varj abitanti del Luogo per la somma di scudi 40., ultimamente accresciuta a scudi 46., e furono fatte

so-

soddisfare numero duecento Messe con l'elemosina semplice di un paolo per Messa. Mancavano ancora sette anni allo spirare dell'ultimo affitto quando nel 1800. avendo il fiume Salto principiato a far de' danni vistosi al terreno, si videro gli affittuarj costretti a chiedere la rescissione del contratto, e ricedettero questo a Luigi Alufti. Quali e quante sieno state le spese che è stato obbligato in ogni anno erogare l'Oratore nel riattamento del fiume, lo potrà rilevare dai documenti che rimetto, dai quali risulta che hanno questi assorbito quasi tutto l'annuale prodotto. Ad onta poi di tutte queste spese anco in quest'anno è succeduta una nuova rottura, e questa maggiore degli anni scorsi = Hinc absolutionem petiit pro præteritis Missarum omissionibus, ac etiam reductionem in futurum = avute in vista le spese alle quali è soggetto il terreno per le devastazioni del Fiume = Precibus concessit Abbas Commendatarius Apostolicis facultatibus instructus, ac die 13. Septembris 1806. prævia absolutione Missarum, quæ superiori anno neglectæ fuerant, reducendum censuit = l'enunciato Legato a Messe perpetue annue cento, non ostante qualunque cosa in contrario =.

Postea ob notissimas leges, quæ fideicommissa a quovis vinculo liberarunt, fundum *delle Casette* prædium propriæ Familiæ factum existimans, vendidit Aloisius prætio scutatorum mille trecentum quinquaginta, quin aliud unquam pro Missarum implemento subrogaverit prædium. Supremum Aloisius jam obiit diem, et nunc ejus frater ac hæres Felix Alufti EE. VV. deprecatur, ut memoratam Missarum reductionem confirmare, titulum Capellaniæ supprimere, et eum ejusque successores ab onere nominandi Capellanum solvere velitis.

Precibus ut in more positum est, ablegatis Eño Abbati, hic sententiam suam votis Felicis Alufti omnino infensam aperuit; ait enim *ejusdem preces nedum rejiciendas, sed etiam æquum esse, ut missæ eo numero, quo a testatore sunt præfinitæ in posterum celebrentur, et hac de causa aliud prædium loco alterius illegitime venditi subrogetur* = Eñi Abba-

tis

lis sententiæ plane concinit Parochus Oppidi Collis Cervini „ Primo enim asserit, reductionem Missarum quam Præsul Antonius Lante anno 1805 concessit, omnibus semper immodicam visam fuisse. Namque prædium a testatore relictum nulli unquam detrimento obnoxium fuit, aut saltem hujusmodi detrimento, ex quo illius reditus imminuti admodum fuerint; quidquid in supplici libello ea occasione ab Aloisio Alufii obiato narretur. Addit deinde suppressionem tituli Capellaniæ, ac cetera, quæ Alufilius petit in evidens cedere præjudicium Altaris, quod beneficio conservationis et populi, qui beneficio Missæ privaretur; nec non testatoris menti adversari, qui cum honore S. Antonii, cui Altare est sacrum, expiationem animæ suæ conjunctam voluit. „

Non dubitat Felix Alufii, Emos Patres fore confirmaturos reductionem anni 1806. Etenim neque legitima in Abbate Commendatario desiderabatur potestas, neque canonica imminuendi Missarum numerum deerat causa, ad regulam quæ tradit ob fructuum decrementum sine possessorum culpa Missarum onera esse reducenda, *S. Congreg. in Nullius S. Martini 8. Augusti* 1801., *in Balneoregien. 17. Junii* 1816., *et in Polen. Reductionis Missarum 6. Augusti* 1825. §. *Imminutis*. In themate reditus quidem decreverant, et impares evaserant integro Missarum numero sustinendo; nam media tantum pars fructuum *predii delle Casette*, quæ Missarum pondere devinciebatur, vix annuam scutatorum viginti attingere solebat summam: hæc gravem passa est imminutionem ob fluminis inundationem, aggerumque vastitatem, adeo ut agri conductores rescissionem contractus efflagitarint. Hisce addendi ingentes sumptus, quos facere oportuit ad sarcienda damna, et ad prædium aggeribus denuo cingendum. Constant hæc ex relatione Periti, atque ex fide Archipresbyteri *delle Casette* anno 1805. exaratis, et Abbati Commendatario tunc exhibitis, ex quibus elicitur Aloisium Alufii in fundi restauratienem impendisse *una somma considerevole*, et nihilominus flumen fecisse *una nuova rottura grossissima, a cui necessita dare subito riparo*

con

con una spesa esorbitantissima, e nulla può opporsi sul fruttato di detto Terreno.

Ex his Orator exploratum censet reductionem Missarum jamdiu indultam ratam esse habendam: imo suppressionem quoque Capellaniæ effugiat; nemini siquidem jus est ad Capellaniæ possessionem inemendam; testatoris autem voluntas impletur, ejusque animæ æque suffragantur Missæ sive a Capellano, sive ab alio Sacerdote in Parochiali Ecclesia Oppidi Collis Cervini celebrentur. Cum itaque petita gratia nec testatori, nec alteri cuipiam jacturam inferre putet, se ab EE. VV. voti compotem redditum iri plane confidit, eo innixus axiomate: quod uni prodest, et alteri non nocet, non est prohibendum, *L. 1. §. 11. ff. de aqua et aq. pluv. arcen.*, *Reiffenst. in R. 56. I. in 6. n 8.*, *Rot. decis. 11. n. 8. cor. Emo Gamberini*.

At reductionem anni 1806. aliqua labe infectam, et saltem in futurum haud confirmandam arbitratur Emus Abbas, inquiens „Non quæro utrum prædium eas vicissitudines, eaque damna passum fuerit, de quibus in Aloisii Aluffi libello sermo est, et ex quibus ad Missas imminuendas adductus est Præsul Lante. At tacitus præterire nequeo vicissitudines illas, ipso Aluffio fatente, a causis fortuitis, scilicet ex insueta contigui fluminis inundatione dimanasse. Igitur haud quidem in perpetuum erat Missarum numerus imminuendus, sed donec ex possessionis redditibus tantum patrono fuisset refectum, quantum in munimentis fluminis cohibendi causa constituendis impendisset. Atqui tamen perpetua imminutio concessa est. Rei deformitatem intellexisse videtur vel ipse hodiernus Patronus, qui ea fortassis de causa imminutionis prædictæ confirmationem petiit, quam certe non postulasset, si gratiam semel fratri suo concessam nullo vitio laborare existimasset. Profecto incredibile est tantam pecuniæ vim ad aggeres construendos, et prædium reparandum fuisse collatam, ut nondum fratres Aluffi elapsis viginti licet et tribus annis justam ab imminutione Missarum compensationem acceperint. Illud etiam dissimulandum non est ante gratiæ concessionem nulla accurata ratione perpensa fuisse damna ob fluminis

inun-

fundationem prædio illata, nec certo statuium qui? ad illa resarcienda esset necessarium. Nonnisi enim generice a quodam perito agrario scribendi ignaro æstimata, seu melius dixerim exaggerata sunt. „

„ Verum his omnibus omissis sunt etiam alia quæ evidenter conficiunt non adeo facile annuendum esse Felicis Aluffi votis, Missarum imminutionis confirmationem expostulantis. Quanquam enim prædii, de quo agitur, pretium non satis exacte determinari queat, quod in Regno Neapolitano situm sit, quodque ad alios possessores transierit, culpa Aloisii Aluffi, qui arbitratu suo, nulla ab Apostolica Sede obtenta venia, prædium vendidit, certum tamen est ex hodierni Patroni confessione illud scutis 1350. a fratre suo fuisse venditum. Porro ex hujus pecuniæ fructibus licet in scutis quinque pro quolibet centenario et anno limitentur, satis superque habetur, quod ad Missas numero a Testatore præfinito celebrandas requiritur. Scio quidem Aloisium Aluffi in supplici libello Præsuli Antonio Lante oblato asseruisse, non integros, sed dimidios predii reditus Missarum oneri implendo fuisse a testatore destinatos. At id confidenter asseruit, non solide probavit, nec probare meo judicio potuit. Exhibendæ erant hac de causa testamentariæ tabulæ. Quin tamen exhibitæ fuerint, ne unum de iis verbum habet supplex Aloisii Aluffi libellus. Nedum vero eam rem omnino silet hodiernus Patronus, sed etiam ingenue fatetur integrum prædium ad Capellaniam pertinere. Cum insuper ad easdem testamentarias tabulas exhibendas fuerit a me provocatus, nec habere, nec reperiri eas posse respondit. Quid quod ipsa dimidia pars fructuum præfatæ summæ ad biscentum Missarum, quot fundator statuit, celebrationem sufficeret: tantum abest, ut illarum imminutionis confirmationi sit locus! „

Deneganda quoque est suppressio tituli Capellaniæ. Præterquam enim Capellaniarum, veluti Beneficiorum suppressio in jure odiosa est, cum iis, quæ bene constituta sunt, contrariis ordinationibus non sit detrahendum, *Concil. Trid. Sess.* 25. *Cap.* 5. *de reform.*, *S. Congreg. in Lancianen. Unionis* 17. *Martii* 1827.

§. *In*

§. *In jure* ; illud etiam accedit , quod „ testatoris „ menti (ita Emus Abbas) populi utilitati , et Dei „ sanctorumque cultui adversatur , præsertim cum „ nullus adsit legitimus suppressionis titulus , quem „ certe Orator nec affert , nec probat „ .

Decernere similiter dignentur Emi Patres , an Felix Aluffi sit adigendus ad subrogationem alterius fundi. Interest quidem animæ testatoris satisfactionem Missarum jugiter salvam esse ; huic autem minime satis prospectum foret , nisi certum , et ab omni vinculo immune constitueretur prædium divendito fundo sufficiendum .

Igitur proponuntur

Dubia

I. An sit confirmanda Missarum reductio diei 13. *Septembris* 1806. *in casu etc.*

II An sit concedenda suppressio tituli Capellaniæ in casu etc.

III. An et cujus valoris sit subrogandus fundus in casu etc.

Non proposita cum sequentibus

Sess. 22. *cap.* 6. *de Reform.*

MONTIS ALTI CAPELLANIÆ . Joseph Albertini ultimo voluntatis elogio diei 17. Februarii 1726. nepti suæ Theodosiæ hæreditatis usumfructum legavit : qua demortua ex iisdem hæreditariis bonis laicalem Capellaniam in Ecclesia SS. Apostolis Petro et Paulo dicata oppidi Castineani erigi mandavit . Jus nominandi in masculos familiæ Albertini contulit ,

atque hisce deficientibus in fœminas transferri jussit. Ad Capellaniæ possessionem ipsemet testator in primis vocavit Nepotem suum Bernardinum Fioravanti, ea tamen sub lege *che a suo tempo debito debba dir Messa, e che non dicendola per qualsivoglia impedimento non possa avere, nè godere detta mia Cappellania.* Hujusmodi vinculo obstrictos voluit ceteros omnes Capellanos cum a se nominatos, tum a familia Albertini nominandos; illico enim subjunxit = *e così intendo che siano tutti gli altri Cappellani che succederanno pro tempore* =. Idque alibi etiam præcepit, dum Capellanos legitime nominatos ad possessionem pii legati admitti jussit = *purchè siano Chierici attuali, abili però ad esser Sacerdoti a tempo debito* = Capellanis autem onus imposuit = *che debbano chiamarsi di Casa Albertini, ed abitare nella Casa mia propria, che per tale effetto la lascio; e non facendo nel modo che io hò ordinato non possano, nè debbano avere, nè godere detta mia Cappellania ed Eredità.* Item legem dixit *che detto Bernardino mio Cappellano, se non sarà arrivato ad essere Sacerdote mi faccia celebrare 50 Messe basse di requie ogni anno di un giulio per ciascuna Messa. Quando poi sarà arrivato a dire la Messa, allora, ed in quel posto voglio che cominci a celebrare quattro messe la settimana di requie . . . . E così facciano tutti gli altri Cappellani che succederanno dopo di esso con gli stessi pesi, dichiarazioni, e condizioni.*

A primis ætatis suæ annis Capellaniam est assequutus Vincentius Valorani ex Familia Albertini per feminam descendens, eamque adhuc possidet quadraginta et ultra annos agens. Hic licet clericali militiæ nomen dederit, numquam tamen Sacerdotium, vel aliquem ex Sacris Ordinibus suscepit, quinimo et laicali habitu incedens publica exercet munera et officia extra locum quo Capellania sita reperitur. Quæ quidem animadvertens Episcopus Montis Alti dum Sacram Visitationem perageret in Oppido Castineani, decretum emisit = Clericus Vincentius Valorani doceat de adimplemento infra mensem. Interim eidem intimetur, an ascendere velit, vel ne ad Sacerdotium, ut mens Testatoris adimpleatur, et insuper aliis juris re-

remediis providebitur, vel cum sequestratione fructuum Capellaniæ. =

Statim ac hujusmodi decretum innotuit Clerico Valorani, preces ipse obtulit Sacro huic Ordini, ut sibi facultas impertiretur etiam in posterum laicali habitu Capellaniam retinendi.

Preces de more Episcopo ablegavi, ut, auditis Compatronis, referrent, num alii præsto essent qui Capellaniam consequi possent. Episcopus igitur in suis Litteris ad S. Congregationem datis omnia confirmat quæ superius retuli, additque insuper memoratam Theodosiam dotem auxisse Capellaniæ, et Rectori legem dixisse sex alia quotannis litandi sacrificia in ejus animæ expiationem. Dein pergit „ Annui reditus „ ipsius Capellaniæ ad præsens consistunt in uno „ Censu scutt. 1186. 52. cum fructibus ad rationem „ scut. Sex liberorum pro quolibet centenario et an„ no, et reditum præbent in totum scut. 71. 19.. Mo„ do juspatronatus, uti apparet ex alligata familia„ rum genealogia residet penes Philippum Valorani „ de Ophida, ejusque Nepotem Clericum Vincentium „ Valorani Oratorem modo a Secretis Anconitanæ De„ legationis, actualem Rectorem supradictæ Capel„ laniæ, non autem incedentem in habitu, et ton„ sura Clericali, ac in ætate supra annos quadra„ ginta constitutum. Audito supradicto Philippo Va„ lorani, suum præstitit assensum favore Supplican„ tis pro fruitione Capellaniæ, de qua agitur, etiam „ in habitu Sæculari, et in statu cælibatus, eo ma„ gis quod nullus adest ad præsens qui sit idoneus „ passive vocatus; sed non intendit dictam Capella„ niam Secularem reddi, ne filiis ipsius ullum præ„ judicium in posterum inferatur. Admitti autem „ non potest bona fides in Oratore, qui recte agno„ scit Testatoris dispositionem penes eumdem exi„ stentem, qui copiam ad me pervenire fecit; et „ insuper non paucarum missarum adimplementum „ neglexit, prout agnovi in Sacra Visitatione habita „ de mense Martii.

„ Idem Vincentius percipit ex munere a Secretis Dele„ gationis Anconitanæ scuta trigintaquinque quoli„ bet mense; item alia scutata quinque mensiliter

„ ejus vita naturali durante pro gratificatione ei tri-
„ buta tamquam olim a Secretis Emi Benvenuti jam
„ Delegati Phrusinonis ; item alia scuta quatuor uti
„ filius Auditoris Militaris . Bona stabilia non possi-
„ det ; cum eo commorantur Mater et Soror , quæ
„ aluntur ab ipso . Sed scire non possum an lucrum ,
„ de quo supra , sit ad alimenta sufficiens , quia
„ ignoro expensas necessarias in illa Civitate, a qua
„ sum valde longvæus . „

„ Hisce præmissis , et stante clara Testatoris voluntate
„ qui expresse voluit Capellanum esse Clericum , et
„ proinde Sacerdotem , quum ad ætatem pervenerit ,
„ et ne ejus anima præscriptis suffragiis defraudetur ,
„ mihi videtur precibus dicti Oratoris assentiri non
„ posse , quatenus EE. VV. diversimode , non sen-
„ tiant . „

Jure quidem Capellaniam se hactenus possedisse , suos-
que fecisse annuos fructus autumat Orator . Quan-
quam enim Laicalium Capellaniarum Rectoribus onus
immineat sacros suscipiendi Ordines ; attamen nul-
lam ipsi caducitatis Capellaniæ , aut privationis fru-
ctuum contrahunt pœnam ; nisi illam prævia moni-
tione Episcopus irrogaverit , *Pignat. consult.* 75. *num.*
6. *tom.* 7. *S. Congregatio in Faventina Legati* 17. *De-
cembris* 1825. *et in Melevitana indulti* 15. *Decembris*
1827. §. *Decernant* , quemadmodum vel in Eccle-
siasticis Beneficiis haud ipso jure inducitur vacatio ,
si provisus negligat ad Sacrum Ordinem præbendæ an-
nexum adscendere , sed opus est , ut adhibeantur mo-
nitiones , *Girald. expos jur. Pontif. sect.* 79. , *S. Con-
gregatio in Senogallien. Canonicatus* 23. *Novembris*
1754. , *et in Firmana fructuum et distributionum* 24.
Novembris 1827. §. *Ex sanctione* .

At vero Orator superiori tantum anno ab Episcopo mo-
nitus fuit , utrum sacris Ordinibus vellet insigniri ,
ideoque nulla se censura notari posse existimat , imo
Emos Patres suis precibus etiam in posterum indul-
turos fore confidit . Etenim dispensatio , quam efflа-
gitat , nemini jacturam infert , tum quia Patronus
suum præbet assensum , tum quia in linea Albertini
nunc desideratur , qui ad Capellaniæ possessionem
contendere valeat . Hinc præsumptam exurgere ait te-

sta-

statoris voluntatem ; nam si casum prospexisset , quo nullus existeret idoneus ex propria familia descendens, facillime decrevisset, ut Capellaniam possideret alter ex consanguineis , qui cælibem duceret vitam , et sacræ militiæ esset mancipatus , licet ob temporum adjuncta laicalem gestaret habitum .

Huic præsumptæ fundatoris menti cohærent plura similium dispensationum exempla . Et revera S. Congregatio justa intercedente causa nonnumquam indulsit , ut suspensa Beneficiorum collatione annui eorum fructus erogarentur in levamen patronorum , donec saltem aliquis ex familia fundatoris idoneus evaderet ad capessendam Beneficiorum aut Capellaniarum possessionem , quemadmodum videre licet *in Asculana Dispensationis* 20. *Maii* 1786 , *et in Aquen. Capellaniæ* 3. *Februarii* 1787. In præsenti casu nemo ex patronorum gente extat idoneus Clericus : Vincentius autem Valorani patronus simul et Capellaniæ possessor caret bonis stabilibus , et quidquid lucratur ex officio , quo fungitur , vix fortasse ad sui , suæque familiæ decentem exhibitionem satis erit .

At præsumpta fundatoris voluntas ad petitam gratiam concedendam penitus evanescit . si supremum Albertini elogium perpendatur . Perspicuis siquidem verbis cavit ipse, ut ad Capellaniam nominarentur , qui *siano Chierici attuali, abili però ad esser Sacerdoti a tempo debito* ; imo pœnam quoque statuit in eos , qui *per qualsivoglia impedimento* Sacrum Presbyteratus Ordinem *a tempo debito* non susciperent , videlicet *non possano avere nè godere detta mia Capellania* . Præterea major etiam Missarum numerus , quem Capellanis , ubi Sacerdotio essent insigniti , imposuit testator , excludit præsumptam voluntatem , quæ suadeat Oratoris precibus esse annuendum .

Jam vero ad supremas decedentium voluntates commutandas urgens necessitas, aut evidens Ecclesiæ utilitas, præsto esse debet, *Concil. Trid. sess.* 22. *c.* 6. *de refor.* cum omnia jura clament, adamussim servandas esse fundatorum leges, *can. ultima voluntas caus.* 13 *quæst.* 2. , *Sacra Congregatio in Verulana Cappellaniæ* 17. *Decembris* 1825. §. *Verum*. Nullam in themate orator justam ur-

urgentemque in medium afferre videtur causam; nam deficiente idoneo Clerico cum patronis necessitudine conjuncto extraneus facillime ad Capellaniam nominari potest; præterea etsi Orator careat bonis stabilibus, ampla tamen quolibet mense præditus est pensione, qua et sui et matris sororisque indigentiis congrue prospicere valet, quin opus sit testatoris voluntati derogare et uberioribus per Capellanum Presbyterum procurandis suffragiis ejusdem testatoris animam diutius privare.

Videant nihilominus Emi Patres qua fulgent sapientia, quid sit decernendum, ac statuere etiam dignentur, an Oratori sit concedenda absolutio pro omissis Sacrificiis. Quamvis enim ipse Missarum omissionem reticeat, ejus tamen mentionem facit Episcopus in suis litteris ad hanc Sacram Congregationem missis. Hinc proponuntur

Dubia

I. An, et quomodo sit annuendum precibus Vincentii Valorani, seu potius sit ei præfigendus terminus ad Sacros Ordines suscipiendos in casu etc.

II. An, et quomodo sit consulendum SSmo pro absolutione a præteritis Missarum omissionibus in casu etc.

Sess.24.cap.13. de reform.

CASTELLANETEN. REDUCTIONIS. Vetusta et insignis Collegiata Ecclesia Oppidi Massafrà Castellanetensis Diœcesis amplo olim gaudebat censu, qui partim

sim ex capitularibus reditibus, partim ex beneficiorum, piorumque legatorum unione proficiscebatur. At superioribus temporum calamitatibus adeo decrevere Collegiatæ proventus, ut Canonici, rati eos impares esse cunctis ferendis oneribus, ac decenti sustinendo Capitularium gradui, quamplurium Missarum et Anniversariorum mensæ capitulari ex præfata unione imminentium satisfactionem intermittere cœperint. Denique anno 1825, quum Sacram ageret Visitationem Episcopus Salvator Lettieri, supplices eidem preces porrexerunt, ut congruam ipse Sacrorum reductionem et commutationem decerneret. Rem, quanta erat, maturo sibi consilio expendendam aggressus Episcopus, facili quidem negotio deprehendit Capitulares ejus temporis reditus tum Missarum ponderi, tum publicis vectigalibus minime respondere; quippe qui a veteri jamdudum statu ita etiam exciderant, ut ne certa quidem de primæva fundorum assignatione superesset memoria. Indulgendum igitur Canonicorum votis censuit Episcopus, ac suum proinde edidit decretum die 14 Julii ejusdem anni, quo statuit „ che „ il mentovato Capitolo dell'insigne Collegiata di Mas- „ safrà celebri in ogni primo lunedì di mese un „ anniversario solenne coll' intervento di tutti i Ca- „ pitolari, e che a contare dal primo del prossimo „ entrante mese di Agosto si celebri una messa pia- „ na quotidiana per turno in suffragio delle Anime „ dei Benefattori; ed in fine che in un semidoppio „ che caderà dopo il giorno della Commemorazione „ dei defonti, in cui il Capitolo non abbia altra obbli- „ gazione si celebri un solenne funerale per le ani- „ me dei Benefattori, consistendo nell' intiero ufficio „ cantato, in una Messa solenne, ed assoluzione ai „ Defonti, ciocchè si eseguirà tanto in compenso del „ passato, quanto in adempimento del presente, sen- „ za pregiudicare però quegli Anniversarj, o quegli „ obblighi recenti, de' quali si ha, e si conosce la ren- „ dita speciale „ Ad omnem autem, quoad fieri posset vitandam in posterum hujusmodi onerum negligentiam, etsi idem Episcopus Apostolica idcirco polleret auctoritate, illud tamen Canonicis omnino injunxit, ut recensitum nuper decretum supremo S. Se-

dis judicio adprobandum corrigendumque subjicerent. Sed Episcopus Lettieri ad Nardensem interea Ecclesiam translatus est; nec nisi extremo Decembri sequentis anni 1826, Castellanetensi Sede vacante, præscriptam decreti adprobationem ab hoc S. Ordine petiit Capitulum, cui rescriptum prodiit die 10. Januarii 1827. = *Recurrant post electionem novi Episcopi, et interim utatur Capitulum Indulto concesso a præcedenti Episcopo* =.

Simul ac ad Castellanetensem regendam Ecclesiam sacra infula ornatus fuit Petrus Lepore, illico preces instaurarunt Canonici, ut memoratum Episcopi decretum Apostolico firmaretur robore. Hinc rogatus de more Episcopus respondit, se ejus Collegiatæ Capitulum consulto audivisse, seque inde certiorem de iis omnibus evasisse, quæ asserit, quæque hoc in loco exscribenda adamussim existimo. Nimirum

1.° „ Che l'annua rendita attuale di quella Chiesa Collegiale ascende approssimativamente a ducati tremila; soffre poi per le obligazioni fondiarie, manutenzione di fondi, spese di culto, ed altri pesi intrinseci circa ducati mille.

2.° „ Che gli Ecclesiastici addetti al servizio corale sono numero 31, il servizio poi è a norma della Catedrale. L'annua rendita che si percepisce da ciascun capitolare, comprese le distribuzioni, calcolata di un decennio, approssimativamente ascende a Ducati sessantacinque.

3.° „ Che si crede necessaria la riduzione delle messe 1. perchè il numero delle medesime non è proporzionato alla rendita, che la Massa Capitolare divide a ciascun partecipante, cui va annesso un servizio corale, soggetto ad una puntatura non minore di annui ducati 20 nella mancanza; 2. perchè la rendita attuale dista dall'antica quasi di un terzo per la perdita di molti vistosi fondi rustici, caduta di moltissime Case, e trappeti, e per la inesigibilità di moltissimi Canoni per mancanza di titoli; e 3 finalmente perchè oltre la perdita dell' immunità e franchigia, gravita sulla massa Capitolare un peso fondiario considerevole oltre ai pesi Comunali.

4.° „ Nei tempi trasandati tutte le Messe d' obbligo per-

pe-

pelno erano tassate a grana dieci l'una. La mattinale che celebrasi all'aurora, ricadeva a grana sei, avendo il capitale di ducati 600. in fondi, di cui se ne ha certa cognizione, ed approssimativamente dà la rendita di ducati ventiquattro annui, dedotti i pesi di fondiaria e coltivazione. La tassa attuale è di grana venti.

5.° „ Gli obblighi delle Messe si sospesero sin dalla occupazione militare, epoca in cui si risentì la totale mancanza di rendite per i pesi, e circostanze di quel tempo. Dopo tal' epoca domandò il Capitolo all'Ordinario l'assoluzione del passato, ed una riduzione valevole per l'avvenire. Ne ottenne un Decreto che umiliò in Sagra Visita a Monsig. Lettieri, il quale dopo gli esami più scrupolosi confermò la riduzione.

6.° „ Il numero delle Messe Anniversarie è di 243.; quello poi delle Messe piane parimenti annuale è di 5899.

7.° „ Che a quel Capitolo povero nella sua origine, furono aggregati dalla fel. me. di Monsig. Michele Vescovo della già Diocesi di Mottola varj beneficj semplici, come costa dalla Bolla di Gregorio XIII. del 1582. Confusi i fondi nella Massa capitolare non sa darsi giudizio sulla rendita effettiva di ciascuno, e sul peso che vi gravita. Si conserva solo l' elenco degli obblighi sopracitati.

8.° „ Che da quanto si è detto, ne discende che s' ignora qual Beneficio sia minorato di rendita per la sopraccennata perdita di fondi, ed inesigibilità di canoni, perchè riuniti in massa si suppone che la minorazione, o deperimento sia egualmente sopra tutti i beneficj del pari che i pesi di fondiaria, ed altro.

9.° „ E perchè codesto Amplissimo Senato m' impose che io le manifestassi i sentimenti dell' animo mio, circa quanto di sopra si è fatto costare, posso in coscienza assicurare codesta S. Congregazione che personalmente e con tutta la scrupolosità, essendomi applicato a conoscere la verità de' fatti, in occasione della corrente S. Visita, trovo necessario che si accordasse a quel Capitolo una sanatoria per le Messe non adempite in tempo dell' occupazione militare, e che oggi è perfettamente impossibilitato a poterle sodisfare; e di più necessita una riduzione del

numero attuale delle messe piane ed anniversarie, purchè però non sembri altrimenti all'alta cognizione di codesta S. Congregazione.

Episcopi sententiæ consonum est hujus S. Ordinis institutum. Enim vero nihil frequentius occurrit, quam Missarum aliorumque onerum reductio, ubi capitulares reditus valde decreverint, vel Sacrorum eleemosyna aucta sit, uti docent exempla in *Senogallien. reductionis Missarum* 10 *Maij* 1784, *in Mutinen.* 24 *Martii* 1821, *et in Senogallien. Reductionis onerum* 28 *Aprilis* 1827. §. *Et re.* Atque hæc reductio vim suam exerere debet, etiamsi onera Missarum Canonicalibus præbendis adhæreant: Canonicatus enim nedum ad Sacra facienda, sed etiam ad nomen Dei hymnis et canticis in Ecclesia celebrandum instituuntur, *S. Congregatio in Ostunen. Commutationis voluntatis, et reductionis* 20 *Decembris* 1824. §. *Necessitas, et in Nolana reductionis onerum* 18. *Augusti* 1827. §. *Canonicales.* Decet igitur Canonicos eam ex suis præbendis, subductis Missarum oneribus, percipere fructuum partem, quæ chorali servitio respondeat, et pro locorum, et personarum qualitate pariter tuendo eorum gradui, *Concil Trid. Sess.* 24. *cap.* 15. *de reform.*, *S. Congregatio in Nullius S. Martini suspensionis, et Nominationis* 27. *Julii* 1822. §. *Nec.* Hinc S. Congregatio Missarum onera imminuenda censuit ubi saltem scutata triginta aut quadraginta pro chorali servitio Canonicis, ceterisque Capitularibus non superessent, quemadmodum videre licet in *Messanen. Reductionis onerum* 18. *Decembris* 1822. *et nuperrime in Nullius Trium Fontium Unionis Beneficiorum et reductionis Missarum* 20 *Decembris* 1828 *ad I. Dubium.*

Jam vero mensam capitularem Oratricis Collegiatæ gravem subiisse redituum imminutionem, eleemosynam vero Missarum nunc valde auctam esse, luculenter eruitur ex iis, quæ narrat Episcopus. Canonici itaque digni videntur, qui tum absolutionem pro præteritis omissionibus, tum onerum reductionem in futurum ad tramitem decreti ab Episcopo Lettieri editi assequantur. Quamquam enim a singulis Canonicis ducata quinque supra sexaginta quotannis percipiantur, nihilominus si de-

detrahere lubet et eleemosynis pro missis lectis et cum cantu in diebus anniversariis, liquescit vix ducata quinque et vigiati quoque anno cuilibet Canonico obtingere; ideoque Canonici insignis Collegiatæ Missafrà minori fruerentur censu, quo Capellani chorales Collegiatæ Orbetelli ab hoc Sacro Ordine donati fuerunt *in ci*. *Nullius Trium Fontium* 20. *superioris mensis Decembris.*

Perpendere tamen dignentur Emi Patres, an Oratoribus consulere expediat petita Missarum imminutione, vel potius alia Apostolicæ indulgentiæ ratione. Et sane quum ex incruentis sacrificiis uberius animæ piorum testatorum consequuntur suffragium, *Fagnan. in cap. Ex parte de constit n.*34. *S.Congr. in Lunen. Sarzanen.* 13 *Maji* 1728.; nonnunquam hic S. Ordo tenuitati præbendarum prospiciendum existimavit vel choralis servitii reductione, *ut in Civitatis Castellanæ Reductionis* 21. *Januarii* 1809., *et in Mazzarien. Reductionis Servitii Chori* 20. *Novembris* 1824 §. *Constans*, vel præbendarum imminutione ad pauciorem numerum, ita vero ut tot superessent, quæ divino cultui celebrando ac dignitati Ecclesiæ commode possent respondere, *S. Congregatio in Nullius S Martini Suspensionis nominationis, et reductionis onerum* 11. *Septembris* 1820, *et in Perusina Distributionum* 21. *Julii* 1826. *ad II. Dubium*

Proponuntur

Dubia

I. *An sit confirmandum decretum Episcopi Lettierì in casu etc.*

Et quatenus negative

II. *An et quomodo sit concedenda reductio anniversariorum* 243. *in casu etc.*

III. *An et quomodo sit concedenda reductio missarum* 5899. *in casu etc.*

IV. *An et quomodo sit consulendum SSmo pro absolutione quoad præteritas omissiones in casu etc.*

Sess.25.cap.11. de reform.

MARSORUM EMPHYTEUSIS. Seminarium episcopale Marsorum Diœcesis inter cetera bona duos possidet fundos, quorum primus palustris, scilicet il *Lago di S. Venanzio* cupparum circiter octoginta septem, nullos pene gignit fructus, alter eidem finitimus, cui nomen *La Vicennola* cupparum circiter viginti sex, licet haud omnino sterilis, vix aliquem, si seorsim locaretur, ederet fructum. Rationibus Seminarii prospicere cupiens hodiernus Episcopus, simulque animadvertens, vires Seminarii minime pares esse ferendis sumptibus pro exsiccando Lacu S. Venantii, preces obtulit huic Sacro Ordini, ut sibi indulgeretur facultas ineundi perpetuæ emphyteusis contractum cum Justiniano Incarnati, qui ad annuum pro utroque fundo solvendum canonem, et ad Lacum proprio ære siccandum se promptum paratumque obtulerat.

Litteras dedi Episcopo, ut auditis Seminarii Deputatis canonem quotannis repræsentandum pacisceretur, et capitula contractus conficeret. Mandatis paruit Antistes, misitque capitula perpetuæ emphiteusis ab ipso Justiniano subscripta, quibus hæc præsertim statuuntur = 1. che a titolo di Canone de' predetti fondi io enfiteuta debba pagare annualmente nelle mani dell' Economo pro tempore del predetto Seminario ducati tredici, e propriamente nel dì 26. Luglio di ciascun anno a contare dal 1829. 2. che non pos-

sa

sa io pretendere nè remissione, nè riduzione di detto Canone per qualunque insolita sterilità, o perdita de' frutti, e nemmeno nel caso che l'opera di cui farò parola nel numero seguente non producesse in tutto, o in parte l' effetto bramato 3. Che tra otto mesi dal giorno in cui la Scrittura sarà firmata, debba io dar principio alla bonifica del Lago sudetto, e proseguirla senza ritardo, onde detto Lago resti al più presto, e per quanto sarà possibile prosciugato dalle acque stagnanti restando a mio carico tutte le spese tanto del lavoro, quanto del mantenimento, come pure il pagamento del prezzo de' territorj che dovranno attraversarsi nella formazione del Canale. 4. Che non possa nè io, nè i miei eredi, e successori alienare l' utile dominio de fondi, senza l'intelligenza del Rettore e Deputati del Seminario, e coll' espresso consenso del Vescovo di Marsi pro tempore, sotto pena della devoluzione 5. che mi sia lecito d' immutare la superficie, e l' uso de' fondi sudetti, purchè non si deteriorino, come ancora farvi ogni costruzione, piantagione, percepirne ogni utilità, e rivendicarne l'integrità dalle mani di qualunque possessore, niuno eccettuato. 6. che cessando io di pagare il sudetto Canone per il corso di tre anni continui e non satisfacendolo frà un mese dal giorno della interpellazione sia in libertà dei Rappresentanti legittimi del Seminario di chiedere lo scioglimento del contratto, rinunciando nell' indicato caso al beneficio di purgar la mora. 7. che resti a mio carico il pagamento della fondiaria de' sudetti fondi enfiteutici, e che ciononostante non possa ritenerne il quinto sul canone, conforme accordarebbe la legge, dovendo i ducati tredici esser netti d' ogni ritenuta. 8. che tutte le altre clausole non regolate ne' precedenti articoli, e consentanee alla natura dell' enfiteusi si abbiano per inserite nel contratto da stipolarsi, comunque non vi sieno espresse. =

Deputatos quoque pii Loci accersivit Episcopus = ed
„ inteso il loro parere, tenendosi da essi presente il
„ foglio de' patti e condizioni quì acceluso, i me-
„ desimi concordemente hanno acconsentito al pro-
„ posto contratto, e riconosciuto con me vantaggioso
„ l' an-

„ l'annuo canone di ducati tredici netti, tantopiù
„ che avendosi il detto Incarnati addossato anche
„ il peso della fondiaria, viene a pagare annualmen-
„ te ducati quindici e grana sessanta.

Hæc pacta quum ad trutinam vocata fuissent, atque contractum ejusmodi pio loco utilem fore minime dubitaretur, die 27. Augusti anni 1828. ex audientia SSmi tributa est facultas ineundi contractum emphyteusis perpetuæ favore Justiniani Incarnati *durante ejus linea masculina, addita una femina, quæ ultimo agnato proximior sit . . . facta inscriptione hypothecaria super idoneo fundo ejusdem oblatoris libero et immuni ab omnibus aliis vinculis et hypothecis tam pro securitate canonis, quam pro melioramentis eorumque conservatione ad formam superius descriptorum capitulorum, reformato tamen quarto pacto ne ab emphyteutis alienari possit utile dominium, vel hypothecis subdi absque Apostolicæ Sedis beneplacito . . . nec non Sanctitas Sua attenta evidenti utilitate derogavit affixioni edictorum, et oblationi vigesimæ et sextæ.*

Spes hinc suberat Episcopo quamprimum stipulandi emphyteuticum contractum; at Justinianus qui annos quadraginta jam natus est, cælibemque ducit vitam, Antistiti morem gerere detrectavit, eam sibi incommodam et exitiosam causans Apostolici beneplaciti legem, quæ emphyteusim cohibet intra masculinam contrahentis lineam, eumque jubet idoneum perpetua hypotheca obstringere fundum. Quapropter spe sua frustratus Episcopus, hanc Sacram Congregationem de his rebus certiorem faciendam censuit, atque ut Emi Patres, quid agendum sit, decernere valeant, inquit „ E' ben vero che il detto Sig. Incar-
„ nati uno de' buoni proprietarj del Comune di Gioja,
„ nell' età di circa anni quaranta sia celibe senza
„ moglie e figli, e che tale pur sia il di lui uni-
„ co fratello germano per nome Roberto di anni
„ circa trentotto. Se ambedue i nominati Fratelli non
„ si ammogliassero, la loro linea anderebbe ad estin-
„ guersi. E vero altresì che la bonifica del Lago in
„ parola costerà approssimativamente circa ducati cin-
„ quecento giusta la perizia altra volta fattane dal mio

„ Ant-

„ Antecessore, nisi somma non può erogarsi da questo
„ Seminario Diocesano.

Ex sacrorum canonum præscripto vetitum est, bona ecclesiastica in emphyteusim perpetuam, et in extraneos transfundendum concedere, nam Ecclesia utili eorumdem dominio in ævum privaretur, *Concil. Romanum anni* 1725. *tit.* 19 *cap.* 1. §. 1, *Card. Petra ad Constit. S. Pauli II. sect. I. n.* 25. *tom.* 5. Qua ex re hic Sacer Ordo beneplacitum Apostolicum, ubi ad firmandos ejusmodi contractus effligitari contingat, denegare solet, ceu eruitur ex *Fregellan. Emphyteusis* 18. *Augusti* 1787. *ad II.*, *Dubi atque ex Sorana* 16. *Augusti* 1823. §. *At annuatim*; licet aliquando, si evidens occurrat Ecclesiæ utilitas, illud impertiatur pro generatione tam masculina quam fœminina ipsius contrahentis, imo si conductor cælebs sit, ei tribuat facultatem nominandi aliquem, qui ad tertiam generationem bonis emphyteuticis fruatur, teste *Card. Petra loc. cit.* Illud exinde conficeretur, quod Justiniani petitio foret rejicienda, vel ad summum ipsi quoties uxorem non duceret, infalcandi facultas ut pro suo labitu quemdam sufficeret, in quem utile transferretur bonorum dominium.

Verum subdit Justinianus, hanc Sacram Congregationem pluries concessisse Apostolicum Beneplacitum pro perpetua emphyteusi, ubi ageretur de re sterili, vel diminutioni fructuum facile subjecta, ut sunt domus, atque evidens intercederet Ecclesiæ utilitas, quemadmodum videre licet apud *Petram loc. cit.*, *S. Congregatio in Privernen. Emphyteusis* 16 *Junii* 1787., *et in Collen. Emphyteusis* 11. *Aprilis* 1818. Utraque autem in themate præsto est conditio: ambos siquidem fundos steriles esse, nullumque pene afferre fructum testatur Episcopus; Seminario quotannis ab emphyteuta penderetur canon ducatorum tredecim a quovis vectigali, et detractione immunis; emphyteuta proprio ære aquæductum construeret, eique in publica via pontem imponeret, ac ceteros faceret sumptus ad siccandum Lacum necessarios. Justinianus vero nec recensitum canonem solvendum, nec gravia impendia subeunda susciperet, nisi exinde utile dominium sibi perpetuo quæreret.

Quod

Quod autem pertinet ad inscriptionem hypothecariam super idoneo ejusdem oblatoris fundo, quamquam Seminario utilem, et instituto hujus Sacris Ordinis consentaneam esse sentiat idem Justinianus, ac pateat ex rescripto *in Sorana Emphyteusis* 20. *Septembris superioris anni* 1828., attamen in præsenti casu haud necessariam, sibique noxiam arbitratur. Fundi enim, quos ipse in perpetuam emphyteusim conducere exoptat, cum steriles sint, nulla per emphyteutam jactura inferri potest, qua Seminarii conditio deterior fiat. Canalem ipse procul dubio effodiet, fundosque meliores reddet, ne majorem, quam hodierni patiuntur fructus, cogatur solvere canonem. Hæc eadem vero impendia idoneam pio loco existimat præstare cautionem, quin opus sit hypothecaria inscriptione super alio prædio explènda. Hinc si EE. VV. censuerint = di approvare l' Enfiteusi sudetta a perpetuità assoluta senza limitazioni e senza altri patti, fuori di quelli espressi ne' capitoli, salva solamente la riforma del patto quarto, = promptum se exhibet = a sottoporre ad ipoteca espressa a prò del Seminario le opere, e costruzioni di bonifica che far dovrà nè fondi in parola, ovvero di prestar idonea fidejussione, ed in fine di depositare in mano di leggittimi Rappresentanti del Seminario una somma sufficiente a dare un interesse equivalente a ducati tredici alle ragione legale, onde così assicurare il Seminario, ed essere discaricato dell' annuo Canone, fermo sempre rimanendo il dominio diretto del medesimo su i fondi. =

Videant Emi Patres qua fulgent sapientia

An et quomodo sit consulendum SSmo pro approbatione perpetuæ emphyteusis in casu etc.

Die Sabbati 30. Maji 1829. in Palatio Apostolico Vaticano erit Sacra Congregatio Concilii, in qua præter alia proponentur infrascripta Dubia, juxta morem ejusdem Sacræ Congregationis de jure resolvenda.

RIPANA REDDITIONIS RATIONIS. Quæ ex rationis redditione a Deputatis fabricæ Ecclesiæ S. Joannis Baptistæ in Oppido Cryptarum ad Mare exhibita scatere videbantur controversiæ, ablegatæ fuerunt Emo ac Rmo Domino Cardinali Frosini, ut illas distringere, animique sui sensum pandere dignaretur. Expetitum reapse Votum late sciteque exaravit idem Emus, quod hic pro meo munere integrum exscribendum censeo, ut EE. VV. valeant omnes dirimire quæstiones. *Sess. 22. cap. 9. de reform.*

„ Amplam arduamque provinciam suscipiendam novi cum primum a S. Congregatione demandatum mihi fuit, ut Ripanam Causam perpenderem super redditione rationis, et ære alieno fabricæ Ecclesiæ parochialis: quippe quæ jamdiu incœpta, et post iteratas Vicarii Apostolici relationes expensa ab Emo Bardaxy fel. me., novo quoque accedente voto Episcopi, qui Ecclesiam illam dudum moderabatur, implexa satis videtur, et referta difficultatum. Nihilosecius majori, qua potui, diligentia illam serutatus sum, ut quid collegerim, ac sentiam, EE. VV. exponerem.

Fatiscente Ecclesia parochiali et matrice S. Joannis Baptistæ in Oppido Cryptarum ad Mare, ob eamque causam in sacra visitatione anni 1791. ab Episcopo interdicta, pro illius restauratione actum est in

Comiti's hujus S. Ordinis die 21. Novembris 1801., ac postulantibus Incolis Vici seu Suburbii ejusdem Oppidi quod vocant *Nuovo Incasato*, ut vacans Beneficium SS. Andreæ et Jacobi de jure patronatus illius Communitatis addiceretur Ecclesiæ S. Pii in præfato Vico extructæ, in qua officium præstat unus Capellanus Curatus, tria concinnata fuere dubia, scilicet I. *An et quomodo prospiciendum sit reparationi Ecclesiæ parochialis S. Joannis Baptistæ*: II. *An et quomodo facienda sit translatio Beneficii SS. Andreæ, et Jacobi*: III. *An et cui danda sit administratio reddituum Beneficii SS. Andreæ et Jacobi*: ac datum fuit responsum: Ad primum *Affirmative juxta votum Episcopi facto verbo cum SSmo*: Ad secundum *Negative, et esse providendum juxta votum Episcopi facto verbo cum Sanctissimo*: Ad tertium *dandam esse administrationem Personæ ecclesiasticæ ab Episcopo eligendæ*. Factaque relatione die 25. ejusdem mensis Sanctissimus annuit super primo, et secundo Dubio.

„ Episcopi votum media complectebatur, quibus cogi poterat pecunia scutorum bismille ad reparandam Ecclesiam, et Cœmeterium construendum necessaria. Eam taliter partiebatur, ut Parochus Bernardini tribueret scuta sexcentum imposito censu super fundis Parochialibus; Alius Census in capite scutorum sexcentum imponeretur nomine Ecclesiæ; ad hunc censum extinguendum et solvendos interim fructus, Missæ in eadem Ecclesia celebrandæ a diversis Capellanis, quæ pertingebant ad num. 1150, ad medietatem reducerentur, et Sodalitates de Planctu, et Sanctissimi Sacramenti singulæ annuatim solverent scuta decem; denique pro reliqua summa scutorum octingentum, quæ ad implendam expensam scutorum 2000. deficiebant, applicarentur Fabricæ tum eleemosynæ Missarum, quæ inadimpletæ manebant, et pecuniam conflabant scut. 60., tum reditus Beneficii SS. Andreæ et Jacobi. Ut autem prospiceretur Vicanis novi Fabricati, idem Antistes monebat sumi posse ex reditibus ejusdem Beneficii ≈ 350., ut ex fructibus haberi posset stipendium pro uno Sacerdote, qui in Ecclesia S. Pii secundam Missam singulis diebus celebrare

lebraret, absque onere tamen applicationis, sed cum altero audiendi incolarum confessiones. Pro utraque vero summa colligenda censebat nominationem ad idem Beneficium differendam esse ad septennium, si rerum pretia, ut erant anno 1801., permanerent, sin minus ad annos quatuordecim.

„ Rebus ita constitutis electi fuerunt in fabricæ Deputatos Comes Joannes Baptista Palmaroli, et Josepli Guerrieri, quibus piam hanc operam gratuito præstare se velle spondentibus mandatum fuit, ut ad modulam peritiæ Petri Maggi Architecti ædificaretur Ecclesia, et omni juris remedio incumberent exactioni pecuniarum ab omnibus, qui eas conferre in hoc opus jussi sunt; præcipue vero insisterent census venditioni nomine Ecclesiæ faciendæ. Verumtamen res voto non cessit. Nam data opera ædificationi Ecclesiæ, quamvis supervenerit largitio ₹ 100. ex pia liberalitate Episcopi Bacher, et pactum initum esset aliorum ₹ 100. cum Familia Palmaroli pro fenestra ejus commodo aperienda in Ecclesia, triennio nondum expleto necesse fuit a fabrica cessare, illamque infectam diu relinquere, duplici præsertim ex causa, sicut retulit die 30. Julii 1807. laudatus Episcopus. Prima fuit eorum negligentia, et socordia, quibus demandata est cura ea exigendi, quæ attribuere assensæ sunt Sodalitates, eo vel maxime quod nondum reperta esset summa ₹ 600. a Beneficiatis, et ipsis Sodalitatibus fœnore sumenda. Altera vero inducebatur ab Emo Præfecto Boni Regiminis, qui animadvertens in veteri regione extare Ecclesiam Collegiatam ecclesiasticis functionibus, et populi commodo satis aptam, satius putabat perficiendam potius in nova regione Ecclesiam S. Pii, adhibitis quoque ad hoc opus lateribus supra lictæ fabricæ destruendæ, in eamque transferre Canonicos Collegiatæ, ut ipsorum Ecclesia cederet Parocho S. Joannis Baptistæ. Interim tamen de incœpto opere complendo Deputati cogitabant. Quamobrem eodem anno 1807. sub die 15. Septembris in lustrum reductionis Missarum ad aliud quinquennium a S. Congregatione consecuti sunt; ac falso persuasi sibi fac esse pecunias colligere ex quolibet Loco pio ejusdem

Oppidi, et in fabricam insumere, tandem aliquando Parochialem Ecclesiam numeris omnibus absolvere potuerunt.

„ Anno itaque 1821. rationem gestæ administrationis Deputati reddiderunt apud duos Canonicos Ripanæ Cathedralis ab Episcopo Amariensi Vicario Apostolico designatos: sed horum judicio tam iisdem Deputatis, quam hæredibus Parochi Bernardini minime acquiescentibus ad electionem Peritioris oportuit devenire, post quem S. Congregatio Vicarium Apostolicum semel iterumque requisivit, ut de controversia accurate edoceri posset. Nec tamen hic inquisitioni finis. Cum enim Emus Bardaxy de animi sui sensu expostulatus sententiam exquisierit periti ratiocinatoris, de quo administri Supremi Principis actu utebantur, ipsius consilio Administrator Episcopus denuo rogatus fuit, ut de Periti relatione rationem haberet, suamque sententiam diceret. Quod is ad alium Episcopatum translatus adimplere non potuit, id præstitit præterito mense Augusti ejus Successor in Episcopatu Ripano, datis literis, et transmisso facto informativo.

„ Priusquam de hac redditione rationis peculiariter agam, animadvertendum arbitror, computationes tam accepti, quam expensi, super quas ab omnibus, quorum intererat, judicium latum fuit, non inniti singulari Fabricæ libro, in quo cuncta minutim adnotentur, eaquæ, quæ indigebant, documentis firmentur (id enim tempore habili nunquam factum fuisse perhibetur); sed notulis quibusdam quas Deputati exhibuerunt, nec non peritiæ, quam Canonici Delegati fieri jusserunt, ut de quantitate quarumdam expensarum certiores redderentur. Ex his porro innotescit, Administratores Deputatos in totum accepisse scuta 2260. 47., insumpsisse vero scuta 2195. 01., non computatis scut. 159. 25. pro aliquibus expensis de quibus inferius erit sermo. Quocirca debitores detecti sunt scut. 65. 46. Sed quod magis ad rem nostram pertinet, ex iisdem notulis manifestum est, media a S. Congregatione sancita majori ex parte defecisse. Nam Parochus Bernardini pro sc. 600. solvit tantummodo scuta 431.

34.

34. computatis quoque scut. 100., quanti valent arbores in fundis Parœciæ ad coquendos lateres amputatæ. Deputati venditionem census sc. 600. nomine Ecclesiae haud fecerunt, sed in emptione Domus Familiae Agnelli pro ampliori Ecclesiae forma onus trium censuum susceperunt, idest sc. 150. cum Aloisio Palmaroli, sc. 50. cum Simpliciano Cantalamessa, et sc. 100. cum Capitulo Collegiatae in Oppido Castri Guardiae, italice *Carassai*, additis scut. 50. pro fructibus non solutis. Insuper exactionem eleemosynae pro Missis non adimpletis penitus omiserunt, et a Capellanis pro reductione Missarum nonnisi sc 150. 27. repetierunt. Ex adverso plus aequo exegerunt a Sodalitatibus, et a Beneficio SS. Andreæ et Jacobi, itemque sc. 200 acceperunt a publico Infirmorum Xenodochio, quin unquam exequuti sint pactam census venditionem.

„ Praepostera haec agendi ratio plures peperit quaestiones, pro quibus tot sententias invenio, quot fere fuere capita judicantium. Prima respicit haeredes Parochi Bernardini. Quoniam is censum sc. 600. super fundis Parocciae minime imposuit, quemadmodum a S. Congregatione statutum fuerat, sed scuta 300. cambio accepta a Francisco Ravenna inter cetera suppeditavit, Canonici antea memorati opinati sunt, non solum dictum cambium afficere dumtaxat illius haeredes, sed etiam pecuniam omnem, quam defunctus Parochus pro fabrica dedit, pro gratuito dono habendam esse. At Vicarius Apostolicus una cum Peritiore contrarium sensit, et nonnullis productis testibus donum omnino exclusit, modum insuper proponens pro cambii extinctione infra recensendum.

„ Affinis est altera quaestio quam movit Parochus Agnelli immediatus Bernardini successor. Ob factum praedecessoris arbitratus est Paroeciam sibi collatam, sicuti nullo censu, ita nullo onere affectam, proindeque nihil debere Fabricae repraesentare: Unde vel minimum quadrantem solvere Deputatis jugiter renuit. Sed ipsi adversatus est in sua relatione Vicarius Apostolicus, affirmans ex mente S. Congregationis Paroeciam onerandam esse Censu sc. 500., subductis reliquis

quis sc. 100. pro arboribus in fornace combustis ; consequenter Parochum a die possessionis ad annuos fructus solvendos teneri.

„ Major quaestio tertio loco exurgit pro Fabricae Deputatis ; triplici siquidem ex capite incusantur, negligentiae nimirum, arbitrii, et imperfectae redditionis rationis. Negligentia notantur ob curam intermissam exigendi pecunias, quas repraesentare debebant Capellani ob Missas non adimpletas, vel ex decreto reductionis non adimplendas, et Parochus pro onere eidem injuncto : Arbitrio vero, quia excesserunt fines mandati, insumendo scuta 159. 25. in emptione organi pneumatici, ornamentorum Altaris, ac pictae tabulae S. Joannis Baptistae : imperfecta tandem redditione rationis, eo quod ante mandatum S. Congregationis distinctae notulae deficiebant tam accepti a Beneficio SS. Andreae et Jacobi, nec non a Beneficiatis Capellanis, quam expensi in fori judiciis. Quid de iis sentiat post Vicarium Apostolicum

„ Episcopus, ex dicendis suo loco apparebit.

Proxime sequitur quaestio quarta de publico Xenodochio. In Comitiis Sodalitatis SS. Sacramenti habitis die 7. Februarii 1803. constitutum legitur = che la somma di scudi 200. provenienti dall' estinzione di varj censi a favore dell' Ospedale debba indilatamente rinvestirsi, e siccome la stessa somma si è consegnata al Sig. Pievano Bernardini per erogarla a tenore della sua pia disposizione d' impiegare una maggior somma a suo conto per la Fabrica della stessa Parochiale, e quindi restano incombensati li Signori Deputati alla Fabrica stessa di farne stipolare istrumento di Censo a debito del Sig. Pievano sudetto fissandone le usure alla discreta ragione di un cinque per cento liberi, onde avere intanto un tale sussidio al bisogno etc. = Ex confessione Josephi Guerrieri, qui unus est inter Deputatos, non Parochus, sed ipse praefatam pecuniam accepit, et in fabrica insumpsit. Census tamen favore Xenodochii numquam impositus est. Pro damno igitur, quod Locus pius passus est, oritur dubium, an, et quae compensatio ei competat, et a quo fieri debeat.

„ Quaestio quinta est relate ad Beneficium SS. Andreae et Jacobi. Decreverat S. Congregatio ut ex illius redi-

ti-

tibus sumerentur sc. 740. pro Ecclesia aedificanda, et sc. 350. pro litanda secunda Missa in Ecclesia S. Pii. Tempus suspensionis pro nominando Rectore definitum fuerat ad septennium, vel ad annos quatuordecim, quatenus opus esset. Jam vero quamvis Beneficii administratio perduraverit apud ecclesiasticum virum per quindecim et amplius annos, idest usque ad initium anni 1817, fundus tamen pro antedicta secunda Missa emptus non est, et reditus in summa sc. 819. 11. in fabrica Ecclesiae Parochialis insumpti unt, praeter alia scuta 47. 25. suppeditata pro aedificanda Ecclesia praedicta S. Pii. Namque scire oportet in Comitiis S Congregationis Episcoporum et Regularium negotiis praepositae sub die 23. Augusti 1816. decretum fuisse, ut reditus ejusdem Beneficii applicarentur aedificationi dictae Ecclesiae S. Pii in novo Fabricato, eaque omnibus suis partibus expleta assignarentur pro congrua Parochi in eadem Ecclesia constituendi. Cum itaque Fabrica Ecclesiae Parochialis aes alienum contraxerit cum dicto Beneficio in scutis 79. 11., controverti potest, num haec summa applicari debeat Fabricae Ecclesiae S. Pii, aut potius tam ipsa, quam recensita scuta 47. 25. impendere oporteat in emptione fundi pro secundo sacro faciendo in eadem Ecclesia ad tramites resolutionis hujus S. Ordinis; idque eo vel magis, quod praelaudata S. Congregatio die 23. Septembris ejusdem anni datis Literis ad Episcopum Ripanum mandavit, ut idem Episcopus rationem exposceret tam antedicti Beneficii SS. Andreae et Jacobi, quam alterius SS. Petri et Nicolai ad effectum creandi ex reditibus decursis fundum sufficientem pro celebratione secundae Missae in repetita Ecclesia S. Pii. Constat autem ex Decreto executoriali Vicarii Apostolici pro erectione novae Paroeciae diei 12. Octobris 1820. Sacerdotem Franciscum Palmaroli ab Episcopo requisitum rationem scriptis reddidisse duorum Beneficiorum, in qua tamquam Administrator debitor evasit scut. 115., quorum erogatio in positione mihi tradita non recensetur.

„ Postremo quaestio institui potest pro Sodalitatibus de Planctu, et SS. Sacramenti, nec non pro Capellanis Beneficiatis. Ex Rescripto S. Congregationis tenebantur illae

illae annuatim repraesentare sc. 20., isti vero eleemosynam Missarum, quae reductae erant, conferre tum ad extinguendum Censum Sc. 600. nomine Ecclesiae contrahendum, tum ad solvendos interim fructus. Census superius memorati in summa sc. 300. etiamnum extant cum suis fructibus: propterea in dubium verti potest, num onus iisdem impositum adhuc perduret, nec ne.

„ Exposita quaestionum serie, quae in molesta hac causa occurrunt, quid de singulis sentiendum mihi videtur, oculis EE. VV. subjicio. Initio quod attinet ad haeredes Bernardini, haec certissima esse puto. *Primo* denegari eis non posse creditum in Fabricam pro pecunia, quam demortuus Parochus suppeditavit: Quandoquidem illam de proprio tribuere non tenebatur, sed ex censu imponendo super Fundis Parochialibus; et asserta donatio nec de jure, nec de facto probatur, et a testibus excluditur. *Secundo*; ex suppeditata pecunia auferenda sc. 100., eo quod tanti valebant Arbores Fabricae gratia in bonis Paraeciæ de licentia Episcopi ab eodem Parocho præcisæ. *Tertio*; Cambium Sc. 300. cum Francisco Ravenna solos hæredes afficere, et obligare, quidquid aliter sentiat Pefitior, ea ductus ratione, quod Parochus Fabricæ caussa illud contraxit, in eamque acceptam pecuniam consumpsit. Nam hujusmodi contractus specie differt ab eo quem in suo Rescripto S. Congregatio permisit, et idem Parochus nomine proprio illud instrumento publico accepit Si hæc ab EE. VV. probentur id tantummodo definiendum erit, an scilicet memorati hæredes aliquid Fabricæ debeant pro eo tempore, quo ipsorum Auctor vixit. Profecto Census Sc. 600. super bonis Paroeciæ cum impositus minime fuerit, ad annos solvendos fructus juxta S. Pii V. Constitutionem non tenentur. Sed observandum est mentem Sac. Congregationis fuisse, ut ad tramites Tridentini Decreti *Sess. 21. cap. 7.* ex reditibus et fructibus Paroeciæ determinata pecunia annuatim impenderetur pro Fabrica Ecclesiæ. Eo ipso siquidem, quo in suo Rescripto decrevit alienationem bonorum per Censum Sc. 600. absque ullo onere illum in posterum redimendi, sanxit quoque annuam congruæ diminutionem in scutis tri-

triginta, quot secundum legis æstimationem pro fructibus ejusdem census solvere oportebat. Quare Census deficientia ipsis nullimode suffragatur, quoniam Parocho inerat onus ex redditibus Parœciæ annuatim conferendi prædictam summam Sc. 30. Consequenter ejusdem summæ debitores in Fabricam habendi sunt pro annorum numero, quibus idem Parochus in vivis fuit. Æquum tamen videtur, ut in debiti diminutionem supputentur fructus soluti pro dicto Cambio Verum dubium oritur circa tempus, et modum supputandi. Circa tempus quidem: Nam in liquidatione nominum, quam transmisit Episcopus, et inferius exscribam, inter debita Fabricæ recensentur iidem fructus post mortem quoque prædicti Parochi usque ad præteritum annum 1828. Circa modum vero; Fructus enim soluti pro Cambio sunt in ratione scutorum octo pro quolibet centenario, debitum autem quod ipsis tribuitur, non excedit scuta quinque pro eodem centenario; ex quo differentia exurgit scutorum novem in quolibet anno, quibus Fabrica gravaretur. Testatur Episcopus hæredes esse commiseratione dignos, utpote pupillos, et inopia laborantes. Videant igitur, Emi Patres, si ob hanc causam, vel etiam ex æquitate, ab onere fructuum, qui decurrerunt post mortem Parochi, hæredes absolvendi sint, et fructus, quos idem solvit, dum vixit, in ratione Sc. 24. sint integre supputandi in debiti diminutionem.

„ Ob eamdem rationem nuper allatam, quod ex mente S. Congregationis in perpetuum statuta fuit congruæ Parochialis diminutio, perspicuum est Parochum Agnelli, qui Bernardinio successit, Parœciæ administrationem suscepisse cum onere annuatim subministrandi pecuniam pro Fabrica Ecclesiæ. Proindeque illius hæredes teneri ad hujusmodi onus adimplendum a die, quo Parœciæ possessionem adivit, usque ad ejus mortem, quæ ex relatione Episcopi contigit præterito anno 1828. Arbitror tamen annuam subministrationem reducendam ad scuta 25., ut ratio habeatur diminutionis reditus bonorum, quam vel ab initio passus est ob antea memoratam præcisionem arborum a suo prædecessore factam valoris Sc. 100.

„ Fabricæ Deputatos in suscepta administratione male se gessisse non immerito asserunt Vicarius Apostolicus, et

Episcopus. Principio enim evidens est illorum socordia in colligendis pecuniis pro Fabrica designatis. Ex tabulis accepti innotescit, a Parocho Bernardini pro Sc. 600. ab eo debitis nonnisi Sc. 431. 34. et a Capellanis Beneficiatis pro Sc 555. 25. ex reductione Missarum per annos decem et novem menses repræsentandis repetiisse dumtaxat Sc. 150. 27., nullam vero operam navasse, ut alii Capellani solverent Sc 60. pro missis non celebratis, utque census nomine Ecclesiæ in reliqua summa Sc. 300. perficeretur. Requisiti ad edocendum de diligentiis peractis penes Capellanos debitores, in tres tantum litem intentasse demonstrare potuerunt. Cur pepercerint reliquis numero majoribus, silentio præterierunt. Illud mihi advertere licet, causam omnem tribui non posse præteritis vicissitudinibus sub Italico regimine. Etenim a die 8. Julii 1802., quo ædificationem Ecclesiæ cœptum fuisse dicunt, ad annum 1821. quo redditionem rationis exhibuerunt, numerantur plusquam decem anni, in quibus vel nondum obtinuerat, vel jam cessaverat prædictum regimen, et remedia juris adhiberi poterant ad compellendos debitores. Quare, nisi ex quodam partium studio, certe quidem ex desidioso animo factum existimo, ut exigenda adhuc remanserit prædicta pecunia, ad eamque solvendam quidam debitores impotes nunc inveniantur. Hoc autem posito, quo pacto Deputati excusari queant a culpa lata, ego certe non video.

Huic fundamento innixus Episcopus in suo Voto ita concludit = Per questa ragione che pessima fu, comunque maliziosa, o nò, l'amministrazione dei due
„ Deputati della Fabrica, stimarei giustissimo, che i Deputati stessi dovessero antistare solidalmente ad ogni danno, e deficienza di somme prendendo a loro carico e rischio i crediti individuati al num 29. del Voto (del Vicario Apostolico Monsig. Ugolini) che rimasero, e rimangono ad esiggersi, ed in conformità del Conteggio nuovamente rattificato, che resta qui inserito= Legitima sane conclusio: Enimvero explorati juris est, Administratores, licet gratuitam operam impendanta teneri ad omne damnum, quod ab ipsorum culpa lat, proficiscatur. Quapropter ambigi nequit, quominus Fabricæ Deputati teneantur periculum suscipere uni-

ver-

versæ pecuniæ, quam a Capellanis quibuscumque non repetierunt, eamque illico solvere pro dimittendo ære alieno ejusdem Fabricæ, demptis tamen scut. 44 86. post liquidationem Vicarii Apostolici solutis ab hæredibus Josephi Marconi Capellani, sicut refert Episcopus. Cæterum observandum est in dicta liquidatione exceptos fuisse quasdam eleemosynas; nempe ex Missis non adimpletis Sc. 5. 90., quæ Sodalitas SS. Rosarii suppeditare debebat, quoniam illius bona sub Gallorum regimine in Demanium transierant, nec non Sc. 2. 60. propterea quod Rector Beneficii S. Antonii apud Sæcularem Ripanum Judicem absolutionis sententiam assequutus fuerat: ex missis vero ob indultam reductionem non adimplendis scuta 27. 95. ob similem absolutionem, quam idem Rector Beneficii S. Antonii in eodem judicio obtinuerat; itemque alia Sc. 27. 95. quæ perperam requisita fuerant ab obœrato Rectore Beneficii Sancti Leonardi, ejusque hæredibus. Nemo nescit Italicum regimen in Piceno ante annum 1808. non obtinuisse, ideoque ab anno 1802. quo Fabrica incœpta fuit, et administrationem inierunt, sex annos fluxisse, quo tempore poterant iidem Deputati si voluissent, opportunis remediis ad solutionem compellere Sodalitatem suis bonis nondum destitutam, et ad ecclesiasticum tribunal vocare Beneficiatos debitores. Num ob hanc moram exceptio a Vicario Apostolico proposita nullius roboris habenda sit, aut ex adverso confirmanda, erit sapientiæ Eminentissimorum Patrum definire.

„ In tabulis expensi exceptionem passa est apud Canonicos delegatos summa Sc. 159. 25. eo quia pro materiali Fabrica haudquaquam impensa fuerunt; sed Sc. 126. in emptione organi pneumatici, scuta 28. in *Semibusti*, *Candelieri*, e *Carteglorie*, Sc. 5. 25. in tabula picta S. Joannis Baptistæ. De hac exceptione sic loquitur prælaudatus Vicarius Apostolicus – Trattandosi di spese fatte pel decoro della Chiesa, e pel servigio del Signore, non si dissente dall' abbuono di questa Somma, semprecchè così piaccia alla Sagra Congregazione del Concilio, e semprecchè i Deputati facciano costare in modo concludente l' importo specifico dell' Organo, dubitandosi che non portasse realmente la

spesa di scudi 126. = Dubitatio super quantitatem expensæ evanescit ex specimine, quod Deputati ultimo exibuerunt. Pro condonatione autem harum expensarum, quamvis stricto juri adversetur, haud spernenda videtur ratio a Vicario allata. Accelit novam picturam S. Joannis Baptistæ fuisse efformatam veteri ob loci humiditatem vitiata, et scandalum fortasse oriturum, si Organum, et Altaris ornamento e loco suo amoverentur. Nihilominus affirmare non ausim, quid hac in re expediat magis seligere.

" Animadvertens S. Congregatio nimis informem, quam acceperat, redditionem rationis, sub die 21. Septembris 1822. mandavit Vicario Apostolico, ut Fabricæ Deputatis præfigeret terminum ad effectum inter cætera edocendi de summa vere erogata in expensis Litium pro exigendis summis debitis a Capellanis, et exhibendi distinctam notulam exactionis eleemosynæ Missarum juxta Indultum reductionis anni 1801; præsertim vero, ut a Sacerdote Palmaroli expostularet statum activum, et passivum cujuslibet anni in forma probante Beneficii SS. Andreæ et Jacobi indicatis distinctim fructibus quolibet anno recollectis, et pretio ex venditionibus retracto. Jamdiu expetitas notulas cum suo voto misit Episcopus, sed eas informes et imperfectas esse comperio. Nam expensæ pro litibus notantur in Sc. 26. 16, probationes autem Sc. 11, et obolos non excedunt. Exactiones eleemosynæ Missarum designantur tantum relate ad quinque Capellanos, cum constet ad decem et unum pertingere. Sacerdos Palmaroli et ipse statum activum, et passivum suæ administrationis exhibuit, verum sex tantum annos complectitur, videlicet ab anno 1811. usque ad initium anni 1817. Hic tamen, ut in expositione quintæ quæstionis superius dictum est, rationem reddiderat anno 1820. coram Episcopo. Hinc supervacaneum puto novam hanc rationis redditionem examini subjicere, nisi antea probatum fuerit in veteri vitium irrepsisse. Quoad Deputatos vero, si notulæ probationesque in debita forma ab iis denuo requirantur, novæ erunt induciæ, ob quas æs alienum Fabricæ in dies augebitur, quin ad illud dimittendum præsto sit re-

remedium. Si, ut jam innui, ipsorum periculo relinquatur exactio, quam omiserunt, eleemosynæ Missarum, opus non erit nova distincta notula; itemque si cogantur solvere Sc. 65. 46., quorum debitores inventi sunt a Canonicis Ripanis, supputatis inter expensas scutis novem pro litibus, ipsorum erit majorem expensam ostendere in forma probante, ut suum repetere valeant. Hæc est provisio, quam rei circumstantiæ suadere videntur.

„ Progrediar modo ad quæstionem quæ connotat Hospitale infirmorum; æquam compensationem eidem deberi ratione damni illati nullatenus dubito. Etenim ex relata deliberatione Confratrum SS. Sacramenti manifeste patet, scuta biscentum, quæ Fabricæ gratia tradita fuere, oriri a Censibus extinctis, nec alio fine tradita, nisi ut novi Census venditio fieret. Absurdum porro esset in Locum pium refundere illius culpam, qui Censum creare omisit, nec ipsum indemnem reddere in ratione Sc. 10. pro quolibet anno dictæ omissionis. At enim in controversiam venit, quisnam ejusmodi damnum resarcire debeat. Primo enim observo pecuniam traditam a Confratribus, priusquam Census venditio fieret: Secundo, eamdem pecuniam non accepisse Parochum Bernardini, prout in folio deliberationis asseritur, sed unum ex Fabricæ Deputatis, ut idem fassus est: tertio Census venditionem iisdem Deputatis demandatam fuisse. Ex his inferri facile potest, non Fabricæ administrationem teneri ad damnum reparandum, sed unam vel alteram ex memoratis personis; Confratres scilicet ob traditum pecuniæ depositum censu nondum imposito, et nullum studium, aut remedium adhibitum, ut saltem postea efformaretur; Deputatos vero, eo quod cum acceperint pecuniam pro contractu oneroso, suscepto oneri non satisfecerunt, accedente quoque decreto Sacræ Visitationis lato ab Episcopo Calmet die 22. Novembris 1819. Administratores siquidem piorum Locorum teneri ad interesse, et quidem in solidum, si plures sint, propter moram irregularem tradunt Leotard. de usur. quæst. 22. n. 26. et seq., Gratian. discept. Foren. cap. 241. n. 55. et seq. Ursell. concl.

56. Ni-

56. Nihilosecius fructus illato damno respondentes inter debita Fabricæ numerantur tam a Vicario Apostolico, quam ab Episcopo, ob eam, opinor, rationem, quia caput scut. 200. in eadem Fabrica insumptum fuit; nec Deputatis aliud onus adscribitur, quam suppeditandi de proprio pecuniam, donec media suppetant ad hoc æs alienum dimittendum. An horum voto subscribendum sit, Emi Patres, pro vestra sapientia judicate.

„ Paucis me expedio quoad Beneficium SS. Andreæ et Jacobi. Beneficium hoc ut dixi, Ecclesiæ S. Pii anteactis annis perpetuo addictum fuit. Si pecunia, cujus mentio occurrit in expositione quintæ quæstionis, nunc repetatur, ædificatio ejusdem Ecclesiæ vel suspendatur, vel in longius tempus protrahatur oportet. Satius propterea videtur a decreto hujus S. Ordinis supersedere, aut etiam decernere, ut expleta Fabrica Ecclesiæ novus Parochus non instituatur, nisi postquam ex fructibus Beneficii collecta sint Sc. 350. pro emendo fundo ad stipendium alterius Sacerdotis.

„ Pro ultima quæstione hæc notanda sunt. Folium positioni insertum exhibet annuum relitum Sc. 69. 80 idest Sc. 49 80. ex eleemosynis Missarum, pro quibus latum fuit indultum reductionis, et Sc. 20 repræsentanda a Sodalitatibus. Facta hypothesi, quod census ab initio impositus esset cum fructibus scut. 5. pro quolibet centenario, post solutionem Scut. 30. singulis annis ratione fructuum, superfuissent quolibet anno Scut. 39 80. pro extinguendo capite Scut. 600. Hinc ad conflandam summam Scut. 1050 quot necessaria erant tam pro capite, quam pro fructibus, missarum reductio et sodalitatum subsidium plusquam ad annos quindecim protrahi debuisset. In prædicto autem folio supputatio innititur facto, quo Census pro sola medietate confectus est; unde tam reductio, quam subsidium complectitur tantum annos decem et menses novem, quibus habetur summa Scut. 750. 27. longe excedens ut liquet, pecuniam necessariam ad dimittendum caput Scut. 300., et solvendos annuatim fructus scut. 17. 50. usque ad ejus extinctionem. Me quidem latet, num Ca-

pel-

pellani Beneficiati oneri Missarum beneficii ex integro satisfecerint post annum 1822., in quo decem anni, et novem menses nuper memorati completi sunt. Quidquid tamen sit, quum Fabrica prematur haud parvo ære alieno, non abs re esse videtur, Indultum reductionis, et sodalitatum subsidium ad aliud tempus protrahere, donec summa colligatur in præcedenti resolutione hujus Sacri Ordinis definita.

„ A quæstionum examine expeditus, reliquum est, ut de ære alieno Fabricæ eloquar. Specimen ab Episcopo exhibitum complectitur præteritum annum 1828, ac ita se habet.

D E B I T I

Agli Eredi Bernardini, compensati gli Sc. 44. 86 percetti dal Marconi	₸	106	48
Ai Fratelli Agnelli per frutti arretrati, come nel Conto di Monsig. Ugolini . . .	„	137	28
Ai medesimi per frutti accollati alla Fabrica come al Conto sudetto	„	50	—
All' Ospedale per frutti di Sc. 200. come al conto sudetto.	„	180	—
Al Benefizio dei SS. Andrea e Giacomo come al Conto sudetto	„	79	11
Alle Compagnie come al conto	„	91	75
Per frutti del Cambio Ravenna come al Conto sudetto	„	144	—
Si aggiungono i frutti decorsi dopo il Conto di Monsignor Ugolini sul Cambio Ravenna per anni sette che compiono col corrente anno, che sulla sorte di Sc. 300. all' 8. per cento ed anno formano	„	168	—
Si aggiungono pure i frutti dei tre Censi Agnelli decorsi come sopra sulle sorti di Sc. 300. al complesivo annuo fruttato di Sc. 17. 50. che danno per anni 7.	„	122	50
Si aggiungono in fine i frutti decorsi come sopra sulli Sc. 200. dell' Ospedale che per anni 7. al 5. per cento ed anno formano.	„	70	—
Totale dei Debiti .	₸	1149	12

CRE-

C R E D I T I

Dai Beneficiati per limosina arretrata non esatta come al conto Ugolini detratti gli Scudi 44. 86 percetti dagli Eredi Bernardini.	₸	6 64
Dai Beneficiati per limosine di Messe ridotte non esatte	„	329 08
Dai Fratelli Orlandi per limosina di Messe ridotte non esatta	„	66 30
Dal Pievano Agnelli per frutti che doveva pagare in ragione del Censo che dovevasi imporre su i fondi Parrochiali . . .	„	90 —
Dai Deputati per residuo in loro mani . .	„	65 46
Si addebitano agli Eredi dell' ora defonto Pievano Agnelli i frutti decorsi dopo il Conto Ugolini sù i tre Censi Agnelli, e sugli Scudi 200. dell' Ospedale in confronto di quelli che si sarebbero dovuti pagare dal Pievano, se si fosse da principio imposto il Censo a carico della Chiesa	„	192 50
Totale del Credito .	₸	749 98
Supera il Debito in . .	₸	399 14

„ In hoc specimine sequentia animadvertantur oportet. In statu passivo inter nomina semel et bis recensentur fructus Cambii cum Francisco Ravenna debiti post mortem Parochi Bernardini, qui, ut refertur decessit die 14. Februarii 1816, primitus (nempe Scudi 144, et iterum Scudi 168. in totum conflantia Scut. 312. Si cambium afficit solos illius hæredes, quemadmodum in examine primæ quæstionis observatum est, nequeunt hæc nomina Fabricæ accenseri, nisi ex commiseratione erga ipsos hæredes.

„ Præterea fructus ejusdem Cambii, tam ante, quam post mortem dicti Parochi, supputantur in ratione scut. octo pro singulo centenario prout solvere oportet, et a Parocho soluti sunt, non in ratione scut. quinque, ut compensatio æquiparetur debito ejusdem Parochi, sicut in eodem examine adnotavi. Pendet itaque a judicio EE. VV. an debitum cum hæredi-

bus

bus Bernardini probandum sit pro scut. 106. 48. prout jacet in specimine, vel potius ab eo auferenda sint Scut. 90. quot Parochus solvit ultra rationem 5 pro quolibet centenario a die 5 martii 1806 quo Cambium confecit ad mortem usque ipsius dudum recensitam.

„ Simili modo a definitione Emorum Patrum expectandum est, num Fabricæ debitis accensendi sint fructus qui hospitali adscribuntur pro scut. 200. ab illo traditis, vel potius delenda sint nomina ejus gratia conscripta tam scut. 180., quam scut. 70. in totum scut. 250. pro his onerando Confratres, vel Deputatos.

In statu vero activo animadvertere possem deductionem scut. 44. 86. erronee tribui missis non adimpletis, cum respiciat missas reductas; sed hoc omittere malo, quoniam parum refert, et rei substantiam non immutat. Nequeo tamen præterire silentio a Parocho Agnelli, ejusque hæredibus plus exigi quam reipsa debeat. Nam fructus pro capite scut. 500. supputantur in ratione scutorum sex pro quolibet centenario, cum legis æstimatio ad scuta quinque limitet. Unde a primo nomine eidem tributo scut. 90. auferenda sunt scut. 15., et ab altero scut. 192. 50. alia scut. 32 07. $\frac{1}{2}$, in totum scut. 47. 07 $\frac{1}{2}$.

„ Contra vero, si Emis Patribus minime probare placebit exceptionem Vicarii Apostolici superius memoratam in examine tertiæ quæstionis paragrafo secundo quoad missas non adimpletas et reductas, credita Fabricæ augenda erunt pro summa scut. 64. 40.

„ Ex his satis compertum est, liquidationem super æs alienum Fabricæ definitive statui non posse, antequam judicium feratur supra expositas quæstiones. Quare nihil dicam de remedio proposito ab Episcopo, qui vellet impertiendam esse sanationem tam pro sc. 91. 75. quæ competunt Confraternitatibus, quam scut. 250. quæ repræsentari debent Hospitali pro fructibus; scuta vero 57. 39., quæ desunt ad debitum plene extinguendum, suppeditari a publico Principis ærario.

„ Post hæc prosequitur laudatus Episcopus = Restarebbe dopo di ciò di provedere per li sc. 300. dei Censi Agnelli, e per gli scudi 200. in sorte dell' Ospedale. Ma sù questo convengo pienamente col voto Ugolini come ai num. 21. fino al 28. inclusive tanto per gra-

varne la Parochia, quanto per la riduzione del debito a soli scudi 500. attesi gli scudi 100. ritirati dalle legna, quanto in fine sull' identica determinazione dei debiti da farsi accollare, cioè gli scudi 200. dell' Ospedale, il Censo di sc. 150. a favore del Sig. Luigi Palmaroli, l' altro di sc. 50. a favore del Sig. Simpliciano Cantalamessa, ed il terzo di sc. 100. a favore del Capitolo di Carassai, quali tre Censi che sono quelli gravitanti il Signor Agnelli, danno un capitale di sc. 300., ed un fruttato annuo di sc. 17.50. = .

„ Sic porro concludit = Qualunque sia l' esito di questa mia relazione, imploro dalla Sac. Congregazione, che al più presto possibile dichiari, che la Parrocchia per l'oggetto della Fabrica non deve riconoscere altro peso fuori dei sovrindicati sc. 500., che la medesima non debba essere per nessun conto disturbata nè dai Deputati, nè da qualsivoglia altra Persona sia per i frutti, sia per qualsivoglia altro titolo, mentre tutto questo dovrà formare un oggetto separato da discutersi, e decidersi fra i Deputati sudetti, e gli Eredi dei defonti Pievani Bernardini ed Agnelli, ma non mai colla Chiesa. Meno questo, meno un tale allontanamento di ogni difficoltà non trovo chi voglia fare il Parroco in Grottamare, come accade di presente, che devo rimediarvi con un Economato, avendo a ciò ottenute le necessarie facoltà, ed avrò il dolore, e il dispiacere di non poter dare un Pastore fisso, e certo ad un Gregge che eccessivamente bisogna . . . . . E su questa lusinga che io incomincierei fin da ora per la Parrocchia vacante, e posta sotto economato a riconoscere i sudetti tre Censi per l'avvenire, escludendo sempre il passato, e con tutte le riserve di ragione, e ciò lo faccio per liberare la Chiesa dai danni, che ne potrebbero avvenire, facendosi luogo alla giudiziale esazione dei frutti che o dall' uno, o dall'altro devono pur pagarsi ai respettivi Creditori implorando sù di ciò il superiore assenso = .

„ Census prædicti, sicut ab initio monui ex emptione Domus Agnelli in onus Fabricæ transierunt, et ratam constituunt Census, qui nomine Ecclesiæ imponi, et ex reditibus Beneficiariorum, et Sodalitatum extingui debebat. Si hujusmodi onus in Parœciam nunc transferatur, nullo suscepto periculo circa fructus non solutos usque ad annum 1828. inclusive, facilior evadet

del extinctio æris alieni Fabricæ, si quod remanserit post judicium præcedentium quæstionum, nec Parœcia majori onere gravabitur, quam a Sac. Congregatione ante definitum fuit. Idem dici potest de Censu sc. 200. imponendo favore publici Xenodochii; quippe quod prospicitur Loci Pii indemnitati in futurum, et Parœcia in eo statu constituitur, in quo ex eodem Decreto hujus Sac. Ordinis ab initio fuisset.

„ Subdit tamen idem Episcopus = Per altro con questo nuovo debito di scudi 500. la Parrocchia resta gravata di un' annua passività di scudi 27. 50. per i frutti del debito annuo riflesso alli scudi 200. dell' Ospedale, per i quali dovran contribuirsi scudi 10. annui alla ragione del 5. per 100. E' assolutamente impossibile, che la Parrocchia possa sopportare questo peso per la tenuità delle rendite, e per l' assoluto bisogno di tenere due Capellani, onde provedere ai bisogni spirituali di una numerosa, sparsa, e sempre crescente Popolazione, e poco istruita. Finchè non si provede a questa necessità, Grottamare sarà priva di Parroco, e non si ripareranno gli enormi dissesti che regnano nel Paese. Che però necessita di aumentare la congrua parrocchiale di sc. 27. 50. per far fronte a detti frutti, purchè non volesse adottarsi ciò che propone Monsig. Ugolini nel suo Voto al *num.* 38. sulla perpetua riduzione delle messe a vantaggio del Parroco sino alla somma di scudi 17. 50, e per gli altri scudi 10. di frutti assolvere affatto la Parrocchia dal debito dell' Ospedale di scudi 200. =

„ Ne quid vos lateret, Emi Patres, mei muneris erat votum Episcopi fideliter referre. Vestrum porro erit pronunciare tam super expositam necessitatem subveniendi Parœciæ, ut ab omni onere eximatur, secus ac definitum fuit in prioribus Comitiis anni 1801. tum supra modum ei subveniendi per perpetuam reductionem missarum, nec non condonationem fructuum, quos jure repetere deberet Hospitale. Dicam solummodo, quod si Indultum reductionis protrahatur ad annos quindecim, et amplius, prout in hypothesi protrahendum erat ex dictis in examine sextæ quæstionis, cogi poterunt scut. 300., quibus fructus solvi, et capita quoque ex parte extingui valebunt. Insuper postquam judicatum fuerit super relatas quæstiones, clare dignosci poterit, si soluto ære alieno

aliquid supererit in eamdem causam impendendum. Atque is est animi mei sensus, quem prudentiori judicio EE. VV. libentissime submitto. Interim vero ipsarum manus eo quo par est obsequio deosculans sincero ex corde me profiteor „.

Ex his definienda sunt quæ sequuntur

Dubia

I. *An Cambium scut. 300. cum Francisco Ravenna afficiat hæredes Parochi Bernardini, seu potius parochialem Ecclesiam S. Joannis Baptistæ in casu etc.*

II. *An et in qua summa iidem hæredes sint debitores fabricæ memoratæ Ecclesiæ in casu etc.*

III. *An, et quam summam hæredes Parochi Agnelli pendere teneantur fabricæ ejusdem Ecclesiæ in casu etc.*

IV. *An Capellani solvere debeant eidem fabricæ summam proficiscentem ex Missis tam non celebratis, quam reductis in casu etc.*

V. *An scutata 91. 75. sint restituenda Sodalitatibus, seu potius in fabricam Ecclesiæ S. Joannis Baptistæ eroganda in casu etc.*

VI. *An sit probanda solutio scut. 159. 25. pro emptione organi, et ornamentorum in casu etc.*

VII. *An bona Paræciæ S. Joannis Baptistæ sint oneranda tribus censibus in sorte scut. 300. contractis propter emptionem Domus Agnelli in casu etc.*

VIII. *An eadem bona sint oneranda censu scut. 200 favore Nosocomii in casu etc.*

IX. *An et cujus sumptibus sint eidem Nosocomio pendendi fructus scut. 200. in casu etc.*

X. *An et quæ damna sint fabricæ Ecclesiæ S. Joannis Baptistæ rependenda a Deputatis Joanne Baptista Palmaroli, et Francisco Guerrieri in casu etc.*

XI. *An et in quem usum sint eroganda scut 79. 11. ex fructibus Beneficii SS. Andreæ et Jacobi ultra præstitutam summam percepta in casu etc.*

XII. *An et quomodo sit constituendus fundus pro secundo Sacro in Ecclesia S. Pii offerendo in casu etc.*

XIII. *An et ad quod tempus sit protrahendum indultum reductionis Missarum, et Subsidium a*

So-

Sodalitatibus de Planctu, ac SSmi Sacramenti præstandum ad æs alienum Fabricæ Ecclesiæ S. Joannis Baptistæ dimittendum in casu etc.

XIV. *An et quomodo sit concedenda reductio Missarum ad augendam congruam Parochi S. Joannis Baptistæ in casu etc.*

Ad I. Negative ad primam partem, affirmative ad secundam.

Ad II. Affirmative juxta modum, nempe solutis fructibus Cambii Ravenna toto eo tempore, quo Parochus Bernardini possedit Parœciam S. Jo. Baptistæ.

Ad III. Affirmative, et ab hæredibus solvendos esse fructus Cambii Ravenna pro tempore, quo Parochus Agnelli possedit Parœciam.

Ad IV. Affirmative.

Ad V. Negative ad primam partem, affirmative ad secundam, facto verbo cum SSmo.

Ad VI. Affirmative juxta votum Emi Relatoris.

Ad VII. Affirmative juxta votum Emi Relatoris, facto verbo cum SSmo.

Ad VIII. Affirmative.

Ad IX. Nosocomium utatur jure suo contra proprios Administratores.

Ad X. Affirmative, et Deputatos intra currentem annum cogendos esse omnibus juris et facti remediis ad solvendas Ecclesiæ summas a Capellanis non exactas juxta votum Emi Relatoris, reservato eisdem Deputatis jure agendi contra debitores.

Ad XI. Affirmative, et eroganda esse in usum fabricæ, facto verbo cum SSmo.

Ad XII. Affirmative juxta votum Emi Relatoris, facto verbo cum SSmo.

Ad XIII. Affirmative in omnibus, donec extinguatur Cambium Ravenna, firmis remanentibus super præbenda parochiali memoratis censibus scut. 300. et scut. 200., facto verbo cum SSmo, et Vicarius Apostolicus incumbat omnimode præmissorum executioni, transmissa ad Sac Congregationem redditione rationis per Administratores singulis annis eidem exhibenda.

Ad XIV. Dilata, et Vicarius Apostolicus mittat statum activum et passivum Parœciæ S. Joannis Baptistæ, referat quænam Missæ sint reducendæ, et an aliis rationibus prospici queat congruæ Parochi.

NUL-

Sess. 25. Cap. 4. de Reform.

NULLIUS FARFEN. REDUCTIONIS MISSARUM

Dubia

I. An sit confirmanda Missarum reductio diei 13. Septembris 1806. in casu etc.

II. An sit concedenda suppressio tituli Capellaniæ in casu etc.

III. An, et cujus valoris sit subrogandus fundus in casu etc.

Ad I. Negative.

Ad II. Negative.

Ad III. Affirmative, et a Felice Aluffi subrogandum esse fundum valoris scut. 1350. a quovis onere et hypotheca immunem, et Emus Abbas curet fieri transcriptionem fundi favore Capellaniæ.

Sess. 22. Cap. 6. de Reform.

MONTIS ALTI CAPELLANIÆ

Dubia

I. An, et quomodo sit annuendum precibus Vincentii Valorani, seu potius sit ei præfigendus terminus ad sacros Ordines suscipiendos in casu etc.

II. An, et quomodo sit consulendum SSmo pro absolutione a præteritis Missarum omissionibus in casu etc.

Ad I. Negative ad primam partem, affirmative ad secundam, præfixo termino sex mensium sive ad suscipiendos sacros Ordines, sive ad dimittendam Capellaniam.

Ad II. Negative in omnibus.

CASTEL-

CASTELLANETEN. REDUCTIONIS

Sess. 24. Cap. 13. de Reform.

Dubia

I. An sit confirmandum decretum Episcopi Lettieri in casu etc.

Et quatenus negative

II. An, et quomodo sit concedenda reductio anniversariorum 243. in casu etc.

III. An, et quomodo sit concedenda reductio Missarum 5899. in casu etc.

IV. An, et quomodo sit consulendum SSmo quoad præteritas omissiones in casu etc.

Ad I. Affirmative.

Ad II. et III. Provisum in primo.

Ad IV. Affirmative, celebrata unica Missa cum cantu et interventu totius Capituli.

MARSORUM EMPHYTEUSIS

Dubium

An, et quomodo sit consulendum SSmo pro approbatione perpetuæ emphyteusis in casu etc.

Sess. 25. Cap. 11. de Reform.

Consulendum SSmo per facultate transferendi sive per testamentum sive per actum inter vivos extraneum, quatenus orator decedat absque liberis, emphyteusim usque ad totam lineam masculinam, et ad primam feminam, dempta obligatione hypothecandi alium fundum, subjectis tamen omnibus melioramentis faciendis, et præstita idonea personali satisdatione, ut intra præfinitum tempus expleantur conventæ meliorationes, firmis in reliquo remanentibus pactis et legibus ad formam rescripti diei 27. Augusti 1828.

Sess. 5. Cap. 1. de Reform.

REATINA PRÆBENDÆ THEOLOGALIS. In Collegiata Oppidi Quintiliani Reatinæ Diœcesis cum deficeret qui populo sacram exponeret scripturam, Episcopus Marini dum sacram anno 1787. obiret visitationem, vacantem Canonicatum in Præbendam Theologalem erexit. Qui hanc præbendam ad nominationem Communitatis, cui jamdudum erat juspatronatus, primum obtinuit, onus explicandi Sacram Scripturam suscepit, statutasque per annum habuit lectiones. At postea exiguorum fructuum summam scutatorum quadraginta vix quotannis attingentium pertæsus Canonicatu se abdicavit. Huic suffectus fuit alius Sacerdos, qui sive imperitia, sive alia de causa suo numquam functus est munere. Cumque superiori anno Theologalis Præbenda vacaverit, atque Communitas nominationem contulerit in Sacerdotem Josephum Cerroni, hic renuit acceptum habere Canonicatum, nisi præbendam canonicalem ab hac Sacra Congregatione adjecto onere exponendi Sacram Scripturam perpetuo liberetur. Quam ob rem Communitas, ne Canonicatus suo diutius careat Rectore, consonas obtulit preces, quibus Canonicatum in antiquum statum restitui postulat.

Rogatus Episcopus ut referret, utrum Oppidum sit incolis frequens, et Collegiata insignis, hæc respondit =

„ Anno millesimo quinquagesimo trigesimo tertio Ma-
„ rius Aliger Columna Episcopus Reatinus Quinti-
„ lianensium precibus annuens sua ordinaria au-
„ ctoritate, et inconsulta prorsus Sancta Apostolica
„ Sede, Ecclesiam Parochialem S. Angeli, de qua
„ sermo est, in Collegiatam erexit, eique Præposi-
„ tum, tamquam caput, duos Canonicos in anima-
„ rum regimine adjutores, et duos Clericos consti-
„ tuit, qui omnes ejusdem Capitulum componerent.
„ Marius Grimanus Cardinalis Legatus Perusiæ et
„ Umbriæ cum sua Bulla Reate confecta die secundæ
„ mensis Novembris anni millesimi quingentesimi
„ trigesimi sexti hanc erectionem, litterasque Episco-
„ pi Columnæ eam statuentes confirmavit. Ex ha-
„ ctenus dictis de origine Collegiatæ Quintiliani col-
„ ligi, mea sententia, potest, illam non esse inter

in-

„ insignes adscribendam, quamvis nunc novem Ca-
„ nonicos, et quinque Beneficiatos denumeret. Hæc
„ de Collegiata.

„ Nihil aliud de oppido, seu potius terra Quintiliani
„ dicam, nisi eum juxta receptiores animarum sta-
„ tus, mille quadrigentis ac quinquaginta duobus
„ incolis constare, quorum trecentum nonaginta, et
„ quatuor tantum intra, reliqui vero extra eamdem
„ commorantur. =

Sacrosancta Tridentina Synodus *Sess.* 5. *cap.* 1. *de Reform.*, piis Summorum Pontificum et Conciliorum constitutionibus inhærens, statuit, ut in Ecclesiis Cathedralibus, ac etiam in Collegiatis existentibus in aliquo insigni oppido, si numerosus ibi existeret Clerus; Theologalis Præbenda constitueretur, ne celestis ille sacrorum librorum thesaurus, quem Spiritus Sanctus summa liberalitate tradidit, neglectus jaceret. Cujus quidem rei adeo solliciti fuerunt Tridentini Patres, ut, ubi nulla præbenda aut præstimonium pro lectoribus Sacræ Theologiæ deputatum reperiretur, præbendam quomodocumque primo vacaturam ad eum usum perpetuo constitui, ipsoque facto constitutam intelligi jusserint. Laudibus itaque exornandus Episcopus Marini, qui Tridentini Concilii mandatis obsequens, ac responsis hujus Sacræ Congregationis, quam in relatione status suæ Ecclesiæ anno 1785. consuluerat, excitatus Theologalem Præbendam in Oppido Quintiliani erexit, ejusque Rectorem ad Sacræ Scripturæ expositionem et interpretationem adegit.

Nec audienda Quintiliani Communitas, nam illis, quæ bene constituta sunt, contrariis ordinationis non est detrahendum, *Trid. Synod. Sess.* 25. *Cap.* 5. *de Reform.* Bene autem constituta est Præbenda, cujus erectionem edixerunt Concilia, et commendavit hæc Sacra Congregatio. Frustra vero tenuitatem redituum ejusdem Præbendæ objicit Communitas; huic enim occurri voluit Tridentina Synodus *cit. Cap.* 1. *Sess.* 5. vel assignatione fructuum alicujus simplicis Beneficii, vel alia ratione, ut annuus reditus, comprehensis etiam distributionibus quotidianis, quemadmodum decrevit Benedictus XIII. in Constitutione

quæ incipit *Pastoralis officii § quoniam*, saltem ad scutata sexaginta pertingat.

Attamen plura præsto esse videntur, quæ vacantem Præbendam ab onere explicationis Sacræ Scripturæ liberandam suadeant. In primis quæ Tridentini Patres pro erigenda Theologali Præbenda expostularunt rerum adjuncta, ea in themate desiderantur. Quanquam enim jure cautum non habeatur quo tnam Oppidum sit judicandum insigne, nec quinam Clerus censendus numerosus, pendeatque ex prudenti judicis arbitrio, *Lotter. de re benef. lib. 1. quæst. 15. Rot. decis. 29 n. 5 part. 2. divers.*, nihilominus Ecclesia Quintiliani veluti insignis Collegiata haberi non posse videtur neque ex celebritate Loci, aut frequentia et nobilitate municipum, neque ex copia ministrorum Ecclesiæ inservientium, aut eximia Templi structura, divitiarumque supellectile, ceu de characteribus Collegiatarum insignium pertractantes perpendunt *Lotter. loc. cit., Barbos. de Canon. cap. 2. n. 18.*

Dein reditus Canonicatus haud pares sunt ferendo oneri explanandi Sacram Scripturam, nam scutata quadraginta tenuem suppeditant præbendam vel pro simplicibus Canonicatibus ad tradita *per S. Congregationem in Massanen. Reductionis onerum 14. Decemb. 1822. et in Nullius Trium Fontium Reductionis Missarum 17. Maji 1828. §. Reductionem.* Nec in parvo Oppido ratio subesse potest annuos augendi canonicalis præbendæ reditus, ideoque nisi Communitatis petitioni concedatur, valde timendum, ne Canonicatus in posterum suo careat Rectore, vel saltem, sicuti hactenus contigit, onus explicandi sacram Scripturam penitus negligatur.

Dubium

An Canonicatus de quo agitur sit liberandus onere explicandi sacram Scripturam in casu etc.

Affirmative

FLA-

PLATIEN. CANONICATUS. Sacerdos Andreas Spanò Platiensis die 4. Decembris anni 1809. laicalem Capellaniam fundavit, constituta dote in annuis unciis (onze) triginta, et adjecta lege possessori Capellaniæ Sacrum in Ecclesia S. Stephani quotidie litandi. Ad illius possessionem vocavit germanum fratrem Presbyterum Josephum, ac post hujus obitum, filios, liberosque alterius fratris Antonini Spanò Cagno *sotto la legge che il maggior nato si preferisca al minore, e che la discendenza della linea mascolina sia preferita sempre alla discendenza della linea femminina di detto Antonino.* Sin vero hæc progenies penitus exaresceret, vel ex ea descendentes, *non si trovassero capaci a tal benefizio di tale elemosina semplice manuale*, ipsemet testator nominavit *tutti i discendenti legittimi e naturali della linea del fù Antonino Spanò, ed Antonina Centorbi avo, ed ava di detto Fondatore*, ac etiam posteros omnes *del fù Giuseppe Cagno, ed Olimpia Ajello ava di detto Fondatore . . . colla sudetta legge che il maggior nato si debba preferire alli minori, ed i maschi alle femine come sopra*. Et quoniam testatori quam maxime cordi erat Canonicatum primarium erigere in Collegiata, nunc Cathedrali Ecclesia SSmi Crucifixi, *secondo quelli fondati dal fù Barone Marco Trigona*, ideo Capellanis ut supra vocatis, si ipsis datum esset *di avere ed ottenere l'accettazione di detto Canonicato primario*, facultatem tribuit „ di poter sospendere l'ele- „ mosina di detta Messa quotidiana, Anniversario, „ e Custodiato, e con dette onze trenta col suo ca- „ pitale di onze seicento fondare il Canonicato pri- „ mario, semplice laicale in detta Chiesa Collegiata „ Madre . . . . sotto quelle leggi, obligazioni, one- „ ri, emolumenti, ed altri espressi in detta fondazio- „ ne del fù Barone Trigona „ Illud autem inter cetera præcepit fundator Trigona, ut Canonicatus a se institutos adepturi Sacro Subdiaconatus Ordine essent minimum initiati. *Sess. 22. cap. 15 de Reform.*

Primus omnium ex fundationis lege Capellaniæ Possessor extitit Sacerdos Joseph Spanò, eique e vivis erepto, cum nemo ex filiis Antonini Spanò Cagno idoneus reperiretur, successit Sacerdos Ignatius di Graziano

quippe qui major natu inter descendentes ex linea Spanò Centorbi in subsidium vocata. Hic vehementer sollicitus, ut pii tandem aliquando impleretur testatoris voluntas, petiit suasitque Capitulo, ut primarii Canonicatus fundatio exciperetur. Ejus precibus die 2. Aprilis 1828. annuit Capitulum legitime coactum, ac decrevit „ che il primo eligendo Canonico in detto „ fondato ed accettato Canonicato, e suoi futuri Suc- „ cessori dal giorno che avrà il vero e reale posses- „ so di esso Canonicato possa e voglia godere le in- „ segne canonicali, stallo in Coro, voce in Capito- „ lo, emolumenti, e tutte le altre prerogative che „ gode detto Capitolo con tutti gli oneri . . . obliga- „ zioni, ai quali esso Capitolo è tenuto ed obligato, „ espressate e contenute nella fondazione di esso Ca- „ pitolo fatta dal fù Barone Marco Trigona, e sua isti- „ tuzione, e fondazione „ Cumque Sacerdos Ignatius in eadem Cathedrali Ecclesia primario jam frueretur Canonicatu, Capitulum assensum præbuit, ut Vincentius Lavaccara Canonicus Secundarius, et ex linea Spanò Centorbi descendens, simulque post memoratum Ignatium ætate major, primarium Canonicatum Spanò nanciscerctur. Posthæc dum Sacerdos Lavaccara penes Episcopalem Curiam viam ad capessendam Canonicatus possessionem sibi sternebat, Antoninus Spanò Cagno fundatoris frater, cui filius est nomine Vincentius, supplex adiit Summum Pontificem, postulavitque ætatis dispensationem, ut memoratus ejus filius annos quatuordecim jam natus, et Ostiariatus Ordine insignitus, Canonicatum Spanò assequi posset. Id cum resciverit Sacerdos Lavaccara, preces et ipse illico porrexit, ne petitioni Antonini tamquam sacris canonibus adversæ, et juri alieno jacturam inferenti, Sedes Apostolica morem gereret.

Utriusque preces ab Emo Pro-Datario ablegatæ fuere Episcopo Platiensi pro informatione et voto. Hic mandatis obsequens, rem iis, quorum interest, patefacere non prætermisit: hinc rationum momenta, quorum infra erit disserendi locus, protulerunt tum præfati Oratores, tum Canonicus Ignatius di Graziano, qui in Capellaniæ possessione pergere contendit. At Episcopus animi sui sensum aperiens inquit „ che

do-

„ dovrà istallarsi il detto Reverendo Secondario D. Vin-
„ cenzo Lavaccara Spanò, quale avrei posto nel pa-
„ cifico possesso se non fossi stato prevenuto con det-
„ te sue veneratissime „ Hujusmodi Episcopi Litte-
ras quum exceperit Emus Pro-Datarius, intellexerit-
que rem maturo consilio esse perpendendam, quæ-
stionem omnem ad hunc Sacrum Ordinem remitten-
dam censuit, ut EE. VV. partibus jus reddere digna-
rentur.

Principio decernere oportet, utrum Canonicus Ignatius di Graziano in possessione Capellaniæ sit retinendus, vel potius ab ipsa amovendus, ut Capellaniæ in Canonicatum erigi valeat. Quamquam enim fundator erectionem Canonicatus concupiverit, eique nuper assensum præbuerit Cathedralis Ecclesiæ Capitulum, attamen canonica erectio etiamnum desideratur; ad legitimam siquidem ecclesiastici Beneficii erectionem nec fundatoris voluntas, nec dotis constitutio, nec Rectoris Ecclesiæ assensus satis habetur, sed Episcopi auctoritas, qui Beneficium erigat, accedat necesse est, *can. Nemo* 9. *de consecr. dist.* 1., *Reiffenst. lib.* 3. *Decret. tit.* 5. *n.* 14., *Pyr. Corrad. de Benef. lib.* 1. *cap.* 2. *n.* 1., *Barbos. lib.* 3. *Jur. eccl. cap.* 4. *num.* 6.

Jam vero quum hæc Canonicatus erectio auctoritate Episcopi nondum expleta fuerit, contendit Canonicus di Graziano se a legitima et pacifica Capellaniæ Spinò possessione non esse dimovendum, donec ei placuerit fundatoris voluntatem executioni committere. Etenim fundator haud legem dixit Capellanis, ut Canonicatum omnino fundarent, sed solum eis concessit *ogni potestà e facoltà di poter . . . fondare il Canonicato primario*. Hodiernus itaque Capellaniæ Rector in legitima possessione pro suo lubitu se pergere posse autumat, quin ipse ad petendam Canonicatus erectionem compelli queat.

Rem tamen aliter judicandam censet Canonicus Lavaccara, ac ipse Platiensis Antistes. Et sane ea est vis ac ratio verborum fundationis, ut legem potius Capellanis injunctam, quam liberum ipsis tributum arbitrium facile intelligatur, veluti innuunt illa fundatoris verba = E siccome l'intenzione, desiderio, e vo-

lon-

lontà sempre è stata, ed è di fondare un Canonicato primario . . . perciò il primo Elemosinario, e suoi futuri successori elemosinarj caso mai avessero, o potessero avere ed ottenere l'accettazione di detto Canonicato, in questo caso il sudetto fondatore hà concesso e concede . . . ogni potestà e facoltà di poter sospendere l'elemosina di dette messe ec. = Si enim fundator adeo flagrantem in modum optabat Canonicatus erectionem, ut Capellanis perpetim tributam voluerit facultatem instituendi Canonicalem Præbendam, si Capituli assensus unquam accederet, patet, vehemens hujusmodi desiderium pro lege habendum esse, nec Capellanis licere, postquam extiterit conditio, vel parumper Canonicatus erectionem protrahere. Quin aliter suadere valeant ea verba *concede facoltà*; præterquam enim hæc facultas ad Sacrorum dumtaxat suspensionem est referenda, i lud etiam accedit, quod germana verborum sententia non ex illorum cortice, sed ex mente fundatoris, et ex integro tabularum contextu est eruenda, uti monet *text. in L. Duo ff. de testam. tut., L. non aliter* 67. §. 1. *ff: de leg.* 3. ac tradit *Rot. decis* 41. *n.* 7. *cor. Emo Gamberini.*

Imo etiamsi recensita verba = concede ogni potestà = liberam tribuerent Capellanis facultatem ita ut ipsi a petenda Canonicatus erectione se abstinere non prohiberentur, nihilominus hodierno Capellano sublata foret hujusmodi potestas. Quum enim ipse libenter preces porrexerit Canonicis, ut canonicalis præbendæ fundationem exciperent, atque isti capitulariter coacti assensum jam præstiterint, nefas est Canonico di Graziano a data fide desciscere ex regula, qua docemur: *quod semel placuit, displicere amplius non potest, Leg.* 5. *Cod. de oblig. et act., R.* 21. *J. in* 6.

Quoties itaque Emi Patres Canonicatum erigendum esse dijudicent, decernant rogo, cuinam ex Oratoribus tribuenda sit canonica institutio. Perspicuum sane exploratumque est, Clericum Vincentium Spanò Cagno ex linea, quam ipse primitus vocavit fundator, descendere, ac propterea si ætatis defectu non laboraret, ceteris foret anteferendus. Verum quod Clericus Vincentius jure assequi vetatur, id Apostolica dispen-

spensatione obtinere posse sibi blanditur. Ipse enim ex prædilecta linea originem ducit, fundatoris est ex germano fratre nepos, et licet ecclesiasticæ militiæ jam mancipatus, nullo gaudet Beneficio. Ætatis igitur dispensatio, quam Clericus efflagitat, menti fundatoris consona videtur, quia iste si nepotem suum in hoc rerum statu versantem prospexisset, aliam forsan in testamento sanxisset legem.

Oratoris item precibus quamplura propitia sunt dispensationum exempla, quas hæc Sacra Congregatio impertiendas censuit patronorum filiis, vel ex genere vocatorum descendentibus, ut ecclesiasticum Beneficium, vel etiam Canonicatum in Ecclesiis Cathedralibus assequerentur, etiamsi pubertatis annos nondum attigissent, quemadmodum videre est in *Monasterien. Canonicatus 7. Aprilis* 1753. §. *Vacarunt*, *et in Callien. et Pergulana 22. Februarii* 1823. §. *Favet*. Neque huic ætatis dispensationi negotium facessere putat assertum jus Canonici Lavaccara; siquidem Summus Pontifex veniam ætatis impertiendo Clerico ex linea primitus vocata descendenti utitur jure suo, neque ullam infert jacturam alteri, qui in subsidium tantummodo ad Beneficii possessionem a fundatore nominatur, veluti scribit *Lotter. de re benef. lib. 2. quaest.* 51. *n.* 23., *Piton. de controv. patron. alleg.* 100. *n.* 338., *et S. Congreg. in cit. Monasterien. §. neque.*

Plura tamen in medium profert Sacerdos Lavaccara, ne Clerico Vincentio ætatis concedatur dispensatio. Ea quidem vulnus infligit tum sacrorum canonum censuræ ordinem sacrum in Ecclesiis Cathedralibus expostulantium, *Concil. Trid. sess. 24. cap. 12. de reform.*, *S. Congreg. in Firmana Fructuum 24. Novembris* 1827. §. *Statuit*, tum menti Fundatoris, qui possessores Canonicatus Spanò Subdiaconatus saltem ordine insignitos præcipiens, eos repulit, qui hac prærogativa ob ætatis defectum non possent intra annum exornari. Præterea Sacerdos Lavaccara quintum supra quinquagesimum agit annum, eumque Canonicatus Spanò possessione dignum existimat Episcopus et Capitulum, ideoque si Clerico Vincentio ætatis venia concedendam putarent EE. VV., Sacerdos testimonio Episcopi dignus posthaberetur Cleri-

rico quatuordecim annorum, et, quemadmodum ait Lavaccara, litterarum ignaro.

Tandem gratiæ, et privilegia juri alterius quæsito detrimentum inferre non debent *ad text. in cap. Si quando de rescript.*, *et S. Congreg in Ariminen Funerum* 16. *Junii* 1827. §. *Porro*. At si petita indulgeretur ætatis dispensatio juri a Sacerdote Lavaccara jam quæsito derogaretur. Enim vero quanquam veritati consentaneum sit, Summum Pontificem veniam ætatis indulgendo ei, qui ex prædilecta familia descendit, nullius lædere jus, ubi testator idoneitatem spectaverit tempore præsentationis a patrono faciendæ, quia quadrimestri ad præsentandum nondum elapso is, qui in subsidium vocatur, nullum certum jus, sed tantum spem et jus eventuale habere dicitur, *Card. de Luca de jurep. disc.* 70. *n.* 17. *Piton de controp. patron. alleg* 1. *n.* 23. *et in Parergon ad discep. eccl. n.* 18. *et seq.*, nihilominus aliter sentiendum est, quando testator tempus vacationis Beneficii respexerit: hoc siquidem in casu si quo tempore Beneficium vacare obtingit, nemo reperiatur idoneus ex iis, qui primo loco a fundatore nuncupantur, illico jus acquiritur alteri in subsidium vocato, nec illi dispensatio concedi valet, quin huic jus certum præripiatur, veluti expendit *Piton. discept. eccl.* 13. *n.* 39. *et in Parergon. n.* 17., *Card. de Luca cit. disc.* 70. *n.* 16.. *et disc.* 45. *n.* 8. *et S. Congregatio in Siderniana Dispensationis* 19. *Decembris* 1750. §. *quod.*

Inthemate fundatorem ad tempus vacationis Beneficii respexisse, cuique tabulas fundationis perlegenti facile liquescit. Etenim fundator nemini jus nominandi attribuit, sed ipse descendentes ex progenie Antonini Spanò prius vocavit, et si isti non adessent, vel ad Cappellaniæ, aut Canonicatus adeundam possessionem inhabiles invenirentur, eis sufficit consanguineos ex aliis lineis proficiscentes. Porro ut res se habet, ad metiendam personæ idoneitatem inspiciendum esse tempus vacationis Beneficii docet *Piton discep. eccl.* 13. *n.* 39., et concinit juris dispositio præcipiens tempus secutæ vacationis omnino spectandum in Beneficiis et emolumentis, quæ juris ministerio, vel fundationis lege illico deferuntur,

nec

nec ullum extrinsecum hominis factum, ceu electio, præsentatio, sortitio, requiritur, *cap. Dudum de elect. Card. De Luca de Fideicommis. disc.30.n.11., S. Congreg. in Bononien Patrimonii Sacri 18. Novembris 1826. §. Verum.*

Restat nunc ut EE. VV. qua fulgent sacræ disciplinæ peritia, definire dignentur

Dubia

I. *An Canonicus Ignatius di Graziano sit retinendus in Capellaniæ possessione, seu potius sit locus erectioni Canonicatus primarii in casu etc.*

Et quatenus affirmative ad secundam partem

II. *An sit consulendum SSmo pro dispensatione ætatis favore Clerici Vincentii Spanò seu potius sit danda canonica institutio Sacerdoti Vincentio Lavaccara in casu etc.*

Ad I. Negative ad primam partem, affirmative ad secundam.

Ad II. Negative ad primam partem, affirmative ad secundam.

ROMANA REDUCTIONIS ONERUM. Cum Præses Ecclesiæ et Confraternitatis Divi Joannis Nationis Januensis pluribus angeretur dubiis quoad Capellanias a Cardinali Imperiali in eadem Ecclesia fundatas, supplex adiit hunc S Ordinem, ut propriæ conscientiæ prospiceret. Duo itaque expostulavit, quorum alterum absolutionem respicit a nonnullis omissionibus cum a Capellanis, tum a Sodalitatis Administratoribus pluribus abhinc annis in erectionis legem admissis; alterum vero spectat imminutionem onerum, quibus Cappellani gravantur. Preces ablegatæ sunt ad Emum ac Rmum D. Cardinalem Protectorem ejusdem Ecclesiæ, ut S. Congregationem de statu quæstionis docere, votumque suum aperire dignaretur. Hic autem rei historiam ita narrat. *Sess. 25. cap. 5. de reform.*

„ In supremis tabulis anni 1764. Cardinalis **Cosmas**
„ Imperiali pro Januensibus Sacerdotibus fundavit
„ Capellanias sex in Ecclesia S. Joannis Baptistæ Na-
„ tionis Januensis, assignavitque unicuique Capella-
„ no menstrua scutata sex cum onere = *di dovere a*
„ *vicenda fare ogni festa in detta Chiesa il Cate-*
„ *chismo, e la spiegazione del Vangelo all' Altare.* In
„ Codicillis autem applicationem cuilibet demanda-
„ vit Missarum viginti in menses singulos sub lege
„ celebrandi = *quotidianamente la Messa in detta*
„ *Chiesa di S. Giovanni, e non altrove, e risiedere*
„ *nelle stanze che saranno loro assegnate*; pœnam-
„ que pro quavis vice indixit julierum duorum, at-
„ tribuendam *a chi degli altri Cappellani supplirà,*
„ si in explenda Catechesi, vel explicando Evange-
„ lio deficeret.

„ Executores Testamentarii, ex amplissimis Testamen-
„ ti facultatibus, in Capellaniis erigendis cesserunt
„ Ecclesiæ et Sodalitati Gentis Ligustis centum sep-
„ tuaginta tria Loca Montium, eorumque fructus
„ annuos *per la rata di annuj* ₹ 43*v*. *per pagar-*
„ *ne la rata di* ₹ 6. *a cadauno de' sei Cappellani;*
„ *per altra rata di* ₹ 8. 65. *pagarli ai Montisti pe-*
„ *le mancie de' Luoghi* 173. *Monti assegnati, e per*
„ *la restante rata di* ₹ 78. *e baj* 35. *moneta com-*
„ *pimento dell' annua somma di* ₹ 519. *intiero frut-*
„ *to di luoghi* 173. *Monti ritenersela la detta Ven.*
„ *Chiesa e Compagnia per gli utensili, pigioni delle*
„ *sei stanze da darsi ai Cappellani, spese, suppel-*
„ *lettili, incomodi, e tutt' altro potesse da detta Chie-*
„ *sa pretendersi.*

„ Cum ob præteritas difficillimi temporis vices fructus
„ Locorum Montium e scutis 519. redacti fuerint ad
„ sola scutata 243. 93., Capellaniæ quoque ad so-
„ las tres redactæ sunt, quibus tamen ex Testatoris
„ lege onus permanet non modo celebrandi Missam
„ quotidie in ea Ecclesia, verum etiam *per turnum*
„ diebus festis explicandi Evangelium hora anteme-
„ ridiana, et doctrinam Christianam post meridiem.
„ Nihilominus Evangelium abhinc multis annis non
„ explicatur, quin constet de ulla derogatione testa-
„ mentariæ legi; et multoties etiam Doctrinæ Chri-

stia-

„ stianæ omissa est explicatio. Quapropter duo hodie „ postulat Præsul Gubernator Ecclesiæ et Sodalitii: „ Alterum ut sola obligatio explicandi Evangelii re- „ viviscat in Capellanis, et solis diebus festis de præ- „ cepto; alterum ut quoad præteritum sit locus sa- „ nationi seu absolutioni = *tanto per parte degli Am- „ ministratori della Chiesa, che dei Cappellani.* „

Ex hac facti enarratione perspicuum exploratumque est, justam ac necessariam occurrere causam reducendi onera a fundatore Capellanis imposita. Nihil sane magis frequens in hac Sacra Congregatione, quam onerum reductio ob redituum decrementum. In themate autem bona a Cardinale Imperiali relicta gravem procul Administratorum culpa subierunt imminutionem. Inquirere hinc oportet, quænam sint reducenda onera.

Porro quum non liqueat, quodnam operis pius testator prædilexerit, onerum reductio pro rata esset facienda ad regulam quam exornant *Tondut. part.* 1. *quæst. civil.* 75. *num.* 13., *Passerin. de stat. homin. quæst.* 187. *art.* 4. *num.* 1101., ac sequuta est *S. Congr. in Bracaren. Reduct.* 11. *Septembris* 1717., *et in Narnien.* 15. *Maji ejusdem anni*. Verum si EE. VV. hanc sectarentur regulam, illud accideret perincommode, ut ob imminutum Capellanorum numerum modo explicatio Evangelii, modo catechesis diebus festis non sine populi offensione foret intermittenda.

Quam ob rem postulat Ecclesiæ Gubernator, ut integrum maneat Capellanis onus celebrandi Missam singulis diebus in eadem Ecclesia, et applicandi in expiationem animæ testatoris quolibet mense viginti Sacra, quæ uberius quam cetera opera animabus defunctorum suffragantur, *Benedict. XIV. de Syn. Diæc. lib.* 13. *cap. ult. num.* 23, *S. Congr. in Mazzarien. Reductionis et absolutionis* 14. *Decembris* 1822. §. *Quod, et in Nolana Reductionis* 18. *Augusti* 1827. §. *Attamen*: Quod vero pertinet ad reliqua duo onera explicationis Evangelii, et doctrinæ Christianæ, cupit, ut una reviviscat explanatio Evangelii diebus festis de præcepto a tribus Capellanis in orbem explenda. Huic petitioni cohæret sententia Emi Protectoris, inquiens„ „ Ut quid sentiam aperiam, censeo annuendum esse

„ precibus, de quibus agitur: cum enim duo onera Evangelii et doctrinæ Christianæ adimplenda forent *per turnum* a sex Capellanis, cum modo redacti sint ad tres tantum, postulat æquitas, ut onus duplex festorum dierum *a sex* implendum, redigatur *ad unum* implendum a *tribus*; alias hodierni Capellani, qui numero minores sunt, gravarentur magis quam veteres numero plures, cum *il turno* hodie, imminuto Capellanorum numero, redeat ocyus, quam antea rediret.„

„ Pari ratione censeo annuendum petitæ sanationi, seu condonationi quoad præteritum, ut ita consulatur Præsulis, et Capellanorum conscientiæ; firma tamen in reliquis omnibus in posterum voluntate Testatoris.„

Dignentur itaque sequentia dirimere

Dubia

I. *An sit consulendum SSmo pro absolutione quoad præteritas omissiones in casu etc.*

II. *An, et quo modo sit concedendi onerum reductio in casu etc.*

Non proposita cum sequenti.

Sess. 24. Cap. 13. de Reform.

SENOGALLIEN. REDUCTIONIS MISSARUM. Antonius Bruni e Castro Peticuli supremo, quo anno 1708 decessit, elogio hæredes instituit Fratris sui Josephi filios, horumque masculina deficiente progenie erigi voluit = *un gius patronato colla direzione delle Messe che parerà al Signor Pievano pro tempore del suddetto luogo* = Anno 1778. quum Familia Bruni exaruisset, inter Parochum Josephum Caterini, qui hæreditatis possessionem nactus fuerat, atque Jo-

Jacobi per lineam fœmininam descendentes acris fruitionis. Hanc ut dirimeret Parochus amicam iniit transactionem, illisque pretio scutatorum mille hæreditaria vendidit bona annuente huc S. Ordine, rescripto die 16. *Maji* 1789., sub lege tamen *investiendi cum solitis clausulis, solutis fructibus compensativis juxta morem regionis, donec idoneum reperiatur investimentum et reservato dominio, nec non translatis super novo investimento oneribus ad formam testamenti* = Supplicem postea porrexit libellum idem Parochus, ut S. Congregatio quot Missæ pro pio legato litandæ forent, decerneret, atque Emi Patres concinnato dubio = *an et quomodo sit locus celebrationi Missarum in casu etc. die 20. Marti* 1790. dederunt responsum: *Affirmative ad taxam perpetuæ.* Hoc gravate ferens hodiernus Parochus Antonius Uccellini tum quia Paroeciæ reditus adeo exigui sunt, ut animarum Curatori congruam vitæ exhibitionem non suppeditent, tum quia difficillime invenitur Sacerdos, qui eleemosyna obolorum quindecim Sacrum facere velit, Missarum reductionem efflagitat, easque ad quinquaginta quolibet anno cohiberi implorat.

Precibus Emi Episcopo ablegatis ita is suum aperuit mentem = Licet sapienter a Supremo hoc Ordine „ decretum illud tunc temporis fuerit emissum, ho„ die tamen ob onera de novo imposita super Pa„ roeciæ bonis, ob depositum scutorum viginti pro „ Ecclesiæ fabrica explenda, ob tandem maximam „ sterilitatem prædii subrogati credito scutorum mil„ le, a ratione mihi absonum non videtur, quin de„ cretum illud sit reformandum: et quoniam ex le„ gali peritia palam fit enormis Parochialium redi„ tuum exilitas, Orator sibi ominatur adjunctas pre„ ces, ejusque postulata in eis contenta a Supremo „ hoc Ordine fore obsecundanda =

Ecclesiarum Parochialium inopiæ succurrendum esse statuit *Tridentina Synodus Sess. 21. cap. 5., et Sess. 24. cap. 13. de Reformat.*, ut earum Rectores ad vitæ tuitionem saltem scutata quinquaginta S. Pius V. in *Const. Ad exequendum*, imo ex disciplina hujus Sacri Ordinis scutata centum quotannis lucrentur ad tradita in *Civitatis Castellanæ 24. Novembris* 1821., *et in Asculana Congruæ 21. Julii* 1827. §. *Præterea.* Ubi autem alia præsto non sint media ad levandam

Pa-

Parochorum paupertatem idonea, hisce non raro consulendum decrevit vel piorum legatorum unione, vel Missarum reductione, veluti docent exempla in *Spoletana* 15. *Martii* 1783, *et in Ausculana Parœciæ* 15. *Decembris* 1804. §. *Hæc vero.*

In themate adeo exigui sunt Parœciæ reditus, ut eos subductis oneribus, ad annua tantum scutata septendecim pertingere retulerit peritus ex officio electus. Parochianorum vero paupertas, et simplicium Beneficiorum defectus suadent, nullam subesse aliam rationem tenues augendi fructus, quam petitam Missarum reductionem. Idque eo magis statuendum videtur quia Testator Bruni fortassis paupertatem Parœciæ probe noscens voluit, ut Parochus pro tempore arbitratu suo præfiniret Missarum numerum in pii Legati implementum celebrandarum. Dein prætereundum non est, hodie Oratori onus incumbere administrationis fundi, quem Parochus Joseph Angelilli ad tramites Rescripti diei 16. *Maji* 1789. comparavit, cujusque fructus annuam conficiunt summam scutatorum 31. 38. 7. Tandem cum haud facile reperiri valeat, qui Sacrum pro eleemosyna obolorum quindecim juxta taxam perpetuæ litare velit, justa quoque intercedere videtur causa concedendi Missarum reductionem, ut major tribuatur eleemosyna, *Conc. Trid. Sess.* 25. *cap.* 4. *de Reform.*, *et S. Congregatio in Vicen. Reductionis* 27. *Martii* 1819. §. Petitæ.

Verum ultima decedentium voluntas religiose est servanda, cum nihil magis hominibus debeatur, quam ut supremi elogii liber sit stilus, et licitum quod iterum non redit arbitrium, *L.* 1. *cod. de SS. Eccles. S. Congregatio in Tudertina Reductionis onerum* 27. *Januarii* 1827. §. *Verum.* Præterea fideles defunctorum legibus passim derogari sentientes a Legatis in pias causas scribendis facile abducerentur, *S. Congregatio in Novarien.* 17. *Septembris* 1791. *et in Mathilicen.* 16. *Aprilis* 1792.

Decernant igitur EE. VV., utrum miseria Parochi sit levanda ex reditibus in celebrationem Missarum statutis, vel potius aliis modis a *S. Concilio Tridentino Ses.* 24. *cap.* 13. *de Reform.* præscriptis.

Dubium

An et quomodo sit locus reductioni Missarum in casu etc.

Die Sabbati 27. Junii 1829. in Palatio Apostolico Vaticano erit Sacra Congregatio Concilii, in qua præter alia proponentur infrascripta Dubia, juxta morem ejusdem Sacræ Congregationis de jure resolvenda.

ROMANA REDUCTIONIS ONERUM.

Sess. 25. Cap. 13. de Reform.

Dubia

I. An sit consulendum SSmo pro absolutione quoad præteritas omissiones in casu etc.

II. An, et quomodo sit concedenda onerum reductio in casu etc.

Ad I Affirmative pro absolutione, celebratis tribus Missis, nec non pro convalidatione reductionis, quatenus opus, sex Capellaniarum ad tres tantum.

Ad II. Affirmative, reducta tantum catechesi post meridiem juxta votum Emi Protectoris.

Sess. 24. Cap. 13. de Reform.

SENOGALLIEN. REDUCTIONIS MISSARUM.

Dubium

An, et quomodo sit locus reductioni Missarum in casu etc.

Affirmative, celebratis quolibet anno Missis quinquaginta.

Ter-

Sess. 24. Cap. 12. de Reform.

TERRACINEN. SEU PRIVERNEN. EMOLUMENTORUM. Denuo hujus Sacri Ordinis judicio subjicitur controversia inter Sacerdotem Reali Canonicum jubilatum, et Capitulum Privernensis Ecclesiæ super participatione emolumenti, quod Canonicis antiphonam *Libera me Domine* tempore quadragesimali canentibus distribui solet. Quanquam enim Capitulum semel iterumque causa cecidisset; attamen in Comitiis diei 16. Augusti 1828. quum contenderet, jam inde ab anno 1693. in Privernensi Cathedrali Ecclesia inolevisse consuetudinem, ut memorati emolumenti participes non redderentur vel ipsi Canonici rude donati, nisi cantui ejusdem antiphonæ interessent, idque nedum ex testium depositionibus, sed etiam ex distributionum libris clare elici tueretur, placuit Emis Patribus judicium protelare edito responso = *Dilata, et scribatur Episcopo pro nova informatione super noviter deductis, inspectis libris distributionum.*

Mandatis Sacræ Congregationis morem gessit Episcopus Aloisius Frezza, et antequam ad titulum Archiepiscopalis Ecclesiæ Calcedonensis transferretur, retutulit, a suo Vicario Generali, adstantibus Tabellione et viris ab utraque parte electis, expletam fuisse librorum inspectionem; hujusmodi libros inventos esse integros, nec ulla litura, aliove infectos vitio; atque ex iis Tabellionem nonnulla deprompsisse fragmenta, quæ ad rem facere videbantur, quibusque in novo certamine partes uterentur ad jura sua protuenda. Misit præterea quasdam animadversiones, quæ cum quæstionis decisioni viam sternant, ob oculos EE. VV. ponere reor. Sunt autem ejusmodi.

1. La Chiesa Cattedrale di Piperno conta 15. Canonici, compresovi l' Arciprete.

2. Nell' anno 1702. il Canonico D. Tommaso Tacconi aveva cessato di esser Canonico, avendo per successore il Canonico Giovan Battista Tacconi. In mancanza degli atti di rinunzia, e di possesso, ciò si rileva dal confronto de' Canonici dell' anno 1701. con quel-

li

li dell' anno 1702. risultante dai libri Capitolari, e della V. Cappella del SSmo Presepe. Difatto nel 1701. nella nota de' Canonici che percepirono la *Libera* (emolumento di cui si questiona) vi si leggono tutti 15. niuno eccettuato, e fra questi si contavano D. Tommaso Tacconi, Leonardo Tacconi, e Giuseppe Campiani, come risulta dal sommario del Rmo Capitolo. Al contrario nel 1702. mancano secondo lo stesso sommario del Capitolo tre Canonici, cioè D. Tommaso Tacconi, D. Leonardo Tacconi, e D. Giuseppe Campiani, e figura per la prima volta il Canonico D. Giovan Battista Tacconi, compreso il quale si hà un numero di 13. Canonici che nell'anno 1702. percepirono la *Libera*. Per compire dunque il numero di 15. mancano due Canonici. Ora aggiungasi D. Leonardo Tacconi, il quale senza dubbio nel 1702. era Canonico, essendo esso mancato di vita li 3. Settembre 1704 come dal Lib. 4. foglio 61. dell' amministrazione della Cappella, e dal Libro 5 della Propositura foglio 27., e quindi si unisca Giovan Battista Setacci che nel ridetto al 1702. figura anch' esso tra Canonici come dallo stesso libro 4. dell' Amministrazione della Cappella foglio 61., si avrà così il numero completo di 15. Canonici. In questo anno dunque 1702. non erano più Canonici ne' D. Tommaso Tacconi, ne' D. Giuseppe Campiani, poichè senza di essi abbiamo il numero totale di 15. Canonici, di cui come si avvertì, è composta la Cattedrale di Piperno, e per conseguenza li due nuovi Canonici Giovan Battista Setacci, e Giovan Battista Tacconi sono successori dei medesimi. Ma nel libro dell' inventario delle Prebende che hà origine dall' anno 1614., e prosiegue fino all'anno presente foglio 3., si trova Canonico Giovan Battista Setacci notato come successore del Canonico D. Giuseppe Campiani. Dunque l' altro Canonico Giovan Battista Tacconi è successore del Canonico D. Tommaso Tacconi. Ecco pertanto dimostrato che nel 1702. D. Tommaso Tacconi non era più Canonico. Niuna meraviglia dunque ch' egli dal 1702. in poi non abbia più percepito l' emolumento della Libera in contesta.

3. Risulta dai Libri della detta Cappella che il Canonico D. Tommaso Zaccaleoni giubilato nel 1775. hà sempre partecipato dell' emolumento del *Libera* fino all' anno 1786. epoca, in cui ebbe per successore a Coadiutoria Michele Zaccaleoni. Risulta altresì da medesimi Libri che il Canonico D. Luigi Pellegrini che nell'anno 1797. ottenne dalla S Congregazione del Concilio un grazioso indulto = abessendi a Choro = morto quindi in Sonnino come dall' attestato del proprio Parroco che si annette, il dì 8. Novembre 1798. ,percepì anch' Egli nel 1798. il detto emolumento del *Libera*. Ora si dee presumere ch' essi abbiano voluto profittare dell' Indulto, e che perciò abbiano partecipato del ridetto emolumento, quantunque assenti.

4. Il Sig. Canonico Mattei giubilato nell'anno 1814. si è sempre gravato, perchè dal Rmo Capitolo gli si negasse l'emolumento del *Libera*. Egli dopo ottenuto l' indulto di giubilazione lo hà reclamato in più occasioni presso il fu Canonico D. Antonio Alonzo di lui Agente in Piperno, facendo a questi conoscere che gli competeva frà gli altri emolumenti anche quello del *Libera*, corredando questa sua petizione con varj decreti della S. Congregazione del Concilio, come da attestato che si annette del Sig. Canonico D. Domenico Alonso nipote ed erede del detto Canonico D. Antonio Alonzo testè defonto. Dal che risulta troncata la pretesa catena dell' asserta consuetudine, non potendo più dal Capitolo addursi in scena l' esempio del Sig. Canonico Mattei, il quale d' altronde se non fece dei passi giudiziali, si diportò così non compiendogli di fare una lite, sicuro che altri in sua vece l' avrebbe fatta in appresso come lo attesta esso stesso con giuramento nelle risposte che si annettono in copia, alle Posizioni dategli dal Procuratore della Cappella Signor Canonico Setacci; documento che il Capitolo non solo ha nascosto, ma l' ha ben' anche sottratto dagli atti del Tribunale dell' A. C., ove fù il detto Canonico Mattei citato a rispondere, onde non venisse in cognizione del Canonico Reali.

5. Il

5. Il Rmo Capitolo ha solennemente accettate le due Risoluzioni emanate dalla S. Congregazione del Concilio a favore del Canonico D. Pasquale Reali, si per avere nell' anno 1828. somministrato l' emolumento del *Libera* anche agli altri giubilati Mattei, e Loffredi senza essere intervenuti in Coro, come dimostrano gli stessi Libri della Cappella, si ancora per avere estesa questa somministrazione a favore dei Canonici infermi che non ne hanno mai partecipato, mercè una Risoluzione Capitolare sotto li 7. Febraro 1828.

6. I Canonici giubilati *Gabbioli*, e de *Castris*, che dice il Capitolo non aver percetto l' emolumento del Libera in qualche anno della loro giubilazione, ebbero ognuno di essi il Coadjutore, come dai fogli di estratti n. 20. e 21 senza che si conosca positivamente il giorno del possesso della loro respettiva Coadjutoria come si scorge dai Libri Capitolari. Non fà dunque meraviglia che in un anno si vegga non avere *Gabblioli* specialmente percetto il detto emolumento del Libera, perchè potrebbe essere che in quell' epoca avesse il Coadjutore, nel qual caso non si poteva più percepire il medesimo senza l' intervento al Coro. E così può dubitarsi anche del Canonico de Castris. il certo però si è, che negli stessi Libri si scorge nel mese di Novembre 1753. il Canonico Fomeucci Coadjutore del Canonico Gabbioli, e nel giorno 6. Aprile 1763. apparisce il Canonico D. Luigi Pellegrini Coadjutore del Canonico de Castris. Quindi anche l'esempio di questi due Canonici non provano affatto l'asserta consuetudine.

7. Ma se pur si finga per un momento che i ridetti due Canonici giubilati non avessero percepito il detto emolumento, secondo asserisce il Capitolo, si rileva dalle risposte giurate del più volte nominato Signor Canonico Mattei, che li surriferiti Canonici giubilati non si stettero in silenzio nel vedersi loro negato tale emolumento, mà ne riclamarono; con che resta atterrato ogni fondamento di asserta consuetudine. =

Cetera haurire dignabuntur Emi Patres ex foliis dierum 23. Decembris 1826., 16 Junii 1827., et 16. Augusti 1828.,atque etiam ex allegationibus utrinque rursus distribuendis, ut definire valeant, quod iterum proponitur

Dubium

An sit standum vel recedendum a decisis in casu etc.

In decisis, et omnino pareant mandatis Sacræ Congregationis.

Sess. 21. cap. 5. de reform.

AQUEN UNIONIS. Una primitus eaque ab antiquissimis usque temporibus in Oppido Saxelli Aquensis Diœcesis extabat parochialis Ecclesia Deo in honorem S. Joannis Baptistæ dicata; sed postea cum valde auctus esset parochianorum numerus, et plures a vertice montis, in quo antiquitus morabantur, ad illius radices se contulissent, novam opus fuit extollere Ecclesiam SSmæ Trinitati sacram. Hoc in loco in dies augescente populo, ibique constituto Saxelli oppido, Aquenses Præsules operam dederunt, ut in Ecclesia SSmæ Trinitatis nova erigeretur Parœcia omnino distincta ab illa S. Joannis Baptistæ, ad quam per mille et ultra passus ab oppido dissitam senes, pueri, aliique debilitate laborantes non sine magna difficultate et incommodo accedere poterant. Supplicibus itaque huic S. Congregationi porrectis libellis post acrem partium disceptationem die 28. Augusti 1723. decreta est optata dismembratio, et novæ Parœciæ erectio.

Post hæc nulla ad hunc sacrum Ordinem hac super re delata noscitur controversia; verum hodiernus Episcopus preces obtulit Sa. Me. Leoni XII., narravitque = che dalla dismembrazione ne derivarono divisioni di partiti fra i Parrocchiani e discordie fra i Parrochi dell' una e dell' altra, ed anche fra le Confraternite, onde i Vescovi ne hanno dovuto soffrire molti disturbi = .Ad hujusmodi dirimenda jurgia, arrepta

repta occasione obitus Parochi S. Joannis Baptistæ, petiit, ut hæc supprimeretur, et unirentur Parœciæ SSmæ Trinitatis. Ut vero = li pochi Casolari che formano parte della Parrocchia sopprimenda e dispersi per le montagne, non restino privi di assistenza = postulavit = che la detta Chiesa di S Giovanni rimanga succursale della Parrocchia della SSma Trinità, ove si conservi il Santissimo Sagramento, e vi sia un Cappellano amovibile ad nutum del Parroco, a cui da quello venga pagato un congruo assegnamento = Petitioni annuit Sanctissimus die 1. Februarii 1826. Id autem ubi primum resciverunt Parochiani S. Joannis Baptistæ, illico confugerunt ad Apostolicam Sedem, eamque nondum expeditæ fuissent litteræ Apostolicæ, rem omnem ad hanc Sacram Congregationem pro voto ex audientia Sanctissimi diei 3. Maji 1828. remisit Eminentissimus Pro Datarius. Hodie igitur quæstio de supprimenda et unienda Parœcia S. Joannis Baptistæ Eminentiis Vestris dirimenda proponitur.

Ut Ecclesiarum status, ubi sacra Deo officia ministrantur, ex dignitate conservetur, Tridentina Synodus *sess.* 21, *cap.* 5. *de reform.* facultatem tribuit Episcopis, etiam tamquam Apostolicæ Sedis delegatis, uniendi parochiales Ecclesias *propter earum paupertatem, et in ceteris casibus a jure permissis.* Plures et justas in themate occurrere causas censet Aquensis Episcopus, ac in primis memorat paupertatem Parœciæ S. Joannis Baptistæ. Etenim „ secondo lo stato dato sei anni sono dall' ultimo Parroco di S. Giovanni, e che fu passato e segnato altresì dai membri dell' amministrazione comunale, i beni componenti quella prebenda parochiale non portano che scudi ventisei circa di reddito, ed aggiuntovi anche il supplemento di congrua, che da qualche tempo gli fu assegnato dal Governo, viene a far poco più di circa scudi novanta, reddito che aggiunto eziandio qualche cosa d' incerti non parmi possa far vivere lautamente come si asserisce „. Quapropter cum hujus Parœciæ reditus annuam non conficiant summam scutatorum centum, quot saltem ad congruam Parochorum necessaria jugiter censit

suit hic Sacer Ordo, ac præsertim in *Civitatis Castellanæ 24. Novembris 1821 ad 11. Dub., et in Tudertina 27. Aprilis 1822. §. Ut hæc*, uniendi videtur eadem Parœcia cum illa Sanctissimæ Trinitatis.

Altera quoque, ait Episcopus, præsto est utilis et necessaria causa, ut scilicet litium et æmulationum germen penitus evellatur. Quanquam enim = un tale spirito di partiti resti al presente alquanto sopito, ogni ragione vi è a temere che possa risvegliarsi rimettendo un nuovo Parroco alla detta Chiesa, per cui fu sempre nostro pensiero, che altro mezzo esser non vi potesse per allontanar le discordie tra quella popolazione, e mettere una qualche tranquillità nel Paese, che stabilirvi una sola Parrocchia, sopprimendo quella di S. Giovan Battista con unirla a quella della Santissima Trinità = Porro ad evertendam discordiarum segetem inter Parochianos et Parochos fieri posse Ecclesiarum uniones docet hæc Sacra Congregatio *in Novarien. Unionis 17. Decembris 1763.*, ipsaque suadet ratio; siquidem, sublata Paroecia S. Joannis Baptistæ, Parochiani omnes in unum coalescerent, Sodalitates de primatu Paroeciæ, ac de aliis præeminentiis amplius non contenderent, processiones, ubicumque ipsis libitum esset, ducere possent, omnes tamquam suam venerarentur Ecclesiam Sanctissimæ Trinitatis, eidemque omnes veluti suarum animarum curatori obedirent Parocho; uno verbo omnis oppidanorum abalienationi, et æmulationi via e vestigio, sin minus pedetentim intercluderetur.

Neque per hujus Paroeciæ suppressionem spirituali subsidio destituuntur hodierni Parochiani S. Joannis Baptistæ. Ipsis enim in eadem Ecclesia præsto erit Capellanus, qui confessiones excipiat, aliaque Sacramenta administret. Præterea Paroeciæ S. Joannis Baptistæ subest quoque regio Piampaludo = che conta al presente novecento circa anime, in distanza tre ore circa dalla Parrocchia madre con strade per trasferirvisi precipitose, piene di sassi, ingombrate di spine, intersecate da varj torrenti di difficile transito, per cui resta a quegli abitatori non solo ai vecchj, ma ai giovani ancora pericoloso l'accesso alla

Par-

Parrocchia, pressochè impraticabile nell' invernale stagione = In hac regione, ubi incolæ Ecclesiam sub auspiciis S. Donati, sacra supellectili largitæ ornatam, et domo parochiali præditam, ædificarunt, alterum Capellanum ad nutum Parochi SSmæ Trinitatis amovibilem constituendum censet Episcopus; Hujus autem regionis incolæ voti compotes reddi nequeunt, nisi Parœcia S. Joannis Baptistæ suppressione extinguatur: nam ex reditibus ejusdem Parœciæ detrahere oportet quamdam fructuum partem, qua fruatur Capellanus in Ecclesia S Donati constituendus, cum populo di Piampaludo datum erit reliquam dotationis partem Capellano tribuere. His adductus rationibus Aquensis Episcopus utilem et necessariam arbitratur intercedere causam, ut statim supprimatur Parœcia S. Joannis Baptistæ, et uniatur Ecclesiæ parochiali Sanctissimæ Trinitatis, reservata sibi facultate constituendi Capellanum in Ecclesia S. Donati, simul ac rerum adjuncta siverint incolas hujus regionis congruam pro Capellano statuere dotem.

Ex adverso Parochiani S Joannis Baptistæ pluresque Saxellenses in circumferenda allegatione edixerunt, unionem Parœciarum fieri non posse, nisi alterutra necessitatis aut utilitatis adsit causa, *cap Exposuisti de Præben.*, *Concil. Trid. sess.* 21. *cap.* 5. *de reform.*, cum iis quæ bene constituta sunt, contrariis ordinationibus non sit detrahendum, *Trid. Syn. sess.* 25. *cap.* 5. *de reform.*, *S. Congr. in Lancianen. Unionis* 17. *Martii* 1827 §. *In jure.* Utramque causam in themate plane desiderari putat Saxellensium Defensor, imo si Parœciam S. Joannis supprimendam decernerent EE. VV., gravia ominatur obventura damna devotioni fidelium erga antiquissam Ecclesiam, cultui divino, spirituali animarum saluti, et ipsimet fabricæ Ecclesiæ.

Et quod pertinet ad assertam tenuitatem redituum Ecclesiæ S. Joannis Baptistæ, eam quam longe a veritate alienam testantur Saxellenses, fidem perhibentes, ejusdem Ecclesiæ Rectores ea jugiter auctos fuisse præbenda, qua decenti vitæ tuitioni satis superque prospicerent: imo ex Episcopi relatione haud medicos,

sed

sed ejusmodi esse liquet parochialis præbendæ fructus, ut congruam suppeditent dotem a sacris canonibus proParochis statutam. Jurgia quoque et dissidia, quæ inter unius alteriusque Ecclesiæ Parochos, Sodalitates, et Parochianos exarsisse feruntur, penitus inficiatur idem Defensor, tum quia Episcopus ea non enumerat, nec probat, tum quia plurimi testes, quorum nonnulli Sacerdotali charactere insigniti, affirmant, ante visitationem anni 1820. nullum inter Sodalitates et populum utriusque Paroeciæ alicujus momenti extitisse jurgium, et quæ anno 1820. efferbuerant dissidia, quia Sodalitiis S. Joannis Baptistæ prohibitum fuerat, ne supplicationes per territorium Paroeciæ SS$\tilde{\text{m}}$æ Trinitatis ducerent, brevi sedata sunt, et Episcopi decreto quieto animo obtemperarunt Sodalitates. Quin imo etiamsi inter utriusque Paroeciæ populum revera exarsissent dissidia, hæc tamen justam non præberent unionis causam, cum istis compescendis facile aliis rationibus occurri valeat, *Lotter- de re benef. lib.* 1. *quæst.* 28. *n* 30., *Rot. cor. Celso decis.* 403. *n.* 4. Et sane hic Sacer Ordo *in Pisauren.* 11. *Januarii* 1744. denegandam censuit unionem Paroeciarum oppidi Gradariæ, quæ tum ob alias causas, tum ob eam præcipue postulabatur, ut discordiæ, et controversiæ inter Parochos, quæ transactionibus vix sopitæ in dies recrudescebant, funditus dirimerentur, ac evellerentur.

Hæc et alia quæ commemorat præfatus Defensor, luculenter evincere autumat, nullam suppeditare canonicam causam, quamobrem præcipienda sit Paroeciarum unio; quin imo non desse tuetur rationum momenta, quæ suadeant sartam tectam servandam esse Paroeciam S. Joannis. Initio eadem Ecclesia adeo vetusta est, ut ejus origo inter antiquitatis tenebras delitescat, tanta pollet amplitudine, ut omnes facile oppidanos capere valeat, eam singulari pietate venerantur cuncti Saxellenses, marmoribus, Sanctorum imaginibus, Sodalitiis, Capellaniis, legatis piis, et sacra supellectili decenter ornatur; valde autem timendum, ne, suppressa Parœcia, translatisque Sodalitatibus, fidelium pietas, cultus Ecclesiæ, ipsaque Templi fabrica paullatim grave patiatur detrimentum.

Dein

Dein Paroeciæ dismembratio auctorante hoc Sacro Ordine anno 1723. expleta clare demonstrat, necessario integram in Præcursoris Ecclesia relinquendam esse Paroeciam: si enim senes, pueri, alii que debiles intra oppidum Saxelli commorantes ad Ecclesiam S. Joannis Baptistæ propter distantiam non sine magno incommodo et difficultate accedere poterant, ideoque opus fuit et nova anno 1723 intra ambitum oppidi erigeretur Paroecia æque necesse est, ut in Ecclesia S. Joannis serveur Paroecia, ne senes et pueri agros incolentes eadem et majori difficultate ad Ecclesiam SSmæ Trinitatis adire compellantur. His accedit, quod populus S. Joannis Baptistæ frequens est, et numerum duorum millium excedit, quorum ducenti sexaginta circum Ecclesiam accolunt, reliqui per agros montesque impervios inhabitant, et ab Ecclesia SSmæ Trinitatis quam longius absunt, ac proinde post longum asperumque, hyemali praesertim tempestate, itineris cursum Ecclesiam S. Joannis praeterire deberent, ut ad Paroeciam SSmæ Trinitatis se conferent, adillam nempe Ecclesiam, quae propter angustiam, ne proprios quidem parochianos ad numerum trium millium pertingentes complecti potest.

At enim in Ecclesia S. Joannis aderit Capellanus, qui cultum divinum ibi ea exerceat, et spirituali pabulo ruricolas nutriat. Verum, subdit Saxellensium Defensor, necessitas Capellani necessitatem Paroeciae in eadem Ecclesia aperte ostendit, nec ulla subest ratio, cur Ecclesia S. Joannis succursalis sit renuntianda, nisi ut jura Parochi SSmae Trinitatis dilatentur, jura autem Ecclesiae Praecursoris magno incommodo et jactura ruricolarum imminuantur, et animarum cura non proprio Pastori, sed Capellano ad nutum amovibili committatur.

Videant tamen Emi Patres qua pollent sapientia

An et quomodo sit locus unioni Paroeciarum in casu etc.

Negative in omnibus.

Sess. 25. cap. 13. de reformat.

TIBURTINA NOMINATIONIS. Bona ex suppressione quorumdam Vicovariensium Coventuum proficiscentia Seminario Tiburis ea lege volvente seculo decimo septimo attribuit Cardinalis Episcopus Sanctæ Crucius Apostolica suffultus auctoritate, ut in eodem Seminario tot alerentur juvenes *Terræ* Vicovarii, quot ferrent annui reditus. De numero adolescentium sumptibus Seminarii nutriendorum acriter coram hoc S. Ordine die 25. Februarii 1741. pugnatum est inter pii Loci Deputatos, et Vicovariensem Communitatem, cui ex Innocentii X. præscripto jus nominandi Alumnos reservatum fuerat: omnem tamen hac super re controversiam diremit transactio anni 1744., qua conventum est, ut tres in ævum a Communitate eligerentur Alumni. Nova hodie, eaque inter ipsos Vicovarienses exurgit quaestio, quae Alumnorum spectat qualitates. Accidit enim persaepe, ut advenae Vicovarium se conferant, contendantque, filios ibi susceptos inter Vicovarienses alumnos adscribi, ut in Tiburtino Seminario gratuito informentur, ac nutriantur. Gravate id perferunt Vicovarienses, suorumque concivium filios malunt ceteris praeferri. Preces hinc porrexerunt huic Sacræ Congregationi, quibus quosdam veluti gradus in explendis adolescentium nominationibus servandos Apostolicae Sedis robore firmari postularunt: scilicet cupiebant, ut illi, qui Vicovarii ortum duxissent, simulque haberent patrem tum nativitate, tum domicilio vicovariensem, reliquis omnino adolescentibus anteferrentur: his deficientibus vel minime aptis existentibus, succederent qui Vicovarii in lucem essent editi, dum eorum pater inter vicovarienses cives domicilio recensebatur; his quoque non extantibus, ii ad nominationem admitterentur, qui Vicovarii, et ex matre origine vicovariensi essent prognati; tandem nominarentur, qui domicilio vel adlectione in civium numerum fuissent cooptati.

Supplex hujusmodi libellus Episcopo pro informatione et voto, auditis Praesidibus Communitatis, die 19. Augusti 1786. remissus fuit, quin tamen ullam unquam ad hunc Sacrum Ordinem pervenisse appareat

Epi-

Episcopi relationem. Illud unum certum exploratumque est mense Septembri ejusdem anni 1786. publicum Consilium Vicovarii fuisse coactum, perlectisque S. Congregationis litteris recensitam propositionem plenis ferme suffragiis fuisse probatam. Subinde ubi sese obtulit occasio nominandi Alumnos, filii advenarum, quamvis Vicovarii et ex matre Vicovariensi geniti, facile rejecti sunt, et superioribus annis semel iterum repulsam retulit Franciscus Trezzini Vicovarii ortus, cujus pater Dominicus suam dudum in eodem oppido sedem collocaverat. Quapropter ne futuris temporibus similia perpetrentur, suo, et Vicovariensium incolarum nomine hanc Sacram adiit Congregationem praefatus Dominicus, vestramque, Emi Patres, implorat auctoritatem, ut hujusmodi abusui remedium adhibeatur.

Rursus litterae datae sunt Tiburtino Antistiti, qui suam oblatis precibus propitiam aperit sententiam. Ait enim „ quod ab institutione numquam de filiis ex patribus = Vicovariensibus mentio facta est; at semper = de Vicovariensibus in genere. Quaestio igitur est, = an Vicovarienses appellari possint ii, qui moram = in oppido constantem decem et ultra abhinc annis selegerunt, uxorem duxerunt, filios procrearunt, = praedia acquisiverunt, an ii publicis negotiis admittendi sint, privilegiisque . . . . Non per decretum ecclesiasticum, sed abusiva prorsus auctoritate potiusquam statutaria juvenes ex patre advena = rejiciuntur, et juvenes ex patre vicovariensi in aliena terra permanenter degentes admittuntur. Nec = Francisci Orsini, Vincentii Chiappini, aliaque exempla vim pro consuetudine possunt habere. Parentes = enim illorum, utpote chirurgiam et medicinam = exercentes, numquam aut raro domicilii rationem = acquisiverunt. Quae cum ita sint Oratorum observationes et preces videntur non excludendae =

Quemadmodum origine, domicilio, et speciali privilegio ad munera civilia quemque vocari certum est, *L. 6. Cod. de incol.*, *S. Congr. in Viterbien. Subsidii dotalis* 21 *Iunii* 1766. §. *Certum*, *et in Imolen. Subsidii dotalis* 20. *Iunii* 1767. §. *Hinc*; ita etiam ad Beneficia et alia id genus emolumenta pro civibus constituta

eos admittendos esse, qui civica gaudent praerogativa, nisi aliter cautum sit, in dubium revocari non potest, *Rot. in Theanen. Canonicatus* 7. *Iunii* 1737. *cor. Rezzonico*, *et S. Cong. in Caputaquen. Participationis* 21. *Novembris* 1741. §. *Duo*, *et in Romana seu Tudertina* 28. *Ianuarii* 1769. §. *Nam*. Expendantur hinc oportet fundationis leges, ut, quinam legatorum aliorumque emolumentorum participes sint reddendi, facile deprehendatur.

Porro in themate statutum legimus, ut ii ad nominationem Communitatis Terræ Vicovarii inter Alumnos Seminarii Tiburtini referantur, qui sunt *dictæ Terræ*. Illi autem alicujus terræ esse dicuntur, qui origine et domicilio cives ejusdem terræ evaserunt. = *Quum dico Perusinum* (ad rem Bartolus *in L. Provinciales* 190. *n.* 2. *de V. S.*)*intelligo origine*, *vel qui habeat domicilium*: *sed si non dico Perusinum*, *sed dico quod talis de Perusio*, *quid significat? An qui habeat ibi domicilium*, *vel habeat originem? et credo*, *quod significet secundum communem usum loquendi originem et domicilium* = Huic sententiæ Sacram adhæsisse Congregationem ambigi nequit; nam ad partecipationem subsidiorum et emolumentorum, quæ relicta erant pro civibus alicujus Civitatis et Oppidi, eos amittendos esse jugiter respondit, qui originem habuissent ex parentibus etiam advenis in eadem civitate vel oppido non casu fortuito, sed animo domicilium ibidem contrahendi degentibus. Prostant exempla *in Andrien. Aggregationis* 7. *Septembris* 1737, *in Juvenacen. Admissionis ad Consortium ejusdem diei et anni*, *in Arianen. Participationis* 12. *Septembris* 1739. *ad II. Dub.*, *in Fanen. Legati* 14. *Decembris* 1771. Et *in Forosempronien. Subsidiorum Dotalium* 8. *Augusti* 1789. rogati Emi Patres, an et quibus puellis deberetur subsidium dotale relictum pro puellis *dictæ Terræ*, responsum dederunt = *Deberi puellis originariis Montis veteris et Territorii prælative ad filias adlectorum* =. Ac tum solum puellas origine cives, sed ex patre advena ortas, repellendas esse censuit ab assequendis subsidiis dotalibus, cum testator aperte jussisset, ne eadem tribue-

huerentur, nisi puellis, quæ haberent parentes ejusdem loci indigenas, ut videre est *in Viterbien. Subsidii Dotalis* 19. *Julii* 1766.

Itaque si ad tramites juris definienda foret præsens controversia, precibus Dominici Trezzini indulgeri oporteret, cum ipse id unum efflagitet, ut ad nominationem contendere valeant juvenes origine Vicovarienses, licet ex patre quidem advena, sed domicilio cive vicovariensi prognati. Nec, subdit, ab hac juris regula par est discendere. Etenim si hujusmodi juvenum parentes opus sit, ut vectigalia solvant, ceteraque subeant onera, quæ aliis Vicovariensibus sunt communia, justitiæ quoque consonum videtur, ut privilegiis et juribus, quibus filii Vicovariensium potiuntur, et eorum liberi fruantur; secundum namque naturam est, eum sequi commoda, quem sequuntur incommoda, *R.* 1. *I. in* 6., *L.* 10. *ff. de R. I.* Præterea ubi Emi Patres gradus a Communitate propositos sanctione legis firmarent, libertas eligentium quibusdam vinculis constringeretur, et aliquando contingeret, ut adolescentuli optimæ spei, probatisque moribus, et Ecclesiæ et Reipublicæ damno, posthaberentur iis, qui ingenio, vita, et natalibus forent a nominatione repellendi.

Aliter tamen rem definiendam existimat Vexillarius Vicovarii ab Episcopo interrogatus. Initio animadvertit, neminem Vicovariensium certum sibi asserere posse jus, quoniam ex eligentium arbitrio pendet, ut alter præ altero eligatur. Dein valde æquitati consentaneum existimat, ut illi præferantur adolescentes, quorum parentes et forte etiam majores Vicovarii ortum duxerunt, quam filii eorum, qui paucis abhinc annis illuc contenderunt, ut aliquo fungerentur officio, propitiumque ibi aerem experti, uxorem duxerunt, prælia sibi compararunt, et domicilium collocarunt. Insuper non agitur de lege, quæ eorumdem parentum filios a nominatione omnino repellat, sed tantummodo de prælatione iis tribuenda, qui antiquiori gaudent civitate; nec de lege nunc primitus instituenda, siquidem post an-

num

num 1786. usu receptum est, ut indigenarum Vicovariensium filii præponantur.

Dubium

An et quinam adolescentes sint eligendi in casu etc.

Affirmative, et eligendos esse juvenes originarios Terræ Vicovarii tam ex patre indigena, quam ex patre advena legitimum domicilium habente ortos.

Sess. 25. cap. 4. de reform.

MONTIS ALTI BENEFICII. Supremis, quas anno 1704 condidit, tabulis Sacerdos Borromæus Marinucci residentiale Beneficium instituit sub invocatione Sanctorum Caroli Borromæi et Emerentianæ in Ecclesia Oppidi Castineani Divo Petro dicata. Cunctis possessoribus pius fundator onus imposuit = *di celebrare due Messe la settimana nella Chiesa di S. Pietro per se stessi* = itemque = *di assistere personalmente al coro nella suddetta Chiesa quando li Signori Priori e Prebendati sono obbligati di recitare gli uffizi divini* = tributa facultate Clericis designandis *di far celebrare le Messe per altri, durante il Chiericato.* Ejusmodi beneficium reservatum perpetuo voluit filiis = discendenti dalla Signora Angela Galosi moglie del Sig. Gaetano Pignotti mia nipote, e figlia di Emerenziana Marinucci; e per figli intendo ancora e voglio siano compresi solo i maschi, escluse le linee femminine, e per figli intendo siano compresi ancora tutti li discendenti di linea maschile da detti figli di Angela, sinchè non saranno estinte le dette linee maschili. Mancando poi li discendenti di dette linee mascoline succedano li figli del Sig. Domenico Antonio Luigi Galosi parimente mio nipote e figlio di detta Emerenziana, e tutti li discendenti maschi da detti figli sinchè non saranno estinte le dette linee mascoline, escludendo le linee femmi-

minine dá nascere da detto Domenico Antonio Luigi Galosi, e suoi figli e loro successôri. Se poi venisse il caso che durante le dette linee maschili non si trovasse in esse Sacerdote, nè chierico da possedere detto beneficio, ma vi fosse la speranza di poter nascere nelle dette linee col pigliar moglie uno o più di essi, o vi fossero figli picooli in età incapaci di tener benefizi, in tali casi nomino il Sacerdote più vecchio per età che si trovi in Castignano ed oriundo, capace di poter assistere al Coro =.

In hujus beneficii dotem omnia sua bona legavit testator, qui tamen, quamdiu Angelæ Galosi linea extaret, cum vellet etiam Clericis a Dominico Antonio Galosi descendentibus aliquantulum gratificari, jussit ex memoratis bonis partem secerni, eaque primo frui voluit clericum filium Dominici Antonii Galosi, ceterosque deinde filios, qui ex ejusdem progenie nascerentur, *finche durerà la linea mascolina*. Hæc autem bona iis legibus obstrinxit, quibus teneri jussit ea, quæ filiis Angelæ possidenda reliquerat, cum id unum idemque beneficium fore professus sit. Quoniam vero fieri poterat, ut ex præfatis masculinis lineis una præ altera deficeret, testamento cautum est, ut quam bonorum partem ex linea extincta vacare contigisset, ea portioni lineæ superstitis adjungeretur, atque hinc bonis omnibus in unum congestis unus idemque foret beneficii rector, vel cum fæmineæ lineæ ex utroque stipite vocarentur.

Perfecta est Beneficii hujus erectio auctoritate Ordinarii anno 1744, eaque portione, quae ad lineam Galosi pertinebat, primum potitus est Nicolaus Presbyter ejusdem familiae, quem fundator ipse nominaverat. Is diem obiit supremum anno 1804, eodemque mortuo neme fuit in ejusdem linea, qui ad illud beneficium nominari posset. Spes tamen erat, ut in eadem linea Aloisius Galosi Gasperini filios masculos ex uxore procrearet, quibus tamen eousque deficientibus beneficii hujus partem obtinuit Alexander Luzi ætate provectior inter Sacerdotes Castineani. Hoc e vivis erepto Aloisius Galosi Gasperini sub anno 1808. beneficii bona sibi administranda

da petiit ab hoc Sacro Ordine, cumque ob Senioris Presbyteri in Oppido Castineani dissensum sui nondum voti compos fieri potuisset, omnis denique res Gallico ingruente gubernio perempta est.

Pontificia autem ditione restituta, Fridericus Pignotti Canonicus Thesaurius in Lauretana Basilica, qui utpote ex linea Angelæ descendens alteram beneficii partem possidebat, suppliciter ab hac S. Congregatione postulavit, ut quæ bonorum pars serius ocyus beneficio suo accrescere deberet, hæc sibi administranda traderetur; dum tamen ipse pro se suisque successoribus idoneam exhibebat cautionem, qua cujusque juribus, si quis ex linea Galosi capax aliquando existeret, satis superque prospiceretur. Antequam ea de re quidquam decerneret sacra Congregatio, Aloisium Galosi Gasperini et seniorem Castineani Sacerdotem ab Episcopo interpellandos jussit. Factum hinc est, ut senior ejus Oppidi Sacerdos obstare constanter perrexerit, secum vero convenerint Canonicus Pignotti et Aloisius Galosi Gasperini, qui novas huic Sacro Ordini obtulerunt preces, ut præfatus Pignotti eorum bonorum pro tempore administrator eligeretur. Rescripsit itaque Sacra Congregatio sub die 23. Decembris 1816. = *Vicario Capitulari pro informatione et voto, auditis, transmissa fundatione, et referat de valore beneficiorum* = .

Interim vero cum nondum ulla ad hunc Sacrum Ordinem pervenisset Vicarii Capitularis responsio, inopinato extitit Sacerdos Vincentius Petrini, et vacantis Beneficii parte apud Datariam impetrata Apostolicas retulit litteras sub plumbo expeditas. AEgre id sane tulit Canonicus Pignotti, qui totus in eo fuit, ut supplicem Petrini libellum plurimis scatere vitiis patefaceret. Re quidem vera causa in S. Rota acta est, atque proposito dubio = an intret arbitrium pro aperitione oris = affirmativa prodiit sententia, cui in hujus S. Ordinis obsequium additum est = Suspenso interim mandato de immittendo, donec cognitio de conjungendo utroque beneficio jam nunc vigens apud Eños Concilii Interpretes, quibus a Summo Pontifice est delegata, exitum non habuerit =. Idem tamen

men S. Rotae Tribunal separatim decreto suo Vincentium Petrini e bonorum possessione removendum judicavit, reque ad R. P. D. Ponentem ablegata pro deputatione administratoris, Archidiaconus Ercolani ad ejusdem decreti executionem perficiendam judex delegatus est.

Hæc cum ita se habuissent, Sacerdos Pignotti iterum adiit hanc S. Congregationem, postulans, ut hujus secundae portionis bona per S. Rotae judicium vindicata sibi administranda traderentur. Sacer hic Ordo novas pro more detulit preces Episcopo, ut auditis præsertim Aloisio Gasperini et seniore Castineani Presbytero, animi sui sensum aperiret. Plura hinc retulit Episcopus, quæ ad rem facere videntur.

Agnovi (ita scribit) reditus annuales primæ portio„ nis Beneficii quam Orator Pignotti pacifice possidet, „ ascendere ad ₰ 70., ex quibus demptis oneribus „ in scut. 33. 10. libere remanere scut. 36. 89., et „ onera eidem primæ portioni Beneficii adnexa le„ gitime adimpleri per alium Sacerdotem ab ipso„ met Oratore Pignotti deputatum. Secundæ autem „ portionis relati Beneficii reditus et proventus, cu„ jus bona sub administratione existunt, stante ejus „ vacantia, reperii ex Inventario in hac Episcopali „ Curia a defuncto Sacerdote Nicolao Gasperini exhi„ bito, demptis oneribus in scut. 6. 42., ascendere „ ad scut. 12. 05. Insuper juxta mandata EE. VV. „ rescivi Oratorem Pignotti ex dispensatione Apo„ stolica legitimam residentiam multis abhinc annis „ habere in Civitate Laureti, uti Canonicum The„ saurarium illius Basilicæ„.

Hæc de annuo reditu utriusque portionis Beneficii retulit Episcopus; quod vero respicit consensum Aloisii Gasperini Galosi, et Nicolai Nobili hodierni Senioris inter Castineani Sacerdotes, documenta transmisit, ex quibus clarissime constat, ipsos omnimode dissentire, ut hæc bona Sacerdoti Pignotti administranda tradantur.

Et primo quidem contendit Gasperinius sibi potius quam Sacerdoti Pignotti horum bonorum administrationem esse tribuendam. Neque enim alia de causa administrationem petiit Canonicus Pignotti, nisi ut

Beneficii bona melius custodirentur, fructusque inde perciperet. At ejusmodi custodiam sibi magis interesse, ait Aloisius Gasperini, quam Canonici Friderici Pignotti, tum quia ipse si Ecclesiasticæ militiæ nomen daret ad beneficium illud vocaretur, tum quia si uxorem duceret ad filios suos beneficium ipsum pertineret. Et re sane vera Sacra hæc Congregatio non raro administrationem ecclesiastici Beneficii, impletis oneribus, largita est vel ad certum tempus, vel donec aliquis ex familia illud in titulum assequi posset, quemadmodum in *Asculana Dispensationis* 20. *Maji* 1786., *in Aquen. Capellaniæ* 3. *Februarii* 1787. *et in Nucerina Capellaniæ* 26. *Aprilis* 1828.: quin imo mos semper fuit hujus Sacri Ordinis, ut patronorum inopiæ etiam respectivæ, qua se laborare asserit Gasperinius, consuleretur vel per administrationem Beneficii, vel per suspensionem nominationis, uti traditur in *Sabinen. Suspensionis nominationis* 25. *Junii* 1803. Videtur hinc beneficii fructibus potiori jure frui posse ille, cui ad beneficii possessionem nanciscendam nonnisi ecclesiasticus deest status, et a quo legitimus etiam possessor procreari valeat, quam Fridericus Pignotti, qui nullo ad eam rem titulo gaudet. Insuper hanc prædiorum administrationem se melius peracturum autumat Gasperinius præsentia sua, quam absens Canonicus Pignotti, qui Laureti ad obeundum Thesaurarii munus domicilium habet.

At Nicolaus Nobili ætate provectior inter Castineani Sacerdotes, præterquamquod nullo modo ad Beneficii administrationem Canonico Pignotti tribuendam se assensurum profitetur, ne et sibi et cæteris ejus Oppidi Sacerdotibus obfuisse videatur, contendit insuper beneficii hujus partis possessionem sibi esse concedendam. Sicuti enim superius innui, testator statuit, ut quo casu in aliqua linea deesset sacerdos, aut clericus, sed spes adhuc remaneret alicui ejusdem lineæ filios procreandi, uxorem ducendo, illius beneficii partis possessionem acciperet Senior Castineani Sacerdos. Cum igitur Aloisius Gasperini ad maritalia vota transire, filiosque gignere valeat, qui ad prædictam beneficii partem obtinendam vocentur, hinc Nicolaus Nobili ju-

jure testamenti eadem parte interim frui posse existimat. Quod enim cavit suprema testatorum voluntas pro lege habetur, et religiose adimplendum est, *L.* 120. *ff. de verbor. signif.*, *L.* 1. *Cod. de Sacros. Eccles.*, *et S. Congregatio in Novarien. Reductionis et absolutionis* 18. *Septembris* 1824. *§. Servanda*, nec gratiæ et privilegia sunt in aliquem conferenda, quæ juri alterius detrimentum inferant, *L.* 7. *Cod. de precib. Imper. offer.*, *S. Congr. in Perusina Capellaniarum* 22 *Novemb.* 1828. *§. Restat.*, *et in Platien. Canonicatus* 30 *Maji* 1829. *§. Tandem.*

Aliter tamen rem esse autumat Canonicus Pignotti. Ac primo quidem quod Gasperinium spectat, animadvertit, eumdem jam annos tres ac quinquaginta esse natum, et ad alterum ineundum matrimonium quibusdam valetudinis incommodis imparem evasisse. Igitur spe masculinæ successionis in Aloisio Gasperini penitus extincta, casum, quem fundator animo prospexerat, revera ait obtigisse, et unioni utriusque partis Beneficii omnino deveniendum esse. Præterea agitur in themate de beneficii administratione Friderico Canonico Pignotti concedenda, cui Gasperinius ultro libenterque assensum dudum præbuit, ac propterea injuria nunc ipse a pandita sententia recedere conatur, *ad lex in L. Sicut.* 5. *Cod. de oblig. et act.*, *R.* 21. *J. in* 6.

Quod vero pertinet ad seniorem Castineani Sacerdotem Nicolaum Nobili, se putat Pignotti maximis gravasse impendiis, ut e beneficii possessione illegitimum impetratorem Vincentium Petrini per S. Rotæ sententiam exturbaret. Neque enim æquum est, ut tot olim sumptus in seniorum Castineani Sacerdotum gratiam sustinuerit, qui, nisi libera nunc beneficii administratio Canonico Pignotti concederetur, eidem litis impensas reficere tenerentur, nam *si dictus Pignotti* (ait Episcopus) *judiciales instantias non peregisset contra Vincentium Petrini*, *modo neque Aloisius Gasperini*, *neque Sacerdos senior ullum jus*, *ullamque actionem ad ipsum Beneficium habere possent.*

Hæc sunt EE. PP. partium jura, quæ vestris oculis subjiciuntur, ut dirimere dignemini

Dubia

I. An portio Beneficii de qua agitur conferenda sit seniori Castineani Presbytero in casu etc.

Et quatenus negative

II. An, et quomodo ejusdem administratio concedenda sit Canonico Pignotti, vel potius Aloisio Gasperini Galosi in casu etc.

Ad I. Affirmative, salvo jure Canonico Pignotti pro redintegratione expensarum litis.

Ad II. Provisum in primo.

Sess. 25. cap. 4. de Reform.

SUTRINA CANONICATUS. Extat in Oppido Anguillaræ Sutrinæ Dioecesis Collegiata Ecclesia S. Mariæ in Cælum Assumptæ tredecim prædita Canonicis, quibus incumbit chorale servitium tum singulis Dominicis festisque diebus, tum quotidie in Adventu, Quadragesima, atque Octava SSmi Corporis Christi, et Assumptionis B. Mariæ Virginis præstandum. Alterum ex Canonicatibus anno 1634. fundavit Andreas Senzadenari, qui jus ad illum nominandi tribuit Archipresbytero ejusdem Collegiatæ, ea tamen sub lege *che essendovi qualche Sacerdote della casa Senzadenari, essi siano presentati, e vuole che siano Sacerdoti, e non altrimenti.* Cum hujusmodi Canonicatus nuper vacaverit, Archipresbyter Collegiatæ Augustinus Rinaldi nominationem contulit in Clericum Joannem Senzadenari. Quoniam vero idem Clericus decem tantum natus est annos, petit, ut suspensa collatione, donec ad legitimum ipse perveniat ætatem, bona Canonicatus administrationi subjiciantur, et quidquid erit reliqui ex impendis oneribus, Oratori tradatur, ut commodius bonis artibus, sacrisque disciplinis operam dare valeat.

Ro-

Rogatus de more Episcopus retulit, annuos canonicalis Præbendæ fructus pertingere ad scut. 41. 17, onera autem ad scut. 17. 13. Addidit, Oratoris precibus assensum suum præbere reliquos ex familia Senzadenari descendentes, sed eis penitus obniti Canonicos ob jacturam, quam Chori servitium pateretur. Hinc animi sui sententiam aperiendo ait Episcopus. „ Constat „ Clericum Joannem aliqua quidem, sed non adhuc „ dum solida in sua puerili ætate argumenta præbere „ dispositionis ad statum ecclesiasticum. Constat e „ contra Joanni prædicto ad Canonicatus assecutio„ nem obstare non solum defectum ætatis canoni„ cæ, verum etiam et detrimentum servitii quod Cho„ rus ex Canonicorum sententia perferret, et defe„ ctum qualitatis sacerdotalis, quam Fundator ex„ presse requirit sub illa clausula *et non aliter*, quæ „ conditioni *sine qua non* æquivalere dignoscitur.

„ Hinc mea fert opinio Clerico praesentato non solum „ praeferendum Sacerdotem, quamvis non de fami„ lia Senzadenari; qui tamen neque adest in Oppi„ do, neque aliunde probabiliter expectari potest: „ sed etiam Clericum, qui et aetate, et studio, et „ probabilitate, Sacerdotio proximior esse videatur, „ cuique conferatur ea lege, ut nisi debito tempo„ re sit ad Sacerdotium promotus, ipso facto a Ca„ nonicatu decidat, isque ex Clericis illius Oppidi „ esse videretur minorista Laurentius Rossetti in æta„ tis suae decimo octavo anno circiter constitutus, et „ Rethoricae studiis actualiter applicatus, qui mo„ rum probitate, laudabili Ecclesiae servitio, et prona „ ad studia voluntate saepius fuit mihi commendatus.

Petita sane administratio secum fert suspensionem nominationis, et ob puerilem Oratoris aetatem diuturnam quoque Canonicatus vacationem, quae nedum voluntati Fundatoris, sed dispositioni etiam juris adversatur teste *Card. De Luca de jure patr. disc. 20. num. 2., et S. Congregatio in Collen. 30. Augusti 1788., et in Camerinen. Suspensionis Nominat. 12. Februarii 1803.* Illud insuper animadvertendum, S. Congregationem tunc solum suspensionem et administrationem Beneficii indulsisse, cum Patroni egestas urgeret, nullumque chori servitium pateretur detri-

men-

mentum, ut *in Asculana* 18. *Septembris* 1773., *in Romana Prorogat. indulti* 14. *Junii* 1806, *et in nullius S Martini* 16. *Decembris* 1820. *ad I. Dub.* In themate nulla occurrit Clerici paupertas, ac grave chorali servitio inferretur detrimentum, si tam diutina Canonicatus vacatio indulgeretur. Etenim in præsens quatuor Canonici totam choralis servitii sarcinam ferre adiguntur; siquidem duo Canonicatus suo sunt destituti Rectore; duo ex Canonicis jubilationis indulto fruuntur; duo studiorum causa a residentia absunt; alter in minoribus Ordinibus est constitutus; Canonicus Curatus spirituali fidelium saluti vacare debet; ac tandem Archipresbyter gaudet ad vitam reditibus unius ex Canonicatibus.

At saepissime hæc S Congregatio indulsit, ut pueri in sortem Domini vocati ad Patronalia Beneficia nominarentur, ut in *Melevitana Indulti* 10. *Septemb.* 1735, *et in Vercellen.* 19. *Julii* 1766. §. *Saepissime*, *ac tradit Folium in Civitatis Plebis Canonicatus* 23. *Decembris* 1826. §. *Hoc pacto*, et non raro administrationem Beneficii, impletis oneribus et electo ecclesiastico Administratore largita est vel ad certum tempus, vel donec aliquis ex Familia illud in titulum assequi posset, quemadmodum in *Asculana Dispensationis* 20. *Maji* 1786., *in Aquen. Capellaniæ* 3. *Februarii* 1787., *et in Nucerina Capellaniæ* 26. *Aprilis* 1828. Maxime vero haec S Congregatio benignam se praebuit, cum res esset de Fundatoris consanguineis, qui indultum postularent, annuentibus patrono, ceterisque quorum interesse videretur, ut vel de passive vocato, praesertim Patroni nec non interesse habentium concurrente consensu, ut de puero bimo et quadrienni in *Asculana Capellaniarum super dispensatione* 22. *Augusti* 1750., *in Neritonen. Abbatiæ* 22. *Novembris* 1760., *et in Lucana Beneficii seu Capellaniae* 17. *Maji* 1749. Jam vero Clerico Joanni Senzadenari Canonicatus administratio concedenda videtur; nam ex familia testatoris originem ducit, passive est vocatus, Patronus ac reliqui descendentes consensum praebent, nullusque extraneus par est ad illum assequendum, imo etiamsi aliquis

ex-

extaret idoneus, huic conferri posset alter ex vacantibus Canonicatibus, quin opus esset, ut Oratoris preces respuerentur. Chori autem jactura vel nihili, vel parvi est facienda; nam qui aut absunt, aut studiis vacant, non est dubitandum quin brevi sint reversuri, aut studiorum curriculum expleturi.

Dubium

An, et quomodo sit annuendum precibus Clerici Joannis Senzadenari in casu etc.

Affirmative, suspensa collatione, donec Joannes ad legitimam ætatem provenerit, perceptis interim reditibus in causam studiorum, facto verbo cum SSmo.

NURSINA COMMUTATIONIS VOLUNTATIS, ET ABSOLUTIONIS. Ultimo quod condidit elogio Praesul Nicolaus Bernabei anno 1651. haeredem ex asse renunciavit Capitulum Collegiatae Ecclesiae S. Mariae Oppidi Vissi Nursinae Dioecesis. Inter cetera, quae Capitulo imposuit onera, illud etiam habetur distribuendi quotannis pauperibus incolis die S. Nicolao de Bari sacra eam panis quantitatem, quae summam decem ducatorum aequaret Ad annum usque 1796. haec pia institutio adamussim expleta fuit; postea vero cum ob adversas publicae rei vicissitudines, tum ob imminutionem locorum Montium, quibus major ex parte haereditas constabat, hujusmodi largitionis consuetudo ad haec usque tempora obsolevit. Quod probe intelligentes Canonici, duo nunc ab hoc Sacro Ordine, oblatis precibus, expostulant, quorum alterum absolutionem respicit quoad praeteritas omissiones *Sess. 22. cap. 6. de Reform.*

nes: alterum legati commutationem spectat in tot annua sacrificia, et in Missam de *requiem* solemniter celebrandam. Quod quidem ad levamen indigentiae, in qua vel maxime Canonici versantur, sibi concedi precantur.

Rogavi Episcopum, ut quidquid hac in re sentiret, pro sua prudentia panderet, atque una simul referret de annuo reditu, et oneribus haereditatis Bernabei tam de tempore additionis, quam de praesenti. Is itaque suis literis comprobant in primis quod superius narravi; tum refert, Canonicos alternis hebdomadis ad chori servitium esse obstrictos: talem deinde affirmat praebendarum tenuitatem, ut earum aliae, quae vocantur *di massa vecchia*, annua scutata vigintiseptem non excedant: aliae quae appellantur *di massa comune*, vix tredecim scutata cum dimidio attingant, exceptis tamen distributionibus quotidianis, quae pro singulis Canonicis in scutatis quinque aestimantur. Addit praeterea bona haereditaria Bernabei adeo cum reditibus Capituli jamdudum esse permixta, ut inter se amplius discerni nequeant: illud vero exploratum esse ait „ quod Bernabei haereditas majori ex parte „ constabat ex locis montium, quae hodie ex facto „ Principis valde imminuta sunt; hinc licet olim non „ infimae fuerit entitatis, nunc tamen perpaucos an- „ nuos reditus affert. „ Tandem votum suum aperiens haec edisserit „ Ego autem censerem, ut reportata „ absolutione pro praeteritis omissionibus, habita ra- „ tione ad tenues Canonicatuum reditus, in posterum „ Canonici teneantur singulis annis panem pauperibus erogare ad rationem scutatorum non decem, „ uti Testator disposuit, sed quatuor dumtaxat, qua- „ lia revera ex Locis Montium hodie percipiuntur, „ praesertim cum idipsum sentiant Publici Repraesen- „ tantes illius Civitatis „.

Cum alterutra utilitatis, vel necessitatis praesto est causa, pias testatorum voluntates commutari posse, docet *Triden. Synod. Sess. 22. cap. 6. de reform.* Utrumque in themate occurrere autumant Canonici. Et primam quidem ex eo colligunt, quod inter pia Legata et religiosas institutiones, nil defunctorum animabus magis utile, ac salubre sit, quam celebratio Missarum,

S. Con-

S. Congregatio in Januen. Commut. volunt. 25. Maii 1822. §. Ex adverso, et in Urbanien. Missæ Conventualis 19. Julii 1828. §. Animadvertendum. Alteram vero in eo collocant, quod hujusmodi Missarum eleemosina levandæ Canonicorum inopiæ inserviret, eisque excusationem aliquatenus eriperet abessendi a Choro diebus festis. Enim vero ut suis necessitatibus consulant, in vicina rura eisdem diebus ad sacrum faciendum se conferre coguntur: at si plures ad Missarum celebrationem suppeterent eleemosinæ, facile quidem esset, Canonicos in Ecclesia detinere, ut chori exinde servitium accuratius expleatur. Non desunt autem, pergunt Canonici, hujusmodi voluntatis commutationum exempla penes S Congregationem sicuti videre est *in Faventina Commut. Volunt. et applicat. 22. Februarii 1823. §. His, et in Ariminen. Applicationis Legati 19. Aprilis ejusdem anni.*

Verum pauperes Oppidi, in quorum bonum, utilitatemque cedit Nicolai Bernabei legatum, vehementer opponuntur Capituli postulatis. Dicunt enim supremas testatorum voluntates religiose servari oportere, cum nihil magis hominibus debeatur, quam eorum novissima constituta sarta tecta custodire, *can. ultima voluntas caus. 13. quæst. 2. et lib. 1. Cod. de Sacros. Eccl.* Hinc S. Congregatio quæ in certum opus ex morientium dispositione destinata sunt, facile in aliud convertere non solet, uti docet in *Nullius S. Benigni 16. Julii 1792., et in Lycien. Servitii Chori 25. Februarii 1826. §. Videant.* Quod si per hujusmodi commutationes jus alterius lædatur, tum ab iis vel maxime abhorret, quemadmodum habetur in *Spoletana Reductionis onerum et absolutionis 2. Augusti 1823. §. Testatorum.* Jam vero si EE.VV. precibus Canonicorum annuerent, jus pauperum oppidanorum læderetur, voluntas everteretur fundatoris, et Canonici illam ex commutatione voluntatis perciperent utilitatem, quæ impar esset subveniendo Capitularibus, eosque excitando ad laudes divinas in Choro persolvendas. Hinc preces Capituli rejiciendas esse inferunt, sive quatuor, sive decem scutata in panis distributionem eroganda ex Legato Bernabei exigantur.

Ad absolutionem quod attinet, eam S. Congregatio in-

dulget, quoties nullum in omissione adfuerit Oratorum dolus, injuncto tamen aliquo onere ab ipsis implendo, sicuti in *Ravennaten.* 25. *Novembris* 1797., *in Mazzarien.* 21. *Julii* 1820., *et in Bononien.* 27. *Aprilis ejusdem anni*. Imo si aliqua causa intercesserit, quæ omissionibus occasionem dederit, præter eorum culpam, quibus onus erat satisfactionis, absolutionem aliquando impertita est, quin aliquid pœnæ imposuerit, in *Faventina Reductionis Servitii Chori*, *et Missarum* 15. *Januarii* 1780., *in Anconitana Missarum* 16. *Martii* 1782., *et in Balneoregien* 17. *Julii* 1820.

Videant igitur EE. VV., an Oratoribus propter redituum decrementum, ac temporum vicissitudines sit quoque absolutio a præteritis omissionibus concedenda, ac definire dignentur

I. *An, et quomodo sit consulendum SSmo pro commutatione voluntatis in casu etc.*

II. *An, et quomodo sit consulendum SSmo pro absolutione a præteritis omissionibus in casu etc.*

Non proposita cum sequenti.

Sess. 25. *cap.* 9. *de Reform.*

BONONIEN. JURISPATRONATUS. In rurali Ecclesia *de Bagnarola* Bononiensis Diœcesis simplex beneficium extat sub titulo SS. Petri et Zenonis, cujus patronatus Gasparo, Lucæ, et Laurentio fratribus Muzzoli *pro eis, eorumque hæredibus, et successoribus in perpetuum* anno 1472. a Vicario Generali concessus est, et die 2. Maji 1474. Apostolicis Literis S. M. Sixti IV. confirmatus fuit favore *dictorum fratrum de Muzzolis eorumque posterorum*. Quum autem Alexander Muzzoli Gaspari filius uxorem suam Eugeniam de Capite Bovis hæredem reliquisset, persæpe accidit, ut successivæ Rectorum nominationes ab extranea etiam familia hæreditario jure elicitæ fuerint. Tempo-

poris quoque lapsu factum est, ut non modo a Mutio Muzzoli patronatus medietas anno 1582. Ludovico ejusdem Familiæ donata sit, sed integrum patronatus jus a Gandulpho, et Paulo unicis superstitibus ex gente Muzzoli per donationem auctoritate Archiepiscopi peractam ad Saullum Guidotti stipulantem *pro se suisque Heredibus, et Successoribus* anno 1645 transierit.

Ad hanc vero donationem penitus evertendam quamplurimæ quidem quæstiones anno 1650 post mortem scilicet patrui Gandulphi excitatæ sunt a Paulo Muzzoli: nam contendere cæpit eamdem donationem irritam esse tum quia dein filios susceperat, tum quia ratus gentilitia qualitate pollere Beneficii juspatronatus, in extraneum transferri non posse inquiebat, antequam Familia Muzzoli exaresceret. Causa tamen cecidit Paulus, proindeque anno 1651 iniit transactionem, qua donationem anni 1645 se ratam habere professus est, declaravitque, se donationis tempore de filiis nascituris cogitasse. Cautum vero fuit, ut Saulus Guidotti tribueret Paulo dominium quorumdam prædiorum ad beneficium pertinentium, ac insuper eidem ejusque lineæ concederet jurispatronatus exercitium, sibi tamen ipsius proprietate ita reservata, ut post præfatæ lineæ Muzzoli extinctionem præsentandi iterum jure potiretur. Hinc nova rursum lite sub anno 1670 acriter suborta, amicabili demum transactione anno 1676 inter filios Pauli Muzzoli, et Familiam Guidotti conventum est, ut *in futurum quotiescumque evenerit casus vacationis Beneficii, prima vice si extiterit aliquis de linea et descendentia Masculina . . . Joannis Pauli de Muzzolis . . . qui sit capax et idoneus ad dictum Beneficium præsentetur, dictique de Muzzolis habeant jus et facultatem illum præsentandi, et non extante aliquo ex dicta descendentia idoneo, si extiterit aliquis de descendentia legitima Sauli Guidotti capax et idoneus . . . dicti de Muzzolis teneantur illum præsentare ad dictum Beneficium*; et sic vicissim, eisdemque legibus Familia Guidotti jus haberet nominandi Clericum Guidotti, vel Clericum ex domo Muzzoli, quoties secunda qualibet vice obtigisset Beneficii vacatio. Declararunt item partes *quod deficientibus*

utroque linea masculina , tunc et eo casu descendentes fœminæ utriusque ex dictis lineis sint capaces dicti jurispatronatus et præsentationum.

Neque tot interea controversiarum finis. Etenim de originaria potissimum Jurispatronatus natura cum iterum Bononiæ decertatum fuisset inter partes, eam esse gentilitiam anno 1726 in favorem Familiæ Muzzoli decrevit Vicarius Generalis. Quapropter res in judicium revocata est; nec nisi die 8. Augusti 1743 fuisse quæstio dirempta videtur, quo die Cardinalis Alberoni Bononiæ Legatus revocandam et irritandam censuit sententiam Vicarii Generalis, pronunciavitque *prænarratum juspatronatus competiisse, et competere tam Senatori Hannibali de Guidottis ejusque Successoribus, quam Dominis Joanni Paullo et Ludovico de Muzzolis eorumque Successoribus: jus vero et facultatem præsentandi ad idem beneficium pro prima vice adveniente casu illius vacationis, competere dicto Hannibali de Guidottis ejusque Successoribus; et pro secunda vice inposterum dictis Joanni Paullo et Ludovico Fratribus de Muzzolis eorumque Successoribus, infrascriptis et sic deinceps de vice in vicem alternative et in perpetuum juxta turnum, ordinem, ac pro respectivis Successoribus de quibus in transactione inita de anno 1676 die 9. Decembris.*

Huic decreto partes sibi quiescendum putarunt, atque ex ejus præscripto nominationes postea expleverunt, quin ulla subinde exarserit judicialis controversia. Imo quum Ludovicus ex familia Muzzoli postremus vita excessisset anno 1791, suorumque omnium et bonorum et jurium hæredem reliquisset Vitalem Bini, hic memoratum juspatronatus ad se jure hæreditario pertinere existimans, anno 1806 Rectorem Beneficii Jacobum Redi reapse elegit, nemine prorsus ex familia Guidotti reclamante: eamque electionem ita legitimam censuit Vicarius Generalis, ut de admissa inter partes turni lege luculentissime rursum constiterit. Ubi autem altera contigit anno 1809 ejusdem beneficii vacatio, Hannibal Guidotti suo adamussim jure functus est, ac Monachum nominavit Olivetanum Jacobum Guidotti, cui ab Sa. Me. Pio VII. Pont. Max. concessum fuerat, ut id Beneficium *titulo administrationis pro congrua suæ vitæ sustentatione* retineret.

In-

Interim accidit anno 1810, ut Vitalis Bini suum compatronatus jus ex publico instrumento donaverit cognato suo Antonio Diolaiti ejusque hæredibus et successoribus: hic, nemine etiam reclamante ex Guidottis, ejusdem donationis sanctionem ab hodierno Emo Archiepiscopo decerni impetravit. Non ita igitur multo post, vix Monachus Olivetanus Beneficiarius diem obiit supremum, facile quidem sensit Antonius Diolaiti ad se pro ea vice nominandi ac præsentandi jus spectare; atque eo simul animum intendit suum, ut pro aliqua sibi pensione reservanda Apostolicam auctoritatem nancisceretur. Verum hisce consiliis obstitit Franciscus Marchio Guidotti ex dicto Hannibale filius: cæpit enim contendere in Archiepiscopali Bononiensi Curia, omne patronatus jus vel usque ab anno 1791, quo sine successione interiit Ludovicus Muzzoli, ad suam unice familiam recidisse, nec ullo dein legitimo titulo aut ad Vitalem Bini, aut ad Antonium Diolaiti potuisse transferri.

Hæc quum ita se habuerint, Emus Opizzoni Archiepiscopus Bononiensis, tum de omni penitus sedanda controversia, tum de majore divini cultus honore promovendo solicitus, duo potissimum proposuit: ut nimirum ex satis ampla beneficii dote unius Canonicatus erectio fieret in Bononiensi Basilica, cujus nominatio in familia Guidotti perpetuo consisteret; ac ceteri deinde reditus ipsi beneficio simplici applicarentur, cujus integrum jus familiæ Diolaiti constantissime adhæreret. Hæc tamen rei conciliandæ ratio perperam hucusque excogitata est. Inopinato enim adfuit Vincentius Antonii Diolaiti filius, minor dux *dei Carabinieri* in Anagnina Civitate, qui se ex seculari militia ad ecclesiasticam vocari asserens, suppliciter petiit ab Emo Archiepiscopo, ut nil quidquam de ejus beneficii statu immutandum decerneret, cujus ipse sibi nominationem et institutionem ex familiæ suæ compatronatu efflagitabat. Quum vero ab Emo Archiepiscopo sui voti compos fieri nequiverit, easdem ipse preces pro obtinenda beneficii institutione porrexit Emo Pro-Datario, eodemque demum consilio ad hunc Sac. Ordinem confugit, ut supremo EE. VV. judicio omnis aliquando quæstio dirimatur.

Ro-

Rogatus Emus Archiepiscopus de informatione et Voto, quæ superius narravi, ipsemet confirmat, ac refert insuper = che l'annuo reddito di detto Benefizio procedente da due fondi nel Comune di Bagnarola si ritiene di scudi duecento novanta, e che gli oneri ammontano a scudi 69. 33. = Se audivisse subdit Antonium Diolaiti, qui respondit = di esser pronto ad annuire alla fondazione di un Canonicato in S. Petronio colla dotazione dell'annua rendita di scudi centocinquanta col giuspatronato del medesimo alla Famiglia Guidotti senza altra alternativa, purchè sia conservato l'attuale Benefizio semplice colla residuale rendita dei Beni, e capitali dello stesso Benefizio col giuspatronato perpetuo alla mia Famiglia senza altra alternativa colla memorata Famiglia Guidotti = Marchio autem Franciscus Guidotti cuperet quidem, ut orta controversia amice componeretur, sed hisce sub legibus, nempe = di ricevere in enfiteusi a stima li fondi del Benefizio, di convenire nella erezione di un Canonicato con l'assegno di scudi 150. annui nella Basilica di S. Petronio a carico del Benefizio stesso, e di prestare l'annuenza per la secolarizzazione temporanea di una parte del medesimo a favore del Sig. Antonio Diolaiti, cioè vita sua naturale durante, da chiedersi però, ed ottenersi da lui direttamente =.

Jam vero omnis, de qua agitur, controversia in eo potissimum vertitur, ut ipsa in primis jurispatronatus natura ad sacrorum canonum tramites perpendatur. Si enim hæreditarium esse constiterit patronatum, nemini inficiandum erit, Rectoris nominationem pro hac vice ad Antonium Diolaiti spectare: contra vero ad Marchionem Franciscum Guidotti, si de agnatitia ejusdem patronatus qualitate decernatur. Porro explorata cuique res est, juspatronatus non modo præsumi in dubio hæreditarium *ad text. in cap. 1. et 3. de jurepatr. Clement. Plures eodem tit.*, *Lotter. de re Benef. lib. 2. qu. 11. num. 20.*, idque præsertim ubi nulla facta fuerit agnationis mentio, *Fargn. de jurepatr. part. 2. can. 1. et 2. cas. 6. num. 14.*, *Rot. cor. Emeriæ jun. decis. 367. num. 4.*, *et in Romana Capellaniæ 28. Junii 1709. §. Cæterum coram Ansaldo*: sed tale etiam omnimode existimari, si hæredes nominatim vocatos fuis-

fuisse pateat *Rot. part. 7. decis. 275. num. 5.*, imo plures reapse nominationes hæreditatis titulo contigerint, *Rot. part. 12. decis. 204. num. 11.*

Hisce omnibus facile evincitur Juspatronatus Beneficii SS. Petri et Zenonis hæreditarium esse, non agnatitium. Tot enim, quæ superius expositæ sunt, temporum litiumque vicibus perspicuum certe est, ejusmodi patronatum vel ab initio tribus fratribus Muzzoli *pro eis eorumque hæredibus, et successoribus* concessum fuisse; adeo ut ab Alexandri Muzzoli uxore et hærede Eugenia de Capite Bovis jam tum Rectoris nominatio prodierit. Hinc ubi a Gandulpho et Paulo Muzzoli juspatronatus Saulo Guidotti donatum fuit, frustra omnino pro agnatitia illius qualitate præfatum Paulum in judicio contendisse liquet: qui scilicet, non modo litem sponte abdicavit, sed per ipsam Judicis sententiam causa cecidit, unde hæreditaria jurispatronatus natura firmissime agnita et adserta est. Quod si deinceps initis transactionibus factum est, ut Paulus Muzzoli mediam jurispatronatus partem sibi vindicaverit, id ob eam solum causam accidisse putandum est, quia cum ipse filios suscepisset post donationem anni 1645, hæc claudicare, et ex parte resoluta videbatur; siquidem donatio jurispatronatus ob supervenientiam filiorum ipso jure, ac sine ullo hominis ministerio rescinditur ad tradita *per Vivian. de jurepat. lib. 4. cap. 4. n. 31. Piton. de controv. patron. in suppl. ad alleg. 100. n. 68.*, *et S. Congregatio in Montis Alti Capellaniæ 12. Julii 1823. §. Longe*, *et in eadem 23. Februarii 1825. §. Irritam.*

Nec hæreditaria hujusmodi patronatus qualitas ullam subiit vicissitudinem ex transactione anni 1676, quoniam de perpetua potius turni lege, quam de innovanda jurispatronatus natura in ea actum fuisse facile intelligitur. Enim vero quum anno 1726. judicio contenderent fratres Muzzoli, irritam esse donationem anni 1645., nulliusque etiam roboris transactiones annorum 1651. et 1676. ob non servatas juris solemnitates, injectasque pactiones simoniaca labe infectas, Saulus ejusque filius Guidotti medietatem jurispatronatus ad se pertinere coram Vicario Generali urgebant „ Domini de Guidottis (ita votum a Rota Bononiensi anno 1743. exaratum, cui in sua fe-

ren-

renda sententia sibi inhærendum arbitratus est Cardinalis Alberoni) serio instabant, declarari, et pronunciari per R. P. D. Vicarium, ipsis tamquam compossessoribus et condominis, *saltem pro dimidia* competiisse, et competere jus nominandi et præsentandi Rectores pro tempore in casu vacationum juxta turnum et ordinem volitum et observatum per partes. „

Postera quoque observantia hæreditariam demonstrat jurispatronatus naturam, siquidem anno 1791. pacifice tulit Familia Guidotti, ut Vitalis Bini ex Ludovico Muzzoli defuncto hæres testamentarius, juris illico patronatus particeps evaderet, idemque hæreditario titulo legitimum Beneficii Rectorem anno 1806. ad turni vicem institueret. Ceterum quum Antonius Diolaiti, nemine ex Guidottis reclamante, illud ipsum patronatus jus per donationem a Vitale Bini acceperit, etsi nondum ulla adhuc obtigerit Rectoris nominatio, eamdem tamen sibi donationem hodierni Eñii Archiepiscopi auctoritate firmatam fuisse probavit. In themate igitur non tam agi videtur (ita ait Diolaiti) de jurepatronatus, quod hæreditarium esse in dubio præsumi debeat, quam de eo potius, quod esse hæreditarium pluribus rationum momentis certum exploratumque sit.

Aliter tamen rem definiendam arbitratur Marchio Guidotti. Qualis enim cumque initio fuerit jurispatronatus natura et essentia, in dubium revocari non potest dein fuisse immutatam, et nunc servandam esse transactionem anni 1676, eamque tum partium consensu, tum sententia Cardinalis Alberoni pro lege omnino habendam. Porro eadem transactione patulis verbis cautum legitur, ut gens Guidotti, et Familia Muzzoli alternis vicibus nominationes Rectorum explerent, addita insuper conditione, ut si masculina alterutrius familiæ deficeret linea, jus nominandi haud fœminis ex linea extincta descendentibus attributum censeretur, sed integrum in masculina linea superstitis familiæ coalesceret, ac tum solum fœminæ in patronatum succederent, cum agnati utriusque lineæ penitus defuissent. Ita quidem suadere videntur verba illa transactionis „ declarantes partes prædictæ, „ quod *deficientibus utraque linea masculina*, tunc „ et eo casu descendentes fœminæ utriusque ex di-

pe-

„ etis lineis sint capaces dicti jurispatronatus et præ-
„ sentationum, „

Defecit revera agnatitia linea familiæ Muzzoli anno 1791, cum postremus masculus illius gentis vitam cum morte commutavit, ac propterea ex transactionis censura jus omne nominandi ad Beneficium SS. Petri, et Zenonis in Nobilem familiam Guidotti adhuc virescentem coaluisse existimandum est. Nec posteram observantiam unico nominationis actu præditam sibi officere posse putat Marchio Guidotti; nam ipse jure proprio, seu jure sanguinis ad patronatum vocatur, et patris ignorantia vel negligentia nullum filio præjudicium inferre potuit, *Card. De Luca de jurep. disc.* 35. *n.* 7., *S. Congreg. in Casalen. Concordia* 22. *Januarii* 177.. *§. Præterea*.

Hæc animadvertenda censui, ut Emi Patres perpendant, utrum alterutrius litigatoris exploratum sit jus, vel potius implexum et ambiguum; adeout magis expedire judicent concordiam inter partes conciliandam; ea enim est transactionis indoles et ratio, ut super re dubia versetur, *L.* 1. *ff. de transact.*, *Rot. cor. Riminaldo decis.* 309. *n.* 8. Ubi autem controversia sit transactione finienda, videant EE. VV., utrum votis Emi Archiepiscopi, cui adhæret Antonius Diolaiti, vel potius pactionibus a Marchione Francisco Guidotti propositis oporteat indulgere.

Videndum nunc est, utrum Vincentius Diolaiti Antonii filius dignus sit, qui memoratum SS. Petri et Zenonis beneficium nanciscatur. Pluribus sane de causis propitium ipse sibi fore confidit hujus S. Ordinis suffragium. Etenim Patrem suum bonorum suorum administratione interdictum affirmat, eique idcirco ne jure patronatus quidem perfungi integrum esse existimat. Cum autem ex ipsa transactione anni 1676., passivum patronatus jus patronorum filiis omnino adjudicatum fuerit, hinc sibi uni præ ceteris contendit beneficii institutionem deberi, et nihil unquam sine suo consensu super eo beneficio aliter decerni posse. Ad se demum quod spectat, fatetur ex animo se ipsum nonnisi domesticarum rerum angustia pressum militari vitæ indulsisse: at vel teneris usque ab annis ecclesiastica potius vocatione fuisse allatum, atque ita reapse opportunum studiorum curriculum pro suæ conditionis honestate perfecisse, ut, si ejusmodi beneficii titulo instructus sit, ad Sacros ordines promoveri vehementissime cupiat.

Anagninus Administrator Episcopus, cujus ditioni Vincentius Diolaiti in præsentiarum subjicitur, rogatus pro informatione ita literis suis se habet „ Ad scien„ tiam quod attinet, hoc mihi Diolaitius ipse con„ fessus est, se vix prima Latinæ linguæ rudimenta „ attigisse, tum matheseos ac præsertim arithmeti„ cæ, nec non philosophiæ moralis studia excoluis„ se, anno autem ætatis decimo tertio eductum e „ Seminario Bononiensi, nono autem supra deci„ mum militiæ nomen dare coactum fuisse. Quo„ circa id potius expectandum videretur, ut militari „ officio expeditus ad ea studia convertere animum „ possit, quæ ad ecclesiasticum vitæ genus accommo„ data sint, quæque tum ad Ecclesiæ ordines, tum „ ad Beneficia idoneum eumdem reddant.

„ Hæsitandum porro mihi in eo potius intelligo, utrum „ nempe Diolaitius ecclesiasticum vivendi genus di„ vino impulsu amplecti velle putandus sit.

„ Ejus quidem ingenium atque indoles ad quietem pa„ cemque potius, quam ad militaris artis strepitum „ propendere videtur. Huic naturali, ut ita dicam, „ indicio adjungi possunt alia, quæ ex documentis „ a Diolaitio exhibitis eruuntur. Quando tamen ex „ eo documentorum genere honestas quidem ac pro„ bitas Christiano homine digna comprobatur, sed „ alia multa supersunt ex quibus constare de voca„ tione ad Statum Ecclesiasticum oporteret, ipse hoc „ potius suaderem, ut Diolaitius juberetur in ali„ quam religiosam domum per decem aut quin„ decim dies se recipere colligendi animi gratia, de„ liberandique adhibito prudentis piique moderato„ ris consilio, num quod injectum sibi sentit am„ plectendi status ecclesiastici consilium ex Dei ad „ perfectiora vocantis impulsu, an potius a pecuniæ „ ex beneficio acquirendæ cupiditate, aliisve huma„ nis, ac naturalibus caussis profectum existimari „ conveniat. „

Quocirca dirimere dignentur

Dubia

I. *An et ad quem spectet jus nominandi in casu etc.*

II. *An et quomodo locus sit propositæ erectioni Canonicatus et Capellaniæ in casu etc.*

III. *An et quomodo sit annuendum precibus Vincentii Diolaiti in casu etc.*

Die

Die Sabbati 8. Augusti 1829. in Palatio Apostolico Quirinali erit Sacra Congregatio Concilii, in qua præter alia proponentur infrascripta Dubia, juxta morem ejusdem Sacræ Congregationis de jure resolvenda.

NURSINA COMMUTATIONIS VOLUNTATIS, ET ABSOLUTIONIS. *Sess. 22. Cap. 1. de Reform.*

Dubia

I. *An et quomodo sit consulendum SSmo pro commutatione voluntatis in casu etc.*
II. *An et quomodo sit consulendum SSmo pro absolutione a præteritis omissionibus in casu etc.*

Ad I. Negative quoad commutationem, reducta tamen distributione panis ad scutata quatuor in singulos annos juxta votum Episcopi.
Ad II. Affirmative, celebrato unico anniversario cum cantu et interventu totius Capituli.

BONONIEN. JURISPATRONATUS. *Sess. 25 Cap. 9. de Reform.*

Dubia

I. *An et ad quem spectet jus nominandi in casu etc.*
II. *An et quomodo locus sit propositæ erectioni Canonicatus, et Capellaniæ in casu etc.*

III. *An et quomodo sit annuendum precibus Vincentii Diolaiti in casu etc.*

Ad I. Affirmative favore antonii Diolaiti, firma remanente alternative.
Ad II. Negative.
Ad III. U. I. S. coram Emo Archiepiscopo.

Sess. 24. Cap. 1. de Refor. matrim.

NEAPOLITANA DISPENSATIONIS MATRIMONII. Carolus Gasser et Hernestina Farina, postquam mutuo quatuor fere annorum amore sese deperierant, florentes ætate, summa animorum jucunditate, ac plaudentibus genitoribus nuptiale fœdus die 11. Februarii anni 1823 legitime inierunt. Vix tamen octo communis tori effluxerant dies, statim mulier penes matrem, sororem, et amicam conqueri cœpit de sui in coeundo viri impotentia. Carolus quoque, suæ conscius imbecillitatis, Franciscum Rocca in arte medica peritum arcessivit, ab eoque consilia retulit *dei rimedj nervini, dei marziali, ed unzioni sulla spina.* Posthæc ullas alterutrius conjugis non constat extitisse querimonias, ac nuptialia arcana alto jacuisse videntur in silentio: animorum interim conjunctio procul dubio servabatur *all' infuori delle piccole impazienze* (ita juratus respondit vir) *nascenti dalla dissonanza dei caratteri, e specialmente dal mio, ch' era caldo ed elastico.* Verum sub finem anni, ex quo communem conscenderant thalamum, *cominciarono i disturbi* (ita mulier) *ed erano i nostri animi l' uno dell' altro poco contenti; lui trovava in tutto ragione da inquietarsi, ed io la rinvenivo nel vedere che i suoi lamenti non avevano alcun giusto fon-*

da-

damento : da questi ingiusti lamenti , e dalla sua insufficienza negli atti maritali , concepii ben io dell'avversione verso mio marito , ed ora siamo entrambi nello stesso grado di avversione. Factum hinc ut mulier die 24 Januarii 1824 a contubernio viri inopinate secesserit , ac primum patrios petierit lares , dein ad sororem diverterit , quæ cum in amoenissimo neapolitani cæli diversaretur loco , opportunum illi domicilium reparandæ saluti , et compescendis animi fluctibus suppeditabat . Illico parentes et conjuncti multum laboris et industriæ collocarunt , ut conjuges in concordiam redocerent , *ma siamo stati d'accordo* (pergit mulier) *a non abbracciarla , perchè nasceva il disturbo da una cagione insuperabile e gli animi si erano già disgustati* . Quamobrem conjuges die 8 Maji ejusdem anni 1824 concordi animo Summum adierunt Pontificem , ac matrimonii consummationem per integrum fere annum tentatam , sed numquam obtentam affirmantes , dispensationem vinculi matrimonialis imploraruut , facta utrique conjugi potestate alias contrahendi nuptias.

Oratorum precibus huic sacro Ordini ablegatis , litteræ datæ sunt ad Emum neapolitanum Archiepiscopum , ut judicialem processum ad formam constitutionis Sa.Me.Benedicti XIV., quæ incipit *Dei miserationc*, conficeret, ac prudentissimum animi sui sensum aperiret. Res ex voto cessit , nam delecto ecclesiastico viro , qui processui exarando judex subdelegatus præesset , deputato Matrimonii Defensore , qui sacramenti interposita religione munus suum rite obiret , aliisque servatis solemniis a Benedictina Constitutione præscriptis , demandatus processus inceptus , et absolutus est. Porro mulier jurejurando fassa est , virum suum per integrum ferme annum rei uxoriæ operam dedisse , at numquam ei factum esse , ut matrimonium consummaverit , idque eam ob causam accidisse affirmat Hernestina , quia *la fisica struttura di mio marito lo rendeva poco atto alla consumazione del matrimonio* , nam Carolo debilis , nec permanens aderat penis erectio , ejusque semen extra femineum vas effundebatur , eratque insuper generationi minus aptum. Mulieris testimonio concinit jurata Caroli confessio , ac in eo solum

lum discrepat, quod vir matrimonii non consummationem nec physicæ attribuit sui corporis structuræ, nec qualitati seminis, cujus inculationem, licet jugem, præmaturam fuisse queritur, sed solummodo ex moralibus repetit causis, ne nec *dal mio spirito e dal mio cuore . . . . occupato da idee di tal natura che mi era vietata l'erezione permanente*: rogatus autem undenam tristes hujusmodi ideæ originem ducerent, respondit, eas profectas fuisse non ex suæ uxoris vitæ ratione, *ma dalla dissonanza de' temperamenti e del carattere; le quali cagioni non le aveva trovate sufficienti da prima per ritirarmi da un' impegno di parola già contratto, la qual dissonanza tanto più cresceva, quanto più durava il contubernio. Questa e non altra era la cagione della mia insufficienza.*

Quod conjuges jurarunt, se illud veritati consentaneum credere affirmarunt consanguinei, aliique testes ab utraque parte evocati. Præterea Hernestinæ mater, soror, et amica fidem perhibuere, se octavo post communis thalami die revera audivisse Mulierem de viri impotentia querelas instituentem: alii vero testes nihil sibi innotuisse deponunt de matrimonii non consummatione tempore cohabitationis, licet ad unum omnes eam fuisse separationis causam se, postquam mulier a viro discesserat, ex auditu accepisse fateantur.

Electæ deinde fuere obstetrices, atque etiam matronæ: illæ, a Medicis et Chirurgis instructæ, ut post balneum Hernestinam inspicerent, hæc vero ut corporis recognitioni adstarent. Facto experimento, et examini seorsim subjectis obstetricibus, una voce istæ Hernestinam adhuc virginem proclamarunt, earumque judicium, auditis responsionibus, Medici et Chirurgi omnino probandum existimarunt. Unum, ut extrema processui imponeretur manus, tantum supererat, scilicet inspectio corporis viri: at Carolus numquam adduci potuit, ut sui corporis copiam faceret, ac tandem in judicio se sistit, obtestatusque est, se nolle inspectioni subjicere, *bastando in questa causa la sola ispezione della donna, ch' è la prova decisiva per conchiudere se siasi consumato o nò il matrimonio*. Qua ex re Judex subdelegatus acto-

rum

rum publicationem fieri jussit, ut ad hanc Sacram Congregationem transmitterentur.

Post hanc enarratam rerum seriem animi sui sententiam hisce verbis pandit Emus Archiepiscopus „ Ex his plane constare videtur Hernestinam Farina virginem „ et intactam esse, atque matrimonium ab ea cum „ Carolo Gasser initum minime fuisse consummatum. Insuper difficultas, pertinacia, ac voluntas, „ quam semper præsetulit memoratus Carolus subeundi peritiam statutam, ac decretam, id omne satis „ suadet, ipsummet Gasser de sui corporis statu ac „ de insufficientia ad matrimonii consummationem „ convictum esse. Neque desunt causæ canonicæ, videlicet constans inter contendentes aversatio, conceptæque ob non consummatum matrimonium simultates nullatenus posthac reconciliabiles. Hinc gratiæ postulatæ dispensationis a matrimonio, uti rato et non consummato, indulgeri posse reor, et „ quod demum decernatur id, quod juris est, ab ista „ S. Congregatione pro reliquo quod remanet, respicitque obfirmatam Caroli Gasser pertinaciam „ Hodie igitur quæstio de concedenda dispensatione EE. VV. definienda proponitur, instante Muliere, adversante Sacramenti Defensore, ac silente viro, licet per publica edicta ad suam dicendam causam fuerit evocatus.

Quæ duo in hisce controversiis necessario desiderantur extrema, scilicet matrimonium minime fuisse carnali copula consummatum, justamque intercedere causam, quæ Summi Pontificis flectat animum ad indulgendam dispensationem, ea mirum in modum in hac causa confluere propugnant Hernestinæ Defensores. Jam vero ad probandam per rectum judicium non sequutam matrimonii consummationem, etiamsi vir jurejurando contrarium assereret, tria satis habentur, nimirum juramentum mulieris affirmantis se nec a viro cognitam, nec potuisse cognosci; septima propinquorum manus; ac testimonium mulierum, quæ per aspectum corporis eam esse virginem juraverint, *cap. Proposuisti de probat.*, *cap. Accepisti et cap. Litteræ de frig. et malef.* Atqui nedum mulier in themate, sed uterque conjux testem

Deum appellarunt, se operi maritali diu multumque incubuisse, quin tamen sibi unquam datum fuerit, ut una facti sint caro. Juratæ eorum confessioni accessit testimoniun ex utroque latere propinquorum, fidem perhibentium, se credere, quod conjuges deposuerunt. Rem denique confecit inspectio corporis Hernestinæ per mulieres in opere nuptiali expertas, ac insuper a peritis viris edoctas, quæ concorditer Hernestinam adhuc integram, nec minime virili amplexu corruptam denuntiarunt.

Neque hic satis. Plura occurrunt, quæ conjugum dicta veritati esse consona apprime suadeant. Etenim Hernestina paucis post ab initis nuptiis diebus querelas instituit de viri inertia, easque ex auditu se accepisse mater, soror, et amica a judice rogatæ jurejurando affirmarunt; imo addidit mater, jurgia inter conjuges exarsisse ob non sequutam matrimonii consummationem, ac Hernestina *ritornata in sua casa disse chiaramente di non essersi mai consumato il matrimonio per essere a questo non atto suo marito*. Id ipsum fassus est Medicus Rocca, qui ipso nuptiarum exordio consultus frustra Gasserio medicamina præscripsit; ait enim = *furono questi pratticati con pochissimo successo. Per il momento era certamente impossibilitato a consumare il matrimonio.*

Quod vero pertinet ad justam dispensationis causam, eam in themate præsto esse affirmant iidem Defensores. Ac in primis sese offert viri impotentia: si enim hujusmodi impedimentum, contractum nuptialem antevertens, obstat, quominus matrimonium valide ineatur, initumque retractat, procul dubio justam debet suppeditare causam, quamobrem nuptiale fœdus dispensatione dissolvatur, quamvis impotentia viri probabilibus tantum argumentis demonstretur. Illud namque in judicio dissolutionis matrimonii per viam nullitatis ac per viam dispensationis intercedit discrimen, quod in illo certis indubiisque argumentis, nempe vel per solemne judicium peritorum testantium de evidenti perpetua impotentia, vel per experimentum triennalis cohabitationis, impotentia probetur necesse est; in hoc autem satis habetur, si ea probabilibus evincatur demonstratio-

tionibus, *Ursaya discept. eccl. 21. n 130, Cescia de separat. lib. 4 cap. 2. n. 386., Pignat consult. can. 48. n. 10* At vero Gasserii imbecillitas nedum probabilis, sed certa exploratagque est, cum per annum coire tentaverit, remque perficere nequiverit. Hisce calculum addit viri contumacia; quamvis enim judicio provocatus, ut corporis sui inspiciundi copiam faceret peritis a judice deligendis, attamen inobedientem jugiter se præbuit, ut suam quoad fieri posset, hoc pacto tegeret frigiditatem. Tandem animorum alienatio, inimicitiæ, et odia inter conjuges justam exhibent dispensationis causam ad trad'ta per *Sanchez de matrim. lib. 2. disput. 16. n 4., Borgas. de irregul. par. 6. tit. de sponsal. n. 14, S. Congr. in Albinganen. Matrimonii 12. Septemb. 1801.* Animi autem Hernestinæ et Caroli ob repugnantem eorum naturam, ac maxime ob viri frigiditatem ita abalienati sunt, ac eo usque processerunt jugia, ut nulla reconciliationis spes subesse videatur, ideoque magnopere timendum, ne matrimonium hujusmodi, nisi dispensatione dissolvatur, tristes habeat exitus

Aliter tamen in hac causa judicium ferendum esse tuetur matrimonii Defensor. Initio animadvertit, probationes non sequutæ consummationis adeo perspicuas et certas esse debere, ut nullus amplius dubitationi sit locus; nam in quocumque dubio, tamquam de re interdicta ac supra humanam potestatem posita, dispensationem concedi non posse tradit Sacra Congr. *in Valentina Nullitatis Matrimonii 24 Martii 1764, et in Neapolitana Dispensationis Matrimonii 23. Decembris 1820. §. Ex his.* Dein subdit, quum conjuges ætate florentes simul condormierint, validissima juris et de jure exurgit præsumptio, quæ suadet matrimonium fuisse consummatum, donec probationibus perspicuis, omnemque suspicionem removentibus contrarium pateat, *cap 12. de præsumpt., Sperel. decis. 126. n. 25. tom. 2., S. Congr. in Neapolitana 31. Martii 1770 §. Matrimonii.*

Jam vero juramentum conjugum in præsenti casu haud omnem propulsat habitæ copulæ suspicionem; nam quæ ipsi narrant adeo incredibilia sunt, ac repu-

gnantia, ut de matrimonii consummatione vix dubitari queat. Enim vero neuter conjugum aliquo laborat vitio, quod viri cum muliere congressum impedire potuerit. Firma semper valetudine tempore cohabitationis usi sunt, totisque viribus rem perficere tentarunt. Hernestina haud virum suum omnino impotem describit, sed *poco atto alla consumazione del matrimonio*: Carolus ex adverso numquam de sua viripotentia se dubitasse affirmat, ac alias ineundi nuptias facultatem postulat. Mulier deposuit, rem maritalem haberi non potuisse ex *fisica struttura di mio marito*: vir autem suam imbecillitatem haud repetit *dal mio fisico*, sed potius *dal mio spirito e dal mio cuore . . . . . dalla dissonanza dei temperamenti e del carattere.* Uterque in libello Summo Pontifici porrecto asserunt matrimonium non fuisse consummatum, ac insuper addunt = *un cumulo di altre circostanze dimostra evidentemente non esservi piu speranza che questo possa esser mai consumato in avvenire* = Exinde duo colligit Sacramenti Defensor, nempe ex conjugum perfecta habitudine, condormitione, et conatibus matrimonium fuisse consummatum, ex eorum vero dictis, et responsionibus inverosimilibus ac secum pugnantibus fidem non esse adhibendam neque Caroli, neque Hernestinæ jurijurando; si enim conjugum dictis non est facile credendum, cum quandoque nonnulli inter se contra matrimonium velint colludere *ad tex. in cap. Super de eo qui cognov.*, multo minus fides haberi debet Carolo et Hernestinæ, qui narrant, ea quæ a fide sunt absona, aut pugnant inter se.

Nec aliquid negotii facessere queunt Hernestinæ querimoniæ de viri frigiditate paucis post diebus ab initis nuptiis apud matrem, sororem, et amicam institutæ, aut medici consultatio per Carolum facta de propria imbecillitate. Esto enim hujusmodi querelæ et consultatio probent, virum cum muliere primis octo diebus coire non potuisse; minime tamen ostendunt etiam postea sese carnaliter non cognovisse; imo gravia non desunt argumenta, quæ posteram suadeant matrimonii consummationem. Et sane Hernestina, quæ vel ab initio arcana nuptialia matri, sorori, et amicæ

cæ detexerat, quia catenus virum suum minus aptum deprehenderat, etiam postea de viri frigiditate sponte conqueri perrexisset, et mater ac soror eam identidem percontatæ essent, si conjugibus rem maritalem revera peficere datum non fuisset. At vero mulier nullum de hac re undecim mensium spatio protulit questum; ac solummodo postquam a viro diverterat, et ad suum larem familiarem redierat, *disse chiaramente*, veluti testatur genitrix, *di non essersi mai consumato il Matrimonio*. Vir quoque qui antea consilium petierat a Francisco Rocca, dein nec ab eo nec ab alio quovis sibi constante matrimonio remedia quæsivit, quæsiturus profecto, si præscripta medicamina non profuissent, vel potius temporarium impedimentum suapte natura non evanuisset. Præterea conjuges, dum commune servabant torum, mutuo sese complectebantur amore = *per i primi otto o nove mesi* (hæc mulier) *fummo sempre in buona armonia, quantunque mio marito fosse spesso occupato da mal umore* = itemque = *è passata sempre buona armonia* (ita Carolus) *tra me e mia moglie in tutto il tempo della coabitazione all'infuori delle piccole impazienze nascenti dalla dissonanza dei caratteri* =. Quæ quidem omnia eo spectant, subdit matrimonii Defensor, ut conjuges una certe facti sint caro.

Porro si conjugum claudicat confessio, claudicet necesse est et septima propinquorum manus, qui de credulitate fidem perhibent, et depositio testium, qui de fama post conjugum separationem testantur, et relatio trium obstetricum, quæ duabus adstantibus matronis corpus Hernestinæ e balneo egredientis inspexerunt. His accedit, virginitatis signa dubia et incerta esse, præsertim si medicamenta, quæ adstringendi vim habeant, adhibita fuerint, et diuturnum, veluti in præsenti casu, a copula effluxerit tempus, *Michael Albert. jurisprud. med. cap. 5 n. 3. Zacch. quæst. medic. legal. lib. 4. tit. 2. quæst. 1.*, nec judicio obstetricum esse fidendum, cum et manus obstetricum et oculi sæpe fallantur, *can. 24. caus. 27. quæst. 1.*, *cap. 14. de probat.*

Ita nutantibus probationibus per Hernestinæ Defensores adductis ad ostendendam mulieris virginitatem, et

viri impotentiam, omnino deneganda est petita nuptialis vinculi dispensatio, vel saltem præcipendum triennale experimentum, veluti in duriori casu, scilicet de muliere quæ per octo annos cum viro habitaverat, quam matronæ honestæ et in opere nuptiali instructæ virginem deprehenderant, quæque jurejurando numquam a viro fuisse cognitam affirmabat, idque etiam vir fatebatur, licet potentiam cognoscendi se habere assereret, respondit Honorius III. *in cap. Laudabilem de frig., et malef.* Jam vero in themate vir potentem se proclamat, nec eum omnino impotem, sed *poco atto* insimulat mulier: non per octo annos, sed ne per duodecim quidem menses eodem usi sunt thalamo: vir asserit, ideo matrimonium, non fuisse consummatum, quia ipse tristibus divexabatur ideis, et ex nimio calore semen intempestive effundebat, ac propterea temporaria dicenda esset ejus impotentia, ipsoque temporis beneficio, et individuæ vitæ consuetudine plane evanesceret teste *Zacch. quæst. med. leg. lib. 3. tit. 1. quæst. 5. n. 58.* Conjuges antequam nuptiale fœdus contraherent, amore se deperibant, ac post initum quoque matrimonium sese invicem diligebant: quæ vero exarserunt jurgia sub finem cohabitationis, nullius sunt momenti, et originem duxerunt non ex odio, aut inimicitia, sed ex iracunda, quam Carolus sortitus est, indole, veluti innuunt ea Hernestinæ verba = *Lui trovava in tutto ragione da inquietarsi, ed io la rinvenivo nel vedere che i suoi lamenti non avevano alcun giusto fondamento* =. Hæc autem jurgia ne ad separationem quidem tori impertiendam justam legitimamque suppeditarent causam, *S. Congr. in Januen. Dispensationis* 15. *Januarii* 1785. §. *Inefficaces*, *et in Neapolitana Dispensationis* 18. *Martii* 1826. §. *Deficere*.

Reliqua habent Emi Patres ex circumferendis allegationibus, ut qua eminent sapientia definire valeant

Dubium

An sit consulendum SSmo pro dispensatione super matrimonio rato et non consummato in casu etc.

Negative

FA-

FABRIANEN. JURIUM ET EMOLUMENTORUM. Canonicorum Collegium in parochiali, nunc in cathedrali Ecclesia Fabriani existens communi antiquitus victu, mensaque utebatur, ejusque nedum Canonici, sed et Capellani et Clerici participes erant. Hanc tamen vivendi rationem ob graves, qui pedetentim irrepserant, abusus abrogavit Clemens VIII., sanxitque leges, quibus Fabrianensis Ecclesia regeretur. Hujusmodi sanctiones exhibet ejusdem Pontificis Bulla anni 1595., quæ incipit *Romanus Pontifex*. Valde frequens olim erat Canonicorum Collegium, eo autem tempore octo constabat Canonicis, quorum unus dignitate Prioris ceteris antecellebat; hinc Pontifex constituit, ut, subductis ex censu mensæ capitularis necessariis expensis pro divino cultu, et fabrica Ecclesiæ, ac pro stipendio Capellanorum, Clericorum, aliorumque inservientium, *residuum, et omne quidquid supererit una cum illis quadraginta-quinque salmis grani, quæ ad hoc usque tempus solitæ erant inter Priorem et Canonicos in modum distributionum quotidianarum dividi, æqualiter distribuatur, divisioque et distributio Missis, Vesperis, et aliis canonicis horis prædictis ita fiat, ut distributiones hujusmodi cursu totius anni totum absorbeant, quod ex dictis quadraginta quinque salmis grani, ac ex eo quod deductis expensis prædictis ut præfertur, supererit: salva tamen, et reservata duplici portione, decem videlicet salmarum grani ex prædictis quadraginta quinque pro eodem Priore, qui illam habere solitus fuit; pro qua quidem portione Prior ipse duplici punctaturæ subjiciatur; in reliquis vero distributionibus, videlicet in eo quod ut supra supererit, idem Prior nihil magis habeat, vel prætendere possit, quam unus ex Canonicis, ita quod Præbendæ ipsorum Prioris et Canonicorum libere et absque ullo punctandi, seu alio onere vel subjectione, prout hactenus observatum extitit, remaneant.* Punctaturas vero, aliosque reditus proficiscentes ex absentia, vel defectu tam Prioris, et Canonicorum, quam Capellanorum, Clericorum, aliorumque inservientium inter Canonicos dividi prohibuit, ac in fabricam Ecclesiæ, et in usum Sacrarii conferri jussit.

Sess. 22. cap. 4. de Reform.

Ca-

Canonicorum numerus postmodum adauctus est ex pia fidelium largitione, qui peculiares præbendas constituerunt, adeo ut in præsens octo numerentur Canonici primæ erectionis, quos vocant *de Massa*, ac sex secundæ erectionis, qui appellantur *Adjuncti*. Ceteros Canonicatus secundæ erectionis vetustate præcedit canonicalis præbenda anno 1727. a Hieronymo Corradini instituta. Hujus Canonicatus erectionem libenter probarunt Canonici primæ erectionis: ne quid tamen ipsi detrimenti caperent, caverunt = 1. di ammetterlo a quel trattamento che hanno gli altri Canonici della stessa Collegiata circa l'abito, luogo, e prerogative. 2. che detto Canonico abbia voce in capitolo come gli altri, eccettuati quei casi, ne' quali si trattasse degl' interessi della Massa comune . . . . 5. che il detto Canonico debba partecipare i soli utili, quali partecipano gli altri Canonici eddomadarj, cioè di Messe cantate, funerali, ed altre funzioni, che si faranno in Chiesa e fuori di Chiesa, dovendo però il Canonico essere obbligato a far la sua settimana come gli altri. 6. che mancando al servizio della Chiesa sia tenuto alle puntature nella stessa maniera, e quantità, come gli altri Canonici di Massa, le quali debbano cadere in Benefizio della Chiesa come si pratica con gli altri =. Duos alios Canonicatus insequenti anno 1728. fundavit Comitissa Maria Piccinini, suumque Canonici primæ erectionis præbuerunt assensum = con condizione che detti nuovi Canonici non debbano entrare in massa, nè partecipare delle Messe della tabella =. Atque eisdem ferme legibus acceptam habuere Canonici reliquarum præbendarum fundationem. Quamobrem in capitularibus Constitutionibus anni 1740, accedente Episcopi approbatione, sancitum est, ut Canonici secundæ erectionis non secus atque Canonici primæ erectionis iisdem fruerentur juribus ac privilegiis, *præterquam quoad ea quæ ad mensæ seu massæ capitularis, et adnexorum administrationem, et dispositionem pertinere noscuntur: in adjutorium enim advenientes antiquioribus operariis in hac vinea Domini laborantibus, certa propriarum præbendarum mercede conducti, hac contenti erunt, ne destinata jampridem aliis stipendia decrescant.*

Hujus-

Hujusmodi Constitutionum, ac vetustissimæ in Fabrianensi Ecclesia consuetudinis primus omnium nuper oppugnator extitit Sacerdos Placidus Guerrieri Canonicus secundæ erectionis, qui sui, suorumque Collegarum nomine querelas ad hanc Sacram detulit Congregationem. Quanquam enim Canonicos primæ erectionis titulo præbendæ salmas quadraginta quinque jure suas facere posse ultro libenterque non diffiteantur Canonici Adjuncti; nihilominus reliquos mensæ capitularis fructus in quotidianas distributiones ex constitutione Clementis VIII. convertendos inter Canonicos omnes æqua dividi lance oportere contendunt. Pari similiter pollere jure Canonicos universos iidem arbitrantur, ubi agitur de negotiis, quæ mensam capitularem, Ecclesiam, Sacrarium, electionem Officialium, Capellanorum, aliorumque inservientium, et admissionem Canonicatuum Capellaniarumque spectant, in capitularibus comitiis per suffragium expediendis ac definiendis, veluti fusius liquescet ex dubiis in calce hujus folii describendis, ac utraque adstante parte concinnatis.

Et quod pertinet ad quotidianas distributiones ex capitulari mensa proficiscentes, adeo certum exploratumque Canonici Adjuncti suum autumant jus, ut abusum et corruptelam prædicent, quidquid Canonici primæ erectionis caverint in admittendis novis Canonicatibus, sanciverint in capitularibus constitutionibus, ac postmodum servare ausi fuerint. Etenim Clemens VIII. in constitutione *Romanus Pontifex*, quam ad malos, qui jam inoleverant, penitus destruendos usus edidit, quæque in dispertiendis Ecclesiæ fructibus, ceteris omnibus posthabitis, omnino custodiri debet, ita reditus Ecclesiæ partitus est, ut sarta tecta Priori et Canonicis præbenda consisteret in salmis frumentariis quadraginta quinque, reliqui autem fructus *dictæ mensæ, seu massæ communis in distributiones quotidianas inter servientes et officiis interessentes in dicta Ecclesia pro cujusque servitii rata distribuendas ac per eos lucrandas convertantur.* Nedum itaque Canonici primæ erectionis, sed etiam Canonici Adjuncti pro cujusque servitii rata sunt quotidianarum distributionum ex com-

communi mensa provenientium participes reddendi ; nam et ipsi æque ac illi divinis laudibus intersunt, Missam Conventualem celebrant, sacris operantur, aliaque choralia perferunt onera. Porro si ferendi non sunt qui lucrum quidem amplectuntur, onus autem ei annexum respuunt, nec etiam ferendi sunt Canonici primæ erectionis, qui integras distributiones quotidianas amplectuntur, nec eas pro rata servitii lucrari sinunt Canonicos secundæ erectionis, qui similiter pondus ferunt diei et æstus Præterea alia extant bona Cathedrali Ecclesiæ unita, aut ex pia fidelium largitate relicta, et a communi mensa penitus sejuncta, in quorum partem vocandi sunt Canonici Adjuncti; cum enim Fabrianense Capitulum tum ex veteribus, tum ex novis constet Canonicis, quidquid post horum erectionem Capitulo addictum relictumve est, etiam novæ erectionis Canonicis tribuum censetur, proindeque inter omnes pro ratione servitii diribeatur necesse est, *Piton. de controv. patron. alleg.* 65. *num.* 27., *Card. de Luca de Canon. disc.* 6. *num.* 12., *S. Congr. in S. Miniatis Jurium et præeminentiarum* 24. *Novembris* 1827. §. *Quod.*

Vindicato sibi hac methodo jure in mensam capitularem, et in cetera Ecclesiæ bona, coæquatisque omnium Canonicorum juribus et privilegiis, propitium Eminentissimorum Patrum judicium super reliquis quæstionibus, quæ jus ferendi suffragii respiciunt, facile sibi blandiuntur Canonici Adjuncti. Et sane quum Canonici sive veteris sive novæ erectionis Capitulum constituant, cuncti tamquam veri habendi sunt Canonici, iisdemque frui debent juribus ac privilegiis; illud enim canoniæ proprium est, ut Canonicis tribuat æquale jus vocis quoad omnia, quæ in Capitulo tiunt, et collegialiter expediuntur, ut post *Fagnan. in cap. Cum de constit. num.* 26. docet S. Congregatio *in Senen. Vocis in capitulo* 27. *Februarii* 1768. §. *Addunt et in Pisana Electionis* 19. *Septembris* 1818. §. *Porro.* Quin itaque naturæ canoniæ, et dispositioni sacrorum canonum vulnus infligatur, denegari non potest Canonicis Adjunctis Fabrianensis Ecclesiæ (ita eorum defensor) vox activa et passiva in electione Officialium Capituli, ac jus ferendi suffragium tam in absolvendis

dis universi Capituli et Ecclesiæ negotiis, quam in erigendis novis Canonicatibus, ac in eligendis Capellanis, Clericis, aliisque Capituli ministris.

At vero Canonici primæ erectionis acriter tuentur, Canonicos Adjunctos neque ex Clementina Constitutione, neque ex jure canonico sibi vindicare posse delibationem quotidianarum distributionum ex mensa capitulari proficiscentium. Enim vero Clemens VIII. id unum statuit, ut quotidianæ distributiones inter Priorem et Canonicos pro ratione servitii diriberentur, scilicet inter Canonicos, qui Capitulum eo tempore constituebant, eorumque successores; nam de Canonicatibus in posterum erigendis nihil ejus Bulla cautum legitur. Jure autem canonico tum solum Canonicis noviter erectis licet quotidianas distributiones communis massæ et emolumenta ex legatis ante eorumdem institutionem relictis lucrifacere, quando ad eorum delibationem a Capitulo sponte admissi fuerint, *Card. De Luca de can. disc. 6. num. 15., S. Congr. in S. Miniatis 9. Februarii* 1822. *§. E contrario, et in S. Miniatis Jurium 24. Novembris* 1827. *§. Quod*, vel saltem eorum fundatores æquam portionem in massam distributionum contulerint, ut respondit *Rot. coram Emerix. decis. 272. num. 2. et hæc. S. Cong. in Imolen. Distributionum 8. Maji* 1773. *ad I. Dub.*

Jam vero fundatores canonicatuum secundæ erectionis ne obolum quidem in massam distributionum contulerunt, et Canonici primæ erectionis ea prorsus lege assensum præbuerunt, *che i nuovi Canonici non dovessero entrare in massa, nè partecipare delle Messe della tabella.* Hisce accedunt Constitutiones capitulares anni 1740., et perennis ad hæc usque tempora consuetudo, quæ Canonicos Adjunctos ab asserto jure penitus repellunt, *Rot. in recent. decis. 720. num. 3. part. 3. et 364. num. 16. part. 18.*, eosque vel invitos adigunt, ut peculiaribus præbendis, quas instituere fundatores, *Castren. consil. 170. num. 1.*, *Gratian. discep. 867.*, atque emolumentis, quæ ex funeribus, anniversariis, aliisque similibus sacris functionibus proveniunt, quæque ipsi, nemine obsistente, jam lucrantur, omnino contenti sint.

Illud quoque exinde plane confici putant, Canonicos Adjunctos jure suffragii minime donandos esse in iis capitulis, quæ respiciunt administrationem redituum mensæ capitularis Ecclesiæ, et Sacrarii, aut electionem Officialium, qui eorumdem redituum procurationem gerunt; hujusmodi siquidem bona ex censu mensæ capitularis proveniunt, neque Canonici Adjuncti aliena bona administrare, ac sese negotiis non suis immiscere debent, *S. Cong. in Eugubina Erectionis Canonicatuum 26. Martii 1763. et in Tolentina Archipresbyteratus 1. Februarii 1766.* Et novissime *in cit. S. Miniatis 15. Decembris 1827.* proposito dubio = *An et in quibus negotiis Canonicus Theologus gaudeat voce activa et passiva* = rescriptum prodiit = *Affirmative in omnibus, exceptis negotiis respicientibus massam communem, et bona ad Capitulum spectantia ante erectionem Præbendæ Theologalis* =. Idque præsertim in præsenti casu vim suam exerere debet, quia capitularibus constitutionibus sancitum est, Canonicis Adjunctis communia esse debere aliorum Canonicorum jura = præterquam quoad ea, quæ ad mensæ seu massæ capitularis, et annexorum administrationem et dispositionem pertinere noscuntur =.

Nec aliter sentiendum putant de electione Capellanorum, ac de admissione aut dimissione Clericorum, quibus stipendium solvitur sumptibus mensæ capitularis, itemque de erectione Canonicatuum aliarumque præbendarum, quæ in detrimentum Canonicorum primæ erectionis vertere queunt; isti enim impendia suppeditant pro sacra supellectili comparanda, ac pro tuenda Ecclesia et Sacrario. Haud igitur convenit, ut Canonici primæ erectionis suffragio eorum, quorum nihil refert, inutilibus aliquando sumptibus inviti graventur. Denique centenariam invocant consuetudinem quæ in controversiis omnibus, ac præcipue in quæstionibus jurium et privilegiorum maximi æstimanda est ponderis, *Pignatel. consult. can. 25. n. 2. tom. 10., S. Congr. in Casertana 2. Augusti 1823. et in Nullius Sublacen. 29. Januarii 1825. §. Jam.*

Reliqua habent Emi Patres ex allegationibus ab utriusque

que partis Defensoribus circumferendis, ut dirimere possint

Dubia

I. *An Canonici secundæ erectionis jure polleant lucrandi distributiones quotidianas aliaque emolumenta, quibus fruuntur Canonici primæ erectionis in casu etc.*

II. *An iidem Canonici interesse ac suffragium ferre possint in Capitulis, in quibus agitur de reditibus ad Canonicos tantum primæ erectionis spectantibus in casu etc.*

III. *An vocem habeant in iis Capitulis, quæ respiciunt reliquos Ecclesiæ et Sacrarii reditus in casu etc.*

IV. *An gaudeant voce activa et passiva in electione Officialium Capituli in casu etc.*

V. *An polleant jure suffragii in erigendis novis Canonicatibus et Capellaniis in casu etc.*

VI. *An suffragium ferre valeant in electione Capellanorum, et in admissione aut dimissione Clericorum Ecclesiæ inservientium in casu etc.*

Ad I. et II. Negative.

Ad III. Negative in omnibus, exceptis negotiis respicientibus bona Capitulo generatim relicta post erectionem Canonicatuum adjunctorum.

Ad IV. Negative quoad Officiales Massæ Capitularis, in reliquis affirmative.

Ad V. Affirmative.

Ad VI. Negative quoad eos, qui stipendia ex massa communi percipiunt.

Sess.25. cap. 9. de Reform.

PERUSINA CAPELLANIARUM. Actum est de hac controversia in Comitiis diei 22. Novembris elapsi anni. Quinque proposita fuere dubia, atque ad III. et IV. responsum dederunt Emi Patres = *Dilata, et ad mentem: = mens est, ut scribatur Episcopo, qui adhibitis diligentiis referat, an actualiter extent fundi et bona ad valorem septem mille scutatorum ex hæreditate Perotti provenientia ad formam laudi, vocatis ad redditionem rationis administratoribus, ac deputato interim ecclesiastico Administratore, qui adimpletis oneribus curet adimplementum missarum ad formam fundationis* =.

Mandatis Sac. Congregationis paruit Episcopus, ac ea, quæ gesta sunt, referens inquit „ Publicos accersivi „ Peritos viros, qui exemplar proferrent bonorum „ extantium hæreditatis Perotti. Horum pretium, ceu „ constat ex adnexo peritorum testimonio, adæquat „ scutata 6943. 85.; annuus vero fructus circiter „ ascendit ad scut. 265. Deinde vero adscito Canonico „ Titi hujus Capituli Administratore ad rationem red- „ dendam de sua in bonis præfatis gubernandis dili- „ gentia compertum mihi fuit, hæreditatis arcam a „ die 6. Junii 1828., qua benignum rescriptum vi- „ gere desiit ad diem 31. Decembris ejusdem anni „ auctam fuisse credita pecunia scut. 88. 30., (nempe „ pecuniæ vim ex venditione frumenti colligendam „ conficere summam scut. 276. 10., sumptus vero „ pertingere ad scut. 88. 30.), quemadmodum in ad- „ dito exemplo videre est. Postremo novum Admini- „ stratorem suffeci presbyterum Josephum Gratiani, „ a quo initas accepti et expensi computationes una „ simul remitto. Ipse quidem ære alieno, publicisque „ vectigalibus persolutis curavit diebus festis Missas „ celebrandas, omisit tamen reliquorum solutionem „ ex eo quod renuerint Sacerdotes Sacra facere stipe „ unius Julii cum dimidio, quæ vulgaris in hac Diœ- „ cesi effecta est „.

Nihil aliud hic superaddendum censeo, nisi quod Petrus Venanzi, ad quem spectat jus præsentandi, die 23. Decembris 1828 nominationem contulerit in Cæsarem et Franciscum filios Raimundi Neri, qui jam Clericali mi-

militiæ nomen dedere, quique optimæ sunt spei adolescentes, veluti testatur Episcopus Civitatis Plebis, in cujus Diœcesi ipsi commorantur, ac rursus preces superiori anno oblatas instaurant.

Cætera haurient Emi Patres ex folio dici 22. Nov. 1828, ut dirimere queant, quæ denuo proponuntur

Dubia

I. *An, et quomodo annuendum sit precibus Raimundi Neri in casu etc.*

II. *An, et quomodo sit annuendum precibus Jacobi Frigeri in casu etc.*

Non proposita cum sequentibus.

CATANIEN. IRREGULARITATIS. Petrus di Mauro Cataniensis Diœceseos dexteram habet manum ita a nativitate conflictam, ut ipsi desint duo inferiores digiti, ac insuper = le due ossa del metacarpo corrispondenti =. Pollex vero = è un poco più piccolo di volume del suo stato naturale, ed il dito indice e medio uniti fra loro perfettamente, portanti nella loro estremità una larga ugna, che copre tutti due li diti, e con una superficiale fissura nella sua metà. Questa unione congenita è di maniera da non potersi affatto con alcun mezzo chirurgico separare =. Ob hujusmodi corporis defectum ecclesiasticæ militiæ nomen dare, sacrisque Ordinibus initiari prohibetur memoratus adolescens, qui decimum nonum agit annum. Cum vero cunctas fere sacras cæremonias in Sacro offerendo se obire posse experientia didicerit, ideo ab Sede Apostolica dispensationem enixis precibus efflagitat. *Sess. 14. cap. 7. de Reform.*

Episcopus Magistri Cæremoniarum, et Medici judicio innixus censet, vitium, quo laborat Orator, impedimento non esse, quominus ipse rite ac solerter Missæ Sacrificium possit persolvere; additque „ dippiù da quello

„ che

„ che ne giudicano le persone da me interrogate all' „ uopo, e da ciò che io stesso ne ho veduto, il di- „ fetto non è tale che ecciti un certo ribrezzo in co- „ loro, che lo abbiano sotto l' occhio. Mosso da que- „ ste ragioni, le quali vengono sostenute dall' ottima „ morale, e dai talenti del Giovane oratore, che nel- „ lo stato ecclesiastico fa sperare di dover essere utile „ alla sua patria, dove è venuto meno il numero dei „ Preti; io prego umilmente Vostra Santità, che di- „ spensando benignamente dalla irregolarità divisata „ voglia permettere, che il medesimo possa esser pro- „ mosso allo stato ecclesiastico, e quindi alla susce- „ zione degli Ordini corrispondenti „.

Ne scandalo afficeretur populus, ac ne sacri ritus ab Ecclesia in re divina peragenda præscripti violarentur, jamdiu statutum est, ut ab altaris ministerio repellantur, qui corpore sunt vitiati, *can.* 3. *dist.* 55., *Sac. Congregatio in Bajonen.* 15. *Decembris* 1827. §. *Irregularitatis.* Jam vero de irregularitate ex digitorum defectu apertus est textus *in cap. Presbyterorum de cleric. ægrot.*, ubi Pontifex Eugenius respondisse traditur = *Presbyterum, cujus duos digitos cum medietate palmæ a prædone abscissas significasti, Missam non permittimus celebrare, quia nec secure propter debilitatem, nec sine scandalo propter deformitatem membri hoc fieri posse confidimus* =. Hinc Sac. Congregatio irregularem dixit Sacerdotem, cui digitus pollex in manu dextera abscissus fuerat *in Novomien.* 11. *Septembris* 1726., et pariter alium pollice sinistræ manus carentem *in Cadureen.* 14. *Januarii* 1663. *lib. decret.* 28. *pag.* 3. *apud Comen. Irregularitatis* 8. *Aprilis* 1775. §. *De irregularitate*. Regulam vero statuit, ac semper eadem Sac. Congregatio secuta est, ut facilius dispensatio super corporis defectu concedatur Sacerdoti jam promoto, difficilius autem Clerico promovendo, ut in *Comen.* 6. *Maji* 1775., *ac in Firmana Irregularitatis* 24. *Maji* 1823. §. *Dispensatio.*

Cum itaque Petrus di Mauro nullo sit Ordine insignitus, difficilius ex hac regula gratiam assequi posse videtur, præsertim quia post sacræ Hostiæ consecrationem Calicem elevare ac sumere, patenamque dextera manu tractare non valet, nisi contra sacrarum Rubricarum præ-

præscriptum indicem pollicemque sejungat; hac sine de causa dispensationem ab irregularitate denegavit clerico Petro Sertorio, qui casuali ac repentina pulveris tormentarii accensione adeo graviter in dextera manu læsus fuerat, ut ejusdem liberum in parte inferiori usum ac exercitium amiserit, unice salvis et incolumibus superstitibus digitis *indice*, *et pollice*, ac superiori ejusdem manus parte, quibus libere ac prompte utebatur, ut habetur *in Comen. Irregularitatis* 6. *Maji* 1775. Tandem etsi Episcopus retulerit Oratorem solerter ac decenter sacras persolvere cæremonias, fieri tamen vix posse videtur, ut populus absque scandalo, vel saltem admiratione Oratorem sacrum facientem intueatur.

Verum dispensatio quoad corporis defectus non raro concedi solet; prout Sac. Congregatio impertiendam esse respondit *in Mutinen.* 24, *Maji* 1734. Sacerdoti tribus digitis pollice, indice, et medio carenti, ea tamen lege, ut tantum in Oratorio privato, vel in publica Ecclesia frequentia populi minus celebrata sacrum litaret; et in *Sumoagilien.* 15 *Maji* 1738, in qua Vicario Curato, cui unice superfuerat digitus pollex, eadem sub lege indulta fuit dispensatio. Præterea Sacer Ordo *in Geruntina* 24. *Maji* 1788. dispensationem ab irregularitate elargita est sacerdoti Cajetano Fulvo collegiatæ ecclesiæ Cacurri canonico, qui universos digitos sinistræ manus ex bellici instrumenti disruptione amiserat. Tandem non desunt exempla dispensationum, quæ Presbyteris uno alterove brachio destitutis concessæ fuere, ceu tradit folium *in Bajonen.* 15. *Decemb.* 1827. §. *Ponderanda*. Eo magis itaque concedenda videtur dispensatio Petro di Mauro, qui inferioris tantum dexteræ manus partis est expers, omnesque sacras cæremonias sine ullo periculo et scandalo, quemadmodum fidem perhibet Episcopus, obire potest, dummodo Calicis elevationem, ac patenæ tractationem lævæ manus auxilio persolvat.

Petitæ insuper dispensationi viam sternere possunt probati mores, spectata pietas, aliæque animi dotes, quæ in Oratore plurimum ab Episcopo commendantur. Hisce addendum ipsius Episcopi votum, præsertim si ratio habeatur Sacerdotum deficentiæ, qua Catanien-

sis

sis Diœcesis laborat. Preces enim Ordinariorum semper maximi faciendas duxit Sac. Congregatio, quia ipsis magis perspectæ sunt locorum necessitates, ac rerum circumstantiæ.

Et quamvis difficile voti compotes fiant promovendi, qui irregularitate laborant, attamen plura extant exempla hujusmodi concessionum, quas S. Congregatio impertiendas censuit, ubi peculiares præsto essent causæ. Sic in *Januen.* 6. *Augusti* 1825 adolescenti Jacobo Garibaldi, et in *Massen.* 27. *Junii* 1829. *inter supplices libellos relatis* clerico Bartholomæo Bertoli dispensationem ab irregularitate concedendam esse respondit, quamvis utrique integer lævæ manus index deesset, imo posterior prima etiam pollicis careret phalange, adeo ut in re divina facienda medio digito sibi omnino esset utendum.

Dubium

An sit consulendum SSmo pro dispensatione ab irregularitate in casu etc.

Sess.24.cap.13 de Reform.

ARIMINEN. PENSIONIS. Quum anno 1810 parochialis ecclesia S. Mariæ *di Meleto* suo viduata Rectore fuisset, Ariminensis Episcopus sacerdoti Francisco Giannei ejusdem concredidit ecclesiæ regimen, quin tamen de aliqua præstanda pensione legem indixerit. At vero decem et octo post annos quam parochus Giannei commisso sibi animarum munere perfunctus fuerat, ac integros Parœciæ reditus quieto

ani-

animo perceperat, extemplo quidam exsiliit Dominicus Natali Romæ commorans, qui ad annuam viginti scutatorum pensionem ex fructibus Parœciæ detrahendam jus sibi esse contendere cœpit. Quamobrem sacerdos Giannei, qui adeo exiguos experitur ejusmodi fructus, ut expletis accurate oneribus, ne congrua quidem parocho quotannis supersit, novumque sibi onus imponi omnino refugit, supplicem sacro huic Ordini libellum obtulit, ut ab Emis Patribus de allegato pensionis jure quid sentiendum sit, decernatur.

Delatas ab Oratore preces ad Ordinarium ablegavi, qui certum temporis terminum ad suum exhibendum jus Dominico Natali indiceret, itemque transmissis episcopalibus de collatione parœciæ literis, de oneribus, et de annuo ejusdem parœciæ reditu per peritum ex officio referret. Quibus quidem omnibus cum satisfactum plenissime ab Ordinario fuerit, perspicue in primis constat, Franciscum Giannei nulla prorsus ab Episcopo, ad quem tum Parœciæ collatio spectabat, de solvenda pensione obstrictum lege fuisse: parochialem vero, cui inservit, ecclesiam post tristissimas superiorum temporum vicissitudines non modo gravioribus ac antea vectigalium oneribus affici, verum et ea, quæ pro augendo Dei cultu a piis Societatibus præbebantur, subsidiorum ope destitui; ejus proinde reditus adeo sensim decrevisse, ut ad annuam circiter nonaginta trium scutatorum summam pertingant. Quamobrem presbyteri Giannei votis Sacram Congregationem libenti animo obsequuturam fore sibi Ariminensis pollicetur Episcopus; additque se Kalendis Maji 1829 misisse Dominico Natali literas, ut intra terminum ejusdem mensis suum jus ad Sacrum hunc Ordinem deduceret.

Episcopi sententiæ consona profecto est ecclesiastici juris disciplina. Canonicis enim vero legibus sancitum est, ut clericis beneficium retinentibus ii superesse debeant ex imposita pensione reditus, quibus et honeste vitam traducere, et inhærentia beneficio onera explere commode possint, *Cardinalis de Luca de pens. disc.* 16. *et* 17., *S. Congregatio in Firmana Pensionis* 17. *Martii* 1827. §. *Postulat.* Summopere enim

dedecet, eos, qui Ecclesiæ inserviunt, adeo gravi inopia rerum laborare, ut iis etiam, quæ ad vitæ usum necessaria sunt, aliquando destituantur. Quod quidem incommodum, ut ab iis præsertim, quibus animarum cura delata est, penitus averteretur, Tridentina Synodus decrevit *Sess. 24 cap. 13. de Reformat.* parochiales ecclesias, quæ centum ducatorum summam suis reditibus non excedunt, a quocumque pensionis onere esse prorsus eximendas. Et Benedictus XIII. in Constitutione cujus initium *Quanta pastoribus*, ut commodior animarum curatoribus suppeteret modus nedum suas parochiales Ecclesias reparandi et ornandi, sed etiam subveniendi pauperum, aliarumque miserabilium personarum indigentiis ex eo quod honestæ et congruæ sustentationi supereſſet, ac insuper ipsis incitamentum præberetur suscepti ministerii labores libentius perferendi, et gregi alacrius attendendi, legem dixit, ne Episcopi, et quicumque collator Summo Pontifice inferior ullas ex reditibus Parœciarum solvendas pensiones in posterum imponerent.

Jam vero ex publici periti testimonio, quod una cum statu activo et passivo ad Sacram Congregationem remisit Episcopus, apertissime evincitur, parochialem ecclesiam S. Mariæ di *Meleto* gravem subiisse bonorum imminutionem, ejusque proinde reditus ad scutata nonaginta tria circiter pertingere, quæ si annua viginti scutatorum pensione gravarentur, tenuis admodum pecuniæ vis, ducendæque vitæ prorsus impar parocho supereſſet, ac delenda foret asserta pensio ad tradita per *Lotter. de re benefic. lib. 1. quæst. 42. n. 60.*, *Rot. cor. Cavalerio decis. 404. n. 1.*, *S. Congregatio in cit. Firmana §. Postulat.*

Verum hujusmodi pensionis onere immunem omnino esse parochialem hanc, quam sacerdos Giannei nactus fuit, Ecclesiam, eæ præsertim testantur litteræ quas de parœciæ ipsius collatione ad Sacrum hunc Ordinem transmisit Episcopus. Satis enim exploratum ex iisdem est, nullam prorsus neque ab Ariminensi Præsule, neque a Summo Pontifice de solvenda viginti scutatorum pensione indictam presbytero Giannei legem fuisse. Atqui alienum ab æquitate quam

ma-

maxime est, ut onera, quæ suscepta nullimode sunt ea invite sustineantur

Ceterum illud mirum profecto est, quod Dominicus Natali, qui ex parochialis ecclesiæ reditibus memoratam sibi præstandam esse pensionem contendit, non modo decem et octo annis neque ullam ejusdem pensionis præstationem a Paroeho Giannei, sibi exhibendam curaverit, neque ipsum parochum in jus unquam vocaverit, verum etiam nulla prorsus rationum momenta, quibus jus suum confirmet, intra præfinitum ab Ariminensi Episcopo unius mensis terminum protulerit.

Decernere itaque dignentur Emi Patres

An a Parocho Francisco Giannei præstanda sit pensio in casu etc.

FERENTINA FABRICÆ. Hujus causæ seriem hauri- *Sess. 21. cap.*
re dignemini, Patres Emi, ex folio diei 22. Novembris *7. de reform.*
1828.; tunc enim proposito dubio = *An sit confirmandum decretum ab Episcopo in sacra visitatione editum in casu etc.* responsum dedistis die 20. insequentis mensis Decembris = *Dilata, et Episcopus referat a quo vel a quibus destructa fuerit Capella S. Petri, qua auctoritate, et an interpellata Communitate, vel Seminario, an area dictæ Capellæ et ejus cæmenta inclusa fuerint in nova Ecclesia, et quo jure, nec non utrum sumptibus Communitatis ædificetur nova Ecclesia* = Dictis obediens Episcopus numeris omnibus absolutam exaravit relationem, quam pro meo munere hic exscribam.

„ Multum progresso, quod susceptum jamdiu fuerat opere ex toto renovandæ Parochialis Ecclesiæ titulo

S. Mariæ Gaudentium in hac Ferentini Civitate, eoque deducta re, ut de Altaribus construendis, ornandisque agi jam oporteret; obeunti mihi pastoralis visitationis munus, illud occurrit, Altare Sancto Petro ad Vincula olim sacrum juripatronatus obnoxium esse Ferentinæ Communitati, quippe quæ jus haberet singulis quinquenniis unum aliquem suis e civibus adolescentem sistere, qui gratuito aleretur in Diœcesano Seminario, atque ad pietatem liberalesque disciplinas institueretur. Quocirca decernendum mihi censui, ut Altare ipsum, simulque alia duo conversioni S. Pauli, et B. Catharinæ Virgini et Martyri dicata ex ære Communitatis publico restituerentur, ac necessariis ad rem divinam faciendam instrumentis plene ornarentur. Decretum accepit Communitas ex ea parte, quæ ad nuper commemorata duo altaria spectabat, obstitit vero quoad altare S. Petri ad vincula, delataque ad EE. VV. controversia, plures ad se excusandam attulit causas, quarum summa descripta cernitur in eo libello, qui causas apud Sacrum Tribunal X. Kalendas præteriti Decembris dijudicandas complectebatur.

„ Ergo ne diutius retardetur suscepti operis absolutio, id, quod pæstare jussus sum, paucis expediam.

„ Fabricæ quidem veteris hæc erat forma, ut præ valvis atrium haberet instar porticus, externis Ecclesiæ parietibus adhærens, ac ligneo laqueari tectum; quo in atrio ad lævam Ecclesiæ Canonicus Leonillus Sacellum extruxit Vinculorum, quibus olim adstrictus Apostolorum Princeps fuerat, memoriæ sacrum, ac beneficio dotavit, quod recentiore memoria Seminario Diœcesano adjunctum est. Cum porro ex potestate quam fecerat eadem ista Sacra Congregatio, collatis ex præbenda parochiali, et ex adnexis ecclesiæ beneficiis redituum particulis, ac deinde pecunia fœnori accepta, susceptum fuisset ecclesiæ renovandæ opus; tum cetera omnia, quæ intus Ecclesiam erant, altaria solo æquata fuere, tum vero exterius adjunctum B. Petri ad Vincula Sacellum una cum atrio locum dare coactum fuit elegantiori novæ Fabricæ descriptioni, quæ faciem Ecclesiæ nullo deformatam additamento exhiberet eorum simili, quæ

ex

ex more sequioris ævi ad veterem fabricam accesserant : fabricæ autem Curator id quidem sibi sumpsit, ut si quæ ex eo Sacello amoveri, transferrique alio possent, sarta tectaque servaret : arcam vero, cæmentaque, tenuis certe pretii, cum reliquorum altarium, et ipsius Ecclesiæ cæmentis commixta, eamdemque cum reliquis fortunam experta fuisse facile intelligitur.

„ Jam de supplici Libello, quem in novam Ecclesiæ ædificationem Parochus Pisanius S. Congregationi anno 1796. obtulerat, sententiam rogatus b. m. Episcopus Tesius, haud neglexit quidem ex ejusdem S. Congregationis præscripto audire possessores beneficiorum in Ecclesia ipsa jam inde a vetustissimis temporibus inhærentium ; ac in eo responso quod ad S. Congregationem dedit IX. Kalendas Junii ejusdem anni, ubi primum exposuit = eam esse infelicem conditionem Parochialis Ecclesiæ S. Mariæ Gaudentium, ut quæ in honorem supremi Numinis, ac Deiparæ erecta fuit in eorumdem dedecus quodammodo convertatur = hæc deinde subjecit = audivi eos quorum interest, nimirum dictæ Ecclesiæ beneficiarios, quos comperi, et restaurationi Ecclesiæ libentissime assentiri, nec abnuere annuam summam scutorum quinque pro unoque persolvere spatio annorum quindecim = Nihil vero curandum sibi censuit de beneficiis, quæ privato juri patronatus obnoxia essent, ex quorum proinde reditibus nihil delibatum est, quod in Ecclesiæ fabricam conferretur ; hoc iis dumtaxat relicto, ut absoluta Fabrica Patroni, ac Beneficiorum possessores in componenda, ornandaque Altaria pecuniam suppeditarent.

„ Huc tandem re deducta, cum Ferentini Communitas patronatus jure gaudeat in tria, quæ commemoravi, beneficia, minime obstitit sumendæ sibi compositioni, atque ornamento Altarium Conversionis S. Pauli, et S. Catharinæ, in quibus beneficia inhærentia Sacerdotibus per Communitatem nominatis possessa ; æque se liberalem ne præstaret in tertium Altare S. Petri ad Vincula, impedimento fuit consideratio translatæ in perpetuum ad Seminarium Diœcesanum beneficii possessionis ; quasi vel Patrono ulla esset potestas

stas in beneficio administrando, vel nominandi jus imminutum Communitati fuisset, quæ ut jam alias animadverti, latiorem ac sæpius exercendam nominandi alumni facultatem sibi comparavit. Sed mihi ne plura: est enim supremi Senatus Vestri decernere, num ea translatæ possessionis consideratio tantum habeat momenti, ut instruendi ejus quod in controversia versatur Sacelli onere Ferentini Communitatem eximat ,,

Denuo proponitur

Dubium

An sit confirmandum decretum ab Episcopo in sacra visitatione editum in casu etc.

Sess. 24. cap. 12. de reform.

FERENTINA RESIDENTIAE. Apud Oppidum Ceccani Ferentinæ Diœcesis extat Ecclesia sub titulo S. Mariæ ad Flumen, ubi præter Abbatiam duodecim adsunt beneficia, quorum patronatus ad Exmum Principem Columnam pertinet. Harum autem præbendarum institutionem quum sæpe obtinuerint ii, qui Ceccano constanter aberant, illud hinc factum est, ut quammulti ejus Ecclesiæ Beneficiarii fere semper residentiam neglexerint, tantoque se onere immunes ex immemorabili præsertim consuetudine existimarint. Attamen plerique eorum, qui ejusmodi præ-

præbendis in præsentiarum fruuntur, ea super re longe aliter sentiunt. Ipsi enim Ecclesiam suam vel ab antiquis usque temporibus haud certe ruralem, sed insignem potius esse Collegiatam arbitrantur: atque omni idcirco jure Canonicorum sibi nomen perpetuo fuisse tributum, seque ad residentiam omnino teneri contendunt. Idem igitur, dum suæ in posterum conscientiæ consulere maxime cupiunt, totam nunc de ejus Ecclesiæ Collegialitate controversiam sapientissimo EE. VV. judicio dirimendam proponunt, ea potissimum causa adducti, quod hujus S. Ordinis consilio jamdudum declaratum est = immemorabilem consuetudinem non excusare a residentia in Ecclesiis Cathedralibus et Collegiatis insignibus. In Collegiatis autem non insignibus posse excusare, dum tamen sint rurales, prorsus destitutae, et in quibus numquam antea supra hominum memoriam solitum esset residere, aut quæ adeo tenuis reditus essent, ut Canonicos aliunde non habentes, unde vivant, alere non possint. = *Benedictus XIV. Instit Eccles.* 107. *n.* 2.

Ecclesiam S. Mariæ ad Flumen non esse ruralem, sed insignem potius Collegiatam, pluribus quidem rationum momentis adstruere conantur Oratores. Id enim sibi sumunt communi sententia exploratum, ut, quamvis de illius Ecclesiæ erectione nullas proferre liceat Apostolicæ Sedis literas, omnia tamen Collegialitatis jura eidem sarta tecta servari debeant, tum quia multa suppetunt certa indicia et argumenta, quæ canonicalis collegii naturam in dubio evincere possint, tum quia ea ipsa Ecclesia Episcopali saltem auctoritate ad Collegiatæ honorem evecta reipsa videtur eo tempore, quo Sedes Apostolica nondum sibi erigendi Collegiatas facultatem reservaverat. Viguit enim antiquitus opinio inter Doctores et in judiciis recepta, quod Episcopus justa suadente causa Collegiatam erigere et instituere posset, ut habetur *in Decis.* 1084. *cor. Emeriæ. Jun., et S. Congr. Conc. in Ferentina distributionis* 24. *Septembris* 1718.; nec nisi anno 1623. ipsa S. Concilii Congregatio sancivit, Collegiatarum erectionem Episcopis numquam amplius licere, sed Apostolicæ Sedi fore reservatam:

ere-

erectas tamen jam antea servari perpetuo oportere, perinde ac si Apostolicam originem habuissent, *Piton. disceptat. Eccles.* 116. *num.* 30. *et S. Congr. in cit. Ferentina §. Absque*. Atque hujus quidem generis esse Ecclesiam suam propugnant Oratores, dum adserunt Canonicum Pennazza sub anno 1660 Canonicatu ob residentiæ neglectum privatum fuisse.

Itaque, quod spectat memorati Templi ædificium, illud in primis Canonicorum Collegio plane dignum extollunt, dum gotica licet ratione extructum, satis tamen amplum tribusque circiter hominum millibus continendis idoneum esse perspicitur; idemque Chori decentia, marmorea ad concionandum exedra, aliisque hujusmodi ornamentis ita præditum, ut etiamnunc maxima Christiani populi frequentia ad sacras illuc functiones confluere soleat. Neque minus arguendam putant ejusdem Ecclesiæ collegialitatem ex spectata oppidi Ceccani, ubi proxime situm est, celebritate: constat enim ingenti 6470. animarum numero, ceterisque finitimis oppidis longissime præstat. Addunt hisce omnibus, se satis plures esse in ea Ecclesia, qui satis etiam commodo Præbendarum reditu Canonicorum gradui pares esse dicantur. Initio siquidem jam innui, duodecim præter Abbatem Beneficiarios divino ibidem cultui inservire: quorum nempe singuli ex sua quisque separata præbenda septem quotannis tritici *Rubbia*, ac quindecim *Barili di Mosto* hauriunt, Abbas vero duplicem ejusmodi fructum.

Cum ita se res habeant, Ecclesiam S. Mariæ ad Flumen remotissimis usque temporibus fuisse Collegiatam ex eo deinde conjiciunt Oratores, quod vel ante solemnem ipsius consecrationem anno 1196. peractam, jamdiu extiterit *Abbas S. Mariæ*, prout ad annum 1158. legere est de quodam Rogerio in pervetusto Fossæ novæ Monasterii Chronico. Eadem autem illa consecratio, quæ septem adstantibus Episcopis ab Emo Cardinali Jordano Comite Ceccanensi splendidissimo ritus apparatu effecta fuit, luculenter profecto significat, ædem S. Mariæ per universam Campaniam ita jam ceteris Ecclesiis eminuisse, ut ad instar Collegiatæ sub proprii Abbatis regimine instituta maxime floreret.

ret. Quapropter Oratores suam Ecclesiam a Summis Pontificibus Innocentio III. et Gregorio IX. Apostolicæ etiam Sedis patrocinio fuisse olim subjectam summopere gloriantur.

Atque hoc quidem in loco plura sequuntur enumerata ab Oratoribus argumenta et indicia, quibus Ecclesiæ suæ collegialitatem certo probari posse autumant. Primo enim afferunt permulta hucusque habita a Beneficiariis contractuum instrumenta, ubi non alio quam Canonicorum nomine appellati sunt; ipsum vero tanti honoris titulum sibi constanter hactenus tributum fuisse probant tum ex publica et in Sacrario affixa Tabella, quæ de adimplendis Missarum oneribus persæpe ab Episcopis Diœcesanam visitationem gerentibus inspecta est; tum ex pluribus Judicum sententiis ad Ecclesiam S. Mariæ ad Flumen pertinentibus, tum denique ex Eccñi Patroni nominationibus, quibus *Canonici insignis Ecclesiæ Collegiatæ S. Mariæ* ad Episcopum præsentari soliti sunt, adeo ut de immemorabili Collegialitatis opinione dubitandum non sit. Vetustissimum præterea sibi esse adfirmant Sigillum, quo acta Ecclesiæ scriptis exarata muniantur; Tabularium, cui Canonicus præest; resolutionum capitularium Librum; Constitutiones, nisi literis traditas, constanti tamen usu et more servari solitas; communem fructuum massam, quibus Ecclesiæ sumptus et distributiones fiant; certam quoque Stalli in Choro assignationem capitulariter cuique peragendam, ut præbendarum possessionem Canonici nanciscantur. Ceterum se, prævio majoris campanæ signo, ad graviora discutienda negotia in Capitulum coire; unum aliquem ex Canonicorum gremio delectum in commune ejus Oppidi concilium admitti; Missam cum cantu Conventualem non modo in omnibus B. M. V. et Apostolorum festis, sed et per continuos sex menses singulis Sabbatis celebrari; iisdem totius anni diebus recitari Vesperas et Completorium in Quadragesima, nec non omnia Tenebrarum officia persolvi in majore Hebdomada; Ecclesiæ S. Mariæ ad Flumen filialem esse alteram S. Stephani Ecclesiam in eodem Oppido positam; illius denique Ecclesiæ Capitulum ceteris Cec-

cani Collegiatis in publicis supplicationibus dignitate præcedentiæ antecellere.

Jam vero ea omnia, quæ hucusque exposita sunt, maximum profecto conjecturarum et indiciorum partem efficere jactitant Oratores, quibus, nisi de primæva legitima erectione aut subsequenti privilegio Apostolico constet, at certe immemorabili consuetudine longissimique temporis præscriptione Ecclesiam S. Mariæ ad Flumen evasisse Collegiatam insignem satis superque probatur. Etenim ut Ecclesiæ alicujus Collegialitas innotescat, necesse non est, ut omnes plane conjecturæ et indicia simul concurrant, quæ a Doctoribus in themate enumerantur, sed aliqua tantummodo, præsertim si univoca sint, adesse sufficit, ex quibus apte id argui valeat, *Lotter. de re benef. quest.* 14 *n.* 79., *Card. Petra ad constit.* 7. *Innocentii IV. sect.* 2. *n.* 19. *et S. Congr. in Consentina Declarationis* 20. *Decembris* 1760. § *Ex longæva.*

Nec quidquam sibi obesse putant resolutionem hujus S. Ordinis *in Ferentina Mediæ Annatæ* 6. *Maji* 1752. Cum enim ex Constitutione *Pius et misericors* Benedicti XIII. mediam annatam pro fabrica Ecclesiæ Cathedralis solvere teneantur, qui Canonicatus et Beneficia extra Ecclesias Collegiatas erecta nanciscuntur, Laurentius autem Syndici Beneficiarius S. Mariæ ad Flumen mediam annatam pro fabrica Ecclesiæ Cathedralis Ferentini deponere nollet, ad hanc S. Congregationem confugit Capitulum Ferentini, ac omnis in eo vertebatur quæstio, ut inquit folium diei 15. Aprilis ejusdem anni 1752., utrum memorata Ecclesia S. Mariæ foret Collegiata dijudicanda. Porro concinnato dubio = *An Ecclesia S. Mariæ Fluminis oppidi Ceccani praetensa Collegiata, ejusque Beneficiati teneantur vigore Concilii Romani in cap. unic. de Eccles. ædific. solvere mediam annatam favore Capituli Cathedralis Ferentini in casu etc.* = inducias petentibus Beneficiariis S. Mariæ primo responsum datum est = *Dilata ad sequentem* = ac dein rescriptum prodiit = *Affirmative et amplius* =. Verum Sacer Ordo, subdunt Oratores, haud inimicam Beneficiariis edidisset sententiam, si vadimonium ipsi obiissent, et ar-

argumenta probationesque, quibus in præsens utuntur, in medium protulissent.

At Ferentini Antistes, quem pro informatione et voto audiendum censui, omnino discrepat a Beneficiariorum sententia, suisque litteris ita rem in controversia expendendam suscepit, ut eas hic adamussim exscribere operæ mihi pretium esse videatur.

, Antea quam ad ea singillatim expendenda aggrediar (ita scribit) præstat nonnulla ponere, quæ sunt diligenter animadversa sub articulum *Collegiata* Bibliothecæ a Lucio Ferraris coagmentatæ n. 80. et seq., sunt enim ad eas dispellendas tenebras, quas imperitorum hominum mentibus offusas agnovi, et ad hanc omnem, quæ in manibus est, controversiam illustrandam, dijudicandamque opportunissima = *Difficile* est, ille inquit, *statuere ex quibus Ecclesia habenda sit pro Collegiata. Datur enim Ecclesia communitativa, qua in multis convenit cum Ecclesia Collegiata. Quocirca nisi sciantur differentiæ intercedentes Ecclesiam communitativam inter, et Ecclesiam Collegiatam facile haud est dijudicare, ex quibus habenda sit aliqua Ecclesia pro Collegiata. Quoad ea quæ natura sua requirit unaquæque Communitas, non differret Ecclesia communitativa ab Ecclesia Collegiata. Sigillum, stallum, communis massa, communis arca, archivium commune, locus certus, tum signum se se congregandi, statuta, juramentum de iis servandis, liber resolutionum, et alia id genus utpote propria uniuscujusque Communitatis, non solum conveniunt Ecclesiæ Collegiatæ, sed etiam Ecclesiæ communitativæ* = (quam in rem omnem affert judicium Rotæ Romanæ in Celsonen. Admissionis 5. Julii 1751. ff. 4. cor. Migazzi, et in Barchionen. Collegii 9. Maii 1755. ff. 5. cor. Bussio) *Quocirca ex his sustineri nequit, Ecclesiam aliquam habitam esse pro Collegiata, et quidem etiam si præterea tributa sit Ecclesiæ denominatio Collegiatæ, et Beneficiatio illa Canonicorum* = His positis, quæ utriusque Ecclesiarum generis communia sunt, idem scriptor ad alia descendit, quæ in Collegiatas dumtaxat proprie cadunt, quæque haud supra quatuor numerat: primum nempe, si in Ecclesia una saltem sit dignitas, eaque Sedi Apostolicæ

licæ reservata : alterum si beneficiarii propria habeant insignia , quæ non communitativæ , sed collegiatæ dumtaxat Ecclesiæ conveniunt : tertium si beneficiariis Ecclesiæ demandata identidem reperiatur executio Literarum Apostolicarum , quæ numquam a Romano Pontifice beneficiariis Ecclesiæ communitativæ committi consuevit: quartum si propria ad Ecclesiam per se ipsos residendi lege beneficiarii teneantur „ .

„ Hisce jam animadversis, satis superque conclusa videri potest omnis controversia de indole ac natura Ecclesiæ S. Mariæ ad Flumen Ceccani ; quippe quæ suis cum beneficiariis, si quæ forte præferat ex iis quæ sunt æque ad communitativas , atque ad Collegiatas Ecclesias adjuncta , nullo tamen gloriari ex iis potest quatuor indiciis , quæ proprie Collegiatam esse Ecclesiam demonstrant. Nulla scilicet ea in Ecclesia dignitas cernitur , nedum ejusmodi , ut eam sibi Apostolica Sedes reservandam censuerit: nec aliis beneficiarii utuntur insignibus nisi communibus cum reliquo omni clero superpelliceis : nullas itidem afferre litteras Apostolicas possunt, quarum executioni propositi unquam fuerint; nam quæ ab iis proferri, et in quibus exultare ii consuevere , Innocentii III. et Gregorii IX. Pontificum Romanorum Literæ non ejusmodi fuere , ut aliquam earum partem exequi demandata sibi auctoritate beneficiarii deberent; verum ad confirmanda dumtaxat collata in eos a Ceccanesi Comite beneficia et munera pertinebant: hoc est non *active* , ut ita dicam , sed *passive* dumtaxat accipi eas Litteras a beneficiariis oportuit: postremo residendi propria lex vel data nunquam iis beneficiariis fuit , vel certe a remotissimo tempore , quod hominum memoriam superet nunquam servata est , quam negligere ne Abbates quidem , hoc est ejus Beneficiorum Collegii principes religioni sibi duxerint: in quibus nonnulli etiam recentiore memoria S. E. Cardinales e nobili Columnensi familia numerari voluere , sola nimirum pietate ducti erga Deiparam Virginem, cujus insigni Templo addictos se esse gloriari , et gaudere possent , non ea tamen voluntate , ut vel beneficium, cui lex residendi esset imposita, acciperent, vel quam

esse

esse impositam scirent residendi legem, impune violari ab se posse crederent.

„ Porro cum nullum ex quatuor istis, quæ posteriore loco recensitæ sunt, dotibus in Ecclesiam S. Mariæ ad Flumen convenire pateat, haud valde laborandum videretur de cæteris ornamentis insignibusve, quæ sunt communitativæ cuique ecclesiæ cum collegiatis communia. Sed est animadvertendum tamen, ex iis ipsis plura esse, quæ aut nullo modo agnosci liceat in illa Ecclesia, vel saltem adeo incerta et obscura, uti nullum ad collegiatæ indolis probationem afferant momentum ac pondus.

„ Enim vero desunt Constitutiones, ad quarum normam tum divini cultus exercitatio, tum beneficiariorum vivendi communicandique cum collegis reliquis consuetudo, tum bonorum administratio dirigenda esset: ridiculum foret enim Constitutiones appellari aut mores quosdam diuturno dumtaxat usu, non auctoritate aliqua confirmatos, nec scripto traditos, quibus fiat, saltem ut ne omnia perturbate apud communitatem agantur, neve sibi quisque præcipiendi quidquid libuerit, vel e contrario recusandi licentiam arroget; nec vero morabor transactionem quamdam, si modo germana ea sit a beneficiariis cum Episcopo initam, qua solum ad procurationem Episcopo visitanti exhibendam pertinet, quæque nullam offert constitutionum capitularium speciem.

„ De sigillo praeterea hoc animadvertendum, non tale illud esse, ex quo vel levissimum capituli indicium appareat: nam *Sigillum* quidem *publicum seu authenticum nonnisi Capitulis et Collegiis approbatis habere licet ad faciendam fidem pro tota communitate* = ut est apud Ferrarium V. Collegiata N. 36. At vero S. Mariæ ad Flumen sigillum unice exhibet imaginem Deiparæ cum puerulo Jesu sedentis, et circumductam epigraphen ✠ *A. M. Fructus Facit Bonos Ceccani*, quæ scilicet ad fructus referuntur speratos ex arboribus, qui sunt effecti sub Deiparæ Virginis pedibus: nulla vero Capituli, Collegiive beneficiariorum in eo sigillo fit mentio, ut plane videantur iidem neglecta, quam sibi minime convenire intelligerent, proprii collegii ratione id unum habuisse curæ, ut quæ res

scri-

scripturaeve propriæ forent ejus Ecclesiæ eo signo dignosci possent, atque in Sacra Deiparæ imagine tutelam sibi ac patrocinium haberent.

" Ad Abbatem quod attinet, primum, nullam inesse in eo vocabulo dignitatis excellentiam vel ex hoc uno constat, quod in Fossæ novæ Chronico plures ad Ceccani Oppidum Abbates inveniamus sub ea ipsa tempora commemoratos, quibus maxime Abbas S. Mariæ ad Flumen ob dedicatam Ecclesiam emicare cernitur: Abbatem scilicet S. Clementis, cujus nunc Ecclesiæ nescio si quæ forte vestigia extent: Abbatem S. Joannis, alios forte: nam pervestigandi omnes nec otium, nec voluntas fuit. Hunc porro Abbatem non diffiteor Ecclesiæ præfuisse, et quod proprium est cujuslibet Ecclesiæ rectoris munus, cavisse, ut Officia divina rite persolverentur, recteque et considerate bonorum administratio procederet, atque in dijudicandis ad dictorum ecclesiæ hominum causis et controversiis ea quam Comites Ceccani dederant auctoritas ac potestas adhibitis in consilium ejusdem Ecclesiæ clericis exerceretur. In ista quidem administrandi muneris ratione, quam ii Joannis Ceccanensis Comitis verbis designatum cerno: = *si clericus, aut Laicus ejusdem ecclesiæ in aliquo offenderit, Abbas cum Clericis in eorum Capitulo cogent ipsum ad justitiam exhibendam salvo jure patronatus* = in ista, inquam, administrandi muneris reddendæque justitiæ ratione species quidem aliqua emicatEcclesiæ communitativæ, sed non ejusmodi, ut Collegiatæ Ecclesiæ formam inducat. Hoc enim vellem, probe intelligi, infigique mentibus beneficiariorum S. Mariæ, ne ubi quæpiam communitatis indicia viderint, ibi continuo canonicorum Collegium sibi effingant. Quælibet enim *Communitas*, ut Ferrarius monet V. Collegium n. 4. = *dicta est a communi, et est quasi communio plurium in idem officium* (quod permissu ComitisCeccanensis justitiæ quoque reddendaë munus complexum fuisse dabo) cap. consulti de procurat. *ut qui habent arcam communem, Sigillum commune, unum Rectorem, et similia.* arg. cap. dilecti de excessib. prælator. notat. Bahel. in cap. Cum omnes de constit. n. 6, et Fagnan. in cap. responsio

43. de sent. excom. n. 55. = ac probare saltem ullo argumenti genere iidem beneficiarii possent ejus eligendi Rectoris, sive Abbatis facultatem sibi fuisse attributam: quandoquidem, ut est apud eumd. Ferrarium c. l. n. 45. = *electio prælati in quolibet collegio de jure pertinet ad personas ejusdem Collegii, nisi adsint reservationes Apostolicæ: cum enim Prælatus censeatur ille, qui est, caput habetque jurisdictionem in singulos de Collegio, sequitur ut ex ejus electione eruatur maximum signum in probanda collegialitate* = Sed ejusmodi tamen signum tantum abest, ut in beneficiariis S. Mariæ appareat, ut potius jam tum Comes Ceccani suam erga beneficiarios liberalitatem, ac benevolentiam iis verbis coercuerit = *salvo jure patronatus* = ut videatur haud minus amplo jure jam tum usus, quam quo nunc utatur Nobilis Familia Columnensis, ut ab se scilicet nominari Abbatem simul ac beneficiarios reliquos oporteret. Quæ cum ita sint, irrito labore desudarunt beneficiarii S. Mariæ corrogandis undequaque documentis, quæ Canonicorum nomen iis aliquando tributum præferrent. Ac primum quidem vellem animadvertissent, nuspiam Canonicos vel ab Joanne Comite, vel ab Romanis Pontificibus, quorum afferuntur diplomata, verum solo *clericorum* vocabulo nominatos fuisse ecclesiasticos viros qui ædi sacræ S. Mariæ ad Flumen inservirent. Longe scilicet post ea tempora nomen Canonicorum in illos viros irrepsit, cum nempe id vocabulum latius pervagari propagarique in omnes pene Communitates clericorum cœpit: nam vetustiora, quæ inveniri licuerit, expressæ ejus appellationis monumenta iidem beneficiarii afferunt ex Instrumento per Notarium quemdam Panecaldo anno 1449 confecto ut ex litteris quibusdam quas exeunte Sæculo XV. hoc est anno 1493 Andreas de Laurentiis Ferentini Episcopus dedisse fertur *Abbati* et *Canonicis* S. Mariæ ad Flumen qui potestate usi ab Episcopo iis literis facta prædium quoddam emphyteutico jure habendum concessere.

Sed ut etiam pondus aliquid in ea esse appellatione demus ad ea quæ beneficiarii sibi vellent confirmanda; quæram tamen constans ne firmaque in iisdem hæserit ejusmodi appellatio? Nihil minus: documenta

enim

enim e Columnensi Tabulario eruta id plane demonstrant, ab anno 1566. ad totum annum 1626 in iis Litteris quas Epiſcopi ad instituendos S. Mariæ beneficiarios dabant, horum præbendas haud alio quam beneficiorum, seu clericatuum nomine fuisse appellatas: atque semel dumtaxat *Canonicatum, seu beneficium* commemorari. Exinde porro hunc ipsum nominandi morem ad nostra usque tempora constanter, ac perpetuo servatum fuisse testis est locuples Columnensis Tabularii Custos ubi hæc adjecit = *nelle successive Bolle d'istituzione, e nelle minute fatte dagli Eccmi Sig. Primogeniti pro tempore della Famiglia Colonna le Prebende della Chiesa di S. Maria a Fiume sono denominate col titolo ora di Canonicati, o benefizj, ora di benefizi, o Canonicati, con maggior frequenza di benefizi semplicemente, ed in una sola Bolla d'istituzione col titolo di Canonicato* = Ad nihilo tamen secius hunc in modum conceptas vel a patronis nominationes, vel ab Episcopis litteras acceperunt, probaruntque tum qui venirent in possessionem beneficiorum, tum qui recentes candidatos in suum collegium cooptarent, nunquam ac ne minimum quidem de injuria conquesti denegatæ honorificentioris appellationis, quippe quam in se tamquam in germanos, propriosque Collegiatæ Ecclesiæ Canonicos haudquaquam cadere posse intelligerent, eamque sibi interdum, et si raro, tributam, ob eam unice causam agnoscerent, quod albo, seu matriculæ Ecclesiæ, quam *Canonis* vocabulo sæpe antiqui scriptores nuncuparunt, inscripti, inscribendive essent, pensionemque, ac stipendia *Canonis* item vocabulo apud veteres, atque in ipso Romani Juris codice appellata, ex Ecclesiæ bonis percipierent. Idcirco ne mirandum quidem est si inter jus agendum, dicendumque de causis beneficiariorum, vel ubi testimonium aliquod pro iisdem ferri oporteret, de rebus dumtaxat quæ agebantur, adductæque erant in controversiam solliciti testes, causidici, judices, beneficiarios S. Mariæ Canonicos dixerint, hoc est eo distinxerint vocabulo, quod sibi iidem ipsi beneficiarii dederant quodque ut ab iis non omnino ob illam

quam

quam exposui causam alienum, nihil erat cur ad litem e lite serendam iis negaretur.

" Sed quod caput est in ea divini persolvendi Officii ratione, quam S. Mariæ beneficiariis præscriptam invenimus, quænam ejus integritatis, dignitatisque species occurrit, cujusmodi eam in collegiatis ecclesiis a capitulo canonicorum exhiberi servarique deceat? Diebus quidem festis, hoc est iis qui maxime divino cultui per canonicos exercendo sacrati sunt, nulla in Ecclesiam suam conveniendi sacrique in ea obeundi ministerii lege Beneficiarii S. Mariæ tenentur, iis demptis diebus qui aut solemniores intra annum, aut Deiparæ Virginis, Sanctorumve Apostolorum memoriæ dicati sunt; quibus tamen ipsis diebus unius dumtaxat missæ cantu se expediunt: sabbatis quidem singulis convenire beneficiarios eosdem oportet, nec tamen ut divinas horas integre obeant, sed Vesperas dumtaxat quibus per Quadragesimam additur Completorium. Missæ vero conventualis, eaque sine cantu unica intra hebdomadam Sabbati die præscripta, eo solum temporis spatio circumscribitur, quod a Sabbato post Dominicam in Albis ad Septembrem mensem integrum fluit; quod nimirum eo solum tempore facile oppidanis, ac pervium foret iter ad Ecclesiam extra oppidi mœnia ultra flumen, haud ita raro redundantibus ex alveo aquis tumidum, periculosumque. Hæc sane tota divinorum officiorum, sacrique ministerii ad sacram ædem S. Mariæ ad flumen a beneficiariis obeundæ ratio ac regula quid præfert aliud ostenditque, nisi hoc fuisse initio propositum, constanterque servatum, ut SSma Dei Genitrix in æde sibi tam solemniter dedicata minime in posterum neglecta jaceret, verum clericos haberet sibi colendæ privatim proprieque in perpetuum addictos, honestaque ex Ecclesiæ bonis mercede ad alendam vitam conductos; quorum esset munus Deiparæ eidem honorem cultumque publico solemnique ritu deferre, iis maxime diebus, qui Ecclesiæ lege, piorumve hominum more atque usu eidem singulariter honorandæ sint addicti; atque ita exemplo suo, publicaque erga Deiparam observantiæ significatione, fidelibus etiam reliquis ad

eamdem observantiam pietatemque incitamento essent Habeant ergo sibi proprium ii Beneficiarii, dignitate quidem ac splendore plenum officium ac munus Capellanorum ejus ecclesiæ, quæ sacra est SSmæ Dei Genitrici, Sanctorumque omnium Reginæ, cujus peculiari sub tutela patrocinioque, si tamen officio suo recte fungantur, se esse merito gaudere, gloriarique possunt; veruntamen intelligant plurimum se abesse ab omni ea capituli canonicalis forma, quam in singulis ecclesiis proprie collegiatis inesse cernique oporteat, quamquam isthuc alio ornamentorum, quibus Ecclesia Ceccanensis prædita est, genere careant.

„ Quin illud potius non sine gravi doloris sensu commemorandum, totam illam etsi tam levem tamque ab Ecclesiæ Collegiatæ forma alienam sacri ministerii in Ceccanensi Deiparæ templo obeundi regulam, a Beneficiariis neglectam superioribus temporibus cerni; quippe qui nulla ejusmodi multarum pæna coercerentur, cujusmodi sunt apud omnia Canonicorum collegia decretis conciliorum, singulorumque capitulorum constitutionibus præfinitæ. Quocirca qui vigentis etiamnum Dioecesanæ Synodi auctor fuit laudatissimus Episcopus Petrus Paulus Tosius, cum tenuis adeo ministerii negligentiam in dictis jam antea multis coercendam frustra curasset, ad Columnensium Principem Laurentium hæc scripsit XVI. Kalend. martii anno 1772. = *Aggiungo ora un mio Editto in cui vengono obbligati tutti i mentovati Beneficiati* (di S. Maria) *al servizio della medesima Chiesa.* (sive per se, ut Episcopus idem explicat, sive per alios obeundum) *sotto pena di tre giulj per ogni mancanza da applicarsi alla Sagrestia di detta Chiesa.* Vide ut is Episcopus, diuturna jam dioeceseos administratione statum cujusque Ecclesiae plene edoctus, nullam prorsus Canonicalis Collegii speciem iis in Beneficiariis agnoverit, quos non ita ut fit apud Canonicos punctaturis quas vocant, in præsentes distribuendis, at juliorum trium multa sacrario addicenda ab eorum muneris negligentia deterrendos existimavit?

„ Sed

„ Sed mitto alia ne in rebus omnium maxime perspicuis ocio temporeve abuti videar: ac negligo etiam figmenta administratæ animarum curae per nescio quem forte Capellanum Altaris S. Quirici, quod postremo loco nominatum cernimus in Chronico Fossae novæ, *situm in alia Porticu saepe praenominatae Ecclesiae* (S. Mariæ) *consecratumque per manus D. Thaddei Ven. Alatrini Episcopi*: Nam pudet ea persequi quæ sine certis argumentis ad rem tanti alioquin momenti, quantum animarum cura habet, adstruendam afferantur.

„ Sed quamvis alia praeteream, cogit me tamen pastoralis officii munus, ut Beneficiariorum S. Mariae non dicam audaciam temeritatemque coerceam, sed potius inscitiam imperitiamque coarguam, qui ex quibusdam de Ceccanensi Chronico erutis, atque ab se perpetam intellectis Romanorum Pontificum Innocentii III. et Gregorii IX. verbis tam magnos sumpsere animos, ut ecclesiam collegiumque suum ab omni Episcoporum jure ac potestate liberum uni Romano Pontifici subesse non modo crederent, sed etiam Sacræ isti Supremæque Congregationi pro certo afferrent. Habeantur quidem pro veris germanisque, si placet, ea Romanorum Pontificum monumenta, quæ in Romano Bullario non extant, in quibus Pontificiae auctoritatis vim atque pondus accipere ac venerari invitum neminem ac repugnantem unius privati scriptoris fides cogat. Sed esto tamen: verae sint germanaeque eæ Pontificum litteræ: attamen quid illæ tantum habent, quod S. Mariæ beneficiarios ab jure sui Episcopi divulsos sub unius Romani Pontificis potestatem sine medio transtulerit? Innocentius quidem hæc scripsisse fertur: = *personas vestras, et Ecclesiam S. Mariae de Flumine, in qua divino estis obsequio mancipati, cum omnibus bonis tam ecclesiasticis, quam mundanis sub B. Petri et nostra protectione susipimus* = Horum habet similia Gregorii IX. diploma. Jam quae sit ei verborum formulae subjecta sententia longe secus ac Beneficiarii S. Mariae interpretantur sacrarum legum periti, quos inter doctissimus Schmalzgrueber *Tom.* 5 *ad tit. de privil num.* 271. scribit hoc modo = *Ex litteris protectionis, quibus personae etiam expresso nomine cum*

omnibus rebus suis sub Apostolica Sede existere declarantur, non probatur sufficienter exemptio c. ex part. 18. h. tit. Ratio est, quia licet Pontifex, aut alius Praelatus aliquos recipiat sub sua protectione, non tamen ideo jurisdictioni Ordinarii eos subtrahit, sed tantum significat promptam assistentiam, quam, si sic receptus in persona vel rebus suis injuste gravetur, contra sic gravantem ita recipiens eum velit defendere, et ipsum gravantem per censuras ad plenam restitutionem et satisfactionem compellere = Pareant ergo subjectique Beneficiarii sunto Episcopo suo, tamquam proxime iis haud secus quam reliquæ Dioecesi universae praeposito, qui si quid forte gravioris quam sustineri deceat oneris imponere auctoritate abusus sua voluerit, libera patebit; ne invocatis quidem Pontificum veterum instrumentis ad Sedem Apostolicam provocatio: suspiciant iidem amplectantur que diuturno jam silentio ab se ipsis confirmatum Sacræ istius Congregationis judicium, quod scilicet anno 1752 Beneficiarios S. Mariæ de illo, in quem eniti conati fuerant, ecclesiae collegiatae gradu plene dejecit, idque unum cordi habeant curæque, ut assidua religiosaque sacri ministerii apud Ecclesiam, cui sunt addicti exercitatione patrocinium sibi tutelamque Deiparæ Virginis promereantur „

Nunc pro ea qua EE. VV. fulgent doctrina et sapientia decernere dignentur

DUBIUM

An constet Ecclesiam S. Mariae ad Flumen esse Collegiatam in casu etc.

Dein-

Die Sabbati 12. *Septembris* 1829. *in Palatio Apostolico Quirinali erit Sacra Congregatio Concilii, in qua præter alia proponentur infrascripta Dubia, juxta morem ejusdem Sacræ Congregationis de jure resolvenda.*

SPOLETANA ECCLESIARUM. Ceteras inter sacras ædes Mevaniæ existentes duæ recensebantur suburbanæ Ecclesiæ, altera sub auspiciis SS. Apostolorum Petri et Pauli, cui adhærebat Cœnobium Patrum Capuccinorum in amænissimi collis vertice positum, altera sub invocatione S. Mariæ Magdalenæ, quæ Congregationis Oratorii S. Philippi adnexam habebat domum. Sacrificia in utraque litabantur Ecclesia, et sacræ, prout cujusque Instituti, ac priorum Legatorum ferebat ratio, peragebantur functiones. Verum tristissimis superiorum temporum calamitatibus, quando nimirum, Regularibus e propriis septis abire coactis, sacra quoque Templa impune expilabantur, ambæ Ecclesiæ suis vasis sacraque supellectili expoliatæ fuerunt, earumque fores clausæ sunt. Adhærentium vero religiosarum ædium possessionem invasit Fiscus, quem Demanium appellabant. Paulo post, seu anno 1812 actum est de piorum Locorum venditione, et Angelus Andreoli licitus est *la casa di più stanze proveniente dalla Congregazione di S. Filippo Neri di Bevagna*, item *il locale del Convento dei Cappuccini con orto* : et quamvis in constituta auctione nulla facta fuerit Ecclesiarum mentio; attamen Andreolius nedum religiosarum ædium proprietatem possessionemque nactus est, sed etiam contiguas occupavit Ecclesias, quin tamen illarum sive externam sive internam ausus fuerit immutare formam. At reddita Ecclesiæ pace, et a Sacra Congregatione Episcoporum

Sess. 22. cap. 11. de reform.

rum ac Regularium die 15 augusti 1814 edita lege, qua revocabantur „alla prima destinazione quei Lo„ cali che stabiliti per residenza de' Vescovi, Religiosi, „ e Religiose di diversi Ordini, ed alienati in tem„ po del Governo francese non avevano sotto i nuo„ vi possessori cangiato natura ed aspetto „ pertimescens Andreolius, ne Ecclesias, quæ adhuc veterem, servabant statum, divino cultui restituere forsan compelleretur, illarum formam delere constituit. Quamobrem autumnali tempore anni 1814. fabris murariis summa festinatione accitis eversa suat in Ecclesia Capuccinorum altaria, fornix, et ligneum pavimentum. Nec multum post temporis spatium ac fama percrebuit, Spoletinum Antistitem R. P. D. Cinali, nunc Larissensem Archiepiscopum, et S. Congregationis Cardinalium negotiis et consultationibus Episcoporum et Regularium præpositæ Secretarium Mevaniam petere, ut sacræ visitationis munere fungeretur, altaria Ecclesiæ S. Mariæ Magdalenæ Andreolius dirui jussit; imo vixdum ab Ecclesia discessit Visitator, quod unice supererat sacris resonandi, psalmodiis destinatum suggestum, germanus Angeli frater Hyacinthus Andreoli proprio pede prorut, suisque manibus penitus convulsit.

Hæc cum ita se haberent, Promotor Fiscalis, cui commissa sacrarum ædium custodia fuerat, die 5 martii 1818 Andreolium in jus vocavit, ut nisi de legitima destruendi Altaria facultate exhiberet certa argumenta, censuris aliisque poenis a jure statutis plecteretur. Sed cum nullum suæ possessionis justum titulum, nullamque legitimam patratæ demolitionis caussam proferre in medium posset, supplex Summum adiit Pontificem, eumque precatus enixe est, „ ad accordargli l'assoluzione da qualunque incan„ canza, se mai ci fosse incorso per aver rimossi gli „ Altari della da lui comprata Chiesa di S. Maria Mad„ dalena, e diroccata l'altra de' Capuccini „ Quibus precibus die 14 aprilis 1818 ita rescriptum fuit a Sacra Poenitentiaria „ *Rem conferat cum Episcopo* „ At Andreolius maluit potius devinciri censuris, quam rem amica conciliatione componere. Hinc successor Antistes Marius Ancajani, posteaquam et ecclesia-

siasticarum legum contemptum, et divini cultus detrimentum perpendisset, in sacra visitatione anni 1824 jussit, ut sumptibus Angeli Andreoli tum Capuccinorum, tum S. Mariae Magdalenae Ecclesia intra sex menses in pristinum reduceretur: quo elapso tempore poenam scutatorum decem singulis diebus contrahendam, et ab Andreolio solvendam statuit.

Hoc decreto perterritus Andreoli, ad hanc Sacram confugit Congregationem, et affirmans in licitatione religiosarum aedium comprehensas fuisse contiguas Ecclesias, atque istas jure se possidere, quia Summus Pentifex Pius VII. art. 225. Motus-proprii anni 1816 caverat = *Le vendite de' così detti beni demaniali fatte dal passato Governo a termini delle leggi sono conservate* = humilibus eam precibus deprecabatur, ut decretum Spoletini Archiepiscopi revocaret, et Oratorem ab indictis eximeret mulctis. Supplex ejus libellus die 8 januarii 1825 de more ablegatus fuit Archiepiscopo pro informatione et voto *firmis interim remanentibus sacrae visitationis decretis.* Mandatis paruit Antistes, qui insuper a sa. me. Leone XII facultates obtinuit, ut quaestio ab hoc Sacro Ordine dirimeretur; dum vero allegationes ab utraque parte struebantur, mortem oppetiit Praesul Ancajani, ac intermissi sunt judiciales actus. Hodie autem controversia, quae eam ob rem diu siluit, cura et studio novi Archiepiscopi Joannis Mariae Mastai-Ferretti Emis Patribus definienda proponitur.

Exploratum in primis censet Mensae Episcopalis Defensor eas, quas Andreoli dirui jussit Ecclesias, non modo numquam occupari, verum etiam neque numerata pecunia emi, neque justo emptionis venditionis titulo possideri ullo unquam tempore potuisse. Quod quidem illa potissimum testantur edicta, quae advocandis licitatoribus Mevaniae anno 1812 proposita sunt, ut publicarentur = La casa di più stanze „ proveniente dalla Congregazione di S. Filippo Neri „ item „ il Convento de' Cappuccini con orto „ Jam vero nemo unquam contenderit verbis illis contiguas etiam comprehendi Ecclesias; nihil enim cum privatis aedibus commune habent Ecclesiae, quae divino tantum supremi Numinis cultui dicatae a profano

no hominum commercio sapientissima utriusque juris sanctione prorsus eximuntur, *Novel. 7. cap. 11. et novel. 120. cap. 7. de alien. et empt., Cap. 7. de praescript.* Quod si, ut hortus una cum aedibus venderetur, praecipua de eo mentio publicis in tabulis facta perspicitur, certe ipsae quoque Ecclesiae commemorari ibidem debuissent, ut eas in aedium simul venditione contentas quisque licitator intelligeret. Ceterum neque gallicis occupatoribus eam insedisse mentem, ut quae Deo dicata forent, templa praeconis voce venumdarentur, ex testimonio ipsius periti, qui distrahendarum aedium aestimationi praeerat, evincitur apertissime. Inquit enim „ che gli ordini che lui aveva avuti erano di stimare solamente i locali, e „ non mai le Chiese, quali gli erano state assolutamente proibite di stimare, come infatti aveva esso „ inappuntabilmente eseguito „. Perspicue igitur constat, Angelum Andreoli Capuccinorum, et S. Mariae Magdalenae Ecclesias neque revera emisse, neque ullo fretum titulo possidere bona fide potuisse.

Verum Templa ista, pergit Defensor, emerit Andreolius; restitutis tamen rebus retinere ea certe non potuit. Quum enim providentissimo Dei consilio factum fuerit, ut, profligatis pontificiae ditionis invasoribus, faustissimi tandem illucescerent dies, quibus res sanctæ a prophanis avulsae manibus pristinae redderentur dignitati, ea prodiit suprema lex, qua revocabantur *alla prima destinazione* illa pia loca quae *alienati in tempo del Governo francese non avevano sotto i nuovi possessori cangiato natura ed aspetto*. Atqui Capuccinorum, et S. Mariæ Magdalenæ Ecclesias nullam prorsus subiisse immutationem, donec lata eadem lex fuisset, pluribus evincitur probationibus. Et sane ante gallicam occupationem, donec religionis res constiterant, in Ecclesia S. Mariæ Magdalenæ non modo solemnia celebrare, verum etiam legata, quæ eidem inhærebant, accuratissime explere Cœnobitas quotannis suevisse plurimi testes affirmant = *Fino all'anno 1810 è stata sempre officiata dai Padri, i quali vi celebravano le Messe ogni mese indispensabilmente, ed altre volte fra l'anno; come ancora vi facevano la festa nel giorno della San-*

Santa titolare = . Neque ab hac quidquam altera Ecclesia SS. Petri et Pauli discrepabat, quæ satis amplis juncta Capuccinorum ædibus, donec ipsi eam tenuerunt, devotissimo præcelluit cultu = *Fino all' epoca dell'espulsione fu sempre officiata dai medesimi* =. Postquam autem Gallorum regimen in Ecclesiæ ditionem irruperat, clausis quidem foribus pristinus denegabatur cultus, vetusque cessaverat veneratio, sed nemo ausus adhuc fuerat easdem Ecclesias diruere, ut aliquam ex cæmentis perciperet utilitatem = *E' stata sempre chiusa la sudetta Chiesa de' SS. Pietro e Paolo senza che per altro fosse stata fatta alcuna benchè minima innovazione durante il Governo francese* = idem que testes deponunt de altera Ecclesia Congregationis Oratorii S. Philippi.

At simul ac jussu sa. me. Pii VII. in vulgus edita est, cunctisque innotuerat supra memorata lex, illico sin de externa, at certe de interna Templorum evertenda forma cogitavit Andreolius, remque infaustam perficere non erubuit. Unus enim Andreoli operarios conduxit Josephum Marini, et Joannem Palloracci, ut in Capuccinorum Ecclesia fornicem everterent, altaria destruerent, omnemque formam templi delerent = Nell' autunno del 1814 demolimmo per or= dine del Sig. Andreoli la volta del coro, disfacen= do anche il pavimento di legno, l'ara dell' Altare di = mezzo, e varie altre parti delle Cappelle senza fa= re alcuna innovazione nel campanile, e nelle par= ti esterne della Chiesa =. Unus item Andreoli jussa dedit Petro della Spina, ut quæ in S. Mariæ Magdalenæ Ecclesia pro divinæ hostiæ litatione extabant aræ, eas prorsus destrueret, ac e suis sedibus penitus deturbaret = Un mese, o due prima che Monsig. Canali Vescovo di Spoleto venisse in visita (nempe anno 1818) demolii io stesso e scaricai tre altari alla presenza ancora di Francesco Marini che abitava nella Casa annessa alla Chiesa = Unum igitur Andreoli cujuscumque generis demolitionum auctorem jure meritoque criminatur Mensæ Episcopalis Defensor; quod quidem nec Andreolius ipse videtur diffiteri, cum in supplici libello huic sacro Ordini anno 1825 porrecto hæc narret = Sebbene l'aggiudicatario avesse potuto disporre a piacere di tutti gli og=

getti vendutigli ed anche demolirli, non escluse le Chiese, pure l'Oratore il tutto conservò col massimo zelo fino alla faustissima ripristinazione del Governo Pontificio per uniformarsi alle disposizioni che sarebbero state prese =. Ait insuper post legem diei 15 augusti 1814 rogasse Ministrum Generalem Capucinorum, utrum Cœnobium Mevaniæ in pristinum vellet restituere statum; sed cum is alienum ab instaurando Cœnobio pandidisset animum = *l'Oratore ridusse il locale in due magazzini, ed in tal circostanza si demolirono nella Chiesa alcune interne parti* = Similiter postquam in lucem jam prodierat Motus-proprius anni 1816, *l'Oratore fece anche togliere le tre Are di mattoni ossiano Altari che ancora esistevano uella Chiesa di S. Maria Maddalena, essendogli sembrato indecente che essi continuassero ad essere in un magazzino.*

Quamobrem si ex testium depositione, imo ex ipsa Andreoli confessione certum exploratumque est, Ecclesias Capuccinorum, et S. Mariæ Magdalenæ veterem statum, veteremque formam servasse, donec suprema anni 1814. vulgata est lex; si postea interna illarum forma mutationem subiit, quia Andreolius altaria, fornicem, chorum, et sacris resonandis psalmodiis destinatum suggestum evertit, destruxit, exploratum quoque erit non modo restitutionis, sed etiam instaurationis pœnam ad formam decreti in sacra visitatione editi ei omnino esse irrogandam.

At vero decretum Archiepiscopi omnino infirmandum esse acriter tuetur Andreolius in circumferenda allegatione. Idque ut evincat, in eo omnem quæstionis cardinem positum existimat, utrum in licitationibus comprehensæ fuerint Ecclesiæ. Jam vero adeo certum, adeo exploratum propugnat Ecclesias quoque fuisse hastæ subjectas, ut nulla excitari queat dubitio. Et sane Ecclesiæ adhærebant religiosis ædibus, mutua inter easdem per scalam aderat communicatio, et Ecclesiæ veluti ædium accessorium et pars censebantur. Cum igitur gallica administratio vendiderit Andreolio *il locale del Convento de' Cappuccini*, item *una casa di più stanze proveniente dalla Congregazione di S. Filippo*, jam inde sequitur, quod ipsi quo-

que

que tradiderit Ecclesias, quæ *nel locale*, *nella casa* continebantur: scitum namque est, in ædium venditione id totum contineri, quod intrà earum fines includitur, si venditor nihil nominatim exceperit, *L. Ædc sacra ff. de contrah. empt.*, *Surd. decis.* 54. *n.* 1., *Rot. in recent. decis.* 35. *n.* 24. *part.* 9.

Porro gallica administratio in constitutis auctionibus nihil censuit excipiendum, imo ex statu, in quem ipsa Ecclesias converterat, eas una cum ædibus vendere sibi constitutum ac deliberatum fuisse facilè intelligitur. Etenim utramque Ecclesiam, sacris vasibus sacraque suppellectili prius expoliatam, profanis usibus addixit; testes siquidem ab Andreolio inducti narrant, Ecclesiam S. Mariæ Magdalenæ redactam fuisse ad usum promptuarii, atque insuper nundinarum tempore factam esse domum negotiationis; in Ecclesia verò SS. Petri et Pauli destructum fuisse chorum, ac sub hasta venditum, antequam auctioni subjiceretur Capuccinorum cœnobium, in eaque, clausis januis, divinum siluisse cultum *dalla venuta dei francesi in poi*.

Itaque sive juris spectetur regula, sive gallicæ administrationis agendi ratio inspiciatur, patet, Andreolio una cum religiosis ædibus fuisse divenditas Ecclesias in profanos usus jam redactas, quin opus fuerit, ut in licitationibus ulla fieret earum mentio, quemadmodum etiam alii, qui Gallorum tempore liciti sunt cœnobia et monasteria, quamvis in constituta auctione nulla Ecclesiarum illis adhærentium habita fuerit commemoratio, earum domini evaserunt, nullaque in præsens ab locorum Ordinariis afficiuntur molestia.

Frustra hinc, subdit Andreolius, mensæ Archiepiscopalis Patronus opponit, Ecclesias tamquam res divino cultui dicatas, atque ab hominum commercio exemptas venumdari non potuisse. Hujusmodi namque venditiones, licet vetitas, licet irritas, Summus Pontifex Pius VII., ne publica periclitaretur salus, suprema qua fulgebat potestate sanatione confirmandas consultissime arbitratus est, vulgavitque anno 1816 legem = Le vendite delli così detti beni demaniali fatte dal passato Governo a termini delle leggi sono confermate =. Quamobrem Andreolius, quum legitimus factus fuerit dominus tum religio-

sarum ædium, tum adhærentium Ecclesiarum, jure suo sacras aras evertit, fornicem destruxit, ac ligneum pavimentum avulsit, nec Ecclesias divino cultui restituere cogi poterit, sed Archiepiscopi decretum erit revocandum et infirmandum.

Reliqua habent Emi Patres in distribuendis allegationibus, ut dirimere possint

Dubium

An et quomodo sit exequendum decretum in sacra visitatione latum in casu etc.

Affirmative juxta modum, nempe Angelo Andreoli præfiniendum esse novum terminum arbitrio Archiepiscopi ad Ecclesias in pristinum statum restituendas; quo elapso Archiepiscopus juris et facti adhibitis remediis curet fieri instaurationem Ecclesiarum sumptibus ejusdem Andreoli, apposito super ipsius bonis sequestro, et loco mulctarum, quas hactenus contraxit, reficiat expensas præsentis judicii, et consulat conscientiæ suæ, et amplius.

Sess. 21. cap. 3. et sess. 25. cap. 5. de reform.

DERTHONEN. CONSTITUTIONUM CAPITULARIUM. Derthona urbs Ligurum ab antiquissimis temporibus perillustrem habuit Cathedralem Ecclesiam, cujus Canonici propriis regebantur constitutionibus, quas tamen cum minus aptas, nec temporum circumstantiis usquequaque congruere deprehendissent, novas anno 1356 exaratas, et auctoritate Episcopi confirmatas in lucem ediderunt, ac postea adamussim servandas curarunt. Ineunte autem sæculo decimo nono ab adverso fato, quod ob teterrimas hujus ævi calamitates plurimæ Ecclesiarum cathedræ sunt expertæ, haud immunis evasit Derthonensis Ecclesia. Enimvero inter Sedes episcopales et archiepiscopales, quas Pius VII. sa.me. litteris kalendis junii 1803, ut graviora, quæ Ecclesiæ impendebant, vitarentur damna, supprimendas duxit, Derthonensis quoque Sedes, ejusque Cathedralis Ecclesiæ Capitulum recensebatur. Rebus tandem compositis idem Pontifex litteris 16 kalendas augusti 1817 datis cum ceteras, tum etiam memoratam Derthonæ Sedem denuo erexit, facultatemque

que tribuit *unicuique ex noviter erectis Capitulis Cathedralibus, ut statuta quæcunque, licita tamen, et honesta, sacrisque canonibus, et constitutionibus apostolicis minime repugnantia, prævio Ordinarii loci examine, et approbatione de novo edere, atque edita reformare . . . . possent.* Itaque Derthonensis Ecclesiæ Canonici, ut pontificiæ constitutioni obsequerentur, operi manus admoverunt, et exemplar conditarum legum die 8 maji 1825 Episcopo obtulerunt, qui omnibus cognitis, matureque perpensis eas probavit, observarique præscripsit sub pœnis a jure inflictis, aliisque arbitrio Superioris infligendis.

Vix uno alterove anno a latis statutis elapso, nonnullæ Episcopum inter, et Canonicos exarserunt quæstiones. Etenim Canonici, præter novissima Statuta, contrarias etiam, antiquissimasque consuetudines pro lege habendas, atque pro temporum adjunctis observare sibi fas esse arbitrabantur.

Hinc vetustis privilegiis, veterique inoixi consuetudine sibi jus esse contendebant post absolutas vesperas recitandi matutinum diei sequentis, idque a die primi novembris ad Paschatem usque Resurrectionis; item diebus ferialibus tum Vesperas, tum Missas conventuales sine cantu absolvendi; similiter jus optandi vacantes canonicales præbendas, et gaudendi quotidianis distributionibus tempore vacationum, etsi choro non interessent. Contra Episcopus vetusta Capituli privilegia jam penitus extincta autumans, capitulares constitutiones a Canonicis omnino ad unguem servandas tuebatur, eamque ob causam, ubi Canonicos in statutorum legem peccasse animadvertit, eos monuit, ut exactius in posterum propria obirent munera. Denique ne graviores de cetero contentiones emergerent, rem ad hunc Sacrum Ordinem detulit, petiitque, ut dubia in calce hujus folii descripta EE. VV. dirimenda proponerentur.

Episcopus, cui ejusdem preces ablegatæ fuerant, ut Capitulo terminum indiceret ad jura sua deducenda coram S. Congregatione, hæc habet de Canonicorum numero, de cujuslibet præbendæ reditibus, atque oneribus „ Capitulum Cathedrale Derthonense ex tredecim coalescit Canonicis ad quotidianam residentiam adstrictis, quatuorque qui ad festivam tantum te-

tenentur; ac demum duobus Capellanis, qui ratione institutionis singulis diebus intersunt, ut Canonicos in cantu Missæ conventualis, et vesperarum adjuvent. Quatuor supradicti Canonici festivi virtute fundationis quotidie interesse debebant, super quo onere, attenta redituum canonicatuum imminutione per decretum S. Congregationis dispensatum fuit; spes autem, imo moralis effulget certitudo istos quotidianam residentiam brevi esse reassumpturos, quia in proxima ecclesiasticorum bonorum distributione eorum reditus, Deo dante, iterum augebitur, et sic numerus Canonicorum ad quotidie residendum adstrictorum, comprehensis duobus mox dictis Capellanis, erit decem et novem.

„ Reditus porro Præbendarum canonicalium, qui ante Capituli suppressionem erat omnino tenuis et exiguus, nunc ex Regis piissimi munificentia major est effectus, et est ut infra.

„ Reditus annuus Archidiaconatus est mille libellarum pedemontanæ monetæ; nongentæ libellæ Primiceriatui sunt assignatæ; Archipresbyteratus octigentas libellas excedit; Decanus, cum antiquioribus Canonicis, habet sexcentas libellas; reliquorum unicuique quingentæ libellæ assignatæ sunt. Insuper titulo distributionis quilibet habet biscentas libellas ejusdem monetæ.

„ Onera Canonicorum sequentia sunt. Cantus missæ conventualis, et illarum, quæ vulgo dicuntur *di secondo*, *e terzo turno*. Cantus etiam vesperarum, exceptis diebus, quibus de licentia Episcopi permittitur recitatio matutini in vesperis. Pro anniversariis, et officiis *de requiem* percipiunt Canonici constitutam eleemosynam, seu stipem. Unusquisque per turnum canere debet Missam conventualem. „

Qui Episcopi partes tuetur, adeo novissimarum constitutionum custodiam urgere nititur, ut omnia jura et privilegia, quæ sive antiquioribus statutis, sive vetusta consuetudine innitebantur, velit undique abrogata ac deleta. Idque sane ut præstet, sic edisserit. Inter Sedes episcopales pedemontanæ provinciæ apostolicis litteris anni 1803 suppressas, ac penitus extinctas aderat profecto

cto Sedes et Capitulum Derthonense. Hujus rei perenne exhibet testimonium Bulla 16. kl. augusti 1817 in qua hæc de apostolicis litteris anni 1803 leguntur = *sancitum nostra auctoritate fuit, ut prævia suppressione, extinctione, ac perpetua annullatione episcopalium ecclesiarum Segusinæ . . . . Derthonensis* =. Ad avitum autem regnum restituto celsissimo Sardiniæ Rege, precibusque oblatis ss: mo: Pio VII. tum Derthonensis, tum aliæ plures Sedes episcopales denuo erectæ fuerunt. Hinc in decreto exequtoriali legitur = *Visis litteris apostolicis . . . . quæ tangunt et afficiunt novam Sedis episcopalis Derthonensis erectionem et institutionem* =. Jam vero si antiqua Sedes ac vetus Capitulum Derthonense veram subiit suppressionem, ac perpetuam extinctionem, antiqua jura et privilegia jam penitus extincta ac perempta dicenda sunt, *Reiffenst. in lib. 3. decret. tit. 12. n. 32., S. Congr. in Oveten. Missæ pro populo 18 novembris 1826 §. Hoc*; si non vetus Sedes, vetusque Capitulum ab Apostolica Sede instauratum, sed nova Sedes, novumque Capitulum erectum fuit, patet haud reviviscere potuisse antiqua jura, sed ea tantummodo Capitulo noviter erecto attribuenda esse privilegia, quæ ipsi aut a lege fundationis, aut a sacris canonibus impertiuntur. At Capitulis noviter erectis nihil aliud ab Apostolicis litteris tributum eruitur, quam facultas condendi statuta licita ac honesta, sacrisque canonibus, et apostolicis constitutionibus minime adversa. Novas revera constitutiones edidere Derthonensis Ecclesiæ Canonici, eas sua auctoritate probavit Derthonensis Antistes, eas ratas acceptasque habuere Canonici, ac statim executioni committere non prætermiserunt. Igitur constitutiones ejusmodi, tamquam peculiaris Derthonensis ecclesiæ lex, omnino custodiendæ sunt, nec eis derogare fas est.

Neque Canonici, subdit Episcopi Defensor, subsidium sibi quærere possunt ex illis, quæ in Bulla anni 1817. leguntur, verbis = *salvis et integris manentibus, vel in suo robore restitutis juribus omnibus, aut prærogativis, quibus Capitula prædicta potiebantur ante annum* 1803 =. Hæc siquidem verba neque ad Capitu-

tulum Derthonense, neque ad alia Capitula prius legitime suppressa, ac postea denuo erecta, sed ad illa Capitula, quæ nonnullas subierant vicissitudines, et de quibus sermo est in eadem Bulla, referenda esse contendit, veluti legenti Apostolicas litteras plane liquescere putat. Hinc rem conficit idem Defensor inquiens, Constitutiones anni 1823 omnino sunt servandæ, ipsæ tantum in exortis quæstionibus dirimendis spectandæ, et ubi silent capitulares constitutiones, ad sacrorum canonum dispositionem confugere oportet.

Porro quod pertinet ad I. dubium, in quo quæritur, an matutinum sit mane recitandum, in novissimis constitutionibus *tit. de canonic.* §. 9. cautum legitur. = *Matutinum mane recitandum erit . . . exceptis diebus octavæ festi solemnis Corporis Christi, et iis diebus, quibus de licentia Episcopi in vesperis recitari permittitur* =. Quæ sane præscriptio cohæret tum universali Ecclesiæ disciplinæ, tum sacrorum canonum dispositioni, *cap. Præsbyter de celeb. Missar., S. Congr. in Casalen. 22. septembris 1822 §. Hora*; nec ea immutari debet Canonicorum arbitrio, quia ante Capituli suppressionem ex inducta consuetudine potiebantur privilegio post absolutum Completorium recitandi Matutinum diei sequentis a die prima novembris ad Paschatem Resurrectionis. Præterquam enim privilegium ejusmodi evanuit Capituli extinctione, illud accedit, quod Canonici in comitiis coacti contrariam antiquæ consuetudini subscripserint legem, ac propterea nunc velint, nolint, eidem parere obstringuntur; siquidem constitutiones, et statuta Collegii peculiare constituunt jus ab omnibus de gremio ejusdem Collegii inviolabiliter observandum, *Rot. in Neapolitana Redditionis rationis 9 Februarii 1753. §. 3. cor. Bussi, et in Barchinonen. Præeminentiarum 21 Januarii 1752 §. 2. cor. Canilliac.*

Spectat II. dubium Vesperarum cantum. In capitularibus constitutionibus *cit. tit.* §. 7. edicitur = *Idem statuimus quoad Vesperas, quæ quotidie erunt canendæ, diebus iis exceptis, quibus de licentia prout infra permittitur recitatio Matutini in vesperis, non vero in octava SSmi Corporis Christi, uti ex antiqua laudabili obser-*

observata consuetudine Ecclesiæ, et ex Concilio provinciali =. Hanc quoque sanctionem tum consuetudini ecclesiæ Derthonensis consonam, tum apostolicis constitutionibus congruentem vocat Episcopi Defensor; decrevit siquidem Joannes XXII. in extravag. unic. de vit. et honest. cleric. = *modesta psallentium gravitas placida modulatione decantet* =; præcipuum enim Canonicorum et Beneficiatorum munus est divina officia in Ecclesia solemniter canere, et alta voce recitare, *Bonac. de hor. canon. disp. 2. q. 1. p. 3. num. 5, S. Congr. in Murana Mansionariæ 19 Novembris 1735 §. Hæc.* Capellanorum vero defectus, et exiguus Canonicorum numerus, quem allegat Capitulum ad refugiendum vesperarum cantum, utut justam præbeat exemptionis causam, si legitimi superioris accedat venia, numquam tamen Canonicos, qui proprio marte legem ejusmodi perpetim violant, culpa vacare sinit.

Loquitur III. dubium de missis Conventualibus cum cantu celebrandis, et de quibus novissimæ constitutiones *loc. cit. §. 6* hanc dicunt legem = *Idem observandum est tam in conventuali Missa, quam de secundo turno, ut vulgo dicitur, quæ ambæ canendæ erunt* =. Huic præscriptioni nedum sacri canones adhærent, *cap. cum creatura de celeb. Missar.*, sed etiam ecclesiæ Derthonensis vetustam consuetudinem, ac Diæcesanam anni 1646 ait concinere, Synodum, qua Canonici Ecclesiarum Cathedralium et Collegiatarum singulis diebus jubentur canere Missam conventualem; quod = *si alia sit cantanda ex præscripto rubricæ, aut votiva, aut pro celebrando officio defunctorum* (verba sunt Synodi) *ambæ Missæ cantentur, alias sciant se non lucrari distributiones* =. A lege itaque, et a consuetudine desciverunt hodierni Canonici, dum non unius, sed utriusque interdum Missæ cantum, obsistente Episcopo, omittere ausi sunt.

Dubium IV. ita est cum V. nexum ut unius resolutio ab alterius pendeat decisione. Porro Derthonensis Ecclesiæ Canonici quotidianarum distributionum titulo ducentas libellas pedemontanæ monetæ percipiunt, easque singuli lucrantur pro ratione præstiti servitii. Chorale autem servitium ita ordinatur, ut qui illud per integrum annum præstiterit, obtineat

puncta 4862, qui vero per decem menses habent puncta 4000. Quæstio igitur in eo versatur, an scilicet pro universis lucrandis distributionibus opus sit, ut quis expleat puncta 4862, vel potius sufficiant puncta 4000, seu quod eodem recidit, an Canonici tempore choralium vocationum, quæ ad duos menses singulis annis a capitularibus constitutionibus indulgentur, tamquam choro præsentes habendi sint, et quotidianas lucrentur distributiones. Haud sine inficiatur Episcopi Defensor, Derthonensem Antistitem Parelli anno 1778 contra antiquam consuetudinem statuisse, ut Canonici vacationum tempore quotidianas perciperent distributiones, adeo *ut factis annuatim punctis quatuor mille, integra cujusque generis residentia Canonico debeatur.* At vero hujusmodi Episcopi præscriptionem, ac posteram consuetudinem nullius roboris æstimandam contendit. Duo enim certa exploratæque sunt, scilicet statis cujusque diei horis certas assignandas esse distributiones, ac pro modo laboris inter præsentes dividendas, ut Canonici in divino servitio assidui sint, et alacriores, *Monet. de distrib. quot. part.* 2. *quæst.* 3. *num.* 2., *S. Congr. in Melevitana Erectionis novæ massæ distributionum* 25 *septembris* 1762. §. *Quæ*: absentes autem a choro tempore vacationum haud lucrari distributiones, sed eas præsentibus accrescere, *Trid. Synod. sess.* 24. *cap.* 12 *de reform.*, *S. Congr. in Illerden. Absentiæ et distributionum* 3 *martii* 1792 *ad* 1. *Dub.*, *et in Oriolen.* 6 *decembris* 1794 §. *Quatenus.* Quæ quidem lex tanti est roboris, ut nulla invehi possit contraria consuetudo etiam immemorabilis, aut etiam jurata capitularis constitutio, ut docet *Fagnan. in cap. Licet de præben. num.* 92. licet auctoritate Episcopi roborata, cum non valeat Episcopus quidquam statuere quod juri communi adversetur, *cap. Quod super his de major.*, *S. Congr. in Callien. Jurium parochialium* 20 *decembris* 1828 §. *Ex his.* Quamobrem Derthonenses Canonici ut integras lucrentur distributiones puncta 4862 quotannis facere tenentur, et si absunt a choro tempore vacationum, amittant oportet quotidianas distributiones.

Du-

Dubium VI. respicit jus optionis, quo Canonici pollere affirmant ubi canonicalem aliquam præbendam vacare obtingat. Porro optionis ius nulla nititur scripta lege, sed totum pendet vel a statuto, vel a consuetudine, vel ab apostolico privilegio, quemadmodum docent *Gonzal. ad regul.* 8. *glos.* 34. *n.* 12, *Rot. Decis.* 99. *n.* 25. *part.* 10 *recent.* Utut Canonici jure optionis olim fruerentur, illud per suppressionem Capituli anno 1803 eos amisisse putat Episcopi Defensor. Post novam autem erectionem neque Apostolicum indultum impetratum fuisse constat, neque de illo quidquam cautum legitur in constitutionibus anni 1823, neque ullum posterum afferri potest optionis exemplum. Superest itaque ut Episcopus vacantes præbendas iis, quos in Domino dignos censuerit, pro suo lubitu conferat.

Postrema dubia id unum spectant, utrum Canonici in supensionem inciderint, ac irregularitatem contraxerint, ideoque dispensatione indigeant. Cum enim Episcopus animadvertisset, Canonicos adversus sacrorum canonum sanctionem, ac statutarias anni 1823 leges post Completorium antevetere recitationem matutini cum laudibus diei sequentis, pastorali zelo incensus eos monuit, ne in posterum quid simile patrarent. Cumque Canonici privilegia et consuetudinem obtenderent, Antistes die 7 septembris 1827 unius mensis terminum indixit, ut assertum jus evincerent, aut apostolicam veniam impetrarent; quo elapso si Matutinum antevertere pergerent, scirent suspensionis pœnam se ipso facto contracturos. Ab hoc Eiscopi decreto, mensis termino nondum effluxo, Canonici provocarunt ad Metropolitanum, et quatenus opus foret ad Sanctam Sedem. Videant nihilominus Emi Patres, subdit Episcopi Defensor, utrum Canonici, qui contra proprii Antistitis jussum recitationem Matutini antevertere non destiterunt, in suspensionem inciderint, seu potius interposita ipsis profuerit appellatio. Sane quando fertur præceptum aliquid faciendi, et contra transgressores suspensionis pœna ipso facto contrahenda statuitur nulla prærequiritur monitio, ut inobedientes, præcepti violatione, comminata pœna statim irreti-

ti evadant, *Thesaur. de poenis part.* 2. *cap.* 1, *Suarez de censur. disp.* 3. *sect.* 8. *num.* 5., *S. Congr. in Savonen.* 14 *Septembris* 1782. §. *Verum.* Decreta autem Episcoporum, quæ divinum cultum respiciunt, suspensivam respuunt appellationem, etiamsi extra visitationem ferantur, ut decrevit Benedictus XIV. in constitutione *Ad Militantis* 30 *Martii* 1742 §. 6 et monet S. Congr. *in Colonien.* 14. *Jebruarii* 1767. §. *Immo.*

Ex adverso Capituli Defensor statuta, consuetudines, et privilegia Derthonensis Capituli neque per apostolicas litteras anni 1817. super nova sedium episcopalium erectione, ac diœcesum in pedemontano regno circumscriptione, neque per novas constitutiones a Canonicis conscriptas ullatenus fuisse abrogata aut imminuta, sed ea integra et incolumia hactenus manere propugnat. In primis enim animadvertit, Summum Pontificem Pium VII quarumdem Ecclesiarum cathedralium suppressionem haud eam ob causam anno 1803 decrevisse, ut collapsam disciplinam restitueret, abusus tolleret, mores reformaret, aut Capitulorum jura et privilegia destrueret: sed ut militarem vim sedaret, et graviora, quæ infelicissimis tempestatibus imminere poterant, arceret infortunia. Vix autem fausti illuxere dies, ac pientissimus Sardiniæ Rex preces porrexit pro instaurandis, quæ veluti suspensionem, potius quam veram suppressionem passæ fuerant, Episcopatibus Sedibus, illico sa: me: Pius VII cathedrales ecclesias cum suis capitulis in pristinum restituit, eis bona omnia, et possessiones, quibus ante annum 1803 fruebantur, reddenda constituit, et facultatem Capitulis in antiquum statum restitutis concessit nova condendi statuta, = salvis tamen et integris manentibus, vel in suo robore respective restitutis juribus omnibus aut prærogativis, quibus Capitula prædicta ante annum millesimum octigentesimum tertium potiebantur, et quibus hac nostra constitutione nominatim derogatum non fuerit =. Quæ quidem verba tam Capitulis existententibus, quam noviter erectis communia esse ex ipso sermonis contextu, ex constinuata oratione, atque ex Pontificis mente luculenter elici putat idem

De-

Defensor, cum Pontifex in eum sedes Episcopales et Capitula omnia restituisse videntur *statum*, in quo ante annum 1803, seu ante suppressionem, rerumque vicissitudinem reperiebantur; ea autem est vis ac ratio restitutionis in integrum, ut restitutus in illum re integretur statum et jus, a quo deciderat, *L.* 1. *ff. de in integr. restit.*, *Cap. Auditis eod. tit.*, *S. Congr. in Sarsinaten. Canonum* 26 *aprilis* 1828 §. *Itaque.* Jura igitur et privilegia Derthonensis Capituli sua adhuc pollent vi, nec eis derogarunt novissimæ anni 1823 constitutiones, quibus imo Canonici solliciti fuere, ut antiqua jura sarta tecta manerent, editas leges certos intra limites ita cohibentes = *salvis nihilominus et integris manentibus, vel in suo robore restitutis juribus omnibus, aut prærogativis, quibus legitime potiebatur Capitulum Ecclesiæ Cathedralis Derthonensis eo modo, quo censet Sum. Pontifex Pius VII in sua constitutione.* Quæ cum ita sint, id unum restat, pergit Canonicorum Defensor, ut probationes, quæ controversa Capituli jura et privilegia demonstrare queunt, in medium afferantur.

Jam vero in Derthonensi Ecclesia vetustissima viget consuetudo post completorium recitandi Matutinum diei sequentis, non quidem toto anni tempore, sed a die prima novembris ad solemnitatem Paschatis Resurrectionis. Jam inde enim ab anno 1563 SSmus Pontifex Pius V hujusmodi indultum Canonicis tribuendum censuit, donec quæ solo æquata fuerat, rursus extolleretur Cathedralis Ecclesia cum ædibus canonicalibus. Hoc privilegium, rerum circumstantiis ita suadentibus, a S. Congregatione Episcoporum et Regularium die 13 octobris 1605 ad tempus confirmari meruit, ac licet nulla posteræ prorogationis extet memoria, certum tamen est, Derthonenses Antistites ad hæc usque tempora invectam tollerasse consuetudinem. Sed præter antiquissimam hujusmodi observantiam adeo graves in themate occurrere causas ait idem Defensor, ut quatenus opus foret, apostolicum indultum Canonicis tribuere oporteret. Insalubritas enim aeris, imminutus Canonicorum numerus, ingravescens ætas, et adversa valetudo plurium ex capitularibus, ac tandem penuria Sacerdotum

tum, qui primo mane fidelium confessionibus excipiendis operam navent, legitimam, atque huicSacræCongregationi probatam exhibent causam Matutinum in antecessum recitandi, veluti docent exempla *in Cingulana 29. martii 1817. ad II. Dub., in Casalen. 14 decembris 1822, et in Massen. Reductionis onerum eodem die, et anno.*

Ad consuetudinem immemorabilem similiter confugit idem Defensor, ut Canonicos immunes probet a cantu vesperarum, diebus tantum festis, et nonnullis aliis exceptis, in quibus frequens populus vespertinis horis adstare assolet. Assertam consuetudinem probare nititur quibusdam allatis testimoniis fidem perhibentibus = che i vesperi pure mai si sono cantati nei giorni feriali, ma bensì in tutti li giorni festivi, ottava del Corpus Domini, esponendosi qualche reliquia de' nostri Santi protettori, nelle vigilie delle feste solenni, ed in altri giorni di particolar devozione, essendovi in tal circostanza l'ajuto dell' organo =. Atque huic invectæ consuetudini eo magis adhærendum, quod pluribus in Ecclesiis vesperæ dierum ferialium sine cantu persolvantur, et in Ecclesia Derthonensi perpauci horis vespertinis interesse queunt.

Quod pertinet ad Missas conventuales, unicam profecto singulis diebus esse cantu celebrandam ipsemet fatetur Canonicorum Defensor, ac luculenter sancitum legitur in constitutione Benedicti XIV *Cum semper oblatas §. 20.*, et respondit S. Congr. *in Brugnaten. Missæ Conventualis 23. Januarii 1796. ad II. dub.* Verum alteram Missam, si celebrari contingat minime cantu esse litandam arbitratur, sive sacrorum canonum dispositio, sive Derthonensis Capituli consuetudo spectetur.Enim vero Benedictus XIV, qui in memorata constitutione quæstiones omnes enodandas suscepit, dum sermonem instituit de secunda, ac tertia Missa conventuali certis diebus offerenda, haud cantum in illis adhibendum præcepit, sed tantummodo jussit ut binæ ac tres Missæ conventuales ex rubricarum sanctione, ubi id usu receptum invenitur, celebrarentur, ac pro benefactoribus in genere applicarentur. Quare hæc Sacra Congregatio *in Comen. Celebrationis Missarum 23 Novembris 1771*

ro-

rogata = An sustineatur consuetudo canendi unicam Missam conventualem in quibuscumque diebus per annum, exceptis diebus anniversarii, et obitus defunctorum, nec non exceptis feriis quadragesimae, in quibus occurrit officium alicujus Sancti in casu etc. = responsum dedit = *Negative, et ad mentem: mens est, quod canatur una Missa, reliquæ Conventuales lectæ celebrentur, exceptis diebus prout in dubio* =. Idem igitur servandum erit in Derthonensi Ecclesia in qua = dal tempo principalmente di Monsig. Peiretti (ita quinque testes) si cantava soltanto la Messa Conventuale di primo turno, e non quella di secondo e di terzo turno, ed a loro ricordo si è sempre così praticato =. Tandem præsens conditio Ecclesiæ Cathedralis, et Capitularium, quorum fere omnes aut senes sunt, aut adversa laborant valetudine, commiseratione digna est, ideoque Canonici sin perpetuo, saltem ad tempus, inquit Capituli Defensor, immunes renuntiandi sunt a cantu secundæ ac tertiæ Missæ conventualis.

Dein consuetudinem in Derthonensi Ecclesia invectam lucrandi distributiones tempore vacationum defendere nititur. Mos enim ille invaluisse videtur jam inde ab anno 1356, et ab Episcopo Peiretti anno 1788 potius instauratus, quam inductus, ideoque omnino servandus, præsertim quia quadragenaria postea accessit observantia, et in novissimis constitutionibus nihil adversi decretum fuerit. Eamdem ob causam probatione quoque dignam existimat methodum lucrandi omnes distributiones, ubi Canonici puncta 4000 quoque anno expleverint, atque ut petitioni calculum addat, similia profert finitimarum Diœcesum exempla.

Jus optionis proprium esse Derthonensium Canonicorum perspicue colligitur ex pervetustis statutis anni 1356, ex S. Rotæ Decisionibus diei 17 junii 1678, et 6 martii 1679 coram Albergato, atque ex perenni consuetudine, nec ipse quidem Episcopus jus illud ad Canonicos olim spectasse inficiatur, licet per Capituli suppressionem extinctum arbitretur. Ad hanc vero profligandam Episcopi opinionem iis Defensor Canonicorum utitur argumentis, quæ supra in medium

pro-

protulit, ut antiquas consuetudines et privilegia adhuc sarta tecta ostenderet.

Denique nulla affirmat Canonicos irretitos esse censura, neque ulla indigere dispensatione. In primis enim ad ferendas censuras justa requiritur causa, *cap. Cum non ab homine de judic.*, *Reiffens. Jus canon. lib.* 5. *tit.* 39. *n.* 8, eamque in themate omnino defuisse contendit. Dein censuræ quæ sub conditione infliguntur, non antea suum sortiuntur effectum, quam extiterit conditio, *Salmant. cap.* 1, *n.* 68., *B. Ligor. Theol. moral. lib.* 7. *de censur. numer.* 63. At vero Canonici, antequam impleretur conditio, ad Apostolicam Sedem provocarunt; quo factum est, ut tempora interim non laberentur, et sententia suspensionis lata sub conditione remanserit suspensa, *cap. Præterea* 40. *de appellat.*, *Ferrar. Biblioth. verb. Appellatio art.* 5. *n.* 16., *Reiffens. lib.* 2. *decret. tit.* 28. *n.* 212. *et seq.*, *ac lib.* 5. *tit.* 39. *n.* 36.

Hæc est rerum summa, quas fusius habent Emi Patres in circumferendis allegationibus, ut definire possint quæ proponuntur

Dubia

I. *An Matutinum sit mane recitandum in casu etc.*

II. *An Vesperæ sint quotidie cantu persolvendæ in casu etc.*

III. *An et quot Missæ Conventuales sint cum cantu celebrandæ in casu etc.*

IV. *An Canonici absentes a choro tempore vacationum lucrentur quotidianas distributiones in casu etc.*

V. *An ad integras lucrandas distributiones sufficiat choro interesse usque ad quatuor mille notas, vel potius quotidianarum distributionum partitio sit facienda pro ratione punctorum in casu etc.*

VI. *An Canonici gaudeant jure optionis in casu etc.*

VII. *An Canonici post vesperas recitando matutinum sequentis diei contra Episcopi decretum inciderint in suspensionem in casu etc.*

Et quatenus affirmative.

VIII.

VIII. *An sit consulendum SSmo pro absolutione a suspensione et dispensatione ab irregularitate in casu etc.*

Ad I.II. et III. Affirmative ad formam constitutionum, et ad mentem. Mens est, ut Episcopus justa accedente caussa possit dispensare pro anticipatione matutini, et persolutione vesperarum sine cantu, nec non indulgere, ut una tantum Missa conventualis celebretur cum cantu, reliquæ autem legantur, ad quinquennium.

Ad IV. Negative.

Ad V. Negative ad primam partem, affirmative ad secundam.

Ad VI. Negative.

Ad VII. et VIII. Affirmative, impertita tamen Episcopo facultate absolvendi Canonicos a suspensione, et dispensandi super irregularitate, et amplius quoad omnia.

PERUSINA CAPELLANIARUM.

Sess.25. cap 9. de Refor.

Dubia

I. *An, et quomodo annuendum sit precibus Raimundi Neri in casu etc.*

II. *An, et quomodo sit annuendum precibus Jacobi Friggeri in casu etc.*

Ad I. Affirmative, et suspensa duarum Capellaniarum collatione ad quinquennium, impletisque Missarum oneribus, reliqui reditus tribuantur filiis Oratoris in causam studiorum erogandi, facto verbo cum Sanctissimo.

Ad II. Affirmative reportata nominatione patroni.

Sess. 14. cap. 7. de Refor.

CATANIEN. IRREGULARITATIS.

Dubium

An sit consulendum SSmo pro dispensatione ab irregularitate in casu etc.

Negative.

Sess. 24. cap. 13 de Refor.

ARIMINEN. PENSIONIS.

Dubium

An a Parocho Francisco Giannei præstanda sit pensio in casu etc.

Negative.

Sess. 21. cap. 7. de Refor.

FERENTINA FABRICÆ.

Dubium

An sit confirmandum decretum ab Episcopo in sacra visitatione editum in casu etc.

Negative.

FE-

FERENTINA RESIDENTIÆ. *Sess.24. cap,12 de Refor.*

Dubium

An constet Ecclesiam S. Mariæ ad flumen esse Collegiatam in casu etc.

Negative.

SANCTI SEVERINI CANONICATUS. Felix Favari Septempedanus ultimo quo decessit elogio diei 16 Octobris 1673 usumfructum universi patrimonii legavit Octaviæ Brunetti uxori suæ, indeque Archipresbytero Nicolao Boantio. Hisce e vivis ereptis hæredem instituit = il Canonicato o Canonicati da eriggersi nella Chiesa Cattedrale di S. Severino con il peso di due Offizj l'anno in perpetuo, ed anco col peso di tre messe la settimana in perpetuo secondo la mia intenzione. Quali Canonicati, o Canonicato non abbia ad avere d' entrata meno di quaranta scudi nel tempo dell' erezione, in maniera che se il frutto de' miei beni ascenderà alla somma di scudi 80. e più annui, si debbano eriggere due Canonicati, e dividersi egualmente tutto il frutto della mia eredità; se poi nel tempo della mia morte il detto frutto non arriverà a detti scudi 80., voglio, e dichiaro che per allora si erigga un sol Canonicato col frutto di soli scudi 40., ed il frutto di più di detta mia eredità si dia a moltiplico, finchè giunga a fruttare detti scudi 80.; dote di due Canonicati . . . . come anche voglio e dichiaro che detti Canonici siano tenuti ad uffiziare il Coro della Cattedrale di S. Severino con uffizi e messe, come sono obligati gli altri Canonici di detta Cattedrale *in omnibus*, *et per omnia*, e in quanto alle puntature per l' assenza lo rimetto alla prudenza di Monsig. Vescovo di S. Severino, al quale raccomando che si voglia degnare di assistere all' esecuzione di questa mia volontà =. Cumque Canonicatuum juspatronatus tribuisset hæredibus Archipresbyteri Boantii, hujus frater ac simul hæres Rosatus Boantius anno 1705 pii testatoris jussa sibi ada- *Sess.24. cap.15 de Refor.*

mussim implenda putavit. Et quoniam eo tempore universa hæreditas annuam solummodo attingebat summam scut. quadraginta et obol. septuagintaquatnor, ab Episcopo Alexandro Calvi obtinuit, ut unica erigeretur Canonicalis Præbendæ. Eumdem fere annuum Canonicatus reditum posterioribus quoque fuisse temporibus ex inventario anni 1762 jussu Episcopi Forlani confecto erui posse videtur, nam annui fructus describuntur in scut. 41. 70., onera vero eidem Canonicatui imminentia supputantur in scut. 11. 80., sed postremis hisce temporibus partim publicæ rei vicissitudinibus, partim quoque novissimi Canonici Hernesti Matteucci negligentia factum est, ut canonicalis Præbendæ fructus decreverint: retulit enim ipse anno 1824 annuos reditus constare ex scut. 53. 21, onera vero pertingere ad scut. 14. 27.

Canonicatum Favari cum die 11. aprilis 1828 abdicasset Presbyter Matteucci, familia Beni, ad quam utpote hæredem gentis Boantiæ nunc spectat juspatronatus, die 19. ejusdem mensis Aprilis nominationem contulit in Sacerdotem Marium Palladini. Hic itaque statim adiit Episcopum, eumque rogavit de canonica institutione, ut sibi fas esset realem nancisci possessionem. At Episcopus memoria repetens annuum fructum præbendæ Favari non adæquare summam scut. 40. renuit Sacerdotis Palladini votis annuere, decretumque die 24. præfati mensis, dum sacram ageret visitationem, emisit = supersedendum „ fore, et esse, prout supersederi mandavit, super in- „ vestitura et institutione canonica de qua agitur, „ donec per habentes jura ad nominationem et præ- „ sentationem non fuerit provisum super congruita- „ te redituum annualium canonicatus prædicti juxta „ mentem testatoris, et juxta præscriptiones SS. Tri- „ dentini Concilii, et interim decrevit reditus Ca- „ nonicatus in administrationem dandos fore, et es- „ se, prout concessit administrarique mandavit ad ef- „ fectum reditus illos, demptis prius expensis neces- „ sariis pro satisfactione onerum, præcipue missa- „ rum, dicto Canonicatui adnexorum, investiendi „ in bonis stabilibus, et fructiferis, donec non fue- „ rit provisum super congruitate prædicta, saltem us-

„ que

„ que ad statuendam præbendam dicti Canonicatu-
„ in scutis 40 annuis =. Ægre almo lum tulit famis
lia Beni hujusmodi decretum, suumque jus per ipsum lædi arbitrata est. Quocirca ad hunc S. Ordinem preces obtulit, ut, eo infirmato, Sacerdos Palladini canonica institutione donetur.

Episcopus, quem de more rogavi, transmisit tum Capituli, tum Promotoris Fiscalis vota, inquiens nihil sibi esse addendum iis, quæ a Promotore Fiscali in medium adducuntur, præter hoc unum quod *ex multiplici remedio canonico, quo mihi uti fas erat, mitius, ac familiæ Beni utilius elegisse, ne pastorali meo munere, quo fungor, defecisse viderer. Ceterum EE. VV. erit cognoscere ecclesiasticæ disciplinæ ac dignitati conducat nec ne supra decem et octo Canonicos alium deficientem omnium pauperrimum instituere. Mihi officio meo functo, tantum superesse arbitrabor, ut vestrum judicium, quodcumque sit, humiliter colam et venerer. Neque enim, uti ex animo oro, atque obsecro, mihi jus adprobandi, vel præsentatum rejiciendi justis de causis eidem Sacræ Vestræ Congregationi suo tempore promendis ademptum iri confido.*

Valde exiguos et a fundatione admodum imminutos esse Canonicatus Favari reditus satis exploratum censet Promotor Fiscalis ex tabulis accepti, et expensi a Canonico Matteucci anno 1824 jubente Episcopo editis: ipso enim teste fructus canonicalis præbendæ, subductis oneribus, vix summam quolibet anno conficerent scutatorum undeviginti. Sed plura in medium profert idem Promotor, ut præbendam jam pene decoctam et extinctam demonstret. In primis mentionem facit cujusdam domus annui valoris scutatorum quatuor in Canonicatus dotem adsignatæ et malo omine divenditæ, quin appareat, in quem usum exacta pecunia fuerit erogata. Præterea censum in sorte scut. 125, quem Canonicus Matteucci incolumem, ac tutum descripsit, vel penitus evanuisse affirmat, vel saltem difficilis exactionis esse negligentia et incuria memorati Canonici Matteucci, qui census jura in hypothecarum albo inscribere præter-

ini-

misit. Tandem ex annuis censuum fructibus detrahere oportet scut. 6. 28. $\frac{1}{2}$ titulo ratæ commodi, cujus nullam in suis tabulis rationem habuit Canonicus Matteucci, ac propterea integros Canonicatus reditus cohibendos esse tuetur ad scut. 26. 72. Quod vero pertinet ad statum passivum plura, ait Promotor, a Canonico Matteucci reticita sunt onera, quæ reliquos propemodum fructus absorbent. Hujus generis sunt expensæ pro tuitione fundorum, pro cera occasione processionum, pro choralibus indumentis, ac pro strenis.

Cum ita se res haberent, nihil, subdit Promotor, magis rationi consentaneum, nihil pastorali muneri convenientius canonumque præscriptioni conformius, quam Episcopi decretum in sacra visitatione editum, quo præbendæ pene extinctæ per administratorem prospicitur. Enim vero Canonicatus in Ecclesiis Cathedralibus, et Collegiatis insignibus iis præditos decet reditibus, qui sustinendo decenti Canonicorum gradui pro loci et personarum qualitate sufficiant, *Concil. Trid. sess.* 24 *cap.* 15. *de reform.*, et hæc S. Congregatio *in Nullius Trium Fontium* 10. *Decembris* 1828. *ad* 11. *Dubium* singulis Capellaniis choralibus annua scutata triginta a quovis onere immunia pro chorali servitio censuit esse attribuenda. Quod quidem in themate præsertim locum sibi vindicaret, in quo agitur de Canonicatu Cathedralis Ecclesiæ, qui ex fundatoris sententia scutatis saltem quadraginta singulis annis pollere deberet. Cum itaque reditus Canonicatus Favari longe, quam par est, minores sint, nulla alia ejus augendi præbendam suppetere videbatur ratio, nisi annuos fructus, suspensa collatione, multiplico collocandi, aut patronos cogendi, ut novam conferrent dotem; patronus siquidem, si constituta dos Paræciæ, vel Canonicatus defecerit, aut valde decreverit, novum censum tribuere, aut antiquum augere obstringitur ad tradita per *Piton. de jurepatron. quæst.* 42. *nu n.* 19., *S. Congreg. in Fanen. Exequutionis decretorum* 22. *Novembris* 1760 *ad* 18. *Dub.*, *in Nullius seu Farfen. Canonicatus* 16 *Junii* 1770. *ad II. Dub.*, *et in Nullius S. Martini* 12. *Septembris* 1801. *ad I. et IV. Dub.* Injuria igitur Familia Beni queritur

de

de Episcopi decreto, qui mitiorem cum patronis agendi viam sibi elegit.

ontra vero Familia Beni et Sicerdos Palladini nullius roboris putant Episcopi decretum, cum editum fuerit post factam nominationem, ideoque damnum inferret juri per Sacerdotem Palladini quæsito. Præterea Episcopo haud fas est denegare canonicam institutionem ob assertum redituum decrementum: siquidem nullum hac in re testator ei tribuit jus, nec constat institutorem voluisse, ut Præbendatus annua scutata 40 in ævum reciperet, cum id unum jusserit, ut Canonicatus *nel tempo dell' erezione* minori non frueretur censu, quam annuis scutatis quadraginta; neque hanc summam immunem voluit a Missarum oneribus, vel a choralibus impendiis, ut facile quisque intelligit, qui illa supremi elogii parumper perpenderit verba = si erigga un sol Canonicato col frutto di soli scudi quaranta, e il frutto di più di detta mia eredità si dia a moltiplico, finchè ginnga a fruttare scudi ottanta, dote di due Canonicati. =

ujusmodi autem scutatorum quadraginta annua summa etiam in præsens constare reditus Canonicatus Favari contendunt Patroni. Scitum namque est ad metiendum Beneficiorum valorem haud unius alteriusque anni, sed integri decennii fructus esse spectandos, ut passim docent Doctores, quos inter *Card. De Luca de pens. disc.* 6. *n.* 13., ac etiam S Congreg. *in Firmana Pensionis* 17. *Martii* 1827. §. *Nec*. Ad hanc rem vel in præsenti casu comprobandam juratum proferunt Canonici Matteucci testimonium, qui asserit ideo in tabulis ab se anno 1824 confectis tenues comparuisse Canonicatus reditus, quia = il grano fu apprezzato a soli scudi quattro e bajocchi ottanta il rubio, sebbene sia stato venduto, e si venda attualmente anco a maggior prezzo, e l'entrata del 1827 ha dato di prodotto ai prezzi correnti scudi quarantotto, e bajocchi cinquantatre, come io so per fatto mio proprio =. Quapropter Familia Beni, cui adstipulantur Canonici Cathedralis Ecclesiæ, non dubitat, quin Emi Patres sint decreturi, infirmandum esse Episcopi decretum, et canonicam institutionem tribuen-

buendam Sacerdoti Palladini, præsertim quia plures aliæ in Septempedana Ecclesia extant canonicales præbendæ, quarum reditus haud annuam attingunt summam scutatorum quadraginta.

Duo hic pro meo munere observatu digna existimo; primum scilicet, ex Episcopi litteris clare elici, Sacerdotem Palladini vel minus aptum, vel etiam indignum esse, qui Canonicatus institutionem assequatur: alterum, tum a patronis, tum a Capitulo silentio præteriri assertam domus, et census scut. 125 jacturam. Verum siquid reapse detrimenti passa est Ecclesia ob Canonici Matteucci culpam, vel negligentiam, ipse, qui causam damni dedit, ad emendationem compelli poterit, *can. quicumque* 12. *quæst.* 4., *ibique Barbos.* 2. 1., *S. Congreg. in Nepesina* 31. *augusti* 1771. §. *Præterea*.

Dignentur itaque Emi Patres dirimere

Dubium

An sit confirmandum decretum Episcopi, seu potius sit danda canonica institutio Presbytero Mario Palladini in casu etc.

Non proposita cum sequenti.

CO-

COMACLEN. REDUCTIONIS ET ABSOLUTIONIS. *Sess. 22. cap. 6. de Reform.*

Plura Comaclensi Ecclesiæ sub auspiciis SS. Augustini et Mauri, Patribus Augustinianis excalceatis olim concreditæ, relicta fuerunt Missarum legata, quorum bona ita jamdiu in unum coaluere, ut quæ cujusque legati sint, nequeant amplius discerni. Illud vero certum exploratumque est, Missas septingentas et unam supra septuaginta singulis annis primitus fuisse celebrandas, easque anno 1807. Comaclensem Antistitem, apostolicis præditum facultatibus, reduxisse ad annua Sacra quingenta ac septuaginta novem. Hujusmodi Missarum numerum ad annum usque 1813. adamussim implendum curarunt Administratores Ecclesiæ S. Augustini; verum postea Coenobio una cum Ecclesia ab exteris copiis inopinate occupato factum est, ut libri, in quibus Missæ describi consueverant, fortuito deperierint, et novus Rector Ecclesiæ divino cultui post aliquam temporis intercapedinem redditæ, ratus annuas dumtaxat Missas quadringentas sexaginta quinque esse litandas, operam dedit, ut ejusmodi Missarum numerus quolibet anno offerretur. Quid quid vero fuit reliqui ex Ecclesiæ redditibus haud in proprium convertit usum, sed in ejusdem Ecclesiæ insumpsit utilitatem, imo cum anni fructus vix pares sint ferendis oneribus, ipse curam Ecclesiæ gratuito gessit, & quidquid defuit pro sacris obeundis functionibus re sua suppeditavit. Errorem Administratoris Circa Sacrorum numerum nuperrime detexit Episcopus, simulque animadvertit fieri non posse, ut Rector in posterum inveniatur, qui sine ulla spe mercedis Ecclesiæ S. Augustini inserviat, ac proprio ære sumptus ad sacras peragendas functiones perferat s Hinc supplicem huic Sacræ Congregationi obtulit libellum, quo petiit, ut nedum absolutio pro præteritis omissionibus, sed etiam nova Missarum reductio concederetur. Unam enim tantummodo in Comaclensi civitate, quæ sex millibus constat hominibus, extat Parœcia, eaque in cathedrali Ecclesia, ideoque opus est, ut etiam in aliis Ecclesiis fidelium confessiones excipiantur, SSma Eucharistia administretur, & sacræ celebrentur functiones. Id autem obti-

nendi in Ecclesia S. Augustini spes effulgere poterit, si cappellanus ibidem constituatur, cui sit onus diebus tantum festis de præcepto litandi Sacrum in piorum legatorum implementum, audiendi fidelium confessiones sacras obeundi functiones, & alia peragendi, quæ eidem præc pienda censuerit Episcopus. Ut vero Cappellanus laborum ferat præmium, reditus piorum legatorum, qui subductis tum oneribus bonis ipsis inhærentibus, tum impendiis pro sacris functionibus et Ecclesiæ tuitione necessariis quolibet anno supersunt, eidem Cappellano pro sua mercede attribuendos putaret Præsul Comaclensis. Fructus autem annui Ecclesiæ S. Augustini, qui ex bonis priorum legatorum colliguntur, summam attingunt scutatorum centum septuaginta octo, expensæ vero quæ nunc perferuntur, vim constituunt scutatorum centum septuaginta octo, et obol. quinquaginta, scilicet.

Messe 465. che annualmente si celebrano in S. Agostino coll' elemosina di baj. 20 stabilita da Monsig. Vescovo Boari . . .	₰	93 —
Aggiunta di elemosina alla prima Messa bajocchi 10., ed all'ultima baj.20.ne'soli giorni festivi	₰	21 —
All'inserviente di Sagrestia annualmente	₰	12 —
Utensili delle Messe suddette ed altre avventizie	₰	09 —
Lampada del SSmo	₰	12 —
Riattamenti delle fabbriche	₰	04 —
Incenso, Candeglieri, Corde ed altre spese minute	₰	6 —
Carta bollata per le ricevute	₰	— 70
Legato di annue Messe 104. che si celebrano nella Chiesa del Carmine a baj.20. disgiunte da quelle che si soddisfano in S. Agostino	₰	20 80
Totale	₰	178 50

Interrogavi ipsummet Episcopum ut referret, an revera neccessaria esset nova reductio, et quænam Recto-

ri

ri Ecclesiæ tribuenda foret merces. Is autem respondit „ Capellanus Ecclesiæ S. Augustini operam suam „ præstitit, quin aliquod inde hauserit emolumentum. „ Cum credibile minime sit, hominem semper inveniri, qui Ecclesiæ munia gratis obire velit, hinc „ maxime expedire putarem, novam fieri Missarum „ reductionem, atque ita ut diebus dumtaxat festivis de præcepto Missam Capellanus debeat celebrare, nisi aliud fortasse onus eidem imponere libeat „ EE. VV., ultra alia onera a me ipsi imponenda „ ut dixi in precibus.

„ Quod autem attinet ad Missas, quarum celebratio „ erroris causa omissa est, sanationem, ut inquiunt, „ humiliter peto, eo quod constat peculium illud „ in Ecclesiæ utilitatem insumptum fuisse. In cujus „ Ecclesiæ usum ut ii reditus et in posterum impendantur, etiam atque etiam rogo. „

Deneganda quidem foret Missarum reductio ex illa hujus Sacri Ordinis regula, quæ tradit non esse concedendam Sacrorum immutationem, quando reditus pares inveniuntur ferendis oneribus, ut videre est in *Æsina Reductionis* 20. *Martii* 1824. *ad II. Dub.*, *et in Senogallien. Reductionis onerum* 16. *Junii* 1827. *ad I. Dub.* Reditus autem legatorum, de quibus agitur, satis superque sufficere cunctis implendis oneribus a piis testatoribus præscriptis, facile eruitur ex transmissis tabulis expensi et accepti. Nec prætereundum, petitam reductionem secumferre voluntatis commutationem, a qua abhorrent sacri canones, *can. ultima voluntas quæst.* 13., *Concil. Trident. sess.* 22. *cap.* 6. *de reform.*, quæque fideles retrahit a legatis in pias causas scribendis uti perpendunt folia *in Faventina Commut. volunt.* 22. *Februarii* 1823. §. *Et concinit*; *et in Camerinen. Erectionis Ecclesiæ Collegiatæ* 17. *Maii* 1828. §. *Hisce.*

Verum urgente necessitate, vel majori Ecclesiæ suadente utilitate supremæ decedentium voluntates commutantur, *Trid. Synod. sess.* 22. *cap.* 6. *de reform.*, et Missarum quoque reductio, si alia non suppetat ratio, aliquando indulgetur, *S. Congr. in Viterbien. Reductionis onerum* 8. *Maii* 1784., *et in Taurinen. Absolutionis et reductionis* 1. *Martii* 1817. §. *Petitæ.*

Jam vero justam urgentemque in themate exhibet causam paupertas Ecclesiæ, et necessitas annuum Rectori solvendi stipendium, quemadmodum traditur *in Civitatis Castelli Suspensionis onerum et absolutionis 17. Maii 1817. §. In primo; et in Perusina Capellaniarum 22. Novembris 1828. §. Videant.* Præterea ipsamet fidelium utilitas suadet impertiendam esse exoratam reductionem; eisde m enim in frequenti civitate, atque unico prædita animarum curatore præsto esset in Ecclesia S. Augustini Capellanus, qui sacris functionibus operaretur, Sacramenta administraret, aliaque impleret munia ab Episcopo præfinienda. Nemini autem dubium, magnam futuram mercedem, quam Deus rependet piis testatoribus, quorum bona in usus tam pios, tamque utiles insumentur.

Quæ legitimam suppeditant reductionis causam, ea ad concedendam quoque absolutionem pro præteritis omissionibus animum facile impellunt, præsertim si bona fides intercesserit, et Missarum eleemosinæ, ut in præsenti casu, in pios usus conversæ fuerint, *S. Congr. in Mazzarien. Reductionis et absolutionis 14. Decembris 1822., et in Spoletana Absolutionis 25. Februarii 1826, §. Ad absolutionem.*

Dubia

I. *An et quomodo sit locus reductioni Missarum in casu etc,*

II. *An et quomodo sit consulendum SSmo pro absolutione a præteritis omissionibus in casu etc.*

Dein-

Die Sabbati 21. *Novembris* 1829. *in Palatio Apostolico Vaticano erit Sacra Congregatio Concilii, in qua præter alia proponentur infrascripta Dubia, juxta morem ejusdem Sacræ Congregationis de jure resolvenda.*

SANCTI SEVERINI CANONICATUS. *Sess. 24. cap 25. de reform.*

Dubium

An sit confirmandum decretum Episcopi, seu potius sit danda canonica institutio Presbytero Mario Palladini in casu etc.

Dilata, deputato interim per Episcopum ecclesiastico administratore, qui cogat Sacerdotem Ernestum Matteucci ad reddendam rationem suæ administrationis, et præsertim pretii retracti ex venditione domus, et inexigibilitatis census scut. centum viginti quinque, et confecto per eumdem administratorem statu activo et passivo per decennium, Episcopus illum transmittat ad S. Congregationem, et interim declaret tempus et tempora non currere.

COMACLEN. REDUCTIONIS, ET ABSOLUTIONIS. *Sess. 22. cap. 6. de Reform.*

Dubia

I. *An et quomodo sit locus reductioni Missarum in casu etc.*

II. *An et quomodo sit consulendum Sanctissimo pro absolutione a præteritis omissionibus in casu etc.*

Ad I. Affirmative ad Missam quotidianam et ad alteram diebus festis de præcepto, et ad mentem. Mens est ut deductis oneribus juxta notulam, quod superest, cedat favore Rectoris, facto verbo cum Sanctissimo, et Episcopus curet, ut redintegretur aliqua Familia Religiosa in Cœnobio S. Augustini.

Ad II. Affirmative in omnibus, celebrata unica Missa.

FLO-

Sess. 4. cap. 24. de reform.

FLORENTINA REDUCTIONIS, ET ABSOLUTIONIS. Capellani Chorales Metropolitanæ Ecclesiæ Florentinæ inter cetera, quibus gravantur, onera, plures etiam missas ex antiquis institutionibus per annum celebrare tenentur. At ob novissimas rerum temporumque vicissitudines quum primævi reditus aliqua ex parte decreverint, complurium Missarum celebrationem prætermiserunt. Nunc itaque, ut propriæ conscientiæ prospiciant, hunc Sacrum Ordinem adierunt, ex quo tum absolutionem ab anteactis omissionibus, tum onerum reductionem expostulant. Eñus ac Rñus Dominus Cardinalis Falzacappa rogatus, ut rem omnem perpendere, animique sui sensum aperire dignaretur, votum sapientissime elucubravit, idemque ex integro exscriptum EE. VV. oculis subjicio.

„ Capitulum Metropolitanæ Ecclesiæ Florentinæ præter Canonicos 65. enumerat Capellanos, qui tam diurnas, quam nocturnas laudes in Choro Deo persolvunt, fidelium confessiones excipiunt, et Parœciæ necessitatibus opitulantur. Singuli tenui fruuntur annuo stipendio scutorum triginta sex. Aliquod tamen subsidium iisdem tribuitur a pio opere sub nomine *Charitatis Capellanorum* ad ipsorum egestatem sublevandam instituto. Societas a Capellanis ipsis constituitur, et statutis legibus, ac Rectoribus ex eorum numero eligendis moderatur; peculiares redditus habet, suisque oneribus gravatur, atque Archiepiscopo pro tempore immediate subjicitur, Capitulo penitus excluso. Ut probe noscant EE. VV. Rñæ vires Operis pii, statum excribam auctoritate Archiepiscopi probatum, qui est „ Sommario dell' Entrata, ed Uscita del Pa„ trimonio dell' Opera di Carità de' Cappellani della „ Metropolitana di Firenze.

= ENTRATA =

„ Da Pigioni considerate al netto di accon„ cimi, spigionamenti, nell'ultimo De„ cennio a tutto Decembre 1827. . ₰ 660. — —

„ Dall'

„ Dall'Imperiale e Reale Depositaria per
„ l'annua responsione in compenso de'
„ frutti de' già luoghi di Monti . . ₰ 387. — — —
„ Da' frutti annui su Capitali di Censo, e
„ prezzo de' Beni . . . . . ₰ 345. 5. 1. 6.
„ Da' Canoni annui di Livelli al netto de'
„ passivi . . . . . ₰ 329. 2. 11. 10.
„ Da diversi legati annui . . . . ₰ 42. 1. 6. 4.

₰ 1762. 1. 19. 8.

= U S C I T A =

„ A limosine di N. 3686. messe
„ a ₰ 1. 6. 8. . . . ₰ 511. 4. 6. 8.
„ A dette di N. 120. l'anno per
„ l'arretrate . . . . ₰ 12. 6. — —
„ A N. 46. tra Uffizj, e Messe
„ cantate a ₰ 16. l'una. ₰ 104. 6. — —
„ Ad Anniversarj Dolci, due
„ Bargiacchi, Santi, Tasche-
„ rini, Scurti, Gratesi, Ma-
„ zari, Riccari, e Valeria-
„ ni . . . . . ₰ 70. 2. 10. —
„ A Uffizio Generale de' Con-
„ fratri, e Benefattori . ₰ 40. 3. — —
„ A Uffizj, e per Maria Leono-
„ ra Masatti . . . . ₰ 53. 1. 13. 4.
„ A Oblighi d'ore, Salmi, e li-
„ mosine a poveri . . ₰ 14. 2. — —
„ A distribuzioni per le Predi-
„ che . . . . . ₰ 50. — — —
„ A sussidj in occasione di Ma-
„ lattie, assistenze in extre-
„ mis, trasporti, Uffizj, e
„ messe per i Confratri, con-
„ siderati montanti a tre
„ l'anno . . . . . ₰ 168. 4. — —
„ A supplemento di Distribu-
„ zioni Corali . . . ₰ 48. 4. — —
„ A distribuzioni nelle Adu-
„ nanze . . . . . ₰ 34. 5. — —

„ A Sussidj nelle 5. Solennità
„ dell' Anno . . . . ₹ 197. 1. — —
„ A Dazj, e gravezze . ₹ 100. — — —
„ A Spese di Liti e molestie ₹ 50. — — —
„ A Spese di Provisione . ₹ 196. — — —
„ A spese diverse e generali ₹ 84. 3. 3. 4.

₹ 1728. — 13. 4.

„ Notandum Missas sine cantu 2686., (seu verius 2696) recenseri ex reductione per decennium concessa, de qua sermo redibit, cum integrum annuum onus sit missarum 5393.

„ Cognovit Archiepiscopus Moralia antiquam eleemosynam obulorum decem temporum circumstantiis, atque necessitatibus amplius non respondere, ac pro universa Diœcesi obolos viginti pro diebus ferialibus, triginta cum dimidio pro festivis quolibet sacro assignavit. Nihilominus Opus Pium veterem morem non deseruit, solitamque eleemosynam est elargitum, unde factum est, ut Capellani, qui alioquin paupere censu patiebantur, stipem extra Cathedralem Ecclesiam quæritarent non sine divini cultus jactura, et populi admiratione.

„ Ut huic malo medelam afferrent, Cappellani Administratores ab hac S. Congregatione Missarum reductionem ad 2696. idest ad medietatem expostularunt, ita ut celebrantes non amplius obolos decem, sed viginti juxta novam Diœcesanam legem in Cathedrali Ecclesia lucrarentur. Voti compotes effecti die 3a. Septembris 1818. ex Audientia Sanctissimi Archiepiscopo commissum fuit „ ut veris existentibus narratis, ac firma remanente celebratione Missarum in Metropolitana Ecclesia, assignatisque per Archiepiscopum diebus et horis pro celebratione in populi [illegible] petitam facultatem reducendi eousque ultra [illegible] ad rationem eleemosynæ perpetuæ ad [illegible] proximum tantum pro suo arbitrio et conscientia Oratoribus gratis indulgeat, ita tamen „ ut Oratores ipsi de integra et fideli erogatione ad formam præsentis Decreti quolibet anno coram eo-

dem

„ dem Archiepiscopo vel Ordinario pro tempore do-
„ cere teneantur „ Tributis facultatibus usus est Archiepiscopus, atque die 30. Octobris ejusdem anni missas ad 2675. (errore forsan calculi, et non 2696. uti petitum fuerat) reduxit, tabellam conficiendam curavit, methodum præscripsit, qua et Populi commoditati consuleretur, et quotannis de adimplemento constaret.

„ Rebus ita compositis summa religione, a Capellanis oneribus satisfactum est, quin imo cum dubium ortum fuerit, nonnullas Missas tunc esse inadimpletas, pro hisce omissionibus, probante Archiepiscopo quotannis Missas 120. celebrarunt, quæ hodie ad numerum 1200. perveniunt.

„ Transacto igitur decennio, cum de nova obtinenda perpetua reductione cogitarent Capellani, diligentius inquirere sui muneris esse duxerunt, ut rem omnem Apostolicæ Sedi aperientes, et propriæ consulerent conscientiæ, et quidquid in posterum agendum esset, tuto cognoscerent. In hoc vero monumentorum examine cum forsan scrupulosius quam necesse erat processissent, novas dederunt preces, quæ dubias reddebant petitiones; eas tamen hodiernus Archiepiscopus, rem diligenter perscrutatus, suo restituit lumini. Hinc ex illius accurata relatione hausi, quæ Vobis Emi Patres definienda propono.

„ Opus pium, uti ex superiori prospectu patet, nonnullos fructus percipit a publico ærario sub nomine *Monte Comune*. Anno 1799. a fructuum solutione cessatum est, et solum republica restituta de dimittendis nominibus cogitatum est, ita tamen ut fructus omnes decursi ad totum annum 1802. in sortem redigerentur. Hinc opus pium capitali summa scut. 900., quæ annuatim alia scut. 27. exhiberet, donatum est. Ab anno iterum 1807. ad annum usque 1818. suspensa iterum ab ærario est fructuum solutio.

„ Ex hac fructuum suspensione administratores Missarum celebrationem omiserunt pro rata, quæ prudenti ipsorum arbitrio, cum nihil certi posset definiri, fructibus ipsis responderet: cum vero ex fructibus in sortem versis annua scut. 27. lucrarentur, nihilominus

nus Missis non auxerunt, et ex hoc primo capite culpam agnoscunt.

„ Uti supra enunciatum est, diligentius administratores hodierni libros perscrutati, præter omissiones ex fructuum deficientia proficiscentes aliis Missas 6500. inadimpletas invenerunt ea forsitan de causa, ut Capellanis opem ferrent, qui quandoquidem, temporum iniquitate, omni omnino redditu destituebantur. Rebus in facto sic positis de singulis petitionibus seorsim agam, ut faciliori studio EE. VV., quid agendum sit, valeant definire.

„ Expostulant in primis Administratores, ut Missæ annuæ 5393. ad 2696., id est ad medietatem perpetuo reducantur, quorum petitioni Archiepiscopi sententia opitulatur. Et quidem merito. Agitur enim de Opere pio ad Capellanorum egestatem sublevandam principaliter instituto, ac post tot rerum vicissitudines dignosci non potest, an pro onerum adimplemento peculiares redditus constituti sint, qui adhuc existant, ideoque auctoritate, sua quid agendum sit, statuendum est, et cum eleemosyna ad Missarum adimplementum requisita duplo major evaserit, si Missæ ad medietatem reducantur, opus pium lucrum non sentiet, sed damnum tantum vitabit.

„ In Rescripto vero hujus S. Congregationis anni 1818. nonnulla sancita sunt, quæ maximam redolent prudentiam, maximamque in Populi commodum gignunt utilitatem. In concedenda igitur exoptata Missarum reductione, demandandum putarem omnia fideliter servanda esse, quæ ex laudato S. C. rescripto, atque Archiepiscopi decreto promanant, quæque Archiepiscopi pro tempore pro majori onerum adimplemento in Domino judicabunt expedire.

„ Vidimus etiam Opus pium LL. Mon. fructus ab anno 1779. ad annum 1802. minime percepisse, ipsorumque loco sort. scut. 900. a Gubernio fuisse constitutam, quæ annuatim administrationis expensis minime deductis, reddit scut. 27. Hæc in annuas Missas 120. in perpetuum eroganda esse putant Administratores, eleemosyna ob. 20. singulis Missis assignata. Laudabile sane consilium, atque communi voto ab EE. VV. probandum. Constitutis rebus, quæ fu-

tu-

turum tempus respiciunt, ad præteritum oculos EE. VV. convertant oportet.

„ Cum executioni laudatum decretum Vestrum esset demandandum, suspicatum est nonnullas Missas inadimpletas existere, atque Episcopus Moralia oretenus jussit in eam causam Missas 120. quotannis celebrari, et hodie Missas 1200. jam satisfactas esse constat. Revera Missas 6600. omissas fuisse inventum est. Supplices igitur Administratores exoptant, ut facta prius reductione ad medietatem, injungatur onus celebrationis 120. Missarum in singulos annos, donec impleatur quantitas sic reducta, nimirum Missarum 3300. imputatis pro satisfactione Missis 1200. quæ jam celebratæ sunt.

„ Æquitati consona petitio videtur. Et revera, si antiqua eleemosyna obul. 10. ad obul. 20. adaucta est, eodem onere gravabitur Opus pium, eamdemque summam erogare debebit, quam impendisset ex fundatione, vel antiqua consuetudine, et commodum tantum ex dilatione percipiet, quæ quidem dilatio necessaria est: cum alioquin non possent omissiones omnes uno, eodemque tempore simul adimpleri. Insuper animadvertendum est anno 1818. supplicatum fuisse Missas ad 2696. reducendas, votisque sententiam S. Congregationis annuisse. At in decreto executoriali per errorem, ut arbitror, Missæ 2675 tantum constitutæ sunt, ideoque desunt singulis annis Missæ 21., quæ ducto calculo per decennium reductionis numerum 210. constituunt. Hanc etiam omissionem superiori addendam esse censerem; atque ita Missæ pro præterito satisfaciendæ deductis jam adimpletis in numero 1200. erunt in totum 2310. ad rationem centum viginti in quolibet anno.

„ Unum tantum superest, de quo EE. VV. Oratores enixe rogant, nimirum, ut ex Apostolica auctoritate, atque benigna indulgentia, siquid aliud in præterito omissum, vel quacumque de causa erratum sit, remittatur, indulgeatur, ut hodie, dum pro sapientia vestra lex certa in futurum statuitur, quoad præteritum tempus scrupulum omnem Capellani dimittant.

„ Satis superque calamitates innotescunt, quæ transactis temporibus sacras, civilesque res undique perturbarunt: ex administratoribus nonnulli jam in osculo Domini quiescunt, et qui supersunt, omnem moverunt lapidem ad veritatem eruendam; ipsorum bonam fidem, ac diligentiam et rerum series demonstrat, et amplissimum Archiepiscopi testimonium commendat. Apostolica igitur indulgentia digni esse videntur.

„ Hæc sunt, quæ, ut mandatis Vestris satisfacerem, animadvertenda putavi, quæque libentissime submitto sapientiori EE. VV. judicio, quorum interim manus humillime deosculor.

Dubia

I. *An et quomodo sit concedenda reductio Missarum* 5393. *in casu etc.*

II. *Et quot Missæ sint celebrandæ pro annuo censu scut.* 27. *in casu etc.*

III. *An et quomodo sit consulendum Sanctissimo pro absolutione ab anteactis missarum omissionibus in casu etc.*

Ad I. Affirmative ad Missas 2696. in perpetuum ad formam rescripti diei 30. Septembris 1818., et juxta votum Emi Relatoris.

Ad II. Affirmative ad annuas Missas 120. usque ad numerum 2310., attentis Missis 1200. jam celebratis, juxta votum Emi Relatoris.

Ad III. Affirmative in omnibus juxta votum Emi Relatoris.

Sess. 23. cap. 6. de reform.

MELEVITANA BENEFICII. Simplex in Melitensi Insula existit Beneficium S. Petro nuncupatum, quod dicitur *in Brigemna* ex vico ubi situm est. Hujus Beneficii patronatus, qui ad familiam Fariol antiquitus pertinebat, postmodum jure haereditario multipliciter divisus est. Et quidem ejus uncia cum dimidio fratribus obtigit de Galea, et altera uncia cum dimidio Marchionissae Rosæ Mariæ Testaferratæ: reliquas vero no-

novem accepit Maria Carvana, quæ in sacra concessit familiæ Theumæ, quæque tres habuit natos, Cajetanum nempe, Andream, et Petrum Paulum. Maria vita functa, ad ejus filios et nepotes patronatus jus delatum est: tres igitur uncias habuere prædefuncti Cajetani Theumæ filii Antonius et Andreana, tres Andreas Sacerdos, ac tres Petrus Paulus aromatarius. Hic anno 1816 publicis obsignatis tabulis jus suum pro prima tantum vice cessit Annæ Callejæ, hisce verbis = *Pietro Paolo Teuma qua uno delli due superstiti figli della fu. Sig. Maria Teuma Carvana per una sol voce solamente ha concesso e concede, e se v' è d' uopo ha donato e dona irrevocabilmente alla surriferita Anna la facoltà di presentare e nominare il Rettore del Beneficio di S. Pietro in Brigemna di gius patronato dopo la morte del Sacerdote D. Paolo Carabott attuale possessore del Beneficio, abdicandosi il detto Sig. Teuma il gius di fare ulteriori nomine elusive la presente* =. Melitensis Episcopus hujus cessionis tabulas expendit, suaque auctoritate ratas habuit, ac proinde Calleja tres patronatus uncias adepta est pro prima tantum vice. Post hæc obiit Sacerdos Andreas Theuma, ejusque dimidia vox fratribus obtigit Antonio et Andreanæ et altera dimidia vox Petro Paulo Theumæ. Antonius et Andreana die 28. Dec. 1821 tres patronatus uncias, quas ex Aviae hæreditate, et unam cum dimidio, quam ex hæreditate patrui acquisiverant, donationis nomine in perpetuum donarunt Carolo Antonio Bò, navitæ, idemque paulo post, nimirum die 8. Januarii 1822 præstitit Petrus Paulus Theuma. Anno 1825 die 12. Januarii cum e vivis excessisset Sacerdos Carabott, qui præfatum S. Petri Beneficium possidebat, Anna Calleja post tres fere menses filium suum Josephum nominavit, qui jam clericus, atque octodecim annos natus erat, et modo Sacerdotali fulget charactere. Hic obtentam nominationem die 25 Aprilis Melitensi Episcopo exhibuit, petiitque *la spedizione de' soliti editti e successivamente l' istituzione in tale Beneficio.* Josephi precibus Episcopus arrisit, ac praestantioribus Insulæ Templis edicta affixit, quibus omnes monebantur, *i quali credessero avere ragione in detto Beneficio di comparire nella Curia Vescovile e dedurre i loro*

di-

diritti fra giorni sei, altrimenti spirato detto termine si procederà all'istituzione dello stesso Calleja =. Interea Familia Testaferrata suam contulit nominationem in Clericum Pandulphum ex eadem gente Testaferrata descendentem, illamque obtulit Curiæ Episcopali.

Cum jam sex dierum tempus præterlapsum esset, et nemo ex aliis patronis jure suo uteretur, petiit Calleja institui *in d. Beneficio ac institutum immitti in realem possessionem ejus bonorum et jurium*; verum extemplo prosiliit Antonius Bonavita annos natus octo et menses septem, et die 17. Maji 1823. institui petiit in Beneficio utpote nominatus a patre suo et a fratribus Galea. Hinc magna lis orta est inter Callejam, Testaferratam, et Bonavitam, quæ diu in Episcopali Curia exagitata, die tandem 3. Julii anni 1827 definita est. Contendebat Calleja præsentationem a Bonavitæ patre expletam pluribus vitiis infectam, ac nullius roboris esse, Testaferratae autem nominationem nihili faciendam ob exiguum vocum numerum, proindeque Beneficii institutionem sibi conferendam; verum Generalis Vicarius momenta haec parvi pendens pro Bonavita sententiam tulit. Ab hoc judicio Sacerdos Calleja, silente Clerico Testaferrata, ad S. Sedem provocavit, ejusque causa ad hunc S. Ordinem perlata est. Supplicem Callejæ libellum Melitensi Episcopo, nuper demortuo, ablegavi, ut ex ejus relatione res magis pateret; verum ipse tantum asseruit = *ex lectura instrumenti praecitatæ Sententiæ, quæ ex parte memorati Callejæ objectæ fuerant exceptiones adversus præfatum Bonavitam dilutæ prorsus videntur et explanatæ* =

Sacerdotis Callejæ Defensor in primis animadvertit, suis stare viribus nominationem, quam ipse a matre obtinuit. Et sane convenit inter partes, ac juris censuræ consentaneum est, donationem juris nominandi, quam Petrus Paulus Theuma contulit in Annam Callejam, probavitque Episcopus, validam esse atque legitimam; scitum namque est, jus præsentandi pro unica etiam vice recte in alium per donationem transferri posse, dummodo subinde Ordinarii accedat auctoritas, *Vivian. de jurep. lib.* 5. *cap.* 2. *n.* 4., *Rot. in Melevitana Beneficii* 4. *Julii* 1759. §. 5. *cor. Olivatio, et in hac ipsa Melevitana Beneficii* 25. *Aprilis* 1763. §. 6. *cor. Ratta*, et dummodo in donatione aut mandato

dato designata non fuerit certa persona nominanda, si Beneficium nondum vacaverit, ne votum captandæ mortis inducatur, *Card. De Luca de jurepat. disc.* 64. *n.* 34., *Fargn. de jurepatr. part.* 2. *can.* 16. *cas.* 10. *n.* 14. *Rot. cor. Emerix decis.* 298. *n.* 110., *et in cit. Melevitana cor. Ratta* §. 8.

Dein contendit triplici ex capite Bonavitæ nominationem irritam esse; ac primum asserit, donationem Antonii et Andreanæ, qua Carolus Bonavita quatuor patronatus uncias cum dimidio sibi comparasse putat, ob utriusque dementiam nullius roboris esse. Ut vero id probet, plura refert testimonia, inter quæ illud Parochi eminet, qui de Antonio et Andreana hæc testatur = *non sono stati ammessi al precetto Pasquale avendoli considerati esser di mentecatta, ed affatto privi di ragione in occasione di formire lo stato delle anime* = et in judicio rogatus addidit = *in quanto al detto Antonio dagli stati delle anime, che hò trovati fatti dagli antecessori Curati, posso dire esser questo della stessa qualità della sorella.* (idest dementem) *avendo trovato negli stati delle anime antecedentemente fatti, che il precetto pasquale era stato denegato allo stesso Antonio, che era stato incapace al Sagramento dell'Eucaristia* =. Hoc vero testimonium ineluctabile putat argumentum præsertim ex auctoritate Rotæ *in Ariminen. Nullitatis Donationis* 6. *Jun.* 1777. §. 6. *cor. Muto*, ubi traditur, quod cum de re agitur, quæ ad parochiale munus præcipue pertinet, Parochi testimonium certam meretur fidem, et omni exceptione majorem constituit probationem. Quæ cum ita sint, donatio ipsa mole sua corruit, utpote a dementibus præstita, qui ex omnium gentium jure contrahere nequeunt: nec Matris auctoritas quidquam proficit, quæ contractui ipsi qua tutrix adfuit; donationes enim pupillorum et dementium ne auctore quidem Tutore consistere valent, *Leg. Non omni* 16. *Cod. de admin. et peric. tutor.*, *Voet. in Pandectas lib.* 39. *tit.* 5. *n.* 9.

Eidem Defensori hoc satis videtur, ut Clientis sui jus adstruat; nominatio enim Bonavitæ ex una tantum constaret uncia cum dimidio, quia pollent Fratres de Galea, eique ad summum altera uncia cum dimidio adjici posset, quam Petrus Paulus Theuma ex Fratris

tris hæreditate habuit post expletam primam donationem favore Annæ Callejæ. Hoc vero in casu utriusque æmuli nominatio æqualis esset ponderis, atque ex tribus constaret unciis; ac propterea Bonavitæ præferendus esset Calleja quippe qui ordine et ætate major, *Fargn. de jur. patron. part. 2. can. 9. 10. 11. cas. 6. n. 2.*, *Piton. de controv. patron. alleg 72. n. 15*; *Rota in Lucen. Capellan. 12. Febr. 1759 §. 11. coram Herreras.* Verum ipse Defensor, posita nullitate donationis, quam expleverunt Antonius et Andreana, unciam tantum cum dimidio Bonavitæ nominationi superesse affirmat; contendit enim Petrum Paulum Theuma ne dum Callejæ donasse pro prima vice tres patronatus uncias, quibus tunc potiebatur, sed alias quoque, quæ ipsi obtingere poterant, ac proinde alteram quoque unciam cum dimidio, quam ex fratris hæreditate ipse Petrus Paulus postea assecutus est. Id ipse probat in primis ex declaratione ipsius Petri Pauli edita die 24. Aprilis 1823, in qua sic legitur= *Il Sig. aromatario PietroPaolo Teuma spontaneamente ha dichiarato e dichiara, che in vigor della donazione fatta in favor di d. Calleja intendeva questi di donare ed assegnare alla medesima tutti li dritti che aveva, e che potrebbe in avvenire avere per nominare e presentare il Rettore nella prima vacanza, che sarebbe seguita di d. Beneficio; e che la successiva donazione fù dal medesimo fatta coll'intenzione, di doversi mettere in uso non già nella prima, ma nella seconda ed ulteriori vacanze essendo stata sempre tale la sua intenzione, e non altrimenti, e così ha giurato* =

Dein Bonavitæ nominationem irritam esse autumat ex juris patronatus assecutione, quam simoniacam putat. Etenim Carolum Antonium Bonavita pollicitationibus, ac etiam pecunia sibi a Petro Paulo Theuma, atque ab Aloisia matre Antonii et Andreanæ Theuma donationem jurispatronatus comparasse ait, idque evincere nititur tum ex confessione ipsius Aloisiæ ac Petri Pauli, tum ex unius alteriusque testis depositione. Porro simonia cum difficilis sit probationis, et remotis arbitris patrari soleat, probatur vehementibus in-

indiciis et conjecturis, imo etiam ex testimonio unius vel alterius ex simoniacis, *Rot. in Firmana Jurispatronatus 3. Julii 1778. §. 4. cor. Origo, et S. Congr. in Sutrina Capellaniæ 18. Aprilis 1795. §. Ad petitionibus.*

Ex ætate demum Antonii Bonavitæ firmissimum causæ suæ patrocinium oriri autumat; et quidem Conc. Tridentinum sess. 23. cap. 6. de Reform. sanxit = *Nullus prima tonsura initiatus, aut etiam in minoribus ordinibus constitutus ante decimum quartum annum Beneficium possit obtinere* =. Antonius autem Bonavita præsentationis tempore octavum annum vix excesserat, ac proinde adhuc ætate carebat, quam Tridentinum exigit. Hæc vero legis ratio in Beneficiis etiam laicalis jurispatronatus servanda est, quemadmodum docent *Ventrigl. in prax. rer. notab. par. 2. an. 6. §. 1. n. 6.*, *Barbosa Jus Eccles. univ. l. 3. cap. 12. n. 157.*, *Rot. cor. Crispo dec. 2. n. 7.*, *et S. Cog. in Viterbien. Concursus 21. Julii 1742. §. Porro.* Igitur ex defectu quoque ætatis putat Callejae Defensor, Bonavitæ nominationem nullius esse momenti, ac jus omne in ipsum Callejam coaluisse, et huic proinde dandam esse canonicam institutionem.

Hæc quidem præcipua sunt momenta, quibus Callejæ patrocinium suscipit idem Defensor. Quæ vero sint Bonavitæ rationes, adhuc latet, nondum enim ejus Defensor allegationem exhibuit, licet Causæ propositio pluries indicta fuerit, ac eam longius, quam par erat, protelarim: ipsas tamen ex judiciali Melitensis Curiæ Sententia haurire licet, quoniam Episcopus in sua relatione ad eam provocavit. Has igitur rationes, seu potius responsa ad præcipuas Callejæ exceptiones referre operae pretium existimo.

„ Objicitur, donationem factam ab aromatario Theuma dicto Bonavita nullam esse, tum quia jam dederat ejus jura usque de anno 1816. præfatæ Annæ Callejæ, tum etiam quia simoniæ labe infecta dignoscitur. Pari modo objicitur nullitas alterius donationis ab Antonio et Andreana facta ex prætensa imbecillitate et dementia donantium. Quoad primum attinet perpensum fuit, quod licet posterior donatio repetito Bonavita ab aromatario Theuma an. 1822. facta sustineri nequeat

quoad voces, quas ipse Theuma acquisiverat ex hæreditate Matris, ante peractam priorem donationem, quia de iis jam disposuerat favore d. Annæ Calleja; sustinetur tamen quoad illas, quas habuit ex hæreditate fratris D. Andreæ, qui post primam, sed ante secundam donationem decessit; et sub hac quidem distinctione admittenda est declaratio, quam reportari curavit præfatus Clericus Calleja a d. aromatario Theuma in actis hujus Magnæ Curiæ ann. 1823., dum scilicet se disposuerat ad inchoandum præsens judicium „

„ Quoad vero secundum controversiæ objectum, perpensum fuit, quod bene perlectis testium depositionibus formiter examinatorum, nil relevans ex eorum dictis colligitur, quin immo quodammodo contradicentes dignoscuntur; nullam itaque probationem pariunt ralate ad praetensam simoniam, qua infecta prætenditur donatio Aromatarii Theuma, in attentis istius declarationibus respicientibus in hypothesi propriam turpitudinem, quæ quidem declarationes pariter, inspectis omnibus circumstantiis in hac facti specie contingentibus, nimis suspectæ evadunt „

„ Quod denique tertiumcontroversiæ objectum animadvertimus, quod in casu agitur de publica scriptura, quae habet præsumptionem pro se, et testes ad probandum dementiam atque imbecillitatem Antonii et Andreanæ Theuma formiter examinati sunt contradictorii attestationibus aliorum testium, atque aliis publicis documentis per Bonavita productis; et in dubiis semper prævalet publicum instrumentum. Et si quodammodo concluderent testes pro dementia, insania, atque imbecillitate, hoc tamen respiceret solam personam Andreanæ, numquam vero ejus fratris Antonii, de cujus insania nulla probatio emergit ex dictis testium per Calleja productorum, sed potius quædam levitas mentis colligitur. Quo posito, præsupposita etiam insania, atque dementia Andreanæ, Patronatus coalesceret in personam Antonii ejus fratris, cum in casu esset locus juri accrescendi, praesertim quia d. Andreana jam e vivis erepta sit „.

Con.

Contra tertiam Callejæ exceptionem, quæ ex Clerici Bonavitæ ætate petita est, nil legitur in præfata Sententia. Restat nunc ut Emi Patres qua fulgent ecclesiastici juris prudentia dirimere dignentur

Dubium

An et cui sit danda institutio in casu etc.

Affirmative Sacerdoti Josepho Calleja.

AVERSANA CANONICATUS THEOLOGALIS ET POENITENTIARII. In Cathedrali Ecclesia Aversana alterutra ex præbendis Theologali vel Pœnitentiaria ubi vacare contingit, concursus indicitur ad formam constitutionis sa. me. Benedicti XIII. quæ incipit *Pastoralis*, et Examinatores perpensis singulorum concurrentium moribus, scientia, aliisque dotibus, referre solent Episcopo quot et quo gradu probandis, quosque reprobandos ipsi judicaverint. Quoniam vero nonnulli Examinatores vacantem præbendam ei omnino ab Episcopo conferendam esse putant, in quem major collatus fuerit suffragiorum numerus; ideo hodiernus Episcopus Xaverius Durini, qui Examinatorum sententiam sanctioni juris minus consonam existimat, sibique arbitratur jus esse eum eligendi, quem inter approbatos in formali concursu magis idoneum ipse judicat, quin Examinatorum opinionem sequi teneatur, hujus Sacri Ordinis oraculum sibi exquirendum censuit, ut firmissima et certa sibi suisque successoribus hac super re innotescat regula. *Sess.* 5. *cap.* 1. *e. sess.* 24. *cap.* 8 *de reform.*

Rationum momenta, quibus innituntur iidem Examinatores, quos Episcopus, ut mandatis hujus Sacræ Congregationis obsequeretur, audivit, complectitur in suo voto Promotor Fiscalis inquiens „ Promotor Fiscalis Curiæ Aversanæ Diœcesis permotus claris verbis constitutionis Benedicti XIII, quibus jubet in concursu Canonicatus Theologalis et Pœnitentiarii in Ecclesiis Cathedralibus et Collegiatis vacantem præbendam magis idoneo in formali concursu ab Examinatoribus renuntiato conferendam esse, putat, electionem personæ in specie ad ipsos Examinatores pertinere, et ita rescripsit S. Congregatio in *Salernitana Canonicatus Pœnitentiarii* 1. *Septembris* 1753, ac traditur apud Ferrar. Bibliot. verb. Canonicatus art. IX in additionibus ex aliena manu n. 123. = ibi = *Et quod majorem animadversionem meretur, electio personæ post dictam Constitutionem non amplius pertinebit ad Episcopum, sed ad ipsos Examinatores, ut resolvit S. Congregatio Concilii interpres in Salernitana* 1. *Septemb.* 1753.

At vero contrariam prorsus sententiam esse tenendam, cuilibet memoratam Benedicti XIII constitutionem legenti facile liquet. Pontifex enim sermonem habens de Præbenda Theologali, nedum ait eam conferendam esse *magis idoneo in formali concursu ab Examinatoribus renuntiato*, sed insuper confestim addidit, *eo plane modo quo parochiales Ecclesiæ conferuntur*. Hanc eamdem legem servari jussit in collatione Præbendæ Pœnitentiariæ, cum §. *Postremo* decreverit=*Quæcumque hactenus de præbenda Theologali, et S. Scripturæ lectione sancivimus, extendimus etiam, ac adamussim observari volumus (congrua tamen congruis referendo) quoad institutionem Canonici Pœnitentiarii . . . . ejusque concursum, deputationem* =. Ex his plane intelligitur, eidem in conferenda Præbenda Theologali, vel Pœnitentiaria inhærendum esse regulæ, quam ex juris censura servari oportet in conferendis Parœciis.

Jam vero Examinatores, peracto examine concurrentium ad Parochiales Ecclesias, renuntiare quidem debent quotcumque idoneos judicaverint, ætate, moribus, doctrina, prudentia, et aliis rebus ad vacan-

tem

tem Ecclesiam gubernandam opportunis, ut sanxit *Trid. Syn. sess. 24. cap. 18. de reform.*, ac monet Bened. XIV. *de Syn. Dioeces. lib. 4. cap. 8. n. 3. et seq.*, sed judicium de majori habilitate, seu supra ceteros approbatos præstantia ad solum spectat Episcopum, veluti luculenter demonstrant illa Tridentini verba = *ex hisque* (nempe approbatis ab Examinatoribus) *Episcopus eum eligat, quem ceteris magis idoneum judicaverit* = et declarat Benedictus XIV. in encyclica *Cum illud §. 11. diei 14. Decembris 1742.* ita edisserens = *Absoluto examine, ut cuicumque satis compertum est, fit tantummodo potestas Examinatoribus renuntiandi quotquot regendæ Ecclesiæ idoneos judicaverint, reservata uni Episcopo electione dignioris* =. Quamobrem etsi Episcopus eligere nequeat, quem Examinatores reprobarunt, attamen eum ex approbatis præferre potest, quem digniorem ipse in Domino existimaverit, posthabitis illis, qui majorem suffragiorum numerum, aut etiam cuncta ab Examinatoribus retulerunt suffragia, *S. Congregatio in Assisien. Parochialis 27. Novembris 1773, in Perusina Parochialis 28. Julii 1781., et in Hortana Parochiæ 28 Martii 1801. §. Huic*, quia nemini magis quam Episcopo innotescere possunt mores ac merita concurrentium, *Barbos. de offic. et potest. Episc. part. 3. alleg. 60. n. 101., Rot. cor. Ansaldo decis. 269. n. 6., S. Congregatio in Perusina 28. Julii 1781. §. Allegrius.*

Igitur si electio dignioris inter approbatos ad parochiales Ecclesias pertinet ad Episcopum, non autem ad Examinatores; si Præbenda Theologalis et Pœnitentiaria eodem conferenda est modo, quo conferuntur Parœciæ, patet ad Examinatores quidem absoluto examine super doctrina, moribus, ætate aliisque dotibus necessariis ad munus Canonici Theologi, vel Pœnitentiarii rite obeundum, spectare jus renuntiandi quot, et quo gradu idoneos judicaverint, sed jus eligendi digniorem inter approbatos in formali concursu unius Episcopi esse proprium. Ita sane docet *Rigant. ad regul. 1. Cancel. §. 10. n. 31*, et monet S. Congreg. *in Pinnen. Canonicatus Theologalis 28. Februarii 1761. §. Episcopus*, *et in Terracinen. seu*

Su-

Setina 5. *Septembris* 1818. §. *Post.* Quin imo tantum abest, ut electio Canonici Pœnitentiarii ac Theologi tribui possit Examinatoribus, et denegari Episcopis, ut ab hac Sacra Congregatione pluries definitum fuerit, ad Episcopum spectare electionem dignioris inter plures approbatos in concursu, quamvis ageretur de Præbendis jurispatronatus ecclesiastici, ideoque ex juris dispositione jus eligendi magis idoneum ipsi patrono foret reservatum. Hujus rei prostant exempla in *Cremonen. Erectionis Praebendae Theologalis* 15. *Martii* 1727. *relata in Pinnen. Canonicatus Theologalis* 25. *Aprilis* 1761. §. *Nec*, *in Majoricen. Canonicatus Theologalis* 12. *Decembris* 1753., *atque in cit. Pinnen.*, in qua disceptato dubio = *An electio ad Canonicatum Theologalem fieri possit a Capitulo favore sibi magis benevisi inter approbatos in concursu, seu potius praelectio et approbatio in eodem concursu et collatio privative spectet ad Episcopum in casu etc.*, responsum prodiit = *Praelectionem et collationem spectare ad Episcopum, praesentationem vero spectare ad Capitulum, et amplius*

Ex his plane elici posse videtur, juri minus consentaneam esse opinionem Auctoris in *additionibus ad Ferrar. loc. supra cit.* ajentis electionem personæ ad Præbendam Pœnitentiariam spectare ad Examinatores. Præterquam enim in præfata *Salernitana Canonicatus Pœnitentiarii* 21. *Julii* 1753 quæstio minime vertebatur inter Episcopum et Examinatores, sed inter Episcopum et Capitulum, cuinam illorum jus esset eligendi Pœnitentiarium; illud quoque accedit, quod cum S. Congregatio responsum dederit, electionem esse faciendam ab Archiepiscopo, satis aperte innuit, ipsi liberum esse eum inter approbatos eligere, quem digniorem existimaret, quin relationem Examinatorum sequi cogeretur; secus judicium Ordinarii haud electionis, sed vix approbationis nomen mereretur, et injuria coram hoc Sacro Ordine pluries certatum fuisset, an constaret *de mala Examinatorum relatione*, *et de irrationabili judicio Episcopi*, cum potius disceptari oportuisset de irrationabili judicio Examinatorum. Hujusmodi dubiorum formulæ passim occurrunt, ac præsertim in *Urbanien. Praebendae Theologalis* 23. *Junii* 1764., *in Pinnen. Theologalis* 20. *Septembris* 1760,

et

et in Terracinen. seu Setina Praebendae Theologalis 5. *Septembris* 1818.

Hinc quæritur

An Episcopus polleat jure eum eligendi ad Praebendam Theologalem et Poenitentiariam, quem ipse inter approbatos in formali concursu digniorem judicaverit; seu potius illum eligere teneatur, quem magis idoneum in eodem concursu Examinatores renunciaverint in casu etc.

Affirmative ad primam partem, negative ad secundam.

FABRIANEN. CANONICATUS. Sebastianus Parretti publicis obsignatis tabulis die 11. Augusti 1713 canonicalem præbendam in Ecclesia Collegiata Deo in honorem S. Nicolai in civitate Fabriani fundavit, certaque adsignavit bona, cujus reditus summam quotannis conficiunt scutatorum quinquaginta trium. Ejus rectori onus imposuit nedum divinas laudes cum ceteris Canonicis persolvendi, sed etiam quasdam celebrandi Missas, et fidelium confessiones festis præsertim diebus excipiendi. Jus nominandi rectorem contulit in Canonicos ejusdem Collegiatæ, qui de Massa dicuntur; legem vero dixit *che il Canonico da nominarsi debba essere cittadino di Fabriano, cioè che la Casa del nominato abbia la cittadinanza, ossia di Consiglio, ed il nominato sia Confessore.* *Sess.* 25. *cap.*5 *de Reform.*

Hujus nuper obtigit Canonicatus vacatio propter obitum Pompilii Apollonj; cumque nemo extet civis Fabrianensis, dotibus a fundatore præscriptis exornatus, qui ad vacantem præbendam contendere velit, ideo

Sa-

Sacerdos Petrus Taddei, qui est a confessionibus Fabrianensis Conservatorii S. Joseph, sed natus in oppido Rosengæ Fabrianensis Dioeceseos, supplex adit hunc Sacrum Consessum, postulatque dispensationem, ut licet Fabrianensi non gaudeat civitate, ad Canonicatum Parretti nominari possit.

Episcopus, quem rogavi, ut audito Capitulo animi sui sensum panderet, ac referret, utrum alii præsto essent, quibus jactura inferretur, hæc narrat = Tre soli sono li concorrenti al Canonicato di cui si parlai Il Sacerdote Pietro Taddei di questa Diocesi; D.Giovanni Castrica (Fabriani ortus) attuale Parroco di Nebbiano in questa Diocesi; e D. Francesco Guerrini (similiter Fabrianensis) ex Religioso Conventuale, beneficiato corale della stessa Collegiata di S. Nicola. Tutti trsono Confessori, ma nessuno dei tre, a parlare rigosamente, gode la qualifica di esser di famiglia cittadina ascritta al Consiglio. Il secondo, cioè il Parroco di Nebbiano vi si accosta più di tutti, poichè il suo Fratello era difatti di Consiglio: il terzo, cioè D. Guerrini per quanto vale il Magistero della sua Religione ottenuto per grazioso rescritto. Il Taddei è più giovane degli altri due, ed in età da presentare un buon servizio alla Chiesa. Gli altri due sono sopra li sessanta anni, ed il Parroco bisognoso di riposo. Dopo ciò per compiere interamente i pregiatissimi comandi delle EE. VV. mi resterebbe solo il dire se pregiudichi agli altri concorrenti l' accordare al Taddei la grazia implorata. Dirò dunque che sembrami certamente pregiudizievole agli altri concorrenti il dispensare uno da una qualità che si richiede per fondazione in chi vuol esser nominato a tale Benefizio, facendosi con ciò strada ad esser preferito agli altri =. Canonici, quos in comitiis coactos audivit Episcopus, suum præbent assensum, ut Orator Taddei petitam assequatur dispensationem; quod vero pertinet = all' articolo se risulti pregiudizio da tale abilitazione agli altri due concorrenti = censent, a Capitulo nullam ea super re ferri posse sententiam = dipendendo ciò da qualche questione, che non è di nostra competenza il risolvere =.

Quanquam ubi ex beneficiorum erectione seu fundatione qualitates aliquæ in personis nominandis requirun-

runtur, non sit eis derogandum, ut statuit Tridentina Synodus *Sess. 25. cap. 5. de Reform.*, cum illis, quæ bene constituta sunt, contrariis ordinationibus detrahere non expediat: attamen in praesenti casu fundatoris voluntati partim derogetur necesse est; nullus siquidem ex iis, qui Canonicatum assequi cupiunt, ea potitur, ut scribit Episcopus, Fabrianensi Civitate, qua canonicalis præbendæ possessores exornatos voluit fundator. Illud igitur, ne gravi choralis servitii jactura diutius vacet Canonicatus, inquirendum superest, quisnam ex tribus contendentibus sit dispensatione donandus.

Jam vero hanc sibi potius dispensationem concedendam esse autumat Petrus Taddei. Parochi enim munere jam ipse in oppido Roscani functus est, nunc confessiones excipit puellarum in Conservatorio S. Joseph existentium, sedem suam Fabriani collocavit, eumque Canonici Collegiatæ, ad quos spectat juspatronatus, dum petitæ dispensationi assentiuntur, dignum existimant, qui canonicalem præbendam a Sebastiano Parretti institutam nanciscatur; siquidem Sacerdos Taddei = è un soggetto (ita Placidus Serafini Prior Collegiatæ alloquebatur Collegas in capitularibus comitiis congregatos) di probità e di scienza, di cui ha dato saggio per più anni nell' impiego di Parroco in questa Diocesi, e che ora esercita l' incarico di Confessore in uno di questi luoghi pii, addossatogli da Monsig. Vescovo, cui perciò manca soltanto l' estrinseca qualità di cittadino =.

At Petro Taddei adversantur reliqui contendentes, qui eadem, qua ille, præditi sunt Confessarii prærogativa, atque insuper Fabrianensi utuntur civitate, non domicilio aut privilegio quæsita, sed ortu insita, ideoque præ advenis gaudent jure obtinendi Beneficia pro civibus Fabriani erecta, *S. Congr. in Caputaquen. Participationis 21. Novembris 1739., et in Tiburtina Nominationis 27. Junii 1829. §. Porro.*

Præterea Parochus Joannes Castrica, quem ipse præ ceteris commendat Episcopus, se ea auctum putat Fabrianensi civitate, quam descripsit fundator: non modo enim iste Fabriani originem duxit, verum etiam ad familiam pertinet, quæ in Consiliariorum album

relata est, cum germanus ejus frater, ut refert Episcopus, ac fatetur Prior Collegiatæ S. Nicolai, inter Fabrianenses Consiliarios meruerit cooptari. Quapropter, subdit idem Parochus, si cuiquam impertienda est dispensatio, ea sibi concedatur oportet, qui vix ac ne vix quidem indiget dispensatione, et ob exantlatos labores in gerenda animarum cura dignus est, qui Canonicatum Parretti assequatur, ut quietam traducere possit vitam.

Verum haud minoris, imo gravioris etiam ponderis existimat suas dotes, suosque labores Franciscus Guerrini. Etenim pluribus in Ecclesiis Prædicatoris munere functus est; dudum fidelium excipit confessiones, eoque utitur Episcopus, ut Monialium quoque confessiones audiat; tandem viginti abhinc annis tamquam Mansionarius memoratæ Collegiatæ S. Nicolai assidue inservit. Et quanquam ejus familia inter Fabrianenses Consiliarios non recenseatur, iisdem tamen non dubitat se gaudere privilegiis; nam ex privilegio sa: mem: Pii VII. magister et doctor in Sacra Theologia renunciatus est, dum Minorum Conventualium institutum profitebatur. Porro Doctores in Sacra Theologia nobilibus accensentur, eorumque fruuntur privilegiis, *arg. L. 2. §. ult. ff. de excus. tut.*, *et cap. De multa 28. de præbend.*, *Reiffenst. lib. 5. Decret. tit. 5. num. 6.*

Videant nihilominus Eñi Patres

An et cui concedenda sit dispensatio in casu etc.

Affirmative favore Sacerdotis Joannis Castrica, quanus opus sit, facto verbo cum Sanctissimo.

RE-

RECANATEN. SERVITII CHORI. Recinetensis cathedralis Ecclesiæ Capitulum duodeviginti constat Canonicis, et quatuordecim Beneficiatis, qui Altaristæ nuncupantur. Quænam fuerit antiquitus divinas laudes in choro persolvendi methodus, in tenebris antiquitatis delitescit. Certum vero exploratumque est, plures in recinetensi Ecclesia hac super re irrepsisse abusus, ad eosque eliminandos Episcopum Gherardum, dum sacram anno 1711 ageret visitationem, edidisse decretum, ac declarasse, *Dignitates et Canonicos præfatos ad præscriptum Sacri Concilii Tridentini sess. 24. reform. cap. 12. teneri, et obligatos esse ad personalem residentiam, et ab hac cathedrali, nisi ad tres menses et juxta tabellam pro ipsorum vacationibus ab anno in annum per nos vel per Vicarium nostrum generalem pro prima vice, et deinde in futurum ad illius normam per Secretarium Capituli, ad eas omnium ipsorum insimul, et in temporibus a jure prohibitis evitandas, subscribendam, abesse non posse.* Tabellam vacationum revera ipse omnium primus confecit Episcopus, illamque postea Canonicus a Secretis Capituli exarare, et in calendario, ut omnibus innotesceret, describere consuevit. Factum hinc „ ut duæ ex tribus „ Capitularium partibus (verba sunt hodierni Vicarii „ Generalis, qui in eadem Cathedrali Præposituræ gaudet dignitate) quotidie choro interessent ad mensem „ integrum, dum interim pars tertia vacationibus gauderet, quæ tamen ultra dies quindecim a quolibet „ individuo protrahendæ non essent, et quæ toto anni decursu tres menses a Sacro Concilio permissos „ non prætergrederentur „. *Sess. 24. cap. 12. de Reform.*

Gravis admodum, nec ad Ecclesiæ bonum conducere nuper visa est Canonicis hæc choro inserviendi ratio: qui enim ante, vel post quadragesimale tempus divinis tenebantur interesse laudibus, per tres fere menses sine intermissione choro inservire compellebantur; cumque usus inolevisset, ut quisque pro suo lubitu trium mensium vacationibus frueretur, illud incondite usuveniebat, ut quibusdam diebus Capitulares omnes choro adstarent, nonnumquam autem vix unus et alter ex Canonicis ad Ecclesiam se conferret,

horas canonicas absoluturus. Hisce incommodis et malis remedium dare cupientes hodierni Canonici, supplicem recinctensi Antistiti porrexerunt libellum, eumque deprecati sunt, ut Dignitatibus, Canonicis, ceterisque Capitularibus in duas classes distributis per alternas hebdomades in posterum divinas laudes quotidie persolvere fas esset. Capituli votis annuendum putavit Episcopus die 20. Decembris 1824., hac tamen sub lege = riportato il beneplacito Apostolico, e ben inteso che entro lo spazio di giorni venti si formi una tabella di tutti i giorni eccettuati dalle vacanze, la quale sarà da Noi approvata, e quindi resti affissa nella Sagrestia =. Novam Canonici illico exararunt tabellam, et ab Episcopo probatam in vulgus ediderunt, qua cautum est, ut Capitulares per alternas hebdomadas Ecclesiæ inserviant, atque insuper ut ad unum omnes choro intersint singulis dominicis, aliisque festis diebus etiam reductis, toto Quadragesimæ et Adventus tempore, integra octava SSmi Corporis Christi, die anniversaria dedicationis Ecclesiæ, in Festo S. Flaviani, cui sacrum est cathedrale templum, nonnullisque aliis diebus, adeo ut ducto calculo dierum, in quibus a choro abesse licet, Canonici et Capitulares quolibet anno gauderent vacationibus dierum circiter viginti quinque præter menses tres a Tridentina Synodo concessos. Ejusmodi choralis servitii regulam jam inde ab anno 1824. executioni commiserunt Canonici; nunc autem illam ab hac S. Congregatione confirmari enixis precibus expostulant, votique compotes fieri non dubitant, præsertim quia ad cathedrale templum in extrema oblongæ civitatis parte positum tum hyemali, tum æstivo tempore difficilis patet aditus.

Quæ supra narravi, ea confirmat Vicarius Generalis, atque insuper addit „ Quinam singulorum Canonico-
„ rum annui sint reditus, non ita facile dignoscitur,
„ cum distincta quilibet fruatur præbenda, annexo
„ cum beneficio *canonicalis provisionis* nuncupato,
„ biscentum scutata ut plurimum superanti. Ceterum
„ præter publica vectigalia quædam pecuniæ summa
„ cuique quotannis imponitur pro cujusque viribus
„ ad divinum cultum, propriam Ecclesiam, et Sacra-
„ rii ornamentum decentius amplificandum. Onus est

in-

„ insuper cuivis ex Canonicis Missas celebrandi, ut
„ proprii beneficii obligationibus satisfaciant, præter
„ illas chorales in gyrum canendas, quæ collective
„ ingentem numerum constituunt. Tres insuper exi-
„ stunt Canonici congrua carentes præbenda, qui die-
„ bus tantummodo festivis (duo tamen ex ipsis Qua-
„ dragesimæ et Adventus etiam tempore) addicti sunt
„ choro.

„ Capituli Constitutiones publicis consignatas monumen-
„ tis numquam hactenus extitisse, at nunc ab addi-
„ ctis huic operi præfectis conficiendas curari confiteor.
„ Sententiam hujusce recinctentis Capituli scrutatus sum
„ super supplici petitione ab ipso porrecta, et una-
„ nime, constansque comperi Canonicorum votum
„ per secreta exquisitum suffragia (cum unus tantum
„ inter quindecim discrepuerit) supremam impetran-
„ di adprobationem alternæ in choro sessionis cum
„ hebdomadali vicissitudine. Justa etiam mihi et ra-
„ tionabilis videtur petitio. Nam varia præteritis tem-
„ poribus systemata ab ipso Capitulo tentata fuere,
„ nullumque quod magis ad Ecclesiæ commoditatem
„ ac famulatum conduceret, præter hoc de quo agi-
„ tur, inventum fuit, quod ab anno 1824. hacte-
„ nus est adhibitum „.

Exoptarunt quidem Tridentini Patres *sess.* 24. *cap.* 12. *de reform.*, ut Canonici omnes tum Cathedralium tum Collegiatarum Ecclesiarum assiduum ac diurnum in choro exhiberent servitium, atque hymnis et canticis Dei nomen quotidie laudarent: at perpendentes gravem nimis futuram humanæ fragilitati totius anni residentiam, ac severitati indulgentiam optimo consilio miscentes, trium mensium vacationem a choro et a residentia cunctis Canonicis indulserunt indicta lege ut eis *non liceat vigore cujuslibet statuti aut consuetudinis ultra tres menses ab eisdem Ecclesiis quolibet anno abesse, salvis nihilominus earum Ecclesiarum constitutionibus, quæ longius servitii tempus requirunt.* Hujus legis vindicem jugiter se præbuit Sacra Congregatio, suisque decretis reprobavit statuta et consuetudines etiam immemorabiles, quæ absentiam a servitio chori ultra tres menses permitterent, veluti monet *Benedictus XIV. Instit. eccl.* 107. §. 6.

§. 6. *n.* 31., et concinit definitio *in Jovinen. Juriam parochialium* 17. *Junii* 1820, *et in Brundusina seu Ostunen. Servitii Chori* 26. *Junii* 1824. *ad I. dub.* Quod vero attinet ad methodum exhibendi chorale servitium per mediarias, vel, ut ajunt, per tertiarias, eam quippe non esse a Concilio sublatam, respondit S. Congr. *in Cassanen.* 15. *Junii* 1589. *relata in Castri Maris Servitii Chori* 30. *Julii* 1735. §. *Bina*, =*dum tamen novem mensibus integris Ecclesiae inserviatur juxta cap.* 12. *sess.* 24. *de reform.* =

Verum si tenuitas intercederet præbendarum, aut aeris postularet rigiditas vel alia præsto esset rationabilis causa, S. Congregatio servitium chorale imminuendum, et vacationes ampliandas aliquando rescripsit, ut pluribus allatis exemplis traditur *in Bituntina Servitii chori* 15. *Septembris* 1770. §. *Procul.* Quasdam autem hisce consuevit in casibus præscribere leges. Sic *in Cathacen. Servitii chorii* 5. *Septembris* 1699, licet prius improbasset methodum a Canonicis Cathedralis Ecclesiæ invectam, nihilominus postea = *attenta tenuitate redituum, censuit, ex gratia indulgendum esse, prout benigne indulsit præfatis Capitularibus, ut toto anni tempore per mediarias, idest per dimidiam eorum partem alternis hebdomadis Missæ, matutino, et omnibus horis interesse valeant, ita tamen ut diebus Dominicis et festis de præcepto, tempore Adventus et Quadragesimæ, ac Octavarum Nativitatis Domini, Paschatis Resurrectionis D. N. J. C., ac Ssmi Corporis Christi ultra medietatem capitularium, qui non erunt de servitio, Missæ et Vesperis inservire teneantur* =. Idemque protulit judicium *in cit. Castri Maris Servitii chori* 30 *Julii* 1735., ac firmatur *in Lycien. Servitii chori* 25 *Februarii* 1826. §. *Quamvis.*

In themate duæ, eæque rationabiles, inquiunt Canonici, occurrunt causæ, ut methodus choro inserviendi per alternas hebdomadas ab Emis Patribus humaniter probetur, scilicet bonum Ecclesiæ, et grave incommodum adeundi cathedrale templum. Et sane instituto chorali servitio per alternas hebdomadas, statis quisque diebus divinis concinendis laudibus interesse cogetur, exulabit abusus pro cujusque lubi-

lubitu abessendi ab Ecclesia, nec amplius eveniet, ut magna fidelium admiratione vix aliquis adstet in choro, quando horæ canonicæ sunt persolvendæ. Præterea cum Cathedrale templum in extrema oblongæ civitatis parte sit positum, iis, qui oppositam inhabitant regionem, valde molestum est sese quotidie ad Ecclesiam conferre, dum sæviunt venti, nives decidunt, aut maximi sunt caleres. Tandem si alternis hebdomadis dies communes addantur, in quibus Capitulares omnes Ecclesiæ inservire obstringerentur, liquescet, vacationum excessum ultra tres menses a Concilio Tridentino et a consuetudine recinetensis Ecclesiæ indultos, pertingere ad quinque tantum supra viginti dies; hujusmodi autem excessus, si cum onere perennis residentiæ, quo Canonici posthac devincirentur, conferatur, vix alicujus videri poterit momenti.

Videant nihilominus Emi Patres, utrum necessum sit, vacationes ad quatuor fere menses protrahere, ut incolumitati Canonicorum consulatur, et inductis abusibus pro cujusque lubitu vacandi a choro remedium adhibeatur. Utrique profecto rei prospici posse videtur, si antiquus choralis servitii ordo a Præsule Gherardo præscriptus ad vitam evocetur; duæ enim Capitularium partes per certos statosque dies choro interessent, dum altera a concinenda psalmodia quiesceret, et ad sua gerenda negotia vel etiam ad rusticandum e civitate discedere non prohiberetur. Hæc autem choro inserviendi ratio consona est hujus Sacri Ordinis resolutionibus. Prostat exemplum *in Auximana* 12. *Julii* 1631. *lib.* 14. *decret. pag.* 467. in qua censuit = *Emum Episcopum facere debere decretum in Collegiatis Ecclesiis suæ Diœcesis, quæ vigore Concilii Tridentini gaudent vacatione trium mensium, Canonicos abesse non posse ultra tertium partem uno et eodem tempore, et hujusmodi vacationem contingere non debere tempore Quadragesimæ et Adventus, neque in principalioribus anni festivitatibus* =. Hisce similiter conditionibus vacationes trium mensium concessit capitulo Collegiatæ Ecclesiæ S. Mariæ Castri Novi recinetensis civitatis *in Recanaten. Servitii Chori* 8. *Julii* 1786. Animadvertere tamen præ-

[stat

stat, S. Congregationem aliquando probasse methodum inserviendi per alternas hebdomadas, injuncta lege augendi dies communes. Et revera Capitulo Ecclesiæ Cathedralis Bituntinæ, uti habetur *in Bituntina Servitii chori* 15. *Septembris* 1770 §. *Potitur*, indulsit facultatem alternis hebdomadibus adstandi choro, *dummodo communia absorbeant tot dies, ut non remaneant oratoribus nisi tres menses, quibus absint a servitio Ecclesiæ.*

Et quoniam Oratores jam inde ab anno 1824, nulla impetrata venia Apostolicæ Sedis, per quatuor fere menses singulis annis a choro abfuerunt erit, sapientiæ EE. VV. decernere

I. *An Dignitatibus, Canonicis, aliisque Capitularibus Ecclesiae Cathedralis Recanatensis sit concedendum indultum inserviendi choro et Ecclesiæ per alternas hebdomadas in casu etc.*

II. *An et quomodo sit consulendum SSmo pro absolutione a praeteritis omissionibus in casu etc.*

Ad I. Affirmative, dummodo vacationes non excedant tres menses.

Ad II. Affirmative, celebratis duabus Missis cum cantu et interventu totius Capituli.

Sess. 23. cap. 1. de reform.

VERULANA MASSAE COMMUNIS ET MISSAE PRO POPULO. Vetustissima prope Turricem exurgit Ecclesia Apostolorum Principi dicata, in eaque septem extant ecclesiastica Beneficia, quorum primum Archi-

chipresbyteratus titulo insignitum, et animarum cura gravatum. Archipresbytero ac reliquis Beneficiatis a tempore, quod hominum vincit memoriam, onus imminet sive per se, sive per substitutum festis diebus canendi Vesperas, Archipresbytero Missam solemnem celebranti inserviendi, completorium in feriis Quadragesimæ cantu absolvendi, nonnullasque alias peragendi sacras functiones, ac etiam Missam pro populo Dominicis, aliisque festis diebus in orbem applicandi. Nemo certa ac peculiari olim præditus erat præbenda, sed una ac eadem erat omnium mensa, atque ex ea desumi consueverat quidquid necesse foret pro implendis Missarum legatis, pro sacris obeundis functionibus, et pro tuenda Ecclesia; reliqui autem bonorum fructus ita dividebantur, ut singulis Beneficiatis æqua, et Archipresbytero dupla obtingeret portio. Sed anno 1814 quum Archipresbyter et Beneficiati inter se, nulla Sedis Apostolicæ aut Episcopi impetrata venia, Ecclesiæ bona diribuerint, ac peculiares constituerint præbendas, factum est, ut Beneficiati ab antiquo et immemorabili desciverint instituto, et lucrum quidem omne amplectantur, onus autem eidem adnexum omnino respuant. Quare neque per se, neque per substitutos nunc Missam pro populo celebrant, punctationi amplius non subjiciuntur, qui sacris absunt functionibus, languet divinus cultus, et reliqua onera, quæ communi agebantur impensa, interea negliguntur. Ægro id patitur animo hodiernus Archipresbyter Aloisius Ciccolini, et Sacri hujus Consessus auctoritatem implorat, ut omnia in antiquum statum restituantur; cumque ipse unus jam inde ab anno 1824 Missam pro populo applicaverit, postulat insuper ut eleemosynæ Missarum, quas ipse eorum loco obtulit, sibi a Beneficiatis persolvantur.

Quæ hactenus narravi tum ex Archipresbyteri precibus tum ex Episcopi informatione depromsi. Postremus hæc insuper addit „ Ut executioni mandarentur ea „ quæ imperastis, Emi Patres, per publicam noti- „ ficationem in Sacristia Ecclesiæ S. Petri Terræ Tur- „ ricis affixam monui omnes et singulos Beneficia-

„ tos dictæ Ecclesiæ, ut in scriptis suam intra mensem ad me deferrent sententiam. Nullus tamen usque „ adhuc ex Beneficiatis comparuit.

„ Unusquisque ex Beneficiatis habet annuum reditum „ scutatorum sexaginta circiter. De divisione Massæ „ communis conquestus sum cum Beneficiatis, quoties in eam Terram accessi sacræ visitationis causa, tum quia arbitrarie sese gesserunt, tum quia „ quod pejus est, nullam partem assignarunt pro „ manutentione Ecclesiæ ac Sacristiæ, aliisque expensis cujuslibet generis, ad quas communiter tenebantur: ex quo fit, ut Ecclesia et Sacristia, populo admirante et obtrectante, etiam necessariis destituta conspiciatur. Et cum in ultima visitatione „ Beneficiatos præsentes adducere nequiverim ad denuo excitandam Massam communem, suggessi hodierno Archipresbytero eam reclamanti, audientibus ipsis Beneficiatis, ut ad istum sacrum Senatum recursum deferret.

„ Orator Archipresbyter bonum, imo optimum habet „ jus reclamandi de Massa communi sublata, et de „ omissione celebrationis Missarum pro populo. Quare cum hasce Missas de meo mandato idem Archipresbyter celebraverit, ex quo iidem Beneficiati ejusmodi onus omiserunt, obligandi sunt „ ad subministrandas eidem Archipresbytero eleemosynas respondentes Missis celebratis, et ad compensandas quascumque alias expensas factas usque „ nunc a solo Archipresbytero „

Quæstio quidem viget inter Canonistas, utrum Clericis ejusdem Ecclesiæ liceat proprio marte inire pactionem super modo gaudendi fructibus et emolumentis communis mensæ; nam etsi absque Sedis Apostolicæ venia ecclesiasticorum bonorum vetita sit alienatio, *Extravag. Ambitiosæ de reb. Eccl. non alien.*, attamen pactio illa nullam præseferre videtur abdicationem ac translationem dominii ab uno corpore in alterum, *Card. De Luca de alien. disc.* 54. *n.* 8., *Card. Petra comment. ad constit. apost. tom.* 5. *pag.* 438 *n.* 12. Sed idem Card. Petra *loc. cit.* post *Gonzal. in decret. ad cap.* 1. *n.* 5. *de solut.* docet, ejusmodi pacta inter capitulares inita successores afficere non posse, nisi Summi Pontificis accesserit auc-

cto

ctoritas. Quare sacra hæc Congregatio communis mensæ partitionem, et peculiarium præbendarum attributionem modo confirmandam, modo resp[u]endam censuit, prout rerum ac temporum circumstantiæ suggerere visæ sunt. Exempla habentur *in Alatrina* 23. *Decembris* 1826. *et in alia Alatrina Mensæ capitulares* 28. *Aprilis* 1827. In themate cum dictis hujus sacri Ordinis, et monitioni Episcopi inobedientes se ostenderint Beneficiati, penitus latet, quibus rationum momentis ipsi adducti fuerint, ut proprio marte Communis mensæ bona inter se partiantur. Illud vero certum exploratumque est, huic divisioni minime assensum suum præbere hodiernum Archipresbyterum, illamque nec æquam, nec Ecclesiæ utilem describi ab ipso Episcopo. Quare videant Emi Patres quid sit decernendum.

Quod attinet ad Missam pro populo, eam procul dubio Archipresbyterum et Beneficiatos ab antiquissimis ad hæc usque tempora, et saltem ab anno 1724 vicissim celebrasse luculenter elicitur ex libris Ecclesiæ, et ex actis sacrarum visitationum, nec ipsi inficiantur Beneficiati. Attamen perpendendum est, utrum consuetudo sit juri consona, seu potius repugnans nulliusque roboris. Missam nimirum pro populo applicare debent ii, quibus actualis animarum cura commissa est, ut sanxit *Concil. Trid. sess.* 23. *cap.* 1. *de reform.*, et declaravit Bened. XIV. in notissima constitutione *Cum semper oblatas* verbis illis = *Mens nostra et sententia est, sicuti etiam pluries a Congregationibus judicatum fuit, ac definitum, quod omnes et singuli, qui actu animarum curam exercent teneantur Missam parochialem applicare pro populo ipsorum curæ commisso.* Imo hoc onus adeo animarum Curatoribus inhæret, ut, nisi legitime impediantur, per se ipsos illud implere debeant; ut respondit *S. Cong. in Comen. Missæ Parochialis* 11. *Maji* 1720. *ad III. et V. dub.*, *in Fesulana Missæ Parochialis* 26. *Januarii* 1771 *ad II. dub.* et *in Castri Albi VV. SS. LL.* 18. *Julii* 1789 *ad II. dub.*; nec valeant ex consuetudine in Beneficiatos ejusdem Ecclesiæ transferre, veluti eruitur ex *cit. Castri Albi ad I. dub.*, præsertim si consuetudo ex errore inoleverit,

S. Cong. in Tiburtina Applicationis Missæ pro populo 21. Novembris 1801. §. Neque. Itaque si Archipresbytero S. Petri, tamquam animarum curatori, imminet onus applicandi Missam pro populo suae tantum curæ commisso, si hujusmodi onus ipsius Parochi personæ inhæret, abusus et corruptela dicenda est inducta observantia, ac propterea nihili facienda.

Animadvertit vero Archipresbyter et Episcopus, eam fuisse Tridentini Concilii, ac Benedicti XIV. mentem, ut Parochi, quavis contraria vel longissima non obstante consuetudine, pro suis quidem ovibus Sacrificium offerrent; non autem mens fuit quamcumque abrogandi consuetudinem, qua animarum curam habitualem habentes, aut alii ejusdem Ecclesiæ Beneficiati Missam pro populo Parochi loco litarent. Et revera Sacra hæc Congregatio *in Camerinen. Missæ pro populo 16. Decembris* 1820. rogata, an ad Vicarium, qui actualem gerebat animarum curam, seu potius ad Canonicos primæ erectionis, qui habitualis tantum curæ honore potiebantur, spectaret onus celebrationis Missæ pro populo, responsum dedit = *Affirmative ad quatuor Canonicos primae erectionis ad formam consuetudinis* =. Jam vero animarum cura „ S. Petri Turricis *habitu* quidem residet penes uni„ versum illud Capitulum (verba sunt Episcopi), „ *actu* vero penes solum Archipresbyterum. Hæc au„ tem mea opinio in duabus potissimum fundata est „ rationibus: prima quia exceptis juribus parochia„ libus, quæ important *actu* exercitium curæ ani„ marum, sive Sacramentorum administrationem, „ reliqua jura parochialia, uti sunt jus sepulturæ et „ jus decimarum, sunt communia tam Archipre„ sbytero, quam simplicibus Beneficiatis. Est autem „ per accidens, quod paucissimis abhinc annis deci„ mæ cessaverint omnino, populo eas amplius non „ subministrante. Semper tamen verum est, quod „ insit et inhæreat ipsis Beneficiatis hoc decimarum jus, „ statim ac earum oblatio reviviscet. Secunda autem „ ratio est, quod Beneficiati teneantur concurrere pro „ rata, præter alias etiam ad expensas necessarias „ pro administratione Sacramentorum, uti pro Fon-

„ te

„ te Baptismatis, oleo sancto etc.„ Hinc rem confici idem Episcopus, inquiens compellendos esse Beneficiatos ad Missam pro populo in orbem celebrandam, et ad solvendam eleemosinam Missarum, quas hactenus unus Archipresbyter, ne populus incruenti Sacrificii oblatione fraudaretur, singulis diebus festis diligenter celebravit.

Postrema Archipresbyteri petitio, ut scilicet Beneficiati neque per se neque per alios choro, et sacris functionibus interessentes punctationi subjiciantur, æqua profecto est, ac juris dispositioni consentanea, *S. Congr. in Melevitana Indulti* 15. *Decembris* 1827. *ad III. Dub.* Hanc sane disciplinam sæpius infringere conati sunt Beneficiati, eamque ob rem opus fuit, ut Vernlani Antistites in sacra visitatione punctaturas statuerent, pœnas indicerent in Beneficiatos, si librum punctationum non emerent, et in punctatores animadverterent qui suo rite non fungerentur munere.

Hinc proponuntur

Dubia

I. An sit probanda bonorum divisio, seu potius redintegranda massa communis in casu etc.

II. An Beneficiati teneantur per turnum applicare Missam pro populo in casu etc.

Et quatenus affirmative.

III. An Beneficiati sint cogendi ad solvendas eleemosynas pro Missis ab Archipresbytero celebratis in casu etc.

IV. An Beneficiati choro et sacris functionibus non intervenientes sint punctaturis subjiciendi in casu etc.

Non proposita cum sequenti.

IA-

Sess. 25. cap. 4. de Reform.

JANUEN. CAPELLANIÆ. Inter ceteras quas ultimo suo elogio sancivit leges Ginetta Donato Navone Januensis anno 1618, ea profecto est „ che subito dopo la sua morte . . . . siano impiegate lire duemila moneta di Genova in stabili, ovvero censi, o giuri, o annui rediti in la presente Città come meglio parerà a suoi magnifici Fidecommissarj, il frutto e redito de' quali si debba dare in fine d'ogni anno, ovvero di sei in sei mesi la metà, ad un Religioso, ossia Prete o Frate, il quale ogni giorno celebri una messa in perpetuo per l' anima di essa magnifica Testatrice „ Religiose adimplendam hujusmodi voluntatem curavit ejus gener Joannes Negrotto; at cum relictam pecuniæ vim imparem quotidiano illi oneri reperiisset, ideo hæredes suos supremis tabulis anni 1631. obstrictos voluit „ Che de'beni di detto magnifico testatore si compisca, acciò ogni giorno si celebri una messa in la Cappella di detto magnifico Testatore in la Chiesa di S. Maria degli Angeli in Voltri . . . e caso che li RR. Padri di detto Monastero non volessero, o non potessero dire dette messe possa e debba la detta magnifica Paola (ejus uxor) in sua vita, e dopo gli Eredi suoi infrascritti ed eredi di eredi farla dire dove più le accomoda, purchè si dica, pagando la solita elemosina =. Anno autem 1675 cum familiare fideicommissum statuisset Joannes Baptista Negrotto, in ejus possessorem transferendum censuit onus curandi implementum memoratæ Capellaniæ „ lasciando però in arbitrio del possessore pro tempore del detto fidecommesso di farla celebrare dove e di chi gli piacerà, purchè la detta messa quotidiana annualmente si celebri, e cinquanta di dette messe si celebrino alla detta Cappella dell'Assunta dalli RR. PP., mentre le voglino celebrare, con che gli sia data la solita elemosina . . . volendo con questo liberare e sgravare la sua eredità dall' obligazione di detta messa quotidiana e perpetua „ Nihilominus ex codicibus Ecclesiæ S. Mariæ ab Angelis certo eruitur, ejusmodi missarum legatum in eadem Ecclesia fuisse integre et accurate impletum ad annum usque 1781., quo tempore omnis ibidem intermissa est Sacrorum litatio, exceptis missis sexaginta anno 1785. celebratis Vera hujusce omissionis causa ignoratur: constat tantum

3o. cir-

30. circiter abhinc annis Patrimonii Negrotto curam gessisse Oratoris Aviam, quæ nullimode rerum suarum se gestioni immiscebat, eique Filium successisse, cui ob mentis imbecillitatem legitime bonorum administratione interdictum est. Quamobrem Marchio Joannes Baptista Negrotto, qui paternarum rerum administrationem gerit, supplex nuper hanc sacram adiit Congregationem, quamdam veluti concordiam impetraturus, qua et præteritis satisfiat omissionibus, ac testatorum spirituali in posterum consulatur utilitati; paratum nempe se exhibet = a stabilire un capitale del reddito di lire cento Genovesi per messe cento annue, da celebrarsi in perpetuo dai RR. PP. Riformati nella loro Chiesa di Voltri, e ciò a favore de' Fondatori della Cappellania, che restarono per tant' anni defraudati de' debiti suffraggj: ed in secondo luogo si obbliga di aumentare la limosina alla Cappellania mentovata sino ai soldi trenta per ciaschedun sacrificio, con che però abbia diritto di poter far celebrare la S. Messa dove stima =.

Precibus de more ad Archiepiscopum pro informatione et voto ablegatis, Vicarius Generalis, quæ superius exposita sunt, confirmat, et consensum exhibet a Patribus Cœnobii S. Mariæ Angelorum præstitum, adjecta tamen lege = che l' elemosina delle cento messe venga eguagliata a quella che corrisponde alle messe della Cappellania quotidiana = id est solidorum 30. januensium pro qualibet missa. Verum „ ut quod sen- „ tio dicam (ita Vicarius Generalis) cum ex tabu- „ lis testamentariis Ginettæ Navone minime appareat „ prædictam Capellaniam in Ecclesia PP. Reformato- „ rum illius Loci esse adimplendam, licet ab antiquo „ ibi adimpleretur, vel ad summum (si quid faciendæ „ esset dispositio Sacerdotis Joannis Baptistæ Negrotto) „ quinquaginta tantum Missæ dictis Patribus deberen- „ tur, mihi videretur rem ita esse componendam, quin „ dicti Patres juste conqueri valeant, ut in posterum „ eleemosyna pro dictis centum missis taxanda sit ad „ rationem solidorum vigintiquatuor pro qualibet „ missa „. Addit insuper missarum numerum, quibus minime satisfactum fuit ad diem usque, qua præsentes preces porrectæ fuerunt, esse 17000. circiter, „ super quibus si computatio fiat ad rationem soli- „ dorum decem Genuensium pro unaquaque missa,

„ que-

„ quemadmodum computabatur in antecessum . . .
„ evidens erit eleemosynas pro dictis missis minime
„ solutis summam constituere libellarum 8500. Ge-
„ nuensium, sive scutat. romanorum 1300. Bona
„ autem fides tum Aviæ paternæ, tum Patris Orato-
„ ris ipsius quoad has omissiones in dubium revo-
„ cari nequit. Prima enim piissima fuit Matrona,
„ quæ tamen in rebus suis gerendis aliorum omnino
„ utebatur opera, adeout ex habitis notitiis tuto fere
„ adfirmare possim, ipsam aut hujusmodi missarum
„ onus numquam cognovisse, aut si novit, quotan-
„ nis eidem satisfactum putasse. Idipsum potiori ra-
„ tione dicendum reor de Oratoris Patre, cujus pie-
„ tas in diligendo et promovendo Ecclesiarum deco-
„ re, et charitas in pauperes vere effusa in ore om-
„ nium versatur; verum mentis suæ integre compos
„ non est: optimo itaque viro parcendum, si et mis-
„ sas, et rem suam, uti par est, minime curavit
„ . . . Acturus tandem de necessitate, vel utilitate
„ petitæ compositionis duo animadverto. Primum,
„ quod Orator propter dictas missarum omissiones se
„ paratum exhibet ad instituendum novum perpetuum
„ onus missarum centum ad rationem solidorum vi-
„ gintiquatuor genuensium pro singulis missis, et in-
„ super prædictæ Capellaniæ auget eleemosynam us-
„ que ad solidos triginta genuenses, ea tamen lege
„ ut Capellanus in commodum familiæ celebrare te-
„ neatur. Alterum quod gratia aliqua dignus sit Ora-
„ tor propter eximiam pietatem et charitatem tum Aviæ
„ tum Patris, qui adhuc vitæ usura fruitur, et conti-
„ nuam exercet in pauperes ac Ecclesias liberalitatem=.

Igitur Oratoris precibus propitium est Vicarii Generalis votum, imo etiam petitionis ratio propitia videtur, cum eo spectet, ut firmior in posterum et certior sit quotidianæ Capellaniæ satisfactio. Spondet quippe Orator, se curaturum, ut sacrorum celebratio, quadraginta et ultra abhinc annis intermissa, posthac adamussim expleatur; atque insuper eleemosynam ad solidos triginta pro singulis missis se jugiter aucturum promittit, dummodo sibi suisque hæredibus tribuatur eligendi ad libitum Ecclesiam, aut Oratorium, in quo Sacrum a Capellano sit quotidie litandum. Huic fa-

facultati suffragatur mens fundatricis Ginettæ, quæ cum nullam designaverit Ecclesiam pro missarum implemento, id in arbitrium hæredum contulisse censetur. Præterea ex sacrificii excellentia idem piis fundatoribus obvenit suffragium sive in una sive in altera Ecclesia Missæ celebrentur, *Passerin. de stat. homin. quæst.* 187. *art.* 4. *n.* 1181., *S. Congreg. in Nolana Reductionis onerum et translationis* 18. *Augusti*, 1827. §. *Neque*; illi autem quorum interesset, *ut* missæ in Ecclesia S. Mariæ Angelorum offerrentur t translationi Capellaniæ assentiuntur.

Quod vero pertinet ad absolutionem pro anteactis omissionibus, votis Oratoris similiter morem geri posse videtur: latet enim utrum revera neglecta fuerit missarum celebratio, et fundus, quem constitueret Marchio Negrotto, annuum afferret fructum libellarum centum januensium in missarum oblationem perpetim erogandum, ideoque fundatorum animæ de omissis suffragiis paulatim penderentur.

Nonnulla tamen petitæ missarum translationi ad Ecclesiam pro lubitu familiæ Negrotto eligendam adversantur. Quamvis enim Ginetta Navone Ecclesiam non designaverit, ejus tamen gener legem dixit, ut in Ecclesia S. Mariæ Angelorum celebrarentur, legemque istam servare tenebantur ejus hæredes; nihil siquidem exploratius, quam vetitum esse hæredibus factum proprii auctoris infringere aut impugnare, ut monet *Rot. coram Ratto decis.* 12. *n.* 12, *et coram Emo Gamberini decis* 112. *n.* 6. Missarum autem translatio, quamdam veluti supremæ voluntatis secumfe ens commutationem, denegari solet, nisi justa aut necessaria occurat causa, *S. Congreg. in Casalen.* 15. *Decembris* 1797., *et in Leodien. Reductionis translationis et absolutionis* 14. *Junii* 1823.

Nec etiam facile concedenda est absolutio a præteritis omissionibus. Etenim missarum celebrationem fuisse ab anno 1781. intermissam ex eo certe elicitur, quod earum satisfactio neque in codices Ecclesiæ S. Mariæ, neque in libros administrationis Patrimonii Negrotto descripta inveniatur. Absolutionem autem præteritorum onerum hic Sacer Ordo illis concedere solet, qui inopia laborant, bonaque fide legatorum implemen-

tum omiserunt, ut *in Bononien. Reductionis 24 Novembris 1787, et in Mazarien. Reductionis et absolutionis 14 Decembris 1822. §. ad.* At Marchio Negrotto potius quam rei familiaris angustia, bonis abundare videtur.

Verum si EE. VV. precibus annuere existimaverint, definiant quæso, utrum reditus fundi quem exhibet Orator pro rependendis anteactis omissionibus sit in annuam missarum celebrationem jugiter convertendus, seu potius ejusdem fundi valor illico in Sacrorum oblationem sit integer erogandus; nam reditus pro missis in expiationem fundatorum offerendis relicti raro in augmentum sortis conferuntur, ut docuit hæc *S. Congreg. in Januen. Commutationis voluntatis 25. Maji 1822. §. contra, et in Tusculana 16. Augusti 1828. §. Tandem.* Si legatum centum missarum in Ecclesia S. Mariæ ab Angelis perpetuo implendum probaverint Emi Patres, decernere quoque dignabuntur, an ejusdem Ecclesiæ Regularibus sit ab Oratore solvenda eleemosyna solidorum triginta pro singulis missis, quemadmodum ipsi, dum Capellaniæ translationi assensum præbuere, postularunt, seu potius eleemosyna solidorum viginti quatuor, ut censet Vicarius Generalis, congrua sit judicanda, ejusque exhibitio Marchioni Negrotto præcipienda.

Itaque proponuntur.

Dubia

I. An et quomodo sit annuendum pro translatione Capellaniæ in casu etc.

II. An et quomodo sit consulendum SSmo pro absolutione a præteritis omissionibus in casu etc.

Die Sabbati 12. *Decembris* 1829. *in Palatio Apostolico Vaticano erit Sacra Congregatio Concilii, in qua præter alia proponentur infrascripta Dubia, juxta morem ejusdem Sacræ Congregationis de jure resolvenda.*

VERULANA MASSÆ COMMUNIS ET MISSÆ PRO POPULO. *Sess. 23. Cap. 1. de Reform.*

Dubia

I. *An sit probanda bonorum divisio, seu potius redintegranda massa communis in casu etc.*
II. *An Beneficiati teneantur per turnum applicare Missam pro populo in casu etc.*

Et quatenus affirmative

III. *An Beneficiati sint cogendi ad solvendas eleemosynas pro Missis ab Archipresbytero celebratis in casu etc.*
IV. *An Beneficiati choro et sacris functionibus non intervenientes sint punctaturis subjiciendi in casu etc.*

Ad I. Negative ad primam partem, affirmative ad secundam.
Ad II. Affirmative juxta votum Episcopi.
Ad III. Affirmative juxta votum Episcopi
Ad IV. Affirmative, et Episcopus provideat ad formam Concilii Tridentini sess. 21. cap. 3. de reform., et ad mentem.

Sess. 25 *Cap.* 4. *de Reform.*

JANUEN. CAPELLANIÆ.

Dubia

I. *An et quomodo sit annuendum pro translatione Capellaniæ in casu etc.*

II. *An et quomodo sit consulendum SSmo pro absolutione a præteritis omissionibus in casu etc.*

Ad I. Affirmative juxta petita, docto, et Archiepiscopus curet fieri inscriptionem hypothecariam super ideneo fundo pro implemento Capellaniæ, facto verbo cum Sanctissimo.

Ad II. Affirmative juxta votum Ordinarii.

Sess. 21. *Cap.* 4. *de Reform.*

RAVENNATEN. PARŒCIARUM. Preces Ravennatensis Archiepiscopi, quibus suppressarum Parœciarum redintegratio postulabatur, remissæ fuerunt Emo et Rmo Domino Cardinali Marco y Catalan, ut illas expendere, animique sui sententiam aperire dignaretur. Votum suum idem Emus omni sapientia elucubravit, quod oculis EE. VV. subjicio, ut quid hac super re sentiendum sit, definire valeant.

„ Jam inde ab anno 1805 Parœciæ undevinginti Ravennatensi in Civitate extantes, ob temporum vicissitudines ad novem tantum, Pontificia haud reluctante auctoritate, reductæ fuerunt; atque suppressarum Parœciarum bona partim undecim *Vicariis* tunc erectis pro earum Rectorum substentatione, partim in administratione novem Parochis tributa fuere, ut pro Ecclesiarum bono reditus impenderent, reddita ta-

tamen quotannis Archiepiscopo gestæ administrationis ratione.

„ Sed cum infulis Ravennatensibus Præsul Falconerius esset decoratus, statim agnovit prælatas *Vicarias* quamvis in adjumentum Parochialium Ecclesiarum institutas, minus recte tamen, et ad animarum curam promovendam, et ad suscitandam in Clero æmulationem pro sacris, theologicisque literis ediscendis congruere, ea præsertim de causa, quod earum Rectores ad Ordinarii nutum amovibiles sunt; censuit idcirco easdem esse penitus supprimendas, nonnullasque potius ex suppressis Paræciis esse redintegrandas. Viditque præterea vigilantissimus Præsul innumeram, inutilemque a Parochis impendi pecuniam pro administratione fundorum, quos supra vidimus iisdem fuisse traditos pro Ecclesiarum manutentione. Ad hæc igitur amovenda mala supplicem porrexit Leoni XII. sanctæ memoriæ libellum, quem Pontifex ad hanc S. Congregationem remisit, ut res penitus perpenderetur.

„ Cum igitur duæ præcipuæ essent petitionis partes, quarum una eo spectabat, ut aliquod apponeretur remedium immodicis impensis pro administratione bonorum Parochis cessorum; atque altera, ut, suppressis *Vicariis*, nonnullæ redintegrarentur Paræciæ. Primæ petitionis parti satisfactum fuit die 20. Junii anni 1827. ex rescripto ab hujusce S. Congregationis Secretario ex audientia SSmi dato, quo annuendo precibus tributa fuit potestas = *uniendi in unam tantum administrationem ab eodem Archiepiscopo deputandam, et ab eo dependentem bona variis Paræciis unita*, ceu fusius ex eodem rescripto patet, et quæ nostra parum interest.

„ Ad alteram vero petitionis partem quod spectat, nempe quoad *Vicariarum* suppressionem, novamque Paræciarum erectionem seu redintegrationem, nec non novam earum circumscriptionem = *Sanctitas Sua distulit hujusmodi concessionem et interim mandavit, quod idem Archiepiscopus, auditis prius interesse habentibus, eorumque consensibus reportatis, media omnia disponat, ac mappam conficiat descriptis limitibus uniuscujusque Paræciæ dismembrandæ, vel redintegrandæ, quæ omnia ad S. Congregationem Concilii transmittat*

tat =. At vero sicut gravis exarserat lis inter Parochum SS. Nicandri et Marciani, ac Vicarium in Ecclesia Suffragii, quæ in hac S Congregatione proponebatur, idcirco prudentissime additum est in Rescripto = *nihil tamen innovato, tum quoad administrationem bonorum, tum quoad redintegrationem, vel dismembrationem circa Paræciam SS. Nicandri et Marciani, ac Vicarium in Ecclesia Suffragii usque ad exitum causæ etc. et tunc providebitur.*

„ Ad hujusce rescripti normam diligentissime Archiepiscopus omnia gessit; et quidem coactis Parochis in Congregationibus habitis eorum sententias non modo oretenus audivit, sed etiam in scriptis eorum assensum obtinuit, si Parochum S. Mariæ Magdalenæ excipias, qui declaravit effectum nullum sortiri posse a se præstitum assensum, nisi post ejus obitum. Mappam vero, topographicamque Civitatis descriptionem remisit, ubi limites Parœciarum descripsit; idcirco pro quatuor Parœciarum redintegratione insistit, quarum tituli sunt Sanctæ Euphemiæ, SS. Victoris et Sociorum Martyrum, et S. Mariæ de Suffragio nuncupatæ, ac Sanctæ Agathæ. Pro unaquaque Præbendam in annuis scutis plusquam tercentum assignat ex supprimendis Vicariis, atque tandem postulat, ut ad majorem Populi commoditatem Paræcia S. Apolinaris transferatur in templum S. Mariæ Majoris.

„ Re huc perducta, placuit Eminentiis Vestris ante negocii absolutionem meam audire sententiam, ut ex intimo animi sensu meum panderem votum. Quod cum resciverit Archiepiscopus Ravennatensis, jam in S Auditorio Collega meus præstantissimus, urbanissimas mihi misit literas, ut rem quam citissime explanarem; et profecto precibus sedulo perpensis, propositaque redintegratione; ac nova Parœciarum circumscriptione diligenter in Typo inspecta, lustrataque, non possum petitionibus ipsis omnino non annuere.

„ Et quidem, an pro animarum cura meliores sint firmi, atque inamovibiles Pastores, potius quam Vicarii, qui ad Ordinarii nutum de Ecclesia in Ecclesiam migrare possint, extra controversiam est. Non quidem Pastores, sed potius mercenarii Administri, ac Custodes

stodes dicendi hujusmodi Vicarii sunt. Non enim suas pascunt Oves, non suum dirigunt Gregem, non Vineam sibi commissam colunt; hinc non bene invigilant ad lupos rapaces arcendos, ad vulpeculas amovendas, ad zizaniam evellendam. Sed dum hæc obvenire populo mala possunt, optimi quidem Ecclesiastici frustra desiderantur. Cum enim agnoscant Clerici se sine ullo *concursu* provideri posse, minime curant sedulitatem atque diligentiam in divinarum ac moralium rerum scientia; hinc æmulatione remota crassa semper habetur ignorantia, quæ omnium malorum, meo judicio, prima est origo atque fons. Nec spernendum denique est, quod Vicarii ad nutum amovibiles vel omnino Vicariæ prædiorum culturam negligunt, vel minus recte culturam ipsam promovent. Mihi igitur videtur ne posse quidem dubitari de Parœciarum redintegratione.

„ Congrua profecto videtur etiam præbenda unicuique Parocho in scutis tercentum designata. Quisque enim potest in ea Civitate cum menstruis argenteis quinque supra viginti una cum eventualibus Parœciæ proventibus honeste non modo vivere, sed etiam ex aliqua parte pauperes subvenire.

„ Ad Parœciarum vero circumscriptionem quod spectat, nihil addendum esse censeo iis a postulante præpositis. Refert enim religiosissimus Archiepiscopus se omnia habitis comitiis cum Parochis composuisse; hinc præsumendum est, quod omnium interesse habentium consensus ad id accesserit; præsertim cum ex mandato Sñi idem commissum Archiepiscopo præcipue fuerit. Sed ad ipsius consensus interventum omnino demonstrandum transmisit Archiepiscopus huic S. Congregationi Parochorum declarationes, quibus omnium consensionem demonstrat, si illam excipias Sacerdotis Dominici Civinelli Parochi S. Mariæ Magdalenæ in S. Petro majori. Hic enim assentitus est pro suæ Parœciæ dismembratione, sed post ejus mortem; ergo juxta meam sententiam censerem, ut modus aliquis in Rescripto adjiceretur juxta ipsius declarationis mentem, ceu infra apertius ostendam.

„ Præter novam quatuor Parœciarum erectionem postulat etiam Archiepiscopus, ut Parœcia S. Apollinaris in

Veclo

Veclo in Templum S. Mariæ majoris transferatur: quod postulat ob majorem populi commoditatem, atque magis regularem limitum circumscriptionem, ea tantum adjecta conditione, ut sit unius Paræciæ titulus.

„ Hisce igitur positis nihil aliud superest, quod rei definitionem præpedire posset, nam præceptum in Rescripto diei 20. Junii anni 1827. datum, ut nihil innovaretur circa Paræciam SS. Nicandri, et Marciani, ac Vicarium in Ecclesia Suffragii ob gravem controversiam in hac S. Congregatione exagitatam penitus evanescit ex renunciatione a Vicario ipso die 24. Aprilis volventis anni emissa, ex qua lis amplius non est; hinc si secus Eminentiis Vestris non placuerit, censerem SSmo consulere, ut *pro gratia* rescriberet, nempe = *Quod liceat Archiepiscopo Oratori undecim Vicarias anno* 1806. *erectas supprimere, quatuor Paroecias redintegrare sub invocatione Sanctæ Euphemiæ, SS. Victoris et Sociorum Martyrum, Sanctæ Mariæ de Suffragio, ac Sanctæ Agathæ, easque circumscribere intra limites in typo expressos: cuique ex novis Parochis congruam adsignare in annuis sacris tercentum circiter ex bonis suppressis Vicariis spectantibus, atque unire Paræciam S. Apollinaris in Veclo cum Paræcia S. Mariæ Majoris, quæ sit unius Paræciæ titulus; salvis tamen juribus Parocho Dominico Civinelli, quoad vixerit super Paræcia S. Mariæ Magdalenæ in S. Petro Majori juxta ejus declarationem, atque reservationem; ac etiam adjecta lege, ut Archiepiscopus certiorem reddat Sacram hanc Congregationem de usu bonorum, quæ post Paræciarum dotationem supererunt ad easdem Vicarias pertinentia.* =

Proponitur

Dubium.

An sint supprimendæ Vicariæ et redintegrandæ Paræciæ in casu etc.

Affirmative in omnibus juxta votum Emi Relatoris; et scribatur Archiepiscopo, qui referat de causis dissensus Parochi S. Mariæ Magdalenæ, et ad Datariam pro expeditione litterarum Apostolicarum.

CUNEEN.

CUNEEN. PONTIFICALIUM. Capitulum Cathedralis Ecclesiæ Cuneensis constat ex tribus Dignitatibus, scilicet Priore, Archipresbytero, Præposito, et quindecim Canonicis. Singulis Dignitatibus ex fundationis lege imminet animarum cura: hinc Prior seu prima Dignitas animarum curam exercet in Ecclesia Cathedrali, Archipresbyter in Ecclesia S. Mariæ de Plebe, Præpositus in Ecclesia S. Ambrosii. Secundam ac tertiam Dignitatem anno 1646. fundavit Carolus Bonada ea lege ut = non siano obligate alla totale residenza „ canonicale conforme sono obligati gli altri Signori „ Canonici, attesa la cura d'anime che hanno = quam quidem legem probavit S. M. Clemens XI. Apostolicis litteris anni 1703. inquiens = *moderato juris rigore quoad residentiam canonicalem ipsis Archipresbytero, et Præposito juxta fundatoris voluntatem, ne animarum cura, parochialibus ecclesiis respective incumbens, negligatur* =. Paulo post certatum est, utrum memoratæ Dignitates, dum in suis Ecclesiis Cuneensis Civitatis Parochi munere fungerentur, tamquam choro præsentes censendæ forent, ac propterea quotidianas lucrarentur distributiones; verum quæstionem omnem diremit hic Sacer Ordo edito responso, Archipresbyterum et Præpositum esse admittendos ad participationem fructuum et distributionum pro tempore, quo choro non interveniunt, quatenus eodem tempore sint actualiter occupati ministerio suarum Parœciarum, uti videre licet in *Montis Regalis Distributionum 6. Decembris* 1732. Res ita cesserunt ad nostra usque tempora, quibus, Civitate Cunei ad Sedem Episcopalem evecta, primus ejusdem Episcopus Amedeus Bruno in Diœcesana Synodo anni 1827. cætera inter decreta sancivit, ut „ functionibus pontificalibus quæ a nobis peragun- „ tur in Ecclesia Cathedrali, Dignitates et Canonici „ omnes intersint: prima autem Dignitas, vel ille qui „ illius absentis, aut quoquo modo impeditæ vices „ gerit, designet pridie Canonicos, qui Episcopo pon- „ tificaliter celebranti aliisve divinis officiis adsistenti „ adamussim, quavis incuria ablegata, ac juxta Pon- „ tificalis Romani et Cæremonialis Episcoporum regu-

Sess. 24. cap. 12. de Reform.

„ las inserviant. Ita enim Tridentini mens (Sess. 24. „ de Reform. c. 12.) per omnes facilius adimplebitur = Synodali hujusmodi lege jura sua læsa existimans Archipresbyter S. Mariæ de Plebe, nec sibi fas esse reputans suam Ecclesiam solemnioribus anni festivitatibus derelinquere, et a Sacramentorum administratione desistere, ut Episcopo solemni ritu in Ecclesia Cathedrali sacris operanti inserviant, oraculum hujus Sacræ Congregationis ea de re sibi poscendum censuit, ne alterutri ipse suo deesse videatur muneri.

Episcopus, quem rogaveram de informatione et voto, respondit, decretum suæ Synodi ita esse accipiendum „ ut non absolute adigantur Dignitates hujus Capi- „ tuli ad servitium Episcopi, sed dumtaxat habita „ prudenter ratione actualis servitii curæ animarum „ impendendi, atque ita posse sententias et munera „ amice conciliari pro zelo gloriæ divinæ et fidelium „ ædificatione.

Explorati quidem juris est, Dignitates et Canonicos omnes Cathedralis Ecclesiæ Episcopo ibidem Pontificalia exercenti adsistere ac inservire debere, *Concil. Trid. ses. 24. cap. 12. de reform.*, *S. Rituum Congregatio in Hispalen.* 17. *Junii* 1592. *apud Pignat. consult. can.* 83. *tom.* 5., imo licitum esse Episcopo juris adhibitis remediis integrum compellere Capitulum una cum omnibus de Clero Cathedralis, ut sibi adsistat, respondit hæc S. Congregatio in *Giennen.* 19. *Junii* 1728. *ad IX. dub.*, ac tradit in *Brictinorien. Servitiorum* 14. *Decembris* 1771. §. *Præterea*, nisi tamen quisquam sit legitima causa impeditus, quemadmodum rescripsit S. R. C. *in cit. Hispalen ad IX. Dubium* et docet Scarfanton. ad Ceccoper. *animad. in lib. 3. tit. 7. n.* 9. Illud itaque nunc inquirere necesse est, utrum animarum cura a secunda et tertia Dignitate extra Cathedralem Ecclesiam obeunda justam legitimamque suppeditet causam, quamobrem eædem Dignitates ab onere adstandi proprio Antistiti rem divinam solemni ritu facienti immunes sint habendæ.

Jam vero Amator Lobetti Archipresbyter S. Mariæ de Plebe rem adeo certam et perspicuam existimat, ut Eños Patres legem synodalem abrogaturos confidat. Etenim qua Præposito, qua Archipresbytero ex fun-

da-

dationis lege incumbit regimen animarum, ideoque præcipuum eorum munus est oves sibi commissas verbi divini prædicatione, Sacrificii oblatione, et Sacramentorum administratione pascere, ac regere, festis præsertim ac solemnioribus diebus, in quibus populus majori se frequentia ad suam assolet conferre Ecclesiam. Hac sane de causa fundator cavit, ut memoratæ Dignitates *non siano obligate alla totale residenza canonicale conforme sono obligati gli altri Canonici*, et S. Congregatio *in cit. Montis Regalis* rescripsit eisdem Dignitatibus tribuendas fore quotidianas distributiones, quamvis choro non intersint, dum in suis Ecclesiis curæ incumbunt animarum.

At si animarum cura solvit Dignitates obligatione divinas laudes persolvendi in choro, justam quoque præbere debet causam, ne ipsæ Episcopo Pontificis in morem sacris operanti inservire compellantur, cum idem subsit spirituale parochianorum detrimentum, sive Dignitates choro adstent, sive Episcopo inserviant. Hinc apposite *Clericat. de benefic. et pens. discur.* 71. *n.* 6. scribit, quod Canonici curam animarum habentes = si in diebus festis solemnioribus obligarentur inservire Archipresbytero loco Diaconi et Subdiaconi in missa solemni, cogeretur intermittere administrationem Sacramentorum Pœnitentiæ et Eucharistiæ etc. Hoc autem esset magnum absurdum, quia quilibet debet vacare proprio officio, et officium Canonicorum, curam habentium animarum, eos obligat inservire animabus, non autem Archipresbytero = . Concinit *Rot. in Gerunden. distributionum* 30. *Aprilis* 1711. §. *Atque hæc cor. Lancetta*, *et in Bobien. Exemptionis* 27. *Januarii* 1719. §. *quoniam cor. de Gamaches*. Ne itaque Dignitates Cuneenses curam animarum suis præbendis adnexam habentes divino præcepto pascendi plebem sibi commissam deesse adigantur, eximendæ sunt ab onere inserviendi Episcopo pontificalia obeunti, eo magis quod sacrarum functionum decori nihil detrahatur ex earumdem Dignitatum absentia ob satis amplum reliquorum Canonicorum numerum.

Aliter tamen quæstionem definiendam contendit Capitulum, inquiens nullius esse ponderis rationum momenta ab Archipresbytero in medium prolata, quippe

quæ nimium probant. Etenim probarent Canonicos, quorum præbendis cura imminet animarum, diebus saltem festis immunes esse a divinis laudibus in choro canendis; quod quidem adversum tenet tum fundationum legibus, tum sacris canonibus, tum hujus Sacræ Congregationis resolutionibus, relatis in *Ariminen. Servitii Chori* 18. *Augusti* 1827. §. *at vero*, et colligitur ex ipsamet *cit. Montis Regalis*, qua statutum fuit Archipresbyterum et Præpositum lucrari quotidianas distributiones, atque a choro eo tempore dumtaxat esse exemptos, quo animarum cura distenti in suis Ecclesiis occupantur. Probarent eosdem solutos esse a Missa Conventuali in orbem festis diebus canenda, licet hanc quorumdam opinionem reprobaverit Benedictus XIV. in encyclica *Cum semper oblatas* §. 17. jubendo a Canonicis et Beneficiatis in eadem, vel in alia Ecclesia parochialem curam exercentibus missam Conventualem quam canunt, pro Ecclesiæ benefactoribus in genere applicari, alterumque substitui, qui ipsorum loco Missam pro Populo celebret et applicet. Idem sensit hæc S. Congregatio in *Fesulana Missæ parochialis* 16. *Junii* 1770. §. *Quo*, *in Brugnaten. Missæ Conventualis et pro populo* 28. *Maji* 1796., *et in Ariminen. servitii Chori* 18. *Augusti* 1827. Probarent Canonicis Curatis haud onus incumbere Dignitati vel Canonico missam canenti ministrandi in officio Diaconi vel Subdiaconi; quamvis hæc S. Congregatio contrariæ adhæserit sententiæ, rescribendo Canonicos, qui parochialibus oppidi Campibassi præerant Ecclesiis, Archipræsbytero Collegiatæ S. Mariæ Majoris sacras obeunti functiones inservire debere uti Diaconos et Subdiaconos ad formam statuti, quemadmodum legitur in *Bojanen. Præeminentiarum* 19. *Aprilis* 1760. *ad I. et II. Dubium.*

Ita fractis Archipresbyteri argumentis facile, subdunt Canonici, intelligitur suis stare viribus sanctionem Concilii Tridentini *sess.* 24. *cap.* 12. *de refor.* ac Cæremonialis Episcoporum *lib.* 1. *cap.* 26., qua omnes Dignitates, Canonici, aliique Capitulares proprio Episcopo, dum pontificio ritu sacris operatur in Ecclesia Cathedrali, assistere ac inservire obstringuntur. Nec Archipresbyter ad exemptionem sibi quærendam causari

sari potest curam animarum: pontificalia enim ab Episcopo haberi solita octo dumtaxat singulis annis numerantur, ac hora circiter secunda ante meridiem peraguntur, ideoque vix fieri potest, ut Parochorum absentia a suis Ecclesiis quidquam fidelibus afferat detrimenti. Præterea malis omnibus satis superque occurri potest, si animarum Coadjutoribus, quibus præditæ sunt Dignitates, Paræciarum custodia interea committatur, veluti hactenus se gessit Prior Ecclesiæ Cathedralis, quin ullam exinde parochianorum animæ subierint jacturam. Hisce tamdem calculum addit resolutio hujus Sacri Ordinis in *Alben. Præbendæ parochialis* 16 *Septembris* 1826. Duo siquidem Albensis Cathedralis Canonici suis Præbendis adnexas regebant parochiales ecclesias, atque ut animarum saluti singulis festis, nonnullisque aliis diebus commodius vacarent, omnimodam iis diebus postularunt exemptionem a choro, quin jacturam facerent quotidianarum distributionum, quas ceteroquin suas nos fecissent, si choro, dum nullo detinerentur impedimento, abfuissent. Annuit S.Congregatio, sed juxta votum Episcopi, scilicet exceptis diebus solemnioribus, in quibus Episcopus pontificaliter celebret quoad Missam et Vesperas.

Verumtamen censet Cuneensis Episcopus, eique adstipulatur Promotor Fiscalis, minime expedire, ut memoratæ Dignitates adigantur ad assistendum suo Antistiti, dum pontificio ritu sacrum est facturus, si animarum cura eo tempore impediantur. Quare S. Rituum Congregatio in *Ferentina* 3. *Septembris* 1661. rogata = *An Episcopus possit compellere Parochos ad præstandam sibi consuetam assistentiam in Missis et Vesperis pontificalibus* = respondit = *Affirmative* = sed addidit = *præcavendum tamen, ne quid detrimenti animarum servitio contingat, quo tempore Parochus Episcopo in divinis famulatur* =

Erit igitur sapientiæ Eminentissimorum Patrum definire *An Archipresbyter et Præpositus teneantur inservire Episcopo pontificalia obeunti in casu etc.*

Affirmative, dummodo octu non impediantur ab assistentia animarum ad formam fundationis et approbationis s. m. Clementis XI.

FE-

Sess. 22. Cap. 8. de Reform.

FERETRANA CONFRATERNITATIS. In pago Petrellæ Guidonis, qui ducentis viginti quinque constat incolis, duæ extant Ecclesiæ medio circiter lapide inter se dissitæ, altera sub auspiciis S. Michaelis Archangeli, in qua erecta est Paroecia, altera S. Apollinari dicata, cujus patronatus pertinet ad illius pagi Communitatem. In templo S. Apollinaris duo instituta sunt Sodalitia, SSmi nimirum Sacramenti, ac SSmi Rosarii, quin tamen Confratres ullum Ecclesiæ parochiali exhibere soleant obsequium. Cumque Ecclesia S. Michaelis nulla prædita sit Confraternitate, hodiernus Parochus Sebastianus Flenghi, erectionem postulat novi Sodalitii SSmi Sacramenti in propria Ecclesia, ut ejus Confratres SSmum Sacramentum, dum in processione, vel ad infirmos defertur, comitentur, aliaque perferant onera, quæ ejusmodi Sodalitii sunt propria. Ad aliquam vero dotem huic Sodalitati constituendam, EE. VV. deprecatur, ut eidem legatum seu Capellaniam in Ecclesia S. Apollinaris a Julio Boschi anno 1712 fundatam unire dignentur, cujus reditus quolibet anno ad summam scutatorum quatuor cum onere Missarum sex et quadraginta pertingentes in illius Sodalitatis usum convertantur.

Rogavi Episcopum, ut accersitis quorum interesse poterat, Sacram Congregationem instructam redderet, animique sui sententiam panderet. Mandatis paruit Antistes, responsumque dedit „ Pro SSmi Sacramen-
„ ti Sodalitio ad Parochi populique commoditatem
„ parochialis Ecclesiæ locus videtur congruentior.
„ Ast illius, quod in S. Apollinaris Ecclesia existit,
„ Confratres translationi repugnant, ac solum pro
„ nova erectione in parochiali Templo assensum
„ præstant una cum Communitatis Syndico. Eosdem
„ Confratres sciscitatus sum, an et quale servitium
„ præstent Parocho et Ecclesiæ Parochiali, qui nul-
„ lum hucusque uti tales servitium præstasse uno
„ ore responderunt; quod revera ita esse ex testibus
„ fide dignis certior quoque sum factus.

„ Parochus congrua caret (lucratur enim quotannis
„ scutata quinquaginta circiter). Quare ad neces-

„ sa-

„ sariam Sodalitii dotationem modo insistuendam nul-
„ la alia patet via præter Legati Boschi applicatio-
„ nem, cujus patronus est Parochus ipse. Hujus Le-
„ gati reditus minimi sunt ; augeri tamen possent
„ per Missarum reductionem, et si adhuc ad Con-
„ fraternitatis onera sustinenda minime sufficiant ,
„ Parochi , populique religio supplebit .

Parochi preces comiter excipiendæ videntur , cum eo spectent , ut fideles majori veneratione erga augustissimum SSmi Corporis Christi Sacramentum inflammentur , illudque , cum ab Ecclesia ad privatas ægrotorum domos defertur , honorificentius comitentur , ac revereantur. Hanc sane ob causam erectionem Sodalitatis SSmi Sacramenti primus in Urbe probavit sa. me. Paulus III. , eam , ut in qualibet Paroecia instituerctur , plurimum commendavit Innocentius XII., et Confratres spiritualibus donis munifice ditarunt plures Summi Pontifices , teste *Card. Petra ad Constit. VI. Eugenii IV. n* 3. *et seq. tom.* 4. Et licet ex constitutione Clementis VIII., quæ incipit *Quæcumque* diei 7. Septembris 1604. , prohibeatur erectio plurium Sodalitatum ejusdem nominis et instituti in eadem civitate vel oppido , attamen ab hujusmodi prohibitione immunes sunt Sodalitates SSmi Sacramenti, quæ erigi possunt *in ogni Chiesa parrochiale , non ostante che ci si trovi eretta prima qualsivoglia altra Confraternita* , uti edisserit decretum jussu Pauli V. die 27. Septembris 1607. editum , et relatum a *Ferrar. Biblioth. verb. Confraternitas art.* 1. *n.* 33., quin imo si qua ejusmodi Sodalitas erecta fuisset in Ecclesia parochiali, nequit ab ea discedere , et in aliam se transferre , ut respondit hæc S. Congr. *in Terræ Lauri seu Firmana Discessus Confraternitatis* 22. *Aprilis* 1720. , *et in Civitatis Plebis* 26. *Januarii* 1760. §. *De viribus* .

Itaque si EE. VV. erectionem Sodalitatis SSmi Sacramenti in parochiali Ecclesia S. Michaelis probandam putaverint , decernere quoque dignabuntur , an sit concedenda applicatio Legati Boschi , et Missarum reductio . Etenim præter eleemosynas, quas colligere datum erit Confra[illegible]ribus , certa assignanda est dos in

in-

instituendo Sodalitio, ut necessarios sumptus facere valeat; nam etiamsi jure cautum non sit, quænam onera perferre oporteat Confraternitatem SSmi Sacramenti, et alia Sodalitia, cum id pendeat a legibus fundationis, a consuetudine, vel a decretis sacrarum visitationum, uti eruitur ex responso S. Congr. *in cit. Terræ Lauri seu Firmana Discessus Confraternitatis ad III dub, et in Ferrarien. Confraternitatis* 14. *Septembris* 1782. *ad I. et V. dub.*, nihilominus aliquo indiget censu pro explendis sacris functionibus sui instituti. Et revera hic S. Ordo in *cit. Ferrarien. ad III. dub.* respondit = *Expensas necessarias pro cultu SSmi Sacramenti faciendas esse primum ex quæstuis sive a Parocho sive a Confraternitate SSmi Sacramenti in hanc causam faciendis; deinde ex reditibus bonorum intuitu SSmi Sacramenti a Confraternitate acquisitorum, et in subsidium tandem ex reditibus Parochi* = . In themate Parochus sua caret congrua, eleemosynæ colligendæ valde tenues et incertæ forent, et erigenda Confraternitas omni destituta esset dotatione, si petita applicatio Legati, ac reductio Missarum denegaretur. Justa autem intercedente causa commutari posse supremas decedentium voluntates docet Tridentino Synodus *sess.* 22. *cap.* 6. *de reform.*, cui concinit hæc S. Congr. *in Januen. Absolutionis, suspensionis et reductionis* 1. *Martii* 1817. §. *Quo, et in Perusina Capellaniarum* 22. *Novembris* 1828. §. *Videant.*

Verum animadvertere præstat, Confraternitatem SSmi Sacramenti in Ecclesia S. Apollinaris erectam existere intra limites Parœciæ S. Michaelis, ideoque si Emi Patres annuerent precibus Parochi Flenghi, duæ in eadem Parochia haberentur Sodalitia sub titulo SSmi Corporis Christi. Ne igitur ejusdem generis et instituti Sodalitates inutiliter multiplicentur, Confraternitas SSmi Sacramenti aut transferenda est ab Ecclesia S. Apollinaris ad Ecclesiam S. Michaelis, aut cogenda ad ea Ecclesiæ parochiali exhibenda obsequia, quæ similium Confraternitatum sunt propria. Enim vero ea est vis ac ratio erectionis Sodalitatum SSmi Sacramenti, ut Confratres in Ecclesiis parochialibus venerationem præstent SSmo Eucharistiæ Sacramento,

il-

illudque, dum in processionibus, vel ad ægrotos defertur, sacco induti, facibus præditi, et venerabundi comitentur. Eam profecto ob rem Summi Pontifices earumdem Sodalitatum erectionem commendarunt, ac spiritualia dona Sodalibus indulserunt; eamdemque ob causam fideles bona sua tradiderunt, ac in dies ejusmodi Confratribus eleemosynas largiuntur. Sodalitas igitur SSñi Sacramenti in Ecclesia S. Apollinaris erecta a suo instituto hactenus descivisse videtur, ac certis indiget legibus, ut debita Ecclesiæ parochiali præstet obsequia, suaque perferat onera. Erit nihilominus sapientiæ Eñorum Patrum decernere

I. *An sit probanda erectio Sodalitatis SSñi Sacramenti in Ecclesia parochiali S. Michaelis in casu etc.*

Et quatenus affirmative

II. *An sit concedenda applicatio Legati Boschi, et reductio Missarum in casu etc.*

Et quatenus negative ad primum dubium

III. *An Sodalitium SSñi Sacramenti sit transferendum ab Ecclesia S. Apollinaris ad Ecclesiam S. Michaelis, seu potius an et quæ obsequia præstare teneatur Ecclesiæ parochiali in casu etc.*

Ad I. et II. Negative.
Ad III. Negative ad primam partem, affirmative ad secundam juxta ordinationes ab Episcopo edendas.

Sess 22. cap. 6. de reform.

ARIMINEN. CAPELLANIÆ. Publicum Oratorium Deo in honorem S. Joannis Baptistæ juxta parochialem Ecclesiam S. Agathæ in territorio civitatis S. Archangeli Ariminensis Dioeceseos fundavit, in eoque laicalem Capellaniam, seu *un legato di Messe cioè di un' opera pia che si dice mera laicale* anno 1723 instituit Joannes Baptista Gori. Capellano onus imposuit sacrum ibidem faciendi singulis diebus festis, comparandi sacram supellectilem ac tuendi Oratorium. Ut vero hæc a Capellano perferrentur onera, certam pius fundator constituit dotem *con patto che mancando detto Sig. D. Matteo Soldati* (Capellanus a fundatore nominatus) *in qualunque giorno festivo di precetto alla celebrazione di una Messa in detto Oratorio, sia lecito a detto Gori procurarla a spesa del medesimo Soldati ed in caso d' impossibilità di ritrovare Sacerdote che celebri in detto giorno, sia lecito far supplire in un' altro giorno alla celebrazione della Messa mancata a spese del detto D. Soldati, quale altresì dovrà . . . tenere nella Sagrestia di detto Oratorio un libro ossia vacchetta, dove dovrà registrare e tenere notate tutte le Messe, che celebrerà in tutti li giorni festivi di precetto.* Jus nominandi *il Chierico o Sacerdote nel caso di ciascuna vacanza per l' adempimento del detto legato ed obblighi come sopra ingiunti*, sibi quoad viveret, reservavit, postea ad suos consanguineos, atque his penitus extinctis, ad Communitatem S. Archangeli pertinere voluit. Familia Gori revera exaruit sub finem seculi decimi octavi, et Antonia unica fœmina superstes, ex hac vita migratura, Capellaniæ patronatum donationis titulo contulit in Comitem Antonium Baldini. Interea Oratorium S. Joannis Baptistae terræmotu quassatum est, et Capellania ibidem erecta, auctorante Episcopo, translata fuit in Ecclesiam S. Mariæ a Cella; cumque memoratus Comes Oratorium prope Ecclesiam Collegiatam e fundamentis construxisset in honorem B. Simonis Bilachi, istuc anno 1822 Capellaniam proprio marte transtulit, atque ut Sodalitati sub auspiciis ejusdem Beati inibi erectæ consuleret, ita de rebus Capellaniæ legem dixit, ut Sodalitas bona administraret, quotannis Capel-

pellano, qui in eodem Oratorio Sacrum diebus festis celebraret, triginta sex solveret scutata, et quidquid esset reliqui ex annuis Capellaniæ fructibus, in proprios converteret usus. Capellaniæ insuper, quæ ob renunciationem Pii Baldini vacaverat, nominationem contulit in Sacerdotem Michaelem Casacci, eique facultatem tribuit, ut illam sibi loco patrimonii sacri constitueret. Hæc omnia a Comite Baldini, et a Sodalitate B. Simonis bona fide gesta narrantur: nunc autem Sodales, detecto errore, cuncta a Sede Apostolica sanari efflagitant, reservato tamen Communitati S. Archangeli jure nominandi Sacerdotem vel Clericum, ubi primum Capellaniam vacare obtigerit.

Litteras dedi Episcopo ut auditis quorum interesse poterat, animi sui sensum aperiret. Paruit Episcopus, retulitque, Capellaniæ reditus per quinque annos, nempe ab anno 1823. ad integrum 1827, ascendisse ad scutata 316, onera vero Missarum et publicorum vectigalium ad scut. 208. „ Confraternitas (sunt „ ejus verba) nihil possidet præter voluntarias obla- „ tiones eorum, qui ipsi nomen dederunt. Hinc est, „ quod non modicum emolumentum capiet ex unio- „ ne Capellaniæ Gori. Nec opponunt, imo favent „ hujusmodi dispositioni publici Magistratus. Nihil „ ergo obstat, quin EE. VV. annuant votis Confra- „ ternitatis B. Simonis Balachi, quae bona fide pos- „ sidet id, quod sibi dono datum fuit a Comite „ Antonio Baldini, quem dominum rei putabat. In- „ colae, pro quorum commodo Joannes Baptista „ Gori Missam diebus festis destinaverat, nullum „ detrimentum sentiunt, quia aliud Oratorium in „ his finibus erectum fuit cum legato perpetuo „ Missæ diebus festis, et parum distat Caemeterium „ cum aedicula a Communitate constructum. Quod „ nemini nocet, et plures juvat, fieri posse videtur. „

Et quoniam Episcopus monuerat, invaluisse opinionem, *Capellanum non teneri Missam applicare ad mentem institutoris, sed sufficere, ut celebret in loco ab ipso designato*; idcirco eumdem rogavi, ut ea super re episcopalis Cancellariae libros, sacrarumque visitationum acta perquireret, ac referret ex quo-

nam tempore Missae sine applicatione celebratae fuerint. Responsum quod accepi, est ejusmodi „ Neque ex libris hujus Cancellariae, neque ex actis „ sacrarum visitationum deduci potest, an unquam „ applicatae fuerint Missae in suffragium fundatorum jurispatronatus Gori. Magistratus et Sodalitium „ asserunt, nihil certo sciri de applicatione Missarum, de qua agitur, antequam juspatronatus accesserit Comiti Antonio Baldini, nempe ante annum 1789, et Sacerdotem Michaelem Casacci „ actualem Capellanum, promotum ad sacros Ordines titulo praedictae Capellaniae, non agnoscere nec „ agnovisse aliud onus quam praesentiam. E contra „ Comes praedictus tempore quo ejus filius Pius clericus habebat dictam Capellaniam, celebrare Missas „ fecit in privato suo Oratorio, et alibi per Sacerdotem Cajetanum Porgellini cum onere applicationis. Quare a me audito etiam ipso Pio Comite „ Baldini, vidi ipsum applicare fecisse Missas, de „ quibus supra, et obtinuisse sanationem pro Missis, extra locum et tempus satisfactis. „

Supremas decedentium voluntates omnino implendas esse tum caesareae, tum pontificiae statuunt leges., *L.* 1. *Cod. de SS. Eccl.*, *can. ultima voluntas caus.* 13. *quaest.*, et quae a fidelibus in certos pios usus sunt destinata, neque in æquale neque in melius converti debere tradit *Gratianus in cap. Nos quidem de testam. n.* 35., *S. Congr. in Camerinen. Erectionis Ecclesiae Collegiatae* 17. *Maji* 1828. §. *Hisce*, cum liberum cuique esse debeat, in quod maluerit opus, res suas relinquere.

Attamen voluntatum commutationes si justa ac necessaria praesto sit causa, fieri posse, habetur ex Tridentina Synodo *sess.* 22. *cap.* 6. *de reform.* Necessariam vero et utilem in themate occurrere causam arbitrantur Sodales, fatetur Communitas et confirmat Episcopus. Etenim nuperrime erecta Sodalitas omni penitus censu, quo fabricam Oratorii tueri, sacram supellectilem, ceteraque ad divinum cultum comparare queat, destituta est, si confratrum oblationes excipiantur, quæ nec certæ, nec magni possunt esse momenti. Hujus Sodalitatis institu-

tio

tio maximam praesefert utilitatem, qui enim ipsi nomen dederunt, certis diebus in unum convenirent, ut Deo enixas fundant preces, et concivem suum B. Simonem Balachi venerentur, ejusque virtutum imitentur exempla; quod quidem dum ipsi praestant, Deum sibi placatum propitium que reddunt, et in aliis religionem pietatemque excitant ac fovent. Ne itaque utilis sodalitas in ipso ortu ob redituum defectum languescat, atque adeo pereat, justa et necessaria intercedere videtur causa, ut facta Capellaniæ unio ab Apostolica Sede sanatione donetur. Hisce accedit, quod fundatoris voluntas vix aut ne vix quidem immutatur; nam suis stat viribus Capellaniae institutio, integrum servatur onus Missarum, Communitati S. Archangeli vindicatur juspatronatus, ac solum redituum pars, quam Capellanus ipse in diruti Oratorii, sacrorum supellectilium, ac divini cultus tuitionem impendisset, Sodalitati tribuitur. Quod vero attinet ad Missarum applicationem, communis quidem est Doctorum sententia, et concinit judicium hujus S. Ordinis, ut Capellanus nedum celebrare, sed etiam applicare teneatur praescriptum Missarum numerum, quamvis fundator nullam de applicatione mentionem fecerit, *Bened. XIV. de Sacrif. Miss. lib. 3. cap. 9.*, *S. Congr. in Ferrarien. 25. Martii 1718.*, *et Bononien. Applicationis 16. Septembris 1826.*, nisi ex vehementibus indiciis, et urgentibus conjecturis applicationem noluisse deprehendatur, quemadmodum pluribus allatis resolutionibus evincitur in *Tridentina Applicationis Missarum 27. Februarii 1768 §. Credibile et seqq.* Porro vehemens hujusmodi habetur praesumptio, ubi testator Missarum celebrationem indixerit, ut in Ecclesiis divina peragantur misteria, vel ut fideles statis quibusdam diebus et horis Sacrum audire valeant, ceu habetur in *Tricastinen. Applicationis Sacrificii 8. Augusti 1711.*, *in Mantuana Applicationis 19 Novembris 1718.*, *et in Novarien. 22. Novembris 1827.* In themate utraque videtur praesto esse conjectura; et fundator cum publicum Oratorium construxisset, oportebat, ut congruam constitueret dotem pro luminaribus, pro incorrumpendæ domus custodia, et pro sacro ministerio ibidem exercendo, *canon.*

§. de

9. *de consecr. dist.* 1. ,'*Engel Jus canon. lib.* 3. *de ædific. Eccl. n.* 6., *Reiffenst. lib.* 3. *Decret. tit.* 48. *num.* 8. Itaque ne divinus cultus in Oratorio deficeret, Sacrum ibidem offerri a Capellano, cui certos idem fundator tradidit fundos usufruendos, jussisse videtur. Præceptum quoque celebrandi Missam in præfato Oratorio non quibuslibet, sed diebus tantum festis de præcepto, innuit defunctum non sibi, sed fidelibus prospicere voluisse. Hinc invaluit opinio, ut monet Episcopus, haud Missarum applicationem, sed solam celebrationem a fundatore demandatam fuisse, et hodiernus Capellanus hac opinione ductus ab applicatione jugiter se abstinuit.

Verum hæc tanti momenti esse non videntur, ut Capellaniæ possessor immunis sit judicandus ab applicatione Missarum; nam fundator divinum cultum, ac fidelium commoditatem spectare, simulque sui spirituali bono consulere potuit. Jam vero *ex Reg.* 45. *Jur. in* 6. docemur in obscuris, quod est verosimilius inspiciendum esse; verosimilius autem est, fundatorem eam præscripsisse Missarum celebrationem, quæ applicationem secumferat, *S. Congr. in Cononien. Dispensationis* 11. *Januarii* 1683. §. *Hæc.* Præterea non desunt vehementes conjecturæ, quæ a fundatore applicationem demandatam suadeant. Et revera reditus satis ampli, et eleemosynam erogari solitam pro onere applicationis, longe excedentes grave suppeditant indicium, ut docet S. Congregatio *in Ferrarien.* 19. *Julii* 1783. §. *Ferrarius*, *et in Romana* 29. *Jan.* 1791. §. *Morari.* Statuit fundator ut in Sacrario liber omnino asservaretur, et in eodem Missæ celebratæ describerentur: item si Capellanus aliquando Sacrum facere negligeret, sibi Fundator facultatem reservavit vocandi alium Sacerdotem, qui eadem vel alia die in Oratorio Missam litaret sumptibus ejusdem Capellani, quæ quidem sollicitudo eo spectare videtur, ut Missæ nedum in Oratorio diebus festis celebrarentur, sed etiam applicarentur. Tandem agitur de Capellania, seu *legato di Messe*; Capellaniæ vero eam ob causam præcipue erectæ intelliguntur, ut Missæ cum applicatione offerantur, *S Congr.*

in

in Fulginaten. Applicationis Missæ 17. Augusti 1757. et in Reatina 22. Martii 1766. §. In Beneficiis.

Si EE. VV. Capellanum Gori ad applicationem Missarum obstrictum censuerint, videant, an hodierno Capellano sit indulgenda absolutio pro anteactis omissionibus. Absolutio profecto tum concedi solet, cum adest bona fides et Oratoris paupertas, *S. Congr. in Mazzarien. 14. Decemb. 1822., et in Forolivien. Legatorum 23. Decembris 1826. ad III. dub.*

Restat nunc ut EE. VV. definire dignentur

Dubia

I. *An et quomodo sit consulendum Sanctissimo pro sanatione unionis bonorum Capellaniæ Gori favore Sodalitatis in casu etc.*

II. *An Capellanus teneatur ad applicationem Missarum in casu etc*

Et quatenus affirmative

III. *An sit consulendum Sanctissimo pro absolutione super præteritis omissionibus in casu etc.*

Ad I. Affirmative cum onere solvendi Capellano a Comunitate eligendo annua scutata triginta sex.

Ad II. Affirmative.

Ad III. Affirmative celebratis decem Missis pro anima fundatoris.

FABRIANEN. ONERUM. Ad tenues mensæ episcopalis Fabriani augendos reditus, sa: me: Pius VII. editis litteris anni 1801 nedum Sodalitatibus Charitatis et Sanctissimi Suffragii ejusdem civitatis onus imposuit quolibet anno persolvendi prælatæ mensæ scutata centum septuaginta, sed etiam parochiales Ecclesias S. Mariæ de Platea castri Cerreti, et S. Mariæ villæ Paterni suppressit, earumque bona universa memo-

Sess. 24. cap. 25. de Reform.

moratæ mensæ episcopali addixit. Ne quid tamen detrimenti caperent sacrarum ædium splendor, et spirituale animarum regimen, sanxit, ut duo in eisdem parochialibus Ecclesiis constituerentur Vicarii perpetui, qui curam animarum gererent, ac præterea „ Episcopo Fabrianensi pro tempore existenti earumdem parochialium Ecclesiarum, scilicet respectu „ primodictæ de Cerreto, manutentionis ædium illius Ecclesiæ, ac rectoralis et colonicarum respective domorum, ac dotem insuper scutorum viginti quinque monetæ romanæ uni puellæ . . . . „ ac duodecim frumenti coppas quotannis in eleemosynam distribuendi, respectu vero secundodictæ „ de Paterno, manutentionis itidem ædium . . . . „ onera tantum incumbant; reliquis vero infradicendis earumdem parochialium Ecclesiarum oneribus „ illarum respective Vicariis, ut infra injunctis, remanentibus „. Congruæ autem utriusque Vicarii exhibitioni prospiciens Pontifex, annuam pensionem scutatorum centum septuaginta a Sodalitatibus, ceu supra monui, repræsentandam ita distribui jussit „ ut Episcopus pro tempore ex prædictis assignationibus scuta centum et decem Vicario primodictæ parochialis Ecclesiæ, scilicet de Cerreto, et scuta sexaginta alteri secundodictæ parochialis Ecclesiæ „ Vicario . . . solvere teneatur. Qui quidem Vicarii, „ præter hujusmodi annuas subministrationes, decimas etiam aliasque oblationes in quacumque re „ consistentes ab eorum respective parochianis exigendi, et omnia emolumenta incerta . . . . percipiendi jure gaudebunt. Et vicissim Vicario primodictæ parochialis Ecclesiæ applicationis Missæ pro „ populo, ac manutentionis lampadum . . . ac insuper distributionis candelarum in die festo Purificationis B. Mariæ Virginis, ac celebrationis festivitatis titularis, omniumque rerum, quæ pro divinis peragendis et ecclesiasticis explendis functionibus necessaria sunt, manutentionis aliaque etiam „ imposita et pro tempore quomodolibet imponenda, Vicario vero secundodictæ parochialis Ecclesiæ similiter applicationis Missæ pro populo, satisfactionis Legati pii quinquaginta duarum Missarum . . .

„ adim-

„ adimplendi respective onera in perpetuum incum-
„ bant „ . Jam vero scire præstat, cetera inter bona parochialis Ecclesiæ castri Cerreti quondam extitisse prædium, cui onus imminebat Missarum quadraginta quatuor, ac præterea ejusdem Ecclesiæ Parochum Prioribus Confraternitatis Sanctissimi Sacramenti ibidem erectæ quatuor cereos in festo Sanctissimi Corporis Christi offerre consuevisse. Cumque in apostolicis suppressionis litteris nulla facta fuerit hujusmodi onerum mentio, illud accidit, ut eorumdem implementum qua Episcopus, qua Vicarius Curatus plane intermiserint. Tandem anno 1821, duo leviginti scilicet post annis, ex quo bona Parœciæ propter obitum ultimi Rectoris in mensam episcopalem coaluerant, tam Confraternitas Sanctissimi Sacramenti, quam Vicarius Curatus preces huic Sacræ Congregationi porrexerunt, percontantes, cuinam ejusmodi incumberent onera.

De more litteræ datæ fuerunt Episcopo Buttaoni, ut Sacrum Ordinem instructum redderet, votumque suum aperiret. At quod ille morte præpe litus præstare non potuit, explevit hodiernus Antistes Petrus Balducci, qui insuper, controversia, dum sacram ageret visitationem, cognita, Missarum celebrationem, donec Eminentissimorum Patrum prodierit judicium, suis quidem sumptibus fieri jussit, retulitque annuos Vicarii Curati castri Cerreti reditus omnes, subductis impendiis, pertingere ad scutata centum et septem.

Porro ad rei summam quod attinet, censet Episcopus neque mensæ episcopali, neque Vicario imminere onus celebrationis Missarum, et oblationis cereorum. Etenim = la Bolla di unione parla e descrive dettagliatamente tutti li pesi, cui vuole soggetta la mensa Vescovile, non meno che quelli che deve soddisfare il Vicario Pievano, e niente dice, nè esprime di queste Messe da celebrarsi, e cera da prestarsi alla Compagnia del SSmo per parte della Mensa, che del suddetto Vicepievano. Di più è da riflettersi che parlando il Sommo Pontefice Pio VII. nella medesima Bolla dell'altra Parocchia di Paterno, e trovandosi in essa alcuni obblighi perpetui di Messe, dice e vuole che si soddistino esattamente dal Vicario Curato. Per pa-

rità adunque di ragione, tacendo la Bolla nel primo caso i nominati pesi, e non facendone punto menzione, come la fa nel secondo; sembra chiaro ed evidente, che non abbia voluto assoggettare ai divisati due pesi di Messe e di cera nè la Mensa Vescovile, nè il Vicepievano pro tempore. =

Huic tamen Episcopi sententiæ adversatur regula, quæ tradit unionem Beneficiorum et applicationem bonorum ita faciendam esse, ut status Ecclesiæ unitæ non immutetur, et in ea consueta offerantur Sacrificia, *Barbos. Formul. Episcop. form.* 78. *et* 80. *Garzias part.* 12. *de Benef. cap.* 2. *n.* 35., *et S. Congr. in Nursina onerum* 15. *Decembris* 1827. *ad I. dub.*, nisi Pontifex, qui numquam præsumitur animabus fundatorum jacturam inferre, Missas delendas vel reducendas patulis verbis edixerit, ut *in Pharaonen. Unionis* 16. *Julii* 1791. *in Mutinen. Unionis et reductionis* 26. *Novembris* 1791. *et in cit. Nursina ad II. et III. dub.* In themate onera Missarum, et oblationis ceræ nec delevit, nec reduxit Pontifex, proindeque eisdem satis esset faciendum.

Itaque si EE. VV. onera illa implenda judicaverint, decernere quoque dignabuntur, cuinam ipsa immineant, et an absolutio pro anteactis omissionibus sit impertienda. Episcopum quidem immunem reddere posset axioma illud = quod voluit, expressit; quod noluit, non expressit =; Pontifex enim quæ ab Episcopo ferenda erant onera, singillatim recensuit, missarum celebrationem, et cereorum oblationem silentio præteriit, nec ullum in apostolicis litteris ei excidit verbum, ex quo conjici queat, mentem fuisse Pontificis, ut reticita quoque onera subiret Episcopus. Præterea si ad trutinam revocentur litterarum verba, quibus implenda Vicario Cerreti imponuntur onera, huic potius quam Episcopo incumbere videtur Missarum celebratio et ceræ oblatio; siquidem nedum certa ac stata, sed etiam cetera jam imposita vel imponenda ipse jubetur subire onera.

Verum Sodales SSmi Sacramenti et Vicarius Curatus inquiunt, secundum naturam esse eum sequi incommoda, quem sequuntur commoda, *Reg.* 56. J in 6. Jam vero bona omnia, quæ præbendam parochialem

Ca-

Castri Cerreti constituebant, possidet Mensa Episcopalis Fabriani, et annua pensio, qua fruitur Vicarius Curatus ejusdem Castri, non ex bonis Parœciæ, sed ex fructibus Sodalitatum Fabriani proficiscitur, ideoque immunis esse debet a quovis onere veteri parochiali præbendæ inhærente. Hisce addendum, quod controversa onera non ipsi parochiali præbendæ imminebant, sed adnexa erant cuidam fundo, cui nomen *S. Angelo*, quique una cum aliis tributus fuit mensæ Episcopali. Quare Confratres SSmi Sacramenti nuper ab Episcopo interrogati in ea fuerunt sententia = che tanto gli obblighi di Messe, quanto le sedici libre di cera spettano alla Mensa vescovile, essendo questi obblighi annessi al fondo S. Angelo =; translatitium enim in jure est, bona cum suis oneribus in possessores quoscumque transire, *L. si cum dotem ff. solut. matrim. L.* 1. *Cod. Quod cum eo*, *Rot. cor. Emo Gamberini decis.* 31. *n.* 4.

Erit tamen Emorum Patrum dirimere

Dubia

I. An et a quo sint implenda onera Missarum et oblationis ceræ in casu etc.

II. An sit consulendum SSmo pro absolutione ab anteactis omissionibus in casu etc.

Ad I. Affirmative sumptibus Mensæ Episcopalis.

Ad II. Affirmative celebratis duabus Missis.

SENOGALLIEN. MENSÆ CAPITULARIS. Parochialis Ecclesia sub auspiciis S. Medardi civitatis Arceviæ, olim Rocchæ Contratæ, ad Collegiatæ honorem anno 1585 a Sixto V. evecta est, indicta lege Archi- *Sess. 7. cap. 7. et sess. 25. cap. 11. de reform.*

presbytero primæ Dignitati, septem Canonicis, tribus Mansionariis, totidemque Beneficiatis divinas laudes in choro quotidie canendi. Ad Capituli dotem constituendam plura Pontifex tribuit bona, quæ communem efformarent mensam ita inter Capitulares dividendam, ut Archipresbyter duplo majorem, quam singuli Canonici, perciperet portionem, ac præterea annua scutata quinquaginta, et incerta emolumenta ex animarum cura obvenientia lucrifaceret. Archipresbytero, cui animarum cura concredita est, impositum fuit onus propriis impendiis solvendi annuam pensionem tum duobus Presbyteris, qui sibi in parochialibus obeundis muneribus opitularentur, tum Clerico, qui Ecclesiæ inserviret; Canonici autem jussi sunt fidelium confessiones ad lubitum Episcopi excipere. Antiquis Canonicis alii octo deinde accesserunt, qui peculiaribus potiuntur præbendis, nihilque habent commune cum priscis Capituli bonis, sole out vetusta Capitularis mensa summo Archipresbtyteri et Canonicorum studio integra manserit ad nostissimas usque temporum calamitates; quo tempore omnia Collegiatæ bona per fiscum directa sunt, annua tantummodo Archipresbytero tamquam animarum curatori adsignata pensione. At redintegrato Pontificio regimine, rebusque in antiquum statum restitutis, certa Archipresbytero tradita fuerunt bona, quæ annuum afferunt fructum scutatorum biscentum viginti unius, ex quibus si detrahantur onera pro duobus Coadjutoribus, Clerico, ceterisque impensis, Archipresbytero supersunt scutata circiter centum triginta tria. Nonnullis post annis etiam Canonicorum Collegium revixit, eique reddita sunt bona quæ ex naufragio supererant. Quapropter reditus, qui ante Collegiatæ spolium, ducto calculo per decennium, ad scutata 9991. pertingere solebant, post ejus instaurationem, Archipresbyteri præbenda minime comprehensa, ab anno 1822 ad annum 1828. summam attigerunt scutatorum 2211, licet Canonicos spes certa teneat, valde majores in posterum futuros annuos Collegiatæ fructus. Verum Canonici arbitrantes ad Ecclesiæ et Capituli bonum conducere communem mensam, postulant ut bona Archipresbytero tradita nunc capitulari-

lari massæ uniantur, ac omnia jura et onera juxta primævam institutionem redintegrentur.

Huic unioni suum præbet assensum Archipresbyter Josaphat Mannelli, certis tamen adjectis conditionibus = „ 1. Quod Parochus Archipresbyter ex reditibus massæ capitularis duplam annuam percipiat portionem „ relative ad Canonicum. 2. Massa capitularis subeat „ onus stipendiandi duos Capellanos Coadjutores Parochi in cura animarum necessario adhibendos per „ summam annuam pro unoquoque viginti quinque „ scutatorum prout ab institutione servatur. 3 Iterum reviviscat onus penes omnes Canonicos Massæ „ capitularis audiendi confessiones fidelium, si placeat Episcopo pro tempore. 4. Massa communis „ capitularis pensitet unum ex tribus inservientibus „ Ecclesiæ; quod onus erat ab institutione Collegiatæ usque ad præsentem diem Archipresbyteri pro „ tempore. 5. Massa communis exoneret Archipresbyterum Parochum ab omnibus et singulis expensis „ ad exercitium parochialis ministerii necessariis. „ 6. Ex reditibus qui ad mansionarios spectarent post „ aggregationem bonorum, scutata septem serventur „ si fuerit opus, pro meo arbitrio, usque dum in antiqua forma mansionarii reviviscant, eroganda ad „ illa munera per alios idoneos ministros necessario „ subeunda, quæ pro tunc temporis spatio per actuales Mansionarios vel vacantes, vel inhabiles ne„ queunt executioni mandari „

Canonicorum votis propitium pandit sententiam Emus Episcopus, ita edisserens „ Postulatio hæc benigniter „ videtur excipienda. Quippe non modicus splendor „ Collegiatæ accedet, atque eo vel magis quia unio „ isthæc primævæ illius institutioni juxta Pontificiam „ bullam conformis est: a ratione autem absonum „ videtur ab ejus sanctione, remota separationis causa, recedere. Postulationi assentitur Arrchipresbyter, qui tamen unum sibi in suis scriptis reservat, „ de quo Bulla silet, scilicet jus percipiendi ex communi massa scutata septem eroganda in stipem cantorum, vel aliorum choro inservientium, si ob Mansionariorum absentiam extraneos in eorum subsidium advocari contigerit; quod facile a supremo

hoc

„ hoc Ordine videtur indulgendum quandoquidem „ reservatio illa non lucrum Parochi, sed majorem „ divini cultus splendorem respicit. Cum itaque tam „ Capitulum Collegiatæ prædictæ, quam Archipresby- „ ter Parochus in petitam unionem dotis cum capi- „ tulari massa consentiant, oratorum postulatio be- „ nigniter videtur excipienda.

Ex hac rerum enarratione atque Emi Episcopi informatione haurient Emi Patres causas omnes, quæ ad petitam unionem, tamquam Ecclesiæ et Capitulo utilem, ac primævæ Collegiatæ institutioni consentaneam, concedendam impellere valeant, quin eas inutili sermone enucleandas iterum aggrediar. Illud tamen EE. VV. sapientiæ perpendendum subiicio, utrum Archipresbyteri et Parœciæ bono utilior sit petita unio, vel potius peculiaris, atque a mensa capitulari sejuncta præbenda. Interest sane Parochos sufficienti ac tuta præditos esse congrua, ut monet hæc S. Congregatio *in Æsina Reductionis* 21. *Februarii* 1824. §. *Tridentina*, ne animarum Curatores inopiæ suæ parœciæ pertæsi gregem deserant, atque aliis incumbant officiis, ut honestam sibi quærant vitæ tuitionem. Jam vero Archipresbyter Arceviæ ea in præsentiarum fruitur præbenda, quæ honestam præbet vitæ exhibitionem, nam quotannis suppeditat scutata centum triginta circiter a quovis onere immunia. At ejusmodi Archipresbyteri congrua procul dubio decresceret, si EE. VV. petitam unionem indulgendam arbitrarentur; siquidem ex accepti et expensi tabulis a Canonicis exaratis liquet, valde tenues esse communis capitularis mensæ fructus, et licet eos longe majores posthac futuros sperent Canonici, fieri tamen potest, ut ob temporum, ac rerum circumstantias iterum decrescant.

Quæritur

An et quomodo sit locus unioni bonorum in casu etc.

Non proposita cum sequenti.

TER-

TERRACINEN. Quæ jamdiu fervet inter Terracinense Capitulum et Sacerdotem Ferdinandum Sessa controversia, ea vobis, Emi Patres, iterum hodierno die disceptanda proponitur. Ejusmodi causæ species prostat in Folio diei 24. Januarii 1829. Duo proposita fuerunt dubia, quibus die 9. insequentis Maii responsum datum est = *Dilata, et Capitulum doceat de observantia legis pœnalis Constitutionum capitularium in similibus casibus, et præsertim in casu Archipresbyteri Sanguigni* =. Cum itaque S. Congregationis mandatis paruerit Capitulum, suaque ex adverso jura Sacerdos Sessa nuper detulerit, hinc singula rationum momenta EE. VV. oculis utrinque perpendenda subiicio, ut pro ea, qua soletis, sapientia rem omnem dirimere tuto animo possitis.

Terracinense Capitulum ad probandam perennem observantiam Constitutionum anni 1705, in primis animadvertit, quemque Canonicum in ipso possessionis actu se memoratas Constitutiones adamussim servaturum jurare, atque hujusmodi vinculo se obstrinxisse ipsummet Canonicum Ferdinandum Sessa. Dein, ne remotissimum exquireret temporum memoriam, profert idoneam ex libro accepti et expensi particulam, qua patet ad ejus Constitutionis tramites integro Canonicatus sui reditu Canonicum Marconi anno 1800. fuisse privatum: tum duo præterea adduxit ex Capitularium Resolutionum albo testimonia, quibus liquido probat, anno 1819. Canonicum Pium Vicaro, *il quale è stato lontano dalla residenza per due mesi già compiti, e per tutta l' intiera scorsa Quadragesima*, et anno 1823. Canonicum Aloisium Locatelli, *il quale quasi mai è intervenuto all' officiatura*, omnium canonicalium fructuum privatione damnari oportuisse ad tramites capitularium Constitutionum, *le quali* (ita inquiebant Canonici tunc in comitiis coacti) *prescrivono che qualunque de' Canonici manchisse all' officiatura per due mesi continui, oppure tre interpolati fra l'anno, o per l' intiera Quadragesima, resti privato dei frutti del Canonicato per tutto l'anno*: Qui certe Canonici, quum in servandis suæ Ecclesiæ institutis sibi religionis fidem intercessisse perspicerent, æquo animo inflictam pœnam subierunt, nec ullo unquam tempore quidquam de ea re contuesti sunt.

Hisce positis, videtur Capitulo nullum jam dubium de poenalis Constitutionis observantia suboriri posse, quam se nuperrimis exemplis satis demonstrasse confidit. Etenim, quod spectat Archipresbyterum Sanguigni (de quo præsertim referendum jussit hic Sacer Ordo) monet primo loco Capitulum, quemadmodum legum omnium poenalium observantia non uno tantum exemplo induceretur, ita ipsam ne uno quidem facto destrui posse: adeo ut, licet in themate Archipresbyter Sanguigni Capitularis Constitutionis rigore immunis abiisse dicatur, non tamen idcirco de ejusdem Constitutionis existentia et validitate conclamatum sit. Ceterum fatentur Canonici, præfatum Archipresbyterum trium fere mensium intervallo Romæ sub anno 1827. immoratum fuisse, dignum propterea, in quem ipsa capitularium legum vis omnino exerceretur. Eumdem tandem asserunt eximi ejusmodi poena debuisse ob exhibitum S. hujus Congregationis indultum, quo adversæ valetudinis causa se per sex menses Choralis servitii dispensatione donatum esse docuerat.

Horum autem nihil profecto occurrit in Sacerdote Ferdinando Sessa, ut aliqua dignus commiseratione et æquitate habeatur. Ipse enim pergit Capitulum, dum quadragesimali tempore residentiam neglexit, etsi Sacro Concionatoris munere coram Episcopo suo Diœcesano ejusque fretus literis patentalibus Priverni functus sit, caruit tamen Apostolico absentiæ indulto, cujus gratia, vetante præsertim Capitulari Constitutione, licite posset Cathedralis suæ servitio deesse, et alienæ potius Ecclesiæ commodis inservire.

Hæc sunt, Emi Patres, quæ Capituli Terracinensis causam protuentur, quæque hodiernus ejus Ecclesiæ Administrator Episcopus suis ad hunc S. Ordinem litteris et veritati consona et magni facienda esse significat.

At Ferdinandus Sessa plura congerit argumenta, ut, quos sibi immerito ademptos putat Canonicatus sui reditus, hos ipse sibi omnino reddendos suadeat. Primo quidem inficiatur constantem in Terracinensi Capitulo illiusmodi sanctionis observantiam, de qua hic S. Ordo diligentissime inquirendum mandavit. Ipse

enim

enim, etsi non abnuat, Canonicum Marconi sub anno 1800 omnibus præbendæ suæ fructibus ex Capitulari Constitutione caruisse, id tamen duobus Canonicis et Pio Vicario anno 1819 et Aloisio Locatelli anno 1823 obtigisse mordicus negat. Nullam scilicet fidem Capitularibus ea de re allatis Resolutionibus tribuendam esse inquit, unde amborum tantummodo Canonicorum absentiam, et Collegarum erga eos voluntatem, non autem posteram certamque earumdem resolutionum executionem erui posse opinatur. Imo etiam longe aliud postea evenisse propugnat, asserens, præfatum Pium Vicario Romæ nuper de hodierna causa fuisse eloquutum, atque ita animi sui sensum ingenuo sermone aperuisse, ut se et Canonicum Locatelli punctaturis solum nolo obnoxios, sed Capitularis Constitutionis mulcta plane exemptos fuisse declaraverit. Hoc igitur habendum pro certo inculcat Sacerdos Sessa, ut pœnalem illam Terracinensis Capituli legem jamdiu observantia excidisse persuasum sit. Etenim nisi Canonicorum Vicario et Locatelli damnatio suo caruisset exitu, jam Canonicalis quota debuisset profecto sub anno 1819 et 1823 ceteris accrescere; idque proinde a Capitulo non tam ex Capitularibus Resolutionibus, quam ex libro accepti et expensi probari oportuisset, sicut de Canonico Marconi factum constat.

Præterea affirmat, Archipresbyterum Sanguigni quinque circiter menses judicialium negotiorum causa, non valetudinis gratia anno 1827 residentiam neglexisse, cumlemque nullo unquam S. hujus Ordinis suffultum indulto, cujus certe autographum exemplar hodie Canonici protulissent. Re quidem vera, quum omnia ejus anni gesta in Secretaria perlustrari jusserim, Archipresbytero Sanguigni nonnisi die 9. Januar. 1828 rescriptum prodiisse inventum est = *pro gratia ad 6. menses, onerata, etc.* = Quapropter Capitularis Constitutionis asperitatem sibi uni inflictam queritur Sessa, nec se eam ullo pacto promeruisse existimat. Quadragesimalem namque prædicationem obiit Priverni coram suo Episcopo, ita ut, quum

ipse huic inservierit, se tunc absentem vocari non potuisse putet *ex Cap. ad audient. de Cler. non resident. in 6.* =

Denuo proponuntur

Dubia

I. *An Sacerdoti Ferdinando Sessa sint restituendi fructus Canonicatus anni 1827 in casu etc.*

II. *An et quomodo temperanda sit Constitutio capitularis in casu etc.*

IN-

INDEX
RESOLUTIONUM
QUÆ PRODIERUNT IN CAUSIS IN S. CONGR. CONCILII ANNO 1829 PROPOSITIS.

A

Animadvertentes Patres Emi non satis constare, utrum Capitularis constitutio Terracinensis cathedralis Ecclesiae auctorante Apostolico Visitatore anno 1705. condita, et privatione omnium fructuum unius anni plectens eos Canonicos, qui per aliquos menses sine indulto *absunt* a residentia, viribus suis hodierna tempestate polleat; ideo antequam decernerent, an sint restituendi fructus unius anni Canonico Ferdinando Sessa, qui per integram Quadragesimam a sua residentia abfuerat, ut Sacrum Concionatoris munus in Privernensi civitate exerceret, rescribendum duxerunt, dilata, et Capitulum doceat de observantia legis poenalis Constitutionum capitularium in similibus casibus, et praesertim in casu Archipresbyteri Sanguigni, *in Terracinen.* 9. *Maji ad I, et II. Dub,*

B

Canonicam institutionem Beneficii S. Petri in Brigemna Melitensis Dioecesis dandam esse Sacerdoti Josepho Calleja a quibusdam patronis nominato, non autem Antonio Bonavita, qui licet majorem retulisset vocum partem, impar erat nanciscendo Beneficio ob puerilem aetatem, atque ob suspicionem simoniae ab ejus patre admissae, decrevit S. Congreg. *in Melevitana Beneficii* 21. *Novembris.*

Alterum ex *Beneficiis* sub invocatione S. Caroli et S. Emerentianae in Ecclesia S. Petri oppidi Castineani anno 1704. a Sacerdote Borromœo Marinucci fundatum pro clericis descendentibus ex designatis familiis, eisque non existentibus pro seniore Presbytero Castineani, neque alteri Beneficio uniendum, ceu postulabat Canonicus Fridericus Pignotti, neque ejus administrationem concedendam Aloisio Calosi

Gasperini ex designata familia descendenti, sed juxta fundatoris mentem seniori Castineani Presbytero conferendum, responsum dederunt Emi Patres, salvo jure Canonico Pignotti pro redintegratione expensarum litis coram S. Rotae Tribunali exagitatae, in *Montis Alti Beneficii* 17. *Junii ad I. et II Dub.*

C

Canonicatum a Sebastiano Parretti in Collegiata S. Nicolai Fabriani erectum concedendum esse Sacerdoti Joanni Castrica, eique, quatenus opus foret, dispensationem tribuendam super ea civica qualitate, quam fundator in nominandis praescripserat, respondit Sac. Congregatio; nam ipse prae ceteris praeditus erat dotibus a fundatore requisitis, *in Fabrianen. Canonicatus* 21. *Novembris.*

Antequam S. Congregatio decerneret, an esset confirmandum Episcopi decretum, quo praecipiebatur, ut, suspensa collatione *Canonicatus* Favari in Ecclesia Cathedrali S. Severini erecti, annui fructus erogarentur in augmentum exiguae canonicalis praebendae, seu potius danda esset canonica institutio Presbytero Mario Palladini, quem patroni nominaverant, judicium prorogandum censuit, deputato interim per Episcopum ecclesiastico administratore, qui cogat Sacerdotem Ernestem Matteucci postremum Canonicatus possessorem ad reddendam rationem suae administrationis, ac praesertim pretii retracti ex venditione domus, et inexigibilitatis census scutatorum centum viginti quinque, et confecto per eumdem Administratorem statu activo et passivo per decennium, Episcopus illum trasmittat ad S. Congregationem, ac interim declaret tempus et tempora non currere, *in Sancti Severini Canonicatus* 21. *Novembris.*

Canonicos Cathedralis Ecclesiae Derthonensis tempore vacationum haud lucrari quotidianas distributiones, easque ita dividendas esse pro ratione servitii, ut cujusque diei horis canonicis certae sint adsignatae distributiones, respondit S. Congreg., *in Derthonen. Constitutionum capitularium* 12. *Septembris ad IV. et V. Dub.*

Perpendentes Patres Emi, Administratores Nosocomii numerasse quidem Deputatis fabricae Ecclesiae parochialis S. Joannis Baptistae in oppido Cryptarum ad mare scutata ducenta, ut *census* super bonis Paroeciae crearetur, sed nunquam tabulas fuisse revera exaratas ob Administratorum negligentiam, arbitrati sunt, bona Paroeciae oneranda esse eodem censu, at fructus pro superioribus annis non fore ex bonis Paroeciae solvendos, et Nosocomium jure suo uti debere contra proprios Administratores, *in Ripa-*

ma Reliquiis Rationis 20. *Maii ad VIII. et IX. Dub.*

Deficiente Bulla erectionis, ac etiam immemorabili consuetudine iis praedita conjecturis et indiciis, quae Collegialitatem Ecclesiae S. Mariae ad Flumen oppidi Ceccani suadere possent, S. Congregatio rescripsit, minime eandem Ecclesiam esse *Collegiatam*, ideoque Beneficiatos seu Canonicos lege residentiae personalis non esse obstrictos, *in Ferentina Residentiae* 12. *Septembris.*

Cum dubitaretur, an erectio *Collegiatae* ab Episcopo Fazzi anno 1780. expleta in Ecclesia Parochiali sub invocatione S. Joannis Baptistae oppidi Ficicli, fuisset necne a sa: me: Pio VII. Apostolicae sedis robore confirmata, simulque constaret, spirituali oppidanorum bono, et Ecclesiae decori utilem esse memoratam Collegiatam, S. Ordo respondit, consulendum SSmo pro sanatione, quatenus opus sit, adjecta lege ut intra sex menses conficiantur Constitutiones ad formam Concilii Romani, ac Missam Conventualem ob redituum tenuitatem esse applicandam diebus dumtaxat festis etiam reductis, *in S. Miniatis Absolutionis, reductionis et translationis* 24. *Januarii ad I. et II. Dub.*

Animadvertentes Patres Emi non constare, juspatronatus Beneficii S. Joannis Baptistae in parochiali Ecclesia a Turre de Berettis ex fundatione aut dotatione pertinere ad familiam Comitis Pauli Berretta, veluti praescribit Benedicti XIV. Constitutio quae incipit *Fructuosa*, ut simplicia Beneficia in *Commendam* Ordinis SS. Mauritii et Lazari erigi queant, confirmandum putarunt judicium Archiepiscopi Taurinensis, qui sententiam tulerat memoratum Beneficium non ejus esse naturae et qualitatis, ut in Commendam erigi posset, quemadmodum optabat Comes Paulus hodiernus patronus. Cumque nulla occurreret utilitatis aut necessitatis causa, quamobrem Benedictinae Constitutioni derogaretur, iidem Emi petitam dispensationem denegarunt, *in Viglovanen. Commendae* 24. *Januarii ad I. et II Dub.*

Sacra Congregatio percontanti Episcopo Aversano respondit, eumdem pollere jure ad praebendam Theologalem et Poenitentiariam eligendi illum, quem idem Episcopus inter approbatos in formali *concursu* digniorem judicaverit, quin teneatur eum eligere, quem magis idoneum in eodem concursu Examinatores renuntiaverint, *in Aversana Canonicatus Theologalis et Poenitentiarii* 21. *Novembris.*

Confraternitatem SSmi Sacramenti in Ecclesia S. Apollinaris in pago Petrellae Guidonis erectam non esse transferendam ad parochialem Ecclesiam S. Michaelis, sed potius compellendam ad praestanda eidem Ecclesiae consueta obsequia juxta ordinationes ab Episcopo eden-

das rescripserunt Emi Patres. Quo quidem responso cum satis prospectum fuisset Ecclesiae parochiali, aliam *Confraternitatem* ibidem non esse erigendam, ac simul denegandam applicationem legati Boschi decreverunt, *in Feretrana Confraternitatis* 12. *Decembris ad I, II. et III. Dub.*

Ut consuleretur Ecclesiae sub invocatione B. Balachi civitatis S. Archangeli, atque etiam *Confraternitati* inibi erectae, Sac. Congregatio probandam censuit unionem bonorum ad Capellaniam Gori spectantium, adjecta tamen lege solvendi Capellano a Communitate eligendo annua scutata triginta sex, *in Ariminen. Capellaniae* 12. *Decembris ad I. Dub.*

Ad jurgia sedanda, quae inter Canonicos Senogalliensis Ecclesiae cathedralis exarserant super methodo *convocandi Capitulum*, sanxit S. Congregatio, convocationem faciendam esse per nuncium ad formam constitutionum capitularium, qui tamen singulis Capitularibus pridie exhibeat schedam sive scriptam, sive impressam cum indicatione diei, et horae tantum, ac de executione docere teneatur Secretarium, *in Senogallien. Convocationis Capituli* 9. *Maji.*

D

Capellaniam a Sacerdote Andrea Spanò fundatam in Ecclesia Cathedrali Platiensi erigendam in Canonicatum, atque hujus canonicam institutionem dandam esse Sacerdoti Vincentio Lavaccara in subsidium a fundatore vocato, non autem Clerico Vincentio Spanò Cagno aetatis indigenti *dispensatione*, quae jus a Sacerdote Lavaccara quaesitum laesisset, decrevit Sac. Congregatio, *in Platien. Canonicatus* 30. *Maji ad I. et II. Dub.*

Animadvertentes Patres Emi non constare, matrimonium inter Carolum Gasser et Hernestinam Farina rite initum minime fuisse consummatum, multoque minus virum impotentia laborare, illico petitam *dispensationem* denegarunt, *in Neapolitana Dispensationis Matrimonii* 8. *Augusti.*

Precibus Vincentii Valorani, qui dispensationem postulabat in statu laicali retinendi Capellaniam a Josepho Albertini in Ecclesia SS. Petri et Pauli Castineani fundatam, cui onus imminebat sacrorum Ordinum, non esse annuendum respondit S. Congregatio, eique praefiniendum praecepit terminum sex mensium sive ad suscipiendos sacros Ordines, sive ad Capellaniam dimittendam. Cumque idem Orator satis congruo frueretur censu, denegavit quoque absolutionem ab omissionibus Missarum, *in Montis Alti Capellaniae* 30. *Maji ad I. et II. Dub.*

E

Angelo Andreoli, qui Gallorum tempore licitus fuerat religiosas domos Fratrum Capuccinorum, et Congregationis S. Philippi civitatis Mevaniae, contiguasque *Ecclesias* occupaverat, quin tamen harum formam unquam ausus fuisset immutare, donec Pius VII. in Pontificiae ditionis possessionem restitutus legem ediderit, qua in pristinum statum revocabantur pia loca divendita, quae formam non immutaverant, S. Congregatio decrevit praefiniendum esse terminum arbitrio Archiepiscopi ad Ecclesias in pristinum statum restituendas; quo elapso Archiepiscopus juris et facti adhibitis remediis curet fieri instaurationem Ecclesiarum sumptibus ejusdem Andreoli, apposito super ipsius bonis sequestro, et loco mulctarum, quas hactenus contraxit ob decretum ab Archiepiscopo in sacra visitatione editum, reficiat expensas praesentis judicii, et consulat conscientiae suae ob violatam Ecclesiarum immunitatem, et amplius, *in Spoletana Ecclesiarum* 12. *Septembris.*

Decretum Episcopi in sacra visitatione editum, quo Communitas Ferentini damnabatur ad ferendos sumptus pro constructione *Ecclesiae* seu Capellae S. Petri ad vincula intra ambitum Ecclesiae S. Mariae Gaudentium Ferentini, non esse confirmandum responderunt Patres Emi; nam eadem Communitas ob suppressionem tituli Capellaniae in memorata Capella erectae, et ob unionem bonorum favore Seminarii episcopalis, jus patronatus tum Capellae tum Capellaniae amississe videbatur, ac jura omnia et onera in Seminarium translata censebantur, *in Ferentina Fabricae* 12. *Septembris.*

Canonicos Adjunctos seu secundae erectionis Cathedralis Ecclesiae Fabriani, qui in massam communem distributionum ad Canonicos primae erectionis spectantem nihil contulerant, eaque lege admissi erant, ut sarta tecta remanerent antiquorum Canonicorum jura, minime pollere facultate lucrandi distributiones quotidianas aliaque *emolumenta*, quibus fruuntur Canonici primae erectionis, nec etiam gaudere jure suffragii in capitulis respicientibus negotia Canonicorum primae erectionis, aut electionem ministrorum ex massa communi stipendium recipientium, responderunt Emi Patres. Quod vero pertinet ad legata Capitulo relicta post erectionem Canonicorum adjunctorum, eosdem ad participationem admittendos esse, et vocem in capitulis legata ejusmodi aut commune negotium respicientibus habere decretum fuit, *in Fabrianen. Jurium et emolumentorum* 8. *Augusti ad I. usque ad VI. Dub.*

Quum ex novissima Episcopi informatione clarius deprehendissent

Emi Patres, haud satis firmam esse assertam a Capitulo Privernensi consuetudinem, qua Canonici rude donati excluderentur a partecipatione *emolumenti* cujusdam, nisi et ipsi cantui antiphonae *Libera me Domine* adstarent, in decisis standum esse rescripserunt, ac insuper edixerunt, ut Canonici omnino pareant mandatis SacraeCongregationis, *in Terracinen. seu Privernen. Emolumentorum* 25. *Junii.*

Duos steriles fundos Seminarii episcopalis Marsorum Dioecesis *in emphyteusim* ad totam lineam masculinam, et ad primam fœminam tradendos censuit S. Congregatio favore Justiniani Incarnati certis tamen sub legibus, et cum facultate transferendi sive per testamentum, sive per actum inter vivos ipsam emphyteusim in extraneum, quatenus Justinianus decedat sine liberis, dempta insuper obligatione hypotecandi alium fundum, subjectis tamen omnibus melioramentis faciendis, et praestita idonea personali satisdatione, ut intra praefinitum tempus expleantur conventae meliorationes, *in Marsorum Emphyteusis* 30. *Maji.*

Apostolicum beneplacitum ad firmandum *emphyteusis* contractum inter parochialem Ecclesiam S. Joannis Baptistae civitatis Sorae et Cajetanum Perigli certis stipatum legibus, quae in Ecclesiae utilitatem vergunt, concedendum putarunt Emi Patres, additis in articulo octavo tam obligatione manutentionis aggerum, quam jure Parocho quotannis verificandi pacti executionem, et cogendi emphyteutam in casu negligentiae ad adimplementum, et cum conditione quod contractus emphyteusis non transeat lineam masculinam et fœmininam, *in Sorana Emphyteusis* 9. *Maji.*

F

Ad vitandas lites, quae facile oriuntur inter antecessorem et successorem Canonicatuum super divisione *fructuum*, et ad praemium laboris cuique tribuendum, Sacra Congregatio confirmandam censuit capitularem constitutionem Collegiatae Ecclesiae Montisfortini, qua edicebatur, ut fructus Massae communis inter Canonicos dividerentur pro ratione possessionis ac praestiti servitii, quin spectanda sit regula *juris* communis, quae tradit ad antecessorem pertinere fructus ante ejusdem obitum a solo separatos, reliquos autem servandos esse pro successore, *in Signina Constitutionum capitularium* 24. *Januarii.*

Indultum quod Praesul Leopoldus Severoli obtinuerat, ut sibi fas esset ad aliud decennium retinere Archidiaconatum Faventinae Cathedralis Ecclesiae una cum Canonicatu Lateranensis Basilicae, revocandum putarunt Emi Patres, facto verbo cum

SSmo, tum quia bona Archidiaconatus instaurationibus indigebant, tum quia idem Praesul plurima dimittere neglexerat nomina, quae Archidiaconatui dudum imminebant. Hinc mentem adduderunt, ut, suspenso interim jure nominationis, Episcopus virum ecclesiasticum deputaret, qui illico administrationem bonorum Archidiaconatus susciperet, domos colonicas restauraret, cuncta onera impleret, et quidquid esset reliqui ex annuis fructibus erogaret in dissolvenda debita, quae Archidiaconatui imminent, et in melioratione fundorum, cum obligatione reddendi rationem quotannis Episcopo. Verum tabulas pictas, quas ex Ecclesia S. Bernardi Archidiaconatui unita Romam asportaverat idem Praesul, omnino eidem Ecclesiae restituendas esse sumptibus Præsulis Severoli ad formam rescripti Emi Camerarii, decretum fuit, *in Faventina Indulti 24. Januarii ad I. II. III. et IV. Dub.*

Petro di Mauro, qui duobus inferioribus digitis dexteræ manus carebat, indicemque ac medium junctos habebat, dispensationem *irregularitatis* denegandam putarunt Emi Patres, *in Catanien. Irregularitatis* 12. *Septembris.*

L

Contractum *locationis*, quem clericus Joannes Franciscus ex ducibus Carafa possessor simplicis Beneficii sub invocatione S. Nicolai et S. Mariae a Jammele ad sui vitam inierat cum Gente Carafa, et quo conventum fuit, ut loco decimarum, quae constant ex vigesima tritici et frugum latifundii Montis Leonis, eidem Beneficiato a possessore memorati latifundii quotannis repraesentarentur ducata centum quadraginta ab omni onere et vectigali immunia, probatione ac sanatione quidem dignum existimarunt, et ad cautelam absolutionem a censuris ob defectum Apostolici Beneplaciti illi impertiendam dixerunt: sed petitionem, ut contractus ille in aevum protraheretur, respuendam putarunt, eam praesertim ob causam, quia melius est insistere rei, quam actioni, *in Beneventana Beneplaciti Apostolici 24. Januarii ad I. II. et III. Dub.*

M

Perpendentes Patres Emi Sedem Episcopalem Derthonensem anno 1803. Apostolica auctoritate suppressam, postea haud in integrum fuisse restitutam, sed rursus erectam, ideoque antiqua jura, consuetudines, et privilegia jam penitus extincta ac perempta esse dicenda, decreverunt *Matutinum* esse mane recitandum, Vesperas quotidie cum cantu persolvendas,

et *Missas* omnes Conventuales, etiam plures eadem die, canendas ad formam novissimarum constitutionum, quas Canonici condiderant, probaveratque Episcopus. Facultatem nihilominus Episcopo tribuerunt, ut justa intercedente causa posset dispensare pro anticipatione matutini, et persolutione vesperarum sine cantu, nec non indulgere, ut una tantum missa Conventualis celebretur cum cantu, reliquae autem legantur, ad quinquennium, *in Derthonen. Constitutionum capitularium* 12. *Septembris ad I. II. et III. Dub.*

Bonorum divisionem, seu peculiarium praebendarum attributionem, quam Archipresbyter et Beneficiati Ecclesiae S. Petri in oppido Turricis proprio marte inierunt, minime probandam esse decrevit S. Congregatio, ac *massam communem* redintegrari jussit, ne cultus divinus, et Ecclesiae servitium aliquid caperet detrimenti. Imo Beneficiatos, qui vel per se, vel per alios choro non interessent, aliaque implerent onera, punctationi subjectos voluit, mandavitque Episcopo ut provideat ad formam Con. Trid. sess. 21. cap. 3. de refor., *in Verulana Massae communis et Missae pro populo* 12. *Decembris ad I. et IV. Dub.*

Cum habitualis animarum cura Ecclesiae S. Petri prope Turricem penes Collegium Beneficiatorum residere videretur, atque Beneficiati ab immemorabili *Missam pro populo* in orbem cum Archipresbytero applicare consuevissent, Patres Emi hanc consuetudinem in posterum quoque servari jusserunt, *in Verulana Massae communis et Missae pro populo* 12. *Decembris ad II. et III. Dub.*

Quum Joannes Baptista Gori Capellaniam in Ecclesiam B. Balachi civitatis S. Archangeli translatam fundaverit, ejusque rectori onus injunxerit celebrandi *Missas*, Patres Emi eumdem ad applicationem quoque teneri responsum dederunt, licet absolutionem a praeteritis omissionibus propter bonam fidem hodierni Capellani concedendam duxerint, celebratis decem Missis pro anima fundatoris, *in Ariminen. Capellaniae* 12. *Decembris ad II. et III. Dub.*

N

Ad legatum alimentorum in Seminario Tiburtino eos a Communitate Vicovarii, quae *nominatione* gaudebat favore juvenum terrae Vicovarii, eligendos esse respondit S. Congregatio, qui sunt originarii ejusdem terrae tam ex patre indigena quam ex patre advena legitimum domicilium habente orti, nulla illis supra his tributa praelatione, quemadmodum Vexillarius et Consiliarii Vicovarienses decerni postulaverant, *in Tiburtina Nominationis* 27. *Junii.*

Sacerdoti Vincentio Prosperi, qui tamquam a Praeposito Collegiatae oppidi Murri Vallium *nominatus* ad vacantem Capellaniam in eadem Collegiata a Josepho Razzei fundatam medietatem vocum obtinuerat, quique laborum ac dotium suppellectili eminebat supra Sacerdotem Cajetanum Guidi a compatrono praesentatum, derogationem medietatis vocum concedendam esse respondit Sacra Congregatio, *in Firmana Juris Nominandi 24. Januarii.*

O

Onera Missarum et oblationis ecrae, quae Parochiali Ecclesiae oppidi Cerreti olim imminebant, nunc sustinenda esse a Mensa episcopali Fabrianensis civitatis respondit S. Congregatio, quoniam bona omnia ejusdem parochialis Ecclesiae ab Apostolica Sede memoratae Mensae attributa fuerant. Hac de causa Episcopum absolutione donandum censuere ab omissionibus bona fide hactenus patratis, *in Fabrianen. Onerum 12. Decembris ad I. et II. Dub.*

Patres Emi existimantes eam esse in Ecclesia B. Mariae Virginis in Coelum Assumptae oppidi S. Stephani consuetudinem, ut Beneficiatus possessione posterior, sive Clericus, sive Sacerdos, sarcinam perferat Sacrarii, decreverunt *onus* ejusmodi ferendum esse a Sacerdote Josepho Maria Milizia ultimo proviso, non autem a Clerico Philippo Bonomo, qui erat possessione anterior, *in Ferentina 24. Januarii.*

Cum Dorthonensis Cathedralis Ecclesiae Capitulum haud in antiquum statum restitutum, sed anno 1817. denuo erectum fuerit, ideoque antiquae constitutiones et consuetudines jam sint plane extinctae, S. Congregatio respondit, ejusdem Ecclesiae Canonicos minime potiri jure *optandi* vacantes praebendas, *in Dorthonen. Constitutionum capitularium 12. Septembris ad VI. Dub.*

P

A Francisco Giannei Parocho S. Mariae di Mileto non esse praestandam *pensionem* scutatorum viginti, quam sibi reservatam contendebat Dominicus Natali, respondit S. Congregatio, tum quia idem Dominicus Apostolicas litteras numquam exhibuerat, tum quia parochiae reditus adeo tenues conspiciebantur, ut pensio fuisset delenda, si eam reservatam fuisse constaret, *in Ariminen. Pensionis 12. Septembris.*

Episcopo Cuneensi *Pontificalia* obeunti in Ecclesia Cathedrali inservire debere tum Archipresbyterum tum Praepositum Di-

gnitates ejusdem Ecclesiae responderunt Emi Patres, quamvis ipsis animarum cura in aliis Ecclesiis obeunda immineret, dummodo tamen actu non impediantur ab assistentia animarum ad formam fundationis; nam ex juris dispositione Canonici ac Dignitates omnes Episcopo sacris solemni ritu operaturo praesto esse tenentur, nisi legitima causa impediantur, *in Cuneen. Pontificalium* 12. *Septembris.*

Quum alter ex Canonicatibus Collegiatae Ecclesiae oppidi Quintiliani, in Praebendam Theologalem anno 1787. ab Reatino Episcopo erectus, exiguis fruretur reditibus, ratio non suppeteret illos augendi, lectiones Sacrae Scripturae vix aliquando habitae fuerint, et Collegiata iis non polleret qualitatibus, quae eam insignem redderent, S. Congregatio precibus Communitatis; quae patronatus gaudet jure, annuendum censuit, et Canonicatum ab onere explicandi Sacram Scripturam liberavit, *in Reatina Praebendae Theologalis* 30. *Maji.*

R

Ob imminutionem reditnum sex Capellaniarum, quas in Ecclesia S. Joannis Baptistae Januensis nationis Romae fundavit Cardinalis Cosmas Imperiali, eas ad tres *reducendas* censuit S. Congregatio, simulque Capellanos liberavit ab onere catechesis post meridiem, integris manentibus oneribus Missarum et explicationis Evangelii; *in Romana Reductionis onerum* 27. *Junii ad I. et II. Dub.*

Ad tenues augendos reditus canonicalium praebendarum Collegiatae oppidi Ficicli impertita est Missarum *reductio* et absolutio ab anteactis omissionibus juxta votum Episcopi, cum onere celebrandi quotannis intra octavam fidelium defunctorum Anniversarium cum cantu, adstante universo Capitulo, *in S. Miniatis absolutionis, reductionis, et translationis* 24. *Januarii ad III. IV. VI. VII. et VIII. Dub.*

Missarum *reductionem*, quam Aloisius Aluffi patronus Capellaniae S. Antonii in parochiali Ecclesia oppidi Collis Cervini anno 1806. obtinuerat a Cardinale Lante Abbate Commendatario, tamquam obreptionis et subreptionis vitio infectam, non esse confirmandam respondit S. Congregatio, multoque minus concedendam suppressionem tituli Capellaniae. Atque ut praedio Capellaniae ab eodem Aloisio divendito aliud sufficeretur, decrevit a Felice Aluffi praefati Aloisii herede subrogandum esse fundum valoris scut. 1350. a quovis onere et hypotheca immunem, praecepitque Emo Abbati, ut curaret fieri transcriptionem fundi favore Capellaniae, *in Nullius Farfen. Re-*

ductionis Missarum 30. *Maji ad I. II. et III. Dub.*

Ad enuesa ugendos reditus canonicalium praebendarum Collegiatae oppidi Massafrà, et ob jacturam fundorum ad pia Legata spectantium, Missarum *reductionem* ad formam decreti Episcopi Lettieri opportunis facultatibus praediti probandam censuit S. Congregatio, quae insuper absolutionem impertita est ab anteactis omissionibus, celebrata unica Missa cum cantu et interventu totius Capituli, *in Castellaneten. Reductionis* 30. *Maji ad I. usque ad IV. Dub.*

Nedum absolutionem ab anteactis Missarum omissionibus, sed etiam illarum *reductionem* ad medietatem juxta votum Emi et Rmi Cardinalis Falzacappa Relatoris concessit S. Congregatio tum ob auctam eleemosynam, tum ad levandam inopiam choralium Capellanorum Metropolitanae Ecclesiae Florentinae, qui praeter chorale servitium Parocho opitulantur, ac fidelium confessiones excipiunt, *in Florentina Reductionis, et absolutionis* 21. *Novembris ad I. II. et III. Dub.*

Ad levandam inopiam Parochi Castri Peticuli Missas ex legato Antonii Bruni pro ratione redituum celebrandas *reduxit* S. Congregatio ad annua Sacra quinquaginta, *in Senogallien. Reductionis Missarum* 27. *Junii.*

Ut paupertati Ecclesiae SS. Augustini et Mauri Comaclensis civitatis prospiceretur, atque ut ejusdem Rectori aliquod constitueretur stipendium, S. Congregatio plura Missarum legata *reduxit* ad Missam quotidianam et ad alteram diebus festis; reditus autem ita erogari concessit, ut deductis oneribus juxta notulam, quod superest, cedat favore Rectoris, *in Comaclen. Reductionis, et absolutionis* 21. *Novembris ad I. et II. Dub.*

S

Canonicis aliisque capitularibus Cathedralis Ecclesiae Recanatensis ad eliminandos abusus, qui pluries irrepserant in *servitio chorali*, Emi Patres censuerunt esse concedendum indultum inserviendi choro et Ecclesiae per alternas hebdomadas, dummodo vacationes non excedant tres menses a Concilio Tridentino, et a consuetudine Ecclesiae Recanatensis permissos. Cumque per quatuor annos sine apostolico indulto Canonici easdem vacationes ampliassent, ipsis tributa est absolutio a praeteritis omissionibus, celebratis duabus Missis cum cantu, et interventu totius Capituli, *in Recanaten. Servitii chori* 21. *Novembris ad I. et II. Dub.*

Acri orta controversia inter Canonicos et Praebendatos Ripanae Cathedralis Ecclesiae, utrum

iidem Praebendati tenerentur canere antiphonas, responsoria, lectiones, graduale, tractum, aliaque hujusmodi, et adsistere Canonicis in munere Diaconi et Subdiaconi in Missis tam conventualibus, quam votivis, eaque ad Sacram Congregationem delata, haec judicium suum protelandum censuit, adjecta tamen lege, ut interim Praebendati praestent servitium chorale, et adsistentiam Altari, exceptis functionibus, quae sive ex legalis Canonicorum voluntate obeundae suscipiuntur, nisi iidem Praebendati admittantur ad participationem emolumentorum. Insuper statuit Capitulo praefiniendum esse terminum sex mensium ad effectum conficiendi ac transmittendi per Vicarium Apostolicum Constitutiones ad Sacram Congregationem, *in Ripana Servitii chori ad I. usque ad V. Dub.*

Nemine sive ex praedilecta familia descendente, sive extraneo Clerico existente, qui Canonicatum ab Andrea Senzadenari in Collegiata Ecclesia oppidi Angillarae fundatum assequeretur, Sac. Congregatio censuit concedendam esse *suspensionem* nominationis, donec Joannes Senzadenari, qui a patrono nominatus fuerat, ac insuper ex fundatione passiva pollebat vocatione, ad legitimam perveniat aetatem, eique interim tribuit annuos fructus in causam studiorum erogandos, facto verbo cum SSmo, *in Sutrina Canonicatus 27. Junii.*

Canonicos Cathedralis Ecclesiae Derthonensis, qui contra Episcopi praeceptum sub poena suspensionis ipso facto incurrendae post completorium recitaverant matutinum diei sequentis, in *suspensionem* incidisse dixerunt Patres Emi, quamvis Canonici ante violationem praecepti ad Sedem Apostolicam provocassent; nam praeceptum Episcopi respiciens cultum divinum respuit suspensivam appellationem. Episcopo tamen indulserunt facultatem eos absolvendi a suspensione, et dispensandi ab irregularitate, *in Derthonen. Constitutionum capitularium 12. Septembris ad VII. et VIII. Dub.*

Ut Raimundus Neri, qui rei familiaris angustia premebatur, duos filios ecclesiasticae militiae jam adscriptos, et ad Capellanias Perotti in Cathedrali Ecclesia Perusina erectas passive vocatos, atque etiam ab hodierno patrono Venanzi nominatos, in Seminario alere posset, Sac. Congregatio concessit *suspensionem* collationis duarum Capellaniarum, ad quinquennium, impletis tamen Missarum oneribus, et reliquis fructibus in causam studiorum erogatis, *in Perusina Capellaniarum 12. Septembris ad I. Dub.*

Ob eadem rationum momenta simili indulgentia dignum existimavit filium Jacobi Frigeri pro *suspensione* collationis tertiae Capellaniae Perotti, quatenus nominationem assequatur a legitimo patrono, *in eadem ad II. Dub.*

T

Ne Canonici Collegiatae Ficicli easdem horas canonicas et eamdem Missam cum cantu certis diebus denuo persolvere et celebrare obstringerentur, ut supremam implerent voluntatem testatorum Lotti et Frullani, *translationem* legatorum ad alios dies, in quibus Canonici chorali servitio non devinciebantur, juxta votum Episcopi concessit S. Congregatio, *in Sancti Miniatis 24. Januarii ad I. Dub.*

Ut firmior et certior in posterum Capellaniae a Ginetta Navone fundatae redderetur satisfactio, S. Congregatio oblationem Marchionis Joannis Baptistae Negrotto probandam censuit, atque huic suisque successoribus *translationem Missarum* concessit juxta petita, ea tamen lege ut quotannis implementum onerum Archiepiscopo Januensi ostenderet, atque idem Archiepiscopus curaret fieri inscriptionem hypothecariam super idoneo fundo pro implemento Capellaniae, facto verbo cum SSmo, *in Januen. Capellaniae 12. Decembris ad I. Dub.*

U

Utilem atque adeo necessariam agnoscentes Emi Patres Paroeciam S. Joannis Baptistae propo oppidum Sessilli, cum cum Paroecia SSmae Trinitatis intra ambitum oppidi existente minime *uniendam* esse responderunt, *in Aquen. Unionis 27. Junii.*

V

Quae Gallorum tempore Ravennae institutae fuerant *Vicariae Curatae*, eas supprimendas censuerunt Emi Patres, ac redintegrandas Paroecias juxta votum Emi, et Rmi Cardinalis Marco y Catalan Relatoris, quia ad animarum curam recte obeundam magis conducere visi sunt veri pastores, quam Vicarii ad nutum Archiepiscopi amovibiles, *in Ravennaten. Parochiarum 12. Decembris.*

Postulante Collegiata oppidi Vissi, ut *voluntas* Nicolai Bernabei, qui certos reliquerat reditus in panem pauperibus largiendum quotannis erogandos, comutaretur in Missarum celebrationem, S. Congregatio servari praecepit testatoris dispositionem, ac solummodo indulsit, ut distributio panis reduceretur ad scutata quatuor in singulos annos juxta votum Episcopi. Praeterea absolutionem Canonicis concessit ob praeteritas omissiones, celebrato unico anniversario cum cantu, ac interventu totius Capituli, *in Nursina Commutationis voluntatis et absolutionis 8. Augusti ad I. et II. Dub.*

FINIS

INDEX
CONCLUSIONUM
Quæ adnotatæ sunt in foliis Causarum Anni 1829.

ABSENTIA

Infirmitas justam suppeditat causam abessendi a choro, *pag.* 25. §. *Frustra.*

Minime autem illis, qui absunt a loco residentiæ, *ibid.*

Nisi Apostolico indulto a residentia discesserint, *ibid.*

ABSOLUTIO

Ab omissis Sacrificiis vel aliis piis operibus conceditur absolutio, si nulla intercesserit fraus, *pag.* 137. §. *Ad absolutionem*, *pag.* 220. §. *Quæ*, *et pag.* 257. §. *Nec.*

Injuncto aliquo onere, *pag.* 137. §. *Ad*, *et pag.* 279. §. *Ad III.*

Etiam a neglecto servitio chorali indulgetur absolutio, aliquo imposito pio opere, *pag.* 248. §. *ad II. Dub.*

Aliquando tamen justa occurrente causa nullum injungitur pium opus, *pag.* 137. §. *Ad.*

ADMINISTRATOR

Administratores piorum locorum tenentur ad id quod eorum interest ob moram irregularem, *pag.* 85. §. *Progrediar*, *et pag.* 93. §. *Ad IX.*

Imo etiam ad sarcienda damna ob summas non exactas, *pag.* 93. §. *Ad X.*

Et quidem in solidum, si plures sint, *pag.* 85. §. *Progrediar.*

ÆTAS

Ætas quatuordecim annorum requiritur in Beneficiis simplicibus *pag.* 233. §. *Ex ætate.*

Etiamsi sint Beneficia jurispatronatus laicalis, *ibid.*

Patronorum filiis nonnumquam conceditur ætatis dispensatio, ut Beneficia assequantur, *pag.* 103. §. *Oratoris.*

Præsertim si eorum, quorum interest, accedat consensus, *pag.* 134. §. *At.*

Vulnus tamen infligitur sacrorum Canonum dispositioni, *pag.* 103. §. *Plura.*

Quandonam ætatis dispensatio jus alterius lædat, traditur *pag.* 104. §. *Tandem.*

Vide *Nominatio.*

ALIENATIO

Vetita est bonorum ecclesiasticorum alienatio sine Apostolicò beneplacito, *pag.* 250. §. *Quæstio.*

Controvertitur inter Canonistas, utrum illicita sit inter Clericos ejusdem Ecclesiæ pactio super modo gaudendi fructibus communis mensæ, *pag.* 250. §. *Quæstio.*

Certum tamen est, pactionem illam minime successores afficere, *ibid.*

Nisi accesserit venia Apostolicæ Sedis, *ibid.*

Hanc ob causam S. Congregatio modo probandam, modo infirmandam censuit partitionem bonorum, ac peculiarium præbendarum attributionem, *ibid.*

Prout rerum ac temporum circumstantiæ suggerere visæ sunt, *ibid.*

Putant nonnulli licitum esse Beneficiato ad sui vitam locare et cedere fructus Beneficii, *pag.* 14. §. *Initio.*

Contraria tamen tenenda est sententia, *pag.* 14. §. *Verum.*

Cui adhæsit S. Congregatio, *ibid*

Responditque absolutione ad cautelam eos indigere, qui similes contractus sine Apostolica venia inierunt, *ibid.*

Similiter non licet Beneficiato, recepta semel mercede, omnes fructus ad vitam alicui cedere, *pag.* 14. §. *Initio.*

Vide *Beneplacitum Apostolicum.*

APPELLATIO

Decretum Episcopi, quod respicit cultum divinum, suspensivam respuit appellationem, *pag.* 203. §. *Postrema.*

Vide *Censura.*

AXIOMATA ET REGULÆ JURIS

Plus cautionis est in re, quam in persona, *pag.* 16. §. *At.*

Non est ferendus, qui lucrum amplectitur, onus autem eidem adnexum respuit, *pag.* 44. §. *Quod.*

Quod uni prodest, et alteri non nocet, non est prohibendum, *pag.* 55. §. *Ex his.*

Quod semel placuit, amplius displicere non potest, *pag.* 102. §. *Imo pag.* 131. §. *Aliter.*

Gratia et privilegia juri alterius quæsito jacturam inferre non debent, *pag.* 104. §. *Tandem, et pag.* 130. §. *At.*

Qui causam damni dedit, ad emendationem adigi potest, *pag.* 216. §. *Duo.*

In obscuris, quod est verosimilius, inspici debet *pag.* 278. §. *Verum.*

BENEFICIATUS

Usufructuario comparatur, *pag.* 10. §. *Rem.*

Ideoque fructus, quos a solo ante obitum ipse separavit, suos fecit, *ibid.*

Et ad hæredem transmittit, *ibid.*

Reliqui spectant ad Successorem, *ibid.*

At in Beneficiis curatis et residen-

tialibus æquum est, ut fructus inter antecessorem et successorem dividantur pro ratione possessionis, *pag.* 11. §. *Verum.*
Quia tunc fructus sunt præmium laboris, *ibid.*
Hanc fructuum divisionem sanctione muniendam putavit Sacra Congregatio, facto tamen verbo cum SSmo, *pag.* 12. §. *Affirmative.*
Vide *Alienatio*, *Servitium Chori.*

BENEFICIUM

Ad ecclesiastici Beneficii legitimam erectionem requiritur auctoritas Episcopi, *pag.* 101. §. *Principio.*
Nec sufficit fundatoris voluntas, nec dotis constitutio, *ibid.*
Ad Beneficia et legata vocantur, qui civica gaudent prærogativa, *pag.* 123. §. *Quemadmodum.*
Ubi in personis nominandis certæ requiruntur qualitates, non est eis derogandum, *pag.* 240. §. *Quanquam.*
Vacatio Capellaniarum etiam Laicalium non inducitur ipso jure ob non susceptionem sacrorum Ordinum, *pag.* 60. §. *Jure.*
Nec etiam privatio fructuum, *ibid.*
Nisi Episcopus pœnas illas, prævia monitione, irrogaverit, *ibid.*
Eadem servatur regula in Canonicatibus, et Beneficiis, quibus onus imminet sacrorum Ordinum, *ibid.*
Vide *Civis*, *Nominatio.*

BENEPLACITUM APOSTOLICUM

Locationes bonorum Ecclesiæ ultra triennium indigent Apostolicæ Sedis venia, *pag.* 14. §. *Verum.*
Item Locationes ad vitam Beneficiati, *ibid.*
Ac etiam partitio bonorum mensæ capitularis, ut peculiares constituantur præbendæ, *pag.* 250. §. *Quæstio.*
Conceditur beneplacitum, quando contractus vergit in utilitatem Ecclesiæ, *pag.* 15. §. *Decernere.*
Pactio, quæ in unius tantum cedit commodum, probationem haud meretur *pag.* 16. §. *At.*
Vide *Alienatio*, *Emphyteusis.*

CADUCITAS

In Capellaniis, et Beneficiis non inducitur ipso jure ob non susceptionem Ordinum, *pag.* 60. §. *Jure.*
Vide *Beneficium.*

CANONICATUS ET CANONICI

Canonici Curati lucrantur quotidianas distributiones, dum absunt a choro pro obeunda animarum cura, *pag.* 267. §. *Aliter.*
Etiamsi in una Ecclesia possideant Canonicatum, in altera Præciam, *ibid.*
Dummodo Canonicatui ex funda-

tione immineat animarum cura *ibid.*

Canonici omnes, et Dignitates Ecclesiæ Cathedralis Episcopo ibidem Pontificalia exercenti inservire tenentur, *pag.* 266. §. *Explorati*, *et pag.* 268. §. *Ita.*

Et Episcopus illos compellere potest juris adhibitis remediis, *pag.* 266. §. *Explorati.*

Nisi quisquam sit legitima causa impeditus, *ibid.*

Veluti Canonici animarum curam exercentes, si eo tempore, quo habentur Pontificalia, ab assistentia animarum detineantur, *pag.* 269. §. *Veruntamen*, *et* §. *Affirmative.*

Quia præcipuum officium Canonicorum, curam animarum habentium, est spirituali parochianorum saluti inservire, *pag.* 267. §. *At si*

Verum si Canonici curati nullo detineantur impedimento, Episcopo inservire obstringuntur, *pag.* 269. §. *Affirmative.*

Licet in alia, quam in cathedrali Ecclesia Parochi munere fungantur, *ibid.*

Quemadmodum Missam Conventualem canere tenentur, *pag.* 268. §. *aliter*,

Et Dignitati vel Canonico Missam solemnem celebranti in munere Diaconi et Subdiaconi ministrare, *pag.* 268. §. *Aliter.*

Canonici negligentes susceptionem sacrorum Ordinum non privantur ipso jure nec Canonicatu nec fructibus præbendæ, *pag.* 60. §. *Jure.*

Sed opus est, ut monitiones prius adhibeantur, *ibid.*

Iis Canonicos præditos decet reditibus, qui sustinendo decenti eorum gradui respondeant, *pag.* 214. §. *Cum.*

Pro loci tamen ac personarum qualitate, *ibid.*

Secus patroni cogendi sunt ad annuum augendum censum, *ibid.*

Non licet novis Canonicis auferre fructuum partem, ut ea inter alios Capitulares dividatur, *pag.* 19 §. *Porro.*

Non reprobatur consuetudo, ut noviter electi certam solvant pecuniæ vim in pios usus erogandam, *ibid.*

Canonici secundæ erectionis non lucrantur fructus ac distributiones antiquæ massæ communis, *pag.* 161. § *At vero.*

Nec etiam emolumenta ex legatis ante eorum erectionem proficiscentia, *ibid.*

Sed contenti sint oportet peculiaribus præbendis ab eorum fundatoribus constitutis, *pag.* 161. §. *Jam vero.*

Nisi ad eorum delibationem a Capitulo sponte fuerint admissi *pag.* 161. §. *At vero.*

Vel saltem eorum fundatores æquam portionem in massam distributionum contulerint, *ibid.*

Secus dicendum de Legatis post eorum erectionem Capitulo generatim relictis, *pag.* 159. §. *Et quod.*

Canoniæ proprium est, ut vocem tribuat in Capitulo, *pag.* 160. §. *Vindicato.*

Sed Canonici novæ erectionis jure suffragii non gaudent in negotiis Canonicorum primæ erectionis, *pag.* 162.

Nec etiam in electione Capella-

norum et Ministrorum, qui stipendia percipiunt ex massa antiquorum Canonicorum, *pag.* 163. §. *Ad VI.*

Aliter dicendum si agatur de negotiis, quæ universum spectant Capitulum *pag.* 163. §. *Ad IV. et Ad V.*

Vide *Consuetudo*, *Horae Canonicae*, *Servitium Chori.*

CAPELLANIA

Capellanus tenetur Missas applicare, *pag.* 277. §. *Quod.*

Licet Fundator nullam applicationis fecerit mentionem, *ibid.*

Nisi ex vehementibus indiciis contrarium eruatur, *ibidem, et seq.*

Non inducitur ipso jure Capellaniæ vacatio ob non susceptionem Ordinum, *pag.* 60. §. *Jure.*

Vide *Beneficium.*

CAPITULUM

Qua ratione sint capitularia comitia convocanda, jure cautum non est, *pag.* 48. §. *Qua.*

Proindeque capitularis constitutio, aut consuetudo spectanda est, *ibid.*

Hinc alibi per sonum campanæ, alibi per litteras, alibi viva fit voce, *ibid.*

Nihil per Canonicos est innovandum, ne quis in Capituli convocationem legitimus insurgat impugnator, *ibid.*

Ad abusus tamen tollendos nova præscribenda est convocandi Capituli methodus, *pag.* 49. §. *Aliter.*

Dummodo in hac ipsa convocatione consuetæ adhibeantur solemnitates, *pag.* 48. §. *Neque.*

Qui vocati ad Capitulum adire nolunt, tamquam præsentes ad validitatem Capituli habentur, *pag.* 48. §. *Neque.*

Idem dicendum de absentibus, et ægrotis, *ibid.*

Is cui jus est convocandi Capitulum, non tenetur in ipsa convocatione res pertractandas significare *pag.* 48. §. *Neque.*

Vide *Constitutiones.*

CENSURA

Ad ferendas censuras justa requiritur causa, *pag.* 208. §. *Denique.*

Quæ sub conditione feruntur, non antea suum sortiuntur effectum, quam extiterit conditio, *ibid.*

Appellatio, pendente conditione, interposita suspendit vim censurarum, *ibid.*

Secus vero si agatur de præcepto Episcopi cum censura latæ sententiæ, quod respiciat cultum divinum, *pag.* 209. §. *Ad VII, dub.*

Quia ejusmodi præceptum suspensivam respuit appellationem, *pag.* 203. §. *Postrema.*

CENSUS

Si tradita fuerit pecunia, ut census crearetur, sed reapse tabulæ creationis exaratæ non fuerint, fructus non debentur, *pag.* 93. §. *Ad IX.*

Et locus pius in proprios Administratores tela vertere potest, *ibid.*

CHORI SERVITIUM

Qui Choro non intersunt, punctationi subjiciuntur, *pag.* 253. §. *Postrema.*

Etiamsi Beneficia non sint residentialia, *ibid.*, *et pag.* 259. §. *ad IV.*

Cum onus choralis servitii vel per se vel per alios implere teneantur, *pag.* 253. §. *Postrema.*

Reducitur ob aeris frigiditatem, atque ob redituum tenuitatem, *pag.* 246. §. *Verum.*

Vide *Servitium Chorale*, *Vacationes.*

CIVIS ET CIVITAS

Civitas acquiritur origine, domicilio, privilegio, *pag.* 123. §. *Quemadmodum.*

Perusinus dicitur, qui illius civitatis est civis origine, vel domicilio, *pag.* 124. §. *Porro.*

De Perusio autem dicitur, qui ibidem duxit originem, *ibid.*

Qui Civica gaudent prærogativa, ad munera civilia vocantur, *pag.* 123. §. *Quemadmodum.*

Atque etiam ad Beneficia Ecclesiastica, *ibid.*

Indigenæ tamen ceteris præferuntur, *pag.* 241. §. *At.*

Nisi aliter lege, vel fundatione cautum sit, *pag.* 124. §. *Porro.*

Emolumenta relicta pro civibus alicujus civitatis aut oppidi, debentur illis, qui ibidem orti sunt *pag.* 124. §. *Porro.*

Licet originem duxerint ex parentibus advenis, *ibid.*

Non tamen casu fortuito vel precario, sed permanenter ibi degentibus, *ibid.*

Contrarium servandum est, quando testator vocaverit puellas ex utroque parente indigena ortas, *ibid.*

Et hoc tantum casu ipsæ prælationem merentur super puellas patre advena prognatas, *ibid.*, *et pag.* 126. §. *Affirmative.*

COLLEGIATA

Quænam dicatur insignis Collegiata, traditur *pag.* 98. §. *Attamen*

Olim Episcopi facultate donabantur erigendi Collegiatas, *pag.* 175. §. *Ecclesiam.*

Postea congruum visum est jus illud Apostolicæ Sedi reservare, *ibid.*

Attamen ex consuetudine et præscriptione immemorabili Ecclesiæ simplices ad Collegiatæ honorem evehi possunt, *pag.* 176. §. *Jam vero.*

Ex quibus signis innotescat Collegialitas Ecclesiæ, innuitur, *pag.* 177. §. *Antea*, *et seqq.*

Verum haud necesse est, ut omnes plane conjectura et indicia concurrant, *pag.* 176. §. *Jam.*

CONCURSUS

In collatione Præciarum Examinatores renuntiare tenentur Episcopo quotcumque idoneos ipsi judicaverint, *pag.* 236. §. *Jam vero.*

Habita ratione nedum scientiæ, verum etiam ætatis, morum, aliarumque dotium, *ibid.*

Sed ad Episcopum spectat eum eli-

gere, quem ipse inter approbatos ab examinatoribus magis idoneum judicat, *ibid.*

Ac præterire potest eum, qui cuncta suffragia Examinatorum retulerit, *ibid.*

Licet eligere nequeat illum, quem Examinatores reprobandum duxerant, *ibid.*

Præbenda Theologalis et Pœnitentiaria confertur per concursum, *pag.* 235. §. *Aversana.*

Eodem plane modo quo parochiales Ecclesiæ conferuntur, *pag.* 236. §. *At vero.*

Hinc electio dignioris spectat ad Episcopum, *pag.* 237. §. *Igitur.*

Quia nemini magis quam Episcopo innotescunt mores et merita concurrentium, *pag.* 236. §. *Jam vero.*

Imo electio dignioris ad Canonicatum Theologalem aut Pœnitentialem spectat ad Episcopum, etiamsi agatur de præbendis jurispatronatus ecclesiastici, *pag.* 237. §. *Igitur.*

Ideo reprobanda eorum sententia, qui putant eum ab Episcopo esse omnino eligendum, quem Examinatores magis idoneum renuntiaverint, *pag.* 238. §. *Ex his.*

CONFRATERNITAS

Sodalitatem SSmi Sacramenti primus omnium in Urbe instituit Paulus III., *pag.* 271. §. *Parochi.*

Ejus erectionem in qualibet Paræcia plurimum commendavit Innocentius XII., *ibid.*

Et Confratres spiritualibus denis numilice ditarunt Summi Pontifices, *ibid.*

Plures Confraternitates ejusdem nominis et instituti in eadem Civitate erigi nequeunt, *ibid.*

Excepta Sodalitate SSmi Sacramenti, *ibid.*

Quæ in qualibet Paræcia institui potest, *ibid.*

Quamvis ibidem alia erecta sit Confraternitas, *ibid.*

Imo Sodalitas SSmi Sacramenti in Ecclesia parochiali semel erecta, nequit discedere, *ibid.*

Et in aliam Ecclesiam se transferre, *ibid.*

Si tamen intra limites Paræciæ jam erecta sit Confraternitas SSmi Sacramenti, non est alia instituenda in Parochiali Ecclesia, *pag.* 273. §. *Ad I.*

Neque ad Ecclesiam Parochialem transferenda, nisi justa præsto sit causa, *pag.* 273. §. *ad III.*

Sed potius compellenda ad præstanda consueta onera erga Ecclesiam parochialem juxta ordinationes Episcopi, *ibid.*

Jure cautum non est, quænam sint onera a Confraternitatibus perferenda, *pag.* 271. §. *Itaque*

Ac ea pendent a Legibus fundationis a consuetudine, et a Decretis sacrarum Visitationum, *ibid.*, *et pag.* 273. §. *Ad II.*

Sodalitas SSmi Sacramenti indiget aliquo censu pro explendis sacris functionibus sui instituti *pag.* 271. §. *Itaque.*

Expensæ necessariæ pro cultu SSmi Sacramenti faciendæ sunt primum ex elæmosynis sive a Parocho sive a Confraternitate in

hanc causam collectis, *ibid. et seq.*
Dein ex reditibus intuitu SSmi Sacramenti a Sodalitio acquisiti *pag.* 271. §. *Itaque.*
Et in subsidium ex reditibus Parochi, *ibid.*

CONGRUA

Parochorum congrua non debet esse minor scutatis quinquaginta, *pag.* 109. §. *Ecclesiarum.*
Ex disciplina Sacræ Congregationis Parochis assignantur scutata centum, *ibid. et pag.* 117. §. *Ut.*
Valde interest Parochos sufficienti, ac tuta præditos esse congrua, *pag.* 286. §. *Ex hac.*

CONSTITUTIONES

Constitutiones capitulares peculiare constituunt jus ab omnibus de gremio inviolabiliter observandum, *pag.* 200. §. *Porro.*
Omnia Capitula condere tenentur Constitutiones, easque Episcopo exhibere, ut corrigantur, et probentur, *pag.* 44. §. *Denique.*
Conditas constitutiones immutare, et declarare queunt Canonici, *pag.* 48. §. *Neque et seq.*
Dummodo debitas servent solemnitates, *pag.* 48. §. *Neque.*
Qui vocati ad Capitulum adire nolunt, veluti præsentes habentur, *ibid.*
Idem dicendum de absentibus, et ægrotis, *ibid.*

CONSUETUDO

In dubiis est optima rerum interpretandarum regula, *pag.* 48. §. *Qua.*
Simoniæ labe infecta est consuetudo, quæ novis Canonicis aufert præbendæ fructus, eosque inter alios Capitulares dividi jubet, *pag.* 19. §. *Porro.*
Secus si in pios usus erogari præciperet, *ibid.*
Quemadmodum etiam non est reprobanda, si Subdiaconis tertiam, Diaconis dimidiam, Presbyteris integram tribuat fructuum portionem, *ibid.*
Aut si ultimo ex provisis certa imponat perferenda onera *pag.* 20. §. Hanc.
Quinam sit ultimus dicendus, nempe an Clericus licet possessione anterior, an Sacerdos possessione posterior, pendet a consuetudine *pag.* 19. §. *Igitur et seq.*

DECIMÆ

Jus decimandi utilius est, quam actio in personam, *pag.* 16. §. *At.*

DEMENTIA

Probatur etiam ex testimonio proprii Parochi, *pag.* 231. §. *Dein*

DEVOLUTIO

Vide *Patronus.*

DISPENSATIO

Ætatis dispensatio aliquando conceditur patronorum descendentibus, ut Beneficia assequantur, *pag.* 103. §. *Oratoris, et pag.* 134. §. *At.*

Dummodo jus alterius quæsitum non lædat, *pag.* 104. §. *Tandem, et seq. pag.* 134. §. *At.*

Ad matrimonii legitime initi dispensationem concedendam, probetur necesse est matrimonium non fuisse consummatum, justamque intercedere dispensationis causam, *pag.* 151. §. *Quæ.*

Mulieris virginitatem probant juramentum conjugum, septima propinquorum manus, et inspectio corporis, *pag.* 151. §. *Quæ*

In judicio gratiosæ dispensationis satis habentur probabiles demonstrationes impotentiæ viri *pag.* 152. §. *Quod.*

Conjugum dictis non est facile credendum, *pag.* 153. §. *Jam vero.*

Virginitatis signa dubia et incerta sunt, *pag.* 155. §. *Porro.*

Præsertim si medicamenta adstringendi vim habentia adhibita fuerint, *ibid.*

Aut diuturnum a copula effluxerit tempus, *ibid.*

Ex Conjugum condormitione exurgit validissima præsumptio consummationis, *pag.* 153. §. *Aliter.*

Donec contrarium perspicuis probationibus evincatur, *ibid.*

In quocumque dubio consummationis matrimonii denegatur dispensatio, *pag.* 153. §. *Aliter*

In dubia viri frigiditate præcipiendum est triennale experimentum *pag.* 155. §. *Ita.*

Temporaria viri impotentia temporis beneficio, ac individuæ vitæ consuetudine evanescit, *pag.* 155. §. *Ita.*

Inimicitiæ et odia justam suppeditant dispensationis causam, *pag.* 152. §. *Quod.*

Contrarium traditur, *pag.* 55. §. *Ita*

Vide *Nominatio.*

DISTRIBUTIONES

Statis cujusque diei horis certæ assignandæ sunt distributiones, *pag.* 201. §. *Dubium.*

Ac pro modo laboris inter præsentes dividendæ, *ibid.*

Absentes a choro tempore vacationum non lucrantur distributiones, *ibid.*

Atque ipsæ præsentibus accrescunt *ibid.*

Contra hanc legem, quæ absentes punit, nulla invehi potest contraria consuetudo, *ibid.*

Nec etiam valet constitutio jurata, et auctoritate Episcopi confirmata, *ibid.*

Distributiones lucrantur Parochi absentes a Choro, si eodem tempore in exercenda animarum cura occupentur, *pag.* 267. §. *Aliter.*

Etiamsi in una Ecclesia possideant Canonicatum, in altera Parœciam, *pag.* 265. §. *Cuneen.*, *et pag.* 267, §. *Aliter.*

Dummodo Canonicatui adnexa sit Parœcia, *ibid.*

DOCTORES

Qui in Sacra Theologia sunt lau-

rea doctorali prædíti, nobilibus accensentur, *pag.* 242. §. *Verum.*
Eorumque fruuntur juribus, *ibid.*

DONATIO

Donationes pupillorum ac dementium ne auctore quidem tutore consistunt, *pag.* 231. §. *Dein*
Vide *Juspatronatus*, *Nominatio.*

ECCLESIA

Ecclesiæ nihil habent commune cum privatis ædibus, *pag.* 191. §. *Exploratum.*
Et exemptæ sunt a profano hominum commercio, *ibid.*
Nec comprehendebantur in venditione bonorum ecclesiasticorum sub Gallorum imperio expleta, *pag.* 191. §. *Exploratum.*
Loca pia Gallorum tempore divendita postea ad pristinum usum sunt restituta, *pag.* 192. §. *Verum.*
Iis exceptis, quæ mutationem formæ, et naturæ subiissent, *ibid.*

EMPHYTEUSIS

Denegari solet beneplacitum Apostolicum pro emphyteusi perpetua bonorum ecclesiasticorum, *pag.* 71. §. *Ex.*
Præsertim si agatur de emphyteusi etiam in extraneum transfundenda, *ibid.*
Sed potius conceditur pro linea masculina, *ibid.*
Et pro prima femina, *pag.* 95. §. *Marsorum.*
Imo aliquando pro utraque linea. *pag* 29. §. *Sorana, et pag.* 71. §. *Ex.*
Quod si primus contrahens cælebs sit, facultas eidem tribuitur nominandi aliquem, qui ad tertiam generationem emphyteusi fruatur, *pag.* 71. § *Ex.*
Attamen si agatur de re sterili, vel fructuum imminutioni facile subjecta, probatur emphyteusis perpetua, *pag.* 71. §. *Verum.*
Emphyteuta cautionem præstare cogitur tum pro solutione canonis, tum pro implemento instaurationum, *pag.* 72. §. *Quod.*
Idque per inscriptionem hypothecariam super idoneo fundo, *ibid.*
Aliquando eximitur ab hac obligatione, *pag.* 45, §. *Marsorum.*
Subjectis tamen inscriptioni hypothecariæ melioramentis faciendis, ac præstita personali idonea satisdatione, *ibid.*

EPISCOPUS

Nequit statuere ea, quæ juri communi adversantur, *pag.* 201. §. *Dubium.*
Episcopus ferre potest præceptum aliquid faciendi, *pag.* 203. §. *Postrema.*
Ac pœnam suspensionis ipso facto contrahendæ in transgressores statuere, *ibid.*
Decreta Episcopi, quæ divinum cultum respiciunt, suspensivam respuunt appellationem, *ibid.*
Episcopo Pontificalia obeunti in Ecclesia Cathedrali Canonici omnes inservire tenentur, *pag.* 266. §. *Explorati, et pag.* 268. §. *Ita*
Nisi justa impediantur causa, *pag.* 266. §. *Explorati.*
Veluti si actu occupentur in exercenda animarum cura, *pag.* 269. §. *Affirmative.*
Secus etiam Canonici curati Episcopo assistere obstringuntur, *ibid.*

Licet sint Canonici Ecclesiæ Cathedralis, et Parochi alterius Ecclesiæ ejusdem civitatis, *ibid.*

EXEMPTIO

Si Pontifex recipiat sub suam protectionem Clerum, vel Ecclesiam, non censetur tributa exemptio ab jurisdictione Ordinarii, *pag.* 187. §. *Sed.*

Sed tantummodo prompta assistentia contra eos, qui Ecclesiam vel Clerum lædere pertentant, *ibid.*

FRUCTUS

Nequeunt locari fructus Beneficii ad vitam Rectoris sine Apostolicæ Sedis venia, *pag.* 14. §. *Verum.*

Beneficiati non privantur fructibus suæ præbendæ ob non susceptionem Sacrorum Ordinum, nisi prius moneantur, *pag.* 60. §. *Jure.*

Si tabulæ census exaratæ non fuerint, fructus non debentur, *pag.* 93. §. *Ad IX.*

Ad metiendos Canonicatuum reditus spectandi sunt fructus integri decennii. *pag.* 215. §. *Hujusmodi.*

Vide *Beneficiatus*, *Usufructus.*

FUNDATOR

Ecclesiæ fundator congruam tradere debet dotem pro luminaribus, et pro divino cultu in ea exercendo, *pag.* 277. §. *Quod.*

HERES

Nefas est heredibus factum sui auctoris infringere, *pag.* 257. §. *Nonnulla.*

Aut illud impugnare, *ibid.*

HORÆ CANONICÆ

Canonici assiduum ac diurnum in choro exhibere debent servitium, *pag.* 245. §. *Exoptarunt.*

Nihilominus trium mensium gaudent vacationibus, *ibid.*

Matutinum est mane recitandum, *pag.* 200. §. *Porro.*

Justis tamen intercedentibus causis indulgetur, ut post completorium recitetur matutinum diei sequentis, *pag.* 205. §. *Jam vero.*

Vesperarum cantus cohæret disciplinæ Ecclesiæ, *pag.* 200. §. *Spectat.*

Cum præcipuum Canonicorum munus sit divina officia in Ecclesia solemniter canere, *ibid.*

Etiam Missa Conventualis cum cantu est celebranda, *pag.* 201. §. *Loquitur.*

Ne eædem horæ canonicæ eadem die et in eadem Ecclesia reiterentur, conceditur translatio, *pag.* 2. §. *ad V. Dub.*

Vide *Servitium Chori*, *Vacationes.*

IRREGULARITAS

Ab Altaris ministerio arcentur, qui corpore sunt vitiati, *pag.* 166. §. *Ex.*

Digitorum defectus parit irregularitatem, *ibid.*

Irregularis dicitur, qui caret indice, vel pollice, *ibid.*

Non raro dispensatio irregularitatis ex defectu corporis conceditur, *pag.* 167. §. *Verum.*

Plura referuntur dispensationum exempla, ac præsertim de Sacerdotibus, qui uno alterove brachio destituebantur, *ibid.*

Dispensatio indulta fuit Clericis indice lævae manus carentibus, *pag.* 168. §. *Et quamvis.*

Dispensatio denegata fuit Clerico, cui superfuerant index et pollex manus dexteræ, *pag.* 166. §. *Cum.*

Facilius dispensatio conceditur Sacerdoti jam promoto, difficilius promovendo *pag.* 166. §. *Ne.*

JUSPATRONATUS

Hæreditarium est, quando hæredes vocantur, *pag.* 142. §. *Jam vero.*

In dubio juspatronatus præsumitur hæreditarium, *pag.* 142. §. *Jam.*

Præsertim ubi nulla facta fuerit agnationis mentio, *ibid.*

Iis qui jure proprio ad patronatum vocantur, haud officit patris negligentia, *pag.* 145. §. *Deficit.*

Jus nominandi pro unica etiam vice in alium per donationem transfertur *pag.* 230. §. *Sacerdotis,*

Dummodo subinde Ordinarii accedat auctoritas, *ibid.*

Et dummodo persona nominanda non fuerit designata, *ibid.*

Si Beneficium non sit vacans, *ibid.*

Donatio jurispatronatus ob supervenientiam filiorum ipso jure rescinditur, *pag.* 143. §. *Hisce.*

JUS QUÆSITUM

Gratiæ et privilegia juri alterius quæsito detrimentum inferre non debent, *pag.* 104. §. *Tandem.*

Quandonam ætatis dispensatio ad assequenda Beneficia, huic juri jacturam inferat, traditur *ibid, et seq.*

Vide *Nominatio.*

LEGATUM PIUM

Legata pro civibus relicta debentur illis, qui origine, domicilio, vel adlectione cives sunt, *pag.* 123. §. *Quemadmodum.*

Nisi in fundatione aliter cautum fuerit, *ibid.*

Vide *Civis.*

L O C A T I O

Si locatio bonorum Ecclesiæ triennium non egrediatur, opus non est Apostolico beneplacito, *pag.* 14. §. *Verum.*

Illicitæ sunt locationes ad vitam Beneficiati inconsulta Sede Apostolica, *ibid.*

MATRIMONIUM

Vide *Dispensatio.*

MEDIA ANNATA

Qui Canonicatum, aut Beneficium nanciscuntur, mediam annatam

solvere tenentur Ecclesiæ Cathedrali, *pag.* 176. §. *Nec.*

Canonici vero, et Beneficiati Collegiatæ, non Cathedrali, sed propriæ Ecclesiæ mediam annatam pendere debent, *ibid.*

MENSA

Utilis aliquando est communis mensa capitularis, *pag.* 285. §. *Canonicorum.*

MISSA

Ne eadem solemnis Missa, eædem horæ canonicæ in eadem Ecclesia, eademque die reiterentur, conceditur translatio, *pag.* 2. §. *Ad I°.*

Reditus in celebrationem Missarum ad expiandam animam testatoris relicti, raro in augmentum sortis conferuntur, *pag.* 258. §. *Verum.*

Rector Capellaniæ nedum Missam celebrare, sed etiam applicare tenetur, *pag.* 277. §. *Quod.*

Cum eam ob causam erecta videatur, ut Missæ cum applicatione offerantur, *pag.* 278. §. *Verum.*

Licet fundator nullam de applicatione mentionem fecerit, *pag.* 277. §. *Quod.*

Nisi ex vehementibus indiciis contrarium eruatur, *ibid.*

Quænam autem sint hæc indicia, traduntur *ibid.*, *et seq.*

Idem piis fundatoribus obvenit suffragium, sive in una, sive in alia Ecclesia Missæ celebrentur, *pag.* 256. §. *Igitur.*

At nihilominus denegatur translatio de una in aliam Ecclesiam, nisi justa concurrat causa, *pag.* 257. §. *Nec nulla.*

MISSA CONVENTUALIS

Cum cantu est celebranda, *pag.* 201. §. *Loquitur*, *et pag.* 206. §. *Quod.*

Imo nedum prima, sed etiam reliquæ, si ex Rubrica plures eadem die sint celebrandæ, *pag.* 201. §. *Loquitur.*

Justa tamen concurrente causa aliquando indulgetur, ut unica tantum cum cantu celebretur, *pag.* 206. §. *Quod.*

Et reliquæ Conventuales lectæ celebrentur, *ibid.*

Missam Conventualem canere debent Canonici curati, *pag.* 267. §. *Aliter.*

Et alterum subrogare, qui illorum loco Missam pro populo celebret, *ibid.*

MISSA PRO POPULO

Missa pro populo applicare tenentur, qui actualem exercent animarum curam, *pag.* 251. §. *Quod.*

Et per se ipsos illam celebrare, *ibid.*

Nisi legitime impediantur, *ibid.*

Nec valet consuetudo, quæ onus applicationis Missæ transfert in Beneficiatos ejusdem Ecclesiæ, *pag.* 251. §. *Quod.*

Præsertim si consuetudo ex errore inoleverit, *ibid.*

Probatur tamen eadem consuetudo, si habitualis animarum cura resideat penes Collegium Canonicorum, aut Beneficiatorum,

pag. 252. §. *Animadvertit*, *pag.* 259. §. *Ad II.*

Canonici Curati Missam Conventualem canere debent, *pag.* 267. §. *Aliter.*

Et alium Sacerdotem subrogare, qui ipsorum Loco Missam pro populo ea die applicet, *ibid.*

NOMINATIO

Incapax est Beneficii Ecclesiastici, qui prima tonsura non est initiatus, *pag.* 233. §. *Et ætate.*

Aut decimum quartum nondum inchoaverit annum, *ibid.*

Etiamsi agatur de Beneficiis patronatus Laicalis, *ibid.*

Quando in personis nominandis certæ ex fundatione requiruntur qualitates, non est eis derogandum, *pag.* 240. §. *Quanquam.*

Inter nominatos præferendus est ordine et ætate major, *pag.* 231. §. *Eidem.*

Illi, qui dignior est ex nominatis a patronis tribui solet a Sede Apostolica derogatio medietatis vocum, *pag.* 9. §. *Porro.*

Ad levandam patronorum inopiam aliquando conceditur nominationis suspensio, *pag.* 134. §. *Petita.*

Vel ut patronorum filii facilius in studia incumbere valeant, *pag.* 135. §. *Affirmative.*

Patronorum descendentibus dispensatio ætatis interdum conceditur, ut Beneficia assequantur, *pag.* 103. §. *Oratoris*, *et pag.* 134. §. *At.*

Neque ceteris hac dispensatione infertur jactura, *pag.* 103. §. *Oratoris.*

Si ipsi in subsidium a fundatore sint vocati, *ibid.*

Dummodo fundator idoneitatem spectaverit tempore præsentationis, aut sortitionis faciendæ, *pag.* 104. §. *Tandem.*

Et dispensatio ætatis intra quatrimestre impetretur, *ibid.*

Nam in subsidium vocati quatrimestre nondum elapso, jus eventuale habere dicuntur, *ibid.*

Aliter tamen sentiendum, si fundator tempus vacationis spectaverit, *ibid.*

Quia tunc si primo Loco vocatus idoneus non sit, illico in subsidium vocatus jus acquirit, *ibid.*

Tempus vocationis inspicitur ad metiendam idoneitatem, si ipse fundator certos descendentes ad Beneficium vocaverit, eisque inhabilibus alios suffecerit, *pag.* 104. §. *In themate.*

Præsentationis autem tempus spectatur, si ad nominationem requiritur extrinsecum hominis factum, nempe præsentatio, electio, sortitio, *pag.* 104. §. *In themate.*

Vide *Patronus.*

OBREPTIO

In dubio de obreptione, aut subreptione, viribus pollet rescriptum, *pag.* 3. §. *Nec.*

OPTIO

Jus optandi vacantem præbendam nulla nititur lege scripta, *pag.* 203. § *Dubium.*

Sed pendet ab Apostolico privilegio, *ibid.*

Atque a Statuto, et Consuetudine, *ibid.*

ORDINES SACRI

Vide *Beneficium.*

PAROCHUS

Ad Animarum curam recte obeundam constituendi sunt inamovibiles pastores, *pag.* 262. §. *Et quidem.*

Non autem Vicarii ad nutum amovibiles, *ibid.*

Parochus certam meretur fidem, si testetur de re, quæ ad munus suum præcipue pertinet, *pag.* 231. §. *Dein.*

Parochus Canonicus Ecclesiæ Cathedralis inservire debet Episcopo Pontificalia obeunti, *pag.* 269. §. *Affirmative.*

Parochus Canonicus lucratur quotidianas distributiones, etiamsi choro non intersit, *pag.* 267. §. *Aliter.*

Quænam autem requirantur conditiones, habentur *ibid.*

Parochorum inopiæ succurrendum est, *pag.* 109. §. *Ecclesiarum.*

Vel rationibus a Concilio Tridentino statutis, *pag.* 110. §. *Decernant.*

Vel unione Legatorum piorum, *pag.* 109. §. *Ecclesiarum.*

Et Missarum reductione, *ibid.*

Vide *Missa pro populo.*

PATRONUS

Ubi tenues facti sunt reditus Canonicatuum patroni cogendi sunt ad illos augendos, *pag.* 214. §. *Cum.*

Ad eos tamen metiendos spectandi sunt fructus integri decennii, *pag.* 215. §. *Hujusmodi.*

Si major patronorum pars intra quatuor mensium spatium non conveniat, nominatio devolvitur ad Episcopum, *pag.* 9. §. *Porro.*

Atque hic digniorem ex nominatis, imo etiam extraneum eligere potest, *ibid.*

Patronis egenis occurri solet suspensione nominationis Beneficiorum, *pag.* 61. §. *Huic, et pag.* 129. §. *Et primo.*

Donec aliquis ex familia idoneus existat, *ibid.*, *et pag.* 134. §. *At.*

Ut interim annui fructus conferantur in ipsorum levamen, *pag.* 61. §. *Huic.*

Vel ut eorum filii in studia ecclesiastica incumbere valeant, *pag.* 135. §. *Affirmative, et pag.* 209. §. *Perusina.*

Aliquando tamen conceditur ætatis dispensatio Patronorum descendentibus, ut Beneficia assequantur, *pag.* 103. §. *Oratoris.*

Denegatur nominationis suspensio, ubi servitium chorale grave patitur detrimentum, *pag.* 133. §. *Petita.*

Pueris ad Patronalia beneficia vocatis conceditur ætatis dispensatio, *pag.* 134. §. *At.*

Præsertim si alii, quorum interest, assentiantur, *ibid.*

Vide *Juspatronatus*, *Nominatio.*

PENSIO

Beneficiatis pensio imponi potest, *pag.* 169. §. *Episcopi.*

Sed non adeo gravis, ut onera implere, et vitam traducere nequeant, *ibid.*

Ex Tridentina Synodo parochiales Ecclesiæ immunes sunt ab onere pensionis, si earum reditus centum ducatorum summam non excedant, *ibid.*

Imo ex Benedicti XIII. constitutione collatores Summo Pontifice inferiores nequeunt Parochis pensionem imponere, *ibid.*

Delenda est pensio si Parocho non suppetat congrua portio ad vitam ducendam, *pag.* 170. §. *Jam.*

PONTIFICALIA

Episcopo Pontificalia obeunti inservire debent dignitates et Canonici omnes, *pag.* 266. §. *Explorati.*

Etiamsi animarum curam obire teneantur, *pag.* 269. §. *Affirmative.*

Dummodo actu non impediantur ab assistentia animarum, *ibid.*

PRÆBENDA THEOLOGALIS

Erigenda est in Ecclesiis cathedralibus, *pag.* 96. §. *Sacrosancta.*

Atque etiam in Collegiatis, *ibid.*

Dummodo existant in Oppido insigni, et numerosus ibi extet clerus, *ibid.*

Quodnam dicatur oppidum insigne et clerus numerosus, traditur *pag.* 98. §. *Attamen.*

Reditus ejusdem Præbendæ pertingere debent saltem ad annua scutata sexaginta, *pag.* 97. §. *Nec.*

Tenuitati redituum occurritur unione simplicis Beneficii, vel alia ratione, *ibid.*

Secus Canonicatus in Præbendam Theologalem erectus ab onere explicandi Sacram Scripturam liberatur, *pag.* 98. §. *Affirmative.*

Vide *Concursus.*

REDUCTIO

Ad augendam præbendarum dotem conceditur nonnumquam Missarum reductio, *pag.* 2. §. *ad III. et IV. Dub.*, *et pag.* 66. §. *Episcopi.*

Decet enim Canonicos congrua gaudere vitæ alimonia, *pag.* 66. §. *Episcopi.*

Pro locorum et personarum qualitate, *ibid.*, *et pag.* 214. §. *Cum.*

Choro addictis superesse debent saltem scutata triginta, aut quadraginta a Missarum oneribus immunia, *ibid. et seq.*, *et pag.* 98. §. *Dein.*

Potius alia onera, quam Missæ reducuntur, *pag.* 67. §. *Perpendere.*

Quum animæ defunctorum ex incruento sacrificio uberius consequantur suffragium, *ibid.*, *et pag.* 107. §. *Quam.*

Hinc præbendarum tenuitati nonnumquam provisum est reductione servitii chori *pag.* 67. §. *Perpendere.*

Vel præbendarum imminutione, *ibid.*

Ita vero ut tot supersint, quot dignitati Ecclesiæ respondere possunt, *ibid.*

Servitium chori reducitur ob aeris frigiditatem, et ob redituum tenuitatem, pag. 246. §. *Verum.*

Justam quoque reductionis onerum causam suppeditat decrementum redituum sine possessoris culpa, *pag.* 54. §. *Non*, *et pag.* 66. §. *Episcopi.*

Item aucta Missarum eleemosyna, *pag.* 66. §. *Episcopi*, *pag.* 110. §. *In themate et pag.* 227. §. *Æquitati.*

Ad levandam quoque Parochorum inopiam conceditur Missarum ac Legatorum reductio, *pag.* 109. §. *Ecclesiarum.*

Vel ad solvendum Rectori Ecclesiæ annuum stipendium, *pag.* 219. §. *Verum.*

Et ad reparandam, ac tuendam Ecclesiam, *ibid.*, *et pag.* 279. §. *Ad I.*

Pro rata facienda est onerum reductio, *pag.* 107. §. *Porro.*

Si non liqueat, quænam onera testator prædilexerit, *ibid.*

Implemento doctrinæ christianæ præfertur explicatio Evangelii, *ibid.*

Non reducuntur onera, si reditus pares inveniantur ferendis oneribus, *pag.* 219. §. *Deneganda.*

REGULÆ JURIS

Vide *Axiomata.*

RESTITUTIO IN INTEGRUM

Ea est vis restitutionis in integrum, ut restitutus in pristinum redintegretur statum et jus, a quo deciderat, *pag.* 204. §. *Ex adverso.*

SERVITIUM CHORALE

Non reprobatur methodus inserviendi choro per mediarias aut tertiarias, *pag.* 245. §. *Exoptarunt.*

Dummodo cujusque Canonici vacationes non egrediantur trium mensium spatium, *ibid. et pag.* 247. §. *Videant.*

Seu tot addantur dies communes, ut non remaneant, nisi trium mensium vacationes, *pag.* 247. §. *Videant.*

Aliquando ampliantur vacationes, *pag.* 246. *Verum.*

Nimirum ob aeris frigiditatem, *ibid.*

Ob tenuitatem redituum, aut aliam justam causam, *ibid.*

Ita tamen ut tempore Quadragesimæ, Adventus, festis, nonnullisque aliis diebus omnes capitulares Ecclesiæ inserviant; *pag.* 246. §. *Verum*, *et pag.* 247. §. *Videant.*

Canonici Curati Missam Conventualem canere tenentur, *pag.* 267. §. *Aliter.*

Atque etiam in munere Diaconi et Subdiaconi Episcopo, vel alteri Canonico Missam solemnem celebranti inservire, *ibid.*, *et pag.* 269. §. *Affirmative.*

Capellani, Portionarii, et Beneficiati choro obstricti tenentur

canere responsoria, lectiones, graduale, et alia hujusmodi *pag.* 41. §. *Cathedralis.*
Præsertim si adsit consuetudo, *ibid.*
Et quidem in medio Chori *ibid.*
Nisi præsto sint, qui ea peragant ex munere sibi tradito, *ibid.*
Ceteris deficientibus, tenentur Canonici, *ibid.*
Præterea Beneficiati chorales debent ministrare in munere Diaconi et Subdiaconi, *pag.* 42. §. *Insuper.*
Et si necessitas exigat etiam in munere simplicis Clerici in Missis Conventualibus et votivis, *ibid.*
Debent quoque obedientiam præstare Canonicis in iis, quæ spectant capitulares functiones. *ibid.*
Vide *Horæ Canonicæ*, *Vacationes.*

SIMONIA

Difficilis est probationis, *pag.* 232. §. *Dein.*
Ideoque colligitur ex vehementibus indiciis, et conjecturis, *ibid.*
Item ex testimonio unius vel alterius ex simoniacis, *ibid.*

SODALITAS

Vide *Confraternitas.*

SUBSIDIUM DOTALE

Subsidia Dotalia pro puellis alicujus loci relicta debentur etiam illis, quæ ex patre advena in eodem loco originem duxerunt; *pag.* 124. §. *Porro.*
Quin ex utroque parente ortæ prælationem super eisdem sibi asserere valeant, *pag.* 126. §. *Affirmative.*
Vide *Civis.*

SUPPRESSIO

Suppressio tituli Capellaniarum et Beneficiorum in jure odiosa est, *pag.* 56. §. *Deneganda.*
Per suppressionem ac perpetuam extinctionem Capitulorum, aut beneficiorum antiqua jura et privilegia perimuntur, *pag.* 198. §. *Qui.*
Si vetus Capitulum ab Apostolica Sede instauratur, reviviscunt antiqua jura, et privilegia, *ibid.* *et pag.* 204. §. *Ex adverso.*
Secus si nova Sedes, novumque Capitulum erigatur. *pag.* 196. §. *Qui.*

SUSPENSIO

In suspensionem ipso facto incidunt, qui violant præceptum Episcopi sub pæna suspensionis latæ sententiæ editum; *pag.* 203. §. *Postremò.*
Nec prærequiritur monitio, *ibid.*
Imo si decretum Episcopi respiciat cultum divinum, suspensivam respuit appellationem, *ibid.*
Ideoque neque pæna per appellationem suspenditur, *ibid.*
Vide *Censura.*

TESTIS

Testimonium Parochi de re, quæ proprium respicit munus, plenam meretur fidem. *pag.* 231. §. *Dein.*

TRANSACTIO

Ea est transactionis indoles, ut super re dubia versetur, *pag.* 145. §. *Hæc.*

Quæ in unius cedit utilitatem, respuenda est, *pag.* 16. §. *At.*

TRANSLATIO

Idem piis testatoribus obvenit suffragium sive in una, sive in altera Ecclesia Missæ celebrentur, *pag.* 256. §. *Igitur*

Vide *Missa.*

U N I O

Ad uniendas Parœcias requiritur utilitatis, vel necessitatis causa, *pag.* 119. §. *Ex adverso.*

Parœciarum paupertas justam præbet unionis causam, *pag.* 117. §. *Ut.*

Item discordiæ inter parochianos et Parochos *pag.* 118. §. *Altera.*

Contrarium traditur, *pag.* 119. §. *Et.*

Per unionem non mutatur status Ecclesiæ, *pag.* 282. §. *Huic.*

Et in ea offerenda sunt consueta sacrificia, *ibid.*

Nisi Pontifex patulis verbis aliter edixerit, *ibid.*

Nam bona cum suis oneribus in possessores quoscumque transeunt, *pag.* 282. §. *Verum.*

USUSFRUCTUS

Fructus prædiorum ad eum pertinent, qui collectionis tempore ea possidet, *pag.* 10. §. *Rem.*

Beneficiati usufructuariis comparantur, *ibid.*

Hinc ad hæredes defuncti Beneficiati spectant solummodo fructus a solo separati ante illius obitum, *ibid.*

Reliqui autem ad Successorem in Beneficio pertinent, *ibid.*

Vide *Beneficiatus.*

V A C A T I O

Non inducitur Capellaniæ aut Canonicatus vacatio ob non susceptionem sacrorum ordinum, *pag.* 60. §. *Jure.*

Diuturna Beneficiorum vacatio adversatur voluntati fundatoris, ac juris dispositioni, *pag.* 133. §. *Petita.*

VACATIONES

Trium mensium vacationes conceduntur Canonicis, *pag.* 245. §. *Exoptarunt.*

Nisi Constitutiones aut consuetudo longius servitii tempus requirant, *ibid.*

Sacra Congregatio reprobare solet Statuta, quæ absentiam a choro ultra tres menses permittunt, *ibid.*

Haud tamen reprobat methodum inserviendi per mediarias, aut tertiarias, *ibid.*

Dummodo novem mensibus integris Ecclesiæ inserviatur, *ibid.* et *pag.* 247. §. *Videant,*

Seu tot addantur dies communes, ut non remaneant, nisi trium mensium vacationes, *pag.* 247. §. *Videant.*

Canonici tempore vacationum ab-

sentes a choro non lucrantur quotidianas distributiones, *pag.* 201. §. *Dubium.*
Non obstante contraria immemorabili consuetudine, *ibid.*
Vide *Distributiones.*

VENDITIO

In ædium venditione id totum continetur, quod intra earum fines includitur, *pag.* 194. §. *At vero.*
Si venditor nihil nominatim exceperit, *ibid.*

VICARIUS CURATUS

Ad animarum curam recte obeundam meliores sunt inamovibiles pastores, *pag.* 262. §. *Et quidem.*

VOLUNTAS

Germana defuncti voluntas ex tabularum contextu eruitur, *pag.* 101. §. *Rem.*
Non autem ex verborum cortice, *ibid.*
Supremæ voluntates adamussim sunt servandæ, *pag.* 61. §. *Jam, et pag.* 110. §. *Verum.*
Et pro lege habendæ, *pag.* 130. §. *At.*, *et pag.* 276. §. *Supremas.*
Neque commutantur, nisi urgens necessitas, aut evidens occurrat utilitas, *pag.* 61. §. *Jam*, *pag.* 136. §. *Cum*, *et pag.* 271. §. *Itaque.*
Secus fideles a Legatis in suarum animarum expiationem conscribendis abducerentur, *pag.* 110. §. *Verum*, *et pag.* 219. §. *Deneganda.*
Quæ in certum pium opus sunt destinata, in aliud non facile convertuntur, *pag.* 137. § *Verum*, *et pag.* 276. §. *Supremas.*
Præsertim quando jus alterius læditur, *ibid.*
Quæ sunt in pauperum levamen eroganda, neque in Missarum celebrationem conferri debent, *pag.* 147. §. *ad I.*
Eleemosynæ missarum ad expiandam animam testatoris relictæ raro in augmentum sortis conferuntur, *pag.* 258. §. *Verum.*

VOX

Vide *Canonici*

VOTUM

Emi ac Rmi Cardinalis Frosini *in Ripana Redditionis rationis* 30. Maji, *pag.* 73.
Emi et Rmi Cardinalis Falzacappa *in Florentina Reductionis et Absolutionis* 21. Novembris. *pag.* 222.
Emi et Rmi Cardinalis Marco in *Ravvenaten. Paræciarum* 12. Decembris, *pag.* 260.

FINIS

THESAURUS
RESOLUTIONUM
SAC. CONGREGATIONIS
CONCILII
QUÆ CONSENTANEE AD TRIDENTINORUM PP. DECRETA,
ALIASQUE CANONICI JURIS SANCTIONES

MUNUS

SECRETARII EJUSDEM SAC. CONGREG.
OBEUNTE

R. P. D. JOSEPHO ANTONIO SALA

PRODIERUNT IN CAUSIS SUB ANNO 1830

PROPOSITIS

EPISCOPIS, EORUMQUE VICARIIS, CAUSARUM PATRONIS,
AC ALIIS IN ECCLESIASTICO FORO VERSANTIBUS
APPRIME UTILIS, AC NECESSARIUS.

TOMUS XC.
TRIPLICI

INDICE LOCUPLETATUS

ROMÆ MDCCCXXXI.

Ex Typographia Rev. Cam. Apostolicæ

INDEX
ALPHABETICUS CAUSARUM

Quæ in Sacra Congregatione Concilii propositæ fuerunt anno 1830 per Dioeceses dispositus.

A

Albinganen. Capellaniæ 20. Martii *pag.* 53.

Albinganen. Reductionis Missarum 20. Novembris *pag.* 295.

Asculana Literarum Apostolicarum 20. Novembris *pag.* 264.

Asculana Servitii Chori 26. Junii *pag.* 182.

Auximana Juris Tumulandi 20. Novembris *pag.* 277.

B

Baren. Collegiatæ 28. Augusti *pag.* 237.

Bononien. Præbendæ 26. Junii *pag.* 193., et 24. Julii *pag.* 203.

Brugnaten. Missæ Conventualis 22. Maji *pag.* 164., et 26. Junii *pag.* 167.

C

Callien. et Pergulana Expensarum 30 Januarii *pag.* 33., et 20. Martii *pag.* 69.

Civitatis Plebis Missæ Conventualis 24. Aprilis *pag.* 106.

Collen. Irregularitatis 26. Junii *pag.* 179

F

Fabrianen. Funerum 30. Januarii *pag.* 40., et 20. Martii *pag.* 70.

Faventina Alienationis 26. Junii *pag.* 189.

Faventina Redintegrationis 24. Julii *pag.* 226., et 28. Augusti *pag.* 246.

Ferrarien. Commutationis Voluntatis 20. Novembris *pag.* 287.

Firmana Canonicatus 22. Maji *pag.* 159., et 26. Junii *pag.* 167.

Firmana Dismembrationis 24. Julii *pag.* 228., et 28. Augusti *pag.* 246.

Florentina et Volaterrana Ordinationis 28. Augusti *pag.* 247., et 20. Novembris *pag.* 259.

Forolivien. Translationis 26. Junii *pag.* 197., et 24. Julii *pag.* 203.

Forosempronien. Præbendæ Pœnitentiariæ 24. Aprilis *pag.* 120., 22. Maji *pag.* 127., et 20. Novembris *pag.* 285.

G

Grossetana Servitii Chori 20. Martii *pag.* 86., et 24. Aprilis *pag.* 89.

H

Hortana Canonicatus 30. Januarii *pag.* 30., et 20. Martii *pag.* 69.

I

Imolen. Dignitatum 20. Novembris *pag.* 291.
Imolen. Erectionis Parœciæ 22. Maji *pag.* 134., 28. Augusti *pag.* 254., et 20. Novembris *pag.* 259.
Ipporegien. Servitii Chori 30. Januarii *pag.* 48., et 20. Martii *pag.* 70.

L

Lisbonen. Irregularitatis 24. Julii *pag.* 223., et 28. Augusti *pag.* 245.
Lucana Incompatibilitatis 24. Aprilis *pag.* 116.

M

Marsorum Jurium Parochialium 30. Januarii *pag.* 2.
Melevitana Beneficii 20. Martii *pag.* 62.
Mutinen. Reductionis et Commutationis 24. Julii *pag.* 233., et 28. Augusti *pag.* 247.

N

Neapolitana Sponsalium 20. Novembris *pag.* 260.

O

Ordinis Eremitarum S. Augustini Deliberationis 30. Januarii *pag.* 23.

R

Ravennaten. Paroeciarum 24. Aprilis *pag.* 90.
Reatina 24. Aprilis *pag.* 117.
Ripana Erectionis Canonicatuum 30. Januarii *pag.* 14.
Romana Sepulturæ et Emolumentorum 22. Maji *pag.* 128., et 24. Julii *pag.* 204.
Romana Subsidii Dotalis 22. Maji *pag.* 153.
Romana Subsidiorum Dotalium 22. Maji *pag.* 148.

S

Sancti Miniatis et Collen. Ordinationis 20. Martii *pag.* 76., et 24. Aprilis *pag.* 89.
Senen. 24. Aprilis *pag.* 91.
Senogallien. Mensæ Capitularis 30. Januarii *pag.* 1.
Surrentina Examinis et Suspensionis 26. Junii *pag.* 168.

T

Terracinen. 30. Januarii *pag.* 1., et 26. Junii *pag.* 174.
Tuscanen. et Ordinis Minorum Conventualium Restaurationis Ecclesiæ 22. Maji *pag.* 142.

U

Urbevetana Dispensationis 24. Aprilis *pag.* 124., et 22. Maji *pag.* 127.
Urbinaten. Canonicatus 24. Julii *pag.* 207., et 28. Augusti *pag.* 243.

V

Verulana Pensionis 20. Martii *pag.* 71.
Verulana et Nullius Atinæ Ordinationis 24. Julii *pag.* 217., et 28. Augusti *pag.* 245.

FINIS

Die Sabbati 30. Januarii 1830. in Palatio Apostolico Vaticano erit Sacra Congregatio Concilii, in qua præter alia proponentur infrascripta Dubia, juxta morem ejusdem Sacræ Congregationis de jure resolvenda.

SENOGALLIEN. MENSÆ CAPITULARIS.

Sess. 7. cap. 7. et sess. 25. cap. 11. de reform.

Dubium

An & quomodo sit locus unioni bonorum in casu &c.

Affirmative in omnibus juxta votum Emi Episcopi.

TERRACINEN.

Sess. 7. cap. 7. de reform.

Dubia

I. An Sacerdoti Ferdinando Sessa sint restituendi fructus Canonicatus in casu &c.

II. An

II. An et quomodo temperanda sit Constitutio capitularis in casu etc.

Ad I. Affirmative, solutis punctaturis pro tempore absentiæ, dempto tempore infirmitatis, & ad mentem: mens est, ut Vicarius Apostolicus inspectis libris fallentiarum curet executionem resolutionis Sacræ Congregationis.

Ad II. Affirmative, & Vicarius Apostolicus audito Capitulo in scriptis referat super modo.

Sess. 7. cap. 7. de reform.

MARSORUM JURIUM PAROCHIALIUM. Quemadmodum incolæ, qui in pagis & vicis Fucensis agri habitabant, volvente seculo nono domicilium transtulerunt in locum, cui nomen *Avezzano*, ita quidem Abbates seu Presbyteri, qui vicanis præerant Ecclesiis, communi consilio convenerunt in Ecclesiam jampridem inibi constructam, ac S. Bartholomæo Apostolo nuncupatam. Inter hujus aliarumque Ecclesiarum Rectores tam arcta pedetentim coaluit societas, ut Canonicorum ipsi collegium efformaverint, ac S. Bartholomæi Abbas totius Capituli esset caput, & Abbas major appellaretur: imo iidem Abbas & Canonici vitam instar Monachorum traduxisse videntur, nam eodem censu, mensa, domo, ac divino servitio utebantur; a quo vitæ genere quum nonnulli desciscere adniterentur, opus fuit, ut Apostolicus Delegatus anno 1426 sententia ediceret „ *Abbatem et Canonicos Ecclesiæ S. Bartholomæi de Avejano debere permanere ad mensam continuo in dicta Ecclesia, ibique divina officia celebrare* „. Ad tenues tamen Capituli augendos reditus Marsicanus Episcopus anno 1572 septemdecim ruralia ac sine cura Beneficia unire censuit parochiali Ecclesiæ S. Bartholomæi. Quoniam vero Abbas, ac decem Canonici, abjecta jam communi vita, suæ quisque domi, secularium more, vivere coeperant, ac bona Ecclesiæ S. Bartholomæi inter se diribere mo-

moliebantur, Marsorum Antistes die 16 Septembris anni 1592 mandavit *Abbati, et Canonicis Terræ Avejani, ut quæcumque bona mobilia & stabilia, & omnia quæcumque jura Ecclesiæ curatæ dictæ terræ pertinentia . . . . conservent indivisa & integra, nec permittant dicta bona, seu partem illorum alienari*. Postea tamen bonorum divisio, ac peculiarium præbendarum institutio, ipsis annuentibus Episcopis, expleta est, ac Præsul Peretius anno 1598 postquam edixerat, ut in posterum capitularia negotia coactis Canonicorum comitiis ac per majorem suffragiorum partem definirentur, præcepit *anche all' ultimo Canonico, che fra il termine di giorni quindici debba dividere tutte le possessioni di detta Chiesa, che fin oggi non sono divise*.

Ex historicis aliisque monumentis non satis constat, utrum antiquitus solus Abbas, vel etiam Canonici curam gererent animarum terræ Avejani; utrum postquam Canonici a communi vita defecerant, parochialia munia a duobus Parochis seu Vicariis exercerentur, siquidem in quodam instrumento Collegiatæ Ecclesiæ S. Bartholomæi anno 1599 obsignato occurrit mentio duorum Curatorum, quibus domus erat constituenda in ædibus Ecclesiæ S. Bartholomæi adnexis; illud tamen certum exploratumque est, jam tum equidem, cum Fhæbonius celebris historiæ Marsorum scriptor viveret, Canonicos Avejanenses Abbatis titulum abjecisse, eoque nomine inclamari consuevisse unum Abbatem S. Bartholomæi, qui parochialibus muneribus fungebatur. = *Abjecto titulo* (ait idem Scriptor *lib. 3. pag. 144.*) *quisque absque alia nota Canonicus dicitur. Rectori solum cum cura animarum Abbatialis tituli dignitas tribuitur* = . Postea sane integrum animarum onus Abbati incubuisse, ipsum principem inter Canonicos retinuisse locum, statis quibusdam solemnioribus diebus Missam canere, nonnullasque alias peragere consuevisse sacras functiones, in dubium revocari non potest. Similiter perspicuum compertumque est, Canonicos Missam pro populo cum Abbate in orbem applicasse, Baptismatis Sacramentum ad annum usque 1667 ac interdum

etiam postea nulla petita venia administrasse, suaque fecisse ac etiam in præsens facere emolumenta a fidelibus offerri solita, Missas solemnes per turnum celebrasse, Capitulum decimas omnes, ac funerum emolumenta percepisse, nonnullaque alia exercuisse jura, quæ Parochi essent propria. Nihilominus vix aliqua anteactis temporibus Abbatem inter & Canonicos extitit controversia: nuper vero tam acris exarsit quæstio, ut partes hunc Sacrum Ordinem sibi adeundum putaverint. Episcopus, quem rogavi de relatione & voto, ab animi sui pandenda sententia se abstinuit, licet iis quorum interest terminum ad jura sua deducenda præfinierit. Pluribus itaque concinnatis dubiis, expensisque allegationibus utrinque circumferendis, Vobis, Emi Patres, memorata quæstio hodierna die dirimenda proponitur.

Convenit inter partes actualem animarum curam penes Abbatem curatum integre jamdudum residere, sed ac trutinam vocatur, an cura habitualis sit penes Capitulum, ac utrum istud quædam sibi reservaverit jura. Jam vero hodiernus Abbas Antonius Spina contendit nullo unquam tempore neque actualem neque habitualem curam penes Canonicos Capitulumque extitisse, eamque plenariam & omnimodam ad Abbatem S. Bartholomæi perpetim pertinuisse, sive primordia ejusdem Ecclesiæ, sive postera ac novissima spectentur tempora. Etenim memoratus Abbas, antequam rurales Abbates in Ecclesiam S. Bartholomæi se conferrent, unicus ac legitimus erat Curator animarum avejanensium, neque hujusmodi cura postea unquam privatus fuit, imo eam plane retinuit, & nunc quoque retinet. Hujus rei testem appellat avejanensem Phæbonium, qui sub finem seculi decimi sexti memoriæ tradidit, penes Abbatem seu Rectorem Ecclesiæ S. Bartholomæi totius terræ animarum curam dudum extitisse, ac sua etiam tempestate existere; testes appellat sacras visitationes, ac præsertim illam anni 1682, in qua legitur = *cura animarum, quæ est unica in hac terra, residet penes Abbatem caput Capituli* =ac alteram anni 1741, in qua refertur ani-

ma-

marum curam = *exerceri per R. Hieronymum Mariani Abbatem curatum, ac per Matthæum Canonicum Pexiotti coadjutorem* = ; testes denique appellat bullas institutionum, quibus confertur Collegiatæ avejanensis *Abbatia, cui est adnexa cura animarum ejusdem loci*, & alibi = *cujus possessori incumbit animarum cura dicti loci* = .

Præterea subdit Abbatis Spina Defensor, ut cura habitualis penes Capitulum resideat, & Abbas S. Bartholomæi Vicarius Capituli dicatur, oporteret, ut Canonici ostenderent, se animarum curam olim proprio jure, ac tamquam animarum curatores gessisse, ac dein curam actualem in Abbatem S. Bartholomæi transtulisse. At Canonici, qui prius ruralium ac sine cura Beneficiorum rectores erant, ubi in Ecclesiam S. Bartholomæi convenerunt, animarum curam, qua minime potiebantur, secum illuc ducere nequiverunt. Nullibi memoriæ proditum est, Capitulum ab se abdicasse actualem curam, Vicarium constituisse, Abbatem S. Bartholomæi nomine Vicarii unquam fuisse vocatum, aut eumdem canonicam habuisse institutionem ad nominationem Capituli ex notissima juris regula, qua edocemur, Vicarios curatos constituendos esse ad præsentationem illorum, quorum Beneficio, vel Collegio parochiales Ecclesiæ reperiuntur unitæ, *Concil. Trid. sess. 7. cap. 7. de reform.*, *S. Pius V. in constit. ad exequendum*. Itaque si Abbates S. Bartholomæi tamquam veri ac proprii animarum pastores nullo non tempore habiti sunt, si Canonici animarum curam numquam proprio nomine exercuerunt, si nulla præsto est Vicarii constitutio, si Abbates pro tempore institutionem Abbatiæ nacti sunt sine Capitali præsentatione, sed tantummodo ad laici patroni nominationem, jam inde exploratum censet idem Defensor, nedum actualem, sed etiam habitualem curam penes Abbatem existere, præsertim quia id consonum est vetustæ ac immemorabili consuetudini, quæ stat loco instrumenti fundationis, & qualis est observantia, talis præsumitur fundatio, *Piton. discept. eccl. 28. num. 6.*, *Rot. cor. Falconerio de jurepatr. decis. 44. num. 9. & in Tiburtina*

Ju-

Juris nominandi 12. *Junii* 1829. *num.* 4. *cor. R.P.D. Bofondi* .

Itaque si Abbas plenaria , & omnimoda gaudet parochiali jurisdictione , præcipuum corruit Canonicorum argumentum , fictitia est quorumdam jurium reservatio , & ad unum Abbatem pertinebit libera ac independens Sacramentorum administratio , aliorumque parochialium jurium exercitium. Hinc Abbati tantum jus esse debet baptizandi pueros , ac retinendi claves baptisterii, & olei sancti ; adeo enim a veritate alienum est Canonicos sibi reservasse jus baptizandi , ut per centum & ultra abhinc annos, petita prius ac obtenta Parochi venia, ipsi Baptismum contulerint; quam quidem veniam quum sæpe numero tribueret Abbas , in visitatione anni 1730 monitus fuit , *ut non sit tam facilis pro licentia baptizandi , & illam concedendo assistat baptismo, & ipse registret . . . sub pœnis &c.* At si Canononicis jus fuisset baptizandi pueros , contra Visitatoris decretum insurrexissent, ut illud revocaretur , & veniam Abbatis minime efflagitassent; scitum namque est ex licentiis,quæ aliis personis concessæ sint , probari privativam possessionem in eo,cujus requiritur consensus , *Rot. cor. Kaunitz decis.* 236 *num.* 24 , *& coram Falconer. tit. de offic. ordin. decis.* 20 *n.* 6 , *S. Congr. in Fulginaten. Fontis Baptismatis* 20 *Novembris* 1824 *§ Item* . Quemadmodum autem ad Abbatem spectat Sacramentorum Baptismatis , & Extremæ Unctionis administratio ; ita ad eum pertinere debet custodia clavium Baptisterii , & Olei Sancti ad tradita per *Scarfant. lucub. canon. part.* 3 *addit.* 18 *n.* 10 *& part.* 2 *lib.* 3 *tit.* 3 *n.* 13 , quandoquidem clavium retentio est de appendicibus dominii , & jurisdictionis , *Rot. coram Merlin. in Tarraconen. Capell.* 24 *Novembris* 1636 *n.* 8. Juris dispositioni coherent decreta sacrarum visitationum , ac Diœcesanæ Constitutiones sanctorum oleorum claves penes Parochos tantum asservari præcipientes.

Nullo item fundamento innixa est, ac juris communis sanctioni adversum tenet altera , quam Canonici jactant , favore Canonici Hebdomadarii reser-

va-

vatio benedicendi cadavera parochianorum antequam domo efferantur, ac etiam favore Canonici Procuratoris Capituli reservatio associandi cadavera parvulorum ad Ecclesiam S. Bartholomæi. Funebres sane ejusmodi functiones Parochorum esse proprias *post Clem. Dudum de sepult.* tradunt *Abbas in cap. 9 de sepult., S. Congr. in Nullius Sublacen. 29 Januarii 1825 ad I., & II. dub., & in Callien. Jurium parochialium 20 Decembris* 1828, imo a Capitulo asserta reservatio benedicendi & associandi cadavera adeo inanis est, nulloque jure suffulta, ut hæredes defuncti unum Parochum ad funus vocare compellantur, ac si alios vocare velint, eos quos malunt, sive collegialiter, sive singulariter vocandi jure donantur, quemadmodum pluries definivit hæc S. Congregatio, ac præsertim in *Comen. Funerum* 19 *Decembris* 1750 *ad III. dub. & in Bononien. 3 Julii* 1762 *ad IV. dub.*

Ad manus quoque Parochorum spectat jus benedicendi domos in Sabbato sancto, cum hujusmodi benedictio inter functiones parochiales recenseantur *S. Congr. in Brixinorien. Juris decimandi, & benedicendi 8 Maji* 1824 § *Nec & in Nullius Sublacen. Jurium parochialium 29 Januarii* 1825 *ad IV. dub.* Frustra itaque Canonici hoc jus invadere conantur, cum illud nec sibi reservasse, nec reservare potuisse constet. Nec sibi præsidium quærere possunt ex consuetudine; nam Canonici si aliquando jus aspergendi aqua, & associandi cadavera defunctorum, aut benedicendi domos exercuerunt, id factum esse ait idem Defensor ex voluntate, & consensu Abbatis curati, ideoque actus ejusmodi tamquam facultativi nullam potuerunt invehere consuetudinem, suisque juribus privare animarum curatorem, illaque in Capitulum transferre, *Sac. Rot. cor. Carillo decis. 61 n. 3, & S. Congr. in Viterbien. Jurium parochialium 26 Augusti* 1826 § *Et re*, nisi appareat præivisse prohibitionem, ac subsequutam fuisse acquiescentiam per tempus ad præscribendum idoneum, *Rot. coram Ludovis. decis. 162 num. 157, S. Congr. in Reatina 21 Julii* 1827 § *Itaque.*

Non

Non diffitetur Abbas Canonicis jus esse per turnum canendi Missas solemnes, atque id unum propugnat, Missarum cum cantu celebrationem solemnioribus anni festivitatibus ad Abbatem pro tempore spectare. Etenim ipsum caput esse Capituli, ceteros omnes stallo præcedere, & peculiaribus signis & præeminentiis reliquos Canonicos antecellere, imo cunctos eidem parere in chorali disciplina, adeo certum est, ut in discrimen revocari nequeat. Porro ei, qui in Ecclesia, vel Capitulo cæteros dignitate præstat, facultatem inesse canendi Vesperas, & Missam in præcipuis anni festivitatibus docent *Card. De Luca de præemin. disc.* 19. *n.* 11, *S. Congr. in Lucana Præeminentiarum*, *& jurium* 29 *Januarii* 1825 *ad I. dub. & 25 Februarii* 1826 *ad II. dub.*

Ob easdem rationes capitularia comitia convocanda esse contendit non a Procuratore Capituli, sed ab curato Abbate; convocatio namque Capituli est actus jurisdictionis & præeminentiæ, ac propterea ad eum pertinet oportet, qui dignior est & Capituli caput, *Barbos. in summa Apostolic. constit. collet.* 40. *n.* 13, *Rot. in recent. part.* 9. *tom.* 1. *dec.* 257 *n.* 16, 5. *Congr. in Imolen. Juris convocandi capitulum* 14. *Maji* 1774. *ad I. dub*; quin imo a jure devium esset jus convocandi Capitulum tribuere Procuratori, qui inferior est, & Canonicorum minister, ut perpendit *Rot in cit. decis.* 257. *num.* 17 *& seq.*

At Canonicorum Defensor initio tam habitu quam actu, postea habitu dumtaxat penes totum Capitulum fuisse existimat animarum curam. Qui enim originem Collegiatæ Ecclesiæ S. Bartholomæi parumper inspicere velit, facile intelliget, eam coaluisse ex Parocho Avejanensi, atque ex Parochis finensis agri, qui una cum vicanis domicilium & habitationem Avejanum transtulerunt. Enim vero ex Phæbonii historia liquido apparet, Presbyteros, qui vicis præerant, suas inibi habuisse Ecclesias; Abbatis titulo fuisse insignitos, separatum territorium, peculiaresque habuisse greges, ac postea simul cum incolis a suis pagis transmigrasse, & Avejanum se contulisse. In discrimen itaque adduci non potest

eo

eosdem Abbates veros ac proprios fuisse animarum curatores, nisi quis dicere velit oves sine pastoribus hac illac per agros fucenses aberrasse, ac plurium vicorum fideles pecudum more vitam traduxisse, licet nec Presbyteris nec Ecclesiis in suis pagis destituerentur. Verum post transmigrationem suum quisque propriæ Ecclesiæ titulum retinuit, nec Abbatis nomen ab se abdicarunt, donec unus constitutus fuerit rector, qui animarum cura Capituli nomine fungeretur. Antequam sane in Abbatem S. Bartholomei integra transferretur actualis animarum cura, penes Capitulum residebat paroecia, & communi studio exercebatur, quemadmodum communis erat habitatio, mensa, honorum & jurium administratio. Hinc jam inde ab initio universo Capitulo solvi coeperunt decimæ, ac funerum emolumenta, quæ unius Abbatis S. Bartholomei fuissent propria, si ipsi tantummodo totius oppidi animarum cura incubuisset, *ad text. in cap. Cum in tua de decim.*, *Clem. Dudum de sepult.*, *Rot. in Barchinonen. Decimarum* 11. *Januar.* 1754. §. 6. *coram Figueroa*. Præterea, pergit idem Defensor, antequam unus constitueretur animarum pastor, non modo Abbati, sed toti capitulari corpori animarum curam insitam fuisse vel ex eo aperte colligitur, quod anno 1599. per duos Capellanos seu Curatos illa exercebatur; cum enim una Ecclesia duos habere nequeat Parochos, sicuti uni mulieri nefas est duos habere sponsos, ideo exercitium curæ non uni, sed pluribus commissum demonstrat, curam habitualem residere penes Capitulum, cujus coadjutores dicuntur Beneficiarii & Capellani actualem curam exercentes, *Cap. Cum non ignores de præbend.*, *Rot. in recent. part.* 18 *decis.* 516 *num.* 3. *& cor. Molines decis.* 461. §. 8.

Ex Tridentina Synodo *sess.* 7. *cap.* 7. *de reform.* factum quidem est, ut actualis animarum cura in Abbate coalesceret, verum habitualis penes universum Capitulum remansit. Abbas profecto non proprio, sed Capituli utitur sigillo. Canonici per suas quisque vices Missam pro populo celebrant, decimas lucrantur, funerum & alia parochialia percipiunt

piunt emolumenta, & Abbati suppeditant quæ necessaria sunt pro obeunda animarum cura. Hæc autem demonstrant merum exercitium curæ in Abbate, habitum vero in Capitulo existere ad tradita per *Rot in recent. decis. 516. part. 18., S. Congr. in Urbevetana 30 Augusti 1788. §. Toti, in Verulana Missæ communis & Missæ pro populo 21. Novembris 1829. §. animadvertit*. Hisce accedit sententia anni 1743. super quarta funeraria, quam Coenobitæ S. Francisci, unum Parochum in persona Abbatis agnoscentes, illamque exigere negligentem, Canonicis seu Capitulo solvere detrectabant. Nec prætereundi articuli, quos Capitulum Coenobitis exhibuit ad jura sua tueada, quibusque nec Coenobitæ nec Abbas contraire ausi sunt; ejusmodi autem articulis quum Capitulum ea præcipuum in modum sibi assereret jura, quæ hodie in controversiam adducuntur, quæque habitualem animarum curam penes Capitulum residere evincunt, perspicuum exploratumque autumat Canonicorum Defensor, hodiernum Abbatem inficiari non posse habitum curæ esse penes universum Capitulum. Tandem Canonici ad suam probandam assertionem confugiunt tum ad ea quæ pluries scripserunt Marsicani Episcopi, tum ad testimonium hodierni Abbatis, qui anno 1816 habitualem curam penes Capitulum existere fassus est.

Jam vero quo tempore factum est, ut totius terræ actualis cura in Abbate coalesceret, Canonici inter cetera jura sibi primum reservarunt jus baptizandi pueros. Hujus reservationis argumentum præbent claves Baptisterii, quæ penes Æditimum Capituli asservantur, atque etiam necessariæ expensæ, quas ex mensa capitulari Canonici ab antiquis ad hæc usque tempora suppeditarunt, veluti eruitur ex libris capitularibus ab anno 1618 ad annum 1734 ac de insequenti tempore deponunt testes ea super re instructi. Denique rem conficit vetusta & immemorabilis observantia, quæ nos docet Avejanenses Canonicos in possessione juris baptizandi semper fuisse. Observantia autem centenaria quemlibet

bet præstat titulum, ac etiam jus baptizandi præscribit, *Barbos. de offic. & potest. Paroch. part. 2 cap. 8 n. 7*, quin aliquid negotii facessere queat, ex quibusdam libris parochialibus elici, Canonicos Sacramentum Baptismatis administrasse *prævia licentia Abbatis curati*; in vetustioribus enim libris nullam apparet petitam fuisse veniam, ideoque Canonicos pro suo lubitu ac proprio jure Baptismum infantibus contulisse. Hujus quoque juris perenne ac ineluctabile testimonium præbent articuli anni 1743 in quibus hæc inter cetera leguntur = Che le chiavi della custodia dell'Olio Santo e del Battisterio si tengono dal Sagrestano per potersene li Canonici servire in caso di bisogno senza veruna soggezione e dipendenza di licenza dall' Abate curato =. Quamobrem si Canonici veniam Abbatis aliquando postularunt, id evenisse censendum est officii & urbanitatis, vel etiam accuratæ descriptionis causa. Ceterum Canonici, subdit eorum Defensor, sive annuente Abbate, sive procul ejus venia hactenus Baptismum administrarunt, emolumenta, quæ ejusmodi occasione a fidelibus offeruntur, jugiter ac sine ulla Abbatum querimonia perceperunt. Quemadmodum autem hoc jure, quod a duobus & ultra seculis sibi quæsierunt, non sunt Canonici privandi, ita nec etiam jure baptizandi debent expoliari.

Multoque minus Canonicum hebdomadarium jure benedicendi cadavera, & Canonicum Procuratorem jure associandi cadavera puerorum ac benedicendi domos in Sabbato sancto exturbari posse autumat Capituli Defensor. Vetustissimum enim esse hujusmodi Canonicorum jus probant articuli anni 1743, confirmant plurimi testes, nec ipse inficiatur Abbas Spina, cujus Defensor solummodo contendit, rem ex voluntate Abbatum pro tempore gestam esse. Videant nihilominus Emi Patres, utrum actus ejusmodi centum & ultra abhinc annis exerciti sint facultativi judicandi, seu potius conventionem inter Abbates & Capitulum, ac translationem juris cum perceptione emolumentorum ob

communes expensas, quas Capitulum subire cogitur, in themate redoleant.

Quod vero attinet ad Missarum solemnium celebrationem, & vesperarum cantum, ad Hebdomadarium in Ecclesiis Collegiatis & parochialibus functiones illas pertinere docet *Ceccoper. ad Scarfant. lib. 3 tit. 3 n. 42*, cui in Ecclesia S. Bartholomæi concinit consuetudo, & Capitularis sanctio anni 1688, qua cautum fuit = che in avvenire nei giorni festivi della Pentecoste, Corpus Domini, ed altri giorni festivi . . . . . le Messe cantate e solenni debbano dirsi dal solito Canonico Ebdomadario =. Quum vero postea consuetudo inoleverit, quemadmodum fidem perhibet Ecclesiæ Æditimus, = che l'Abbate celebri nel dì di tutti li Santi, nel Natale, nell'Epifania, nel Giovedì Santo fino a Pasqua, nel Corpus Domini, e in S. Pietro = non autem in die Pentecostes, & in festo B. Mariæ Virginis in cælum assumptæ, idcirco Canonicorum Defensor postulat, ut EE. VV. inductam consuetudinem servari jubeant.

Denique Canonicorum Defensor etiamsi fatcatur, ex juris communis dispositione jus convocandi Capitulum spectare ad superiorem aut Capituli Dignitatem, attamen hoc jure minime Abbatem S. Bartholomæi præditum esse censet. In primis enim ipse nec Superior, nec Dignitas, sed potius Capituli Vicarius ac minister vocari debet. Dein animadvertit non Abbatem, sed Capituli Procuratorem, & in subsidium Canonicum seniorem a tempore quod hominum vincit memoriam, convocasse capitularia comitia, & Capitulo expendenda negotia proposuisse. Præterea minime pugnat, ut alteri quam Dignitati jus sit indicendi Capitulum, ceu evincunt constitutiones plurium Ecclesiarum, atque etiam Collegiatarum Urbis. Consuetudo igitur, quæ in Collegiata S. Bartholomæi dudum invaluit, ut Procurator Capituli, potiusquam Abbas, convocet Capitulum, custodienda est, cum in dirimendis præeminentiarum quæstionibus, hæc S. Congregatio annosæ consuetudini plurimum deferre soleat, veluti traditur *in*

Lu-

Lucana Præeminentiarum 29. Januarii 1825. §. Consuetudinem, & in Senogallien. Convocationis Capituli 9 Maji 1829 §. Qua.

Reliqua fusius haurient Eminentissimi Patres ex allegationibus utrinque distribuendis, ut definire valeant

Dubia

I. *An cura habitualis parochialis, & Collegiatæ Ecclesiæ S. Bartholomæi sit penes Capitulum in casu &c.*

II. *An reservatum sit Capitulo jus baptizandi pueros, ac retinendi claves Baptisterii & Olei Sancti in casu &c.*

III. *An reservatum sit Canonico Hebdomadario jus benedicendi cadavera parochianorum, antequam ex domibus extrahantur, & Procuratori Capituli jus associandi cadavera parvulorum ad Ecclesiam Sancti Bartholomæi in casu &c.*

IV. *An sit Capitulo reservatum jus benedicendi domos parochianorum in die Sabbati Sancti in casu &c.*

V. *An & ad quem spectet jus canendi Missam, & Vesperas solemnes in diebus Paschatis Resurrectionis, Pentecostes, Beatæ Mariæ Virginis in Cœlum assumptæ, Dedicationis Ecclesiæ, & S. Protectoris in casu &c.*

VI. *An & quem ad spectet jus convocandi Capitulum in casu &c.*

Ad I. Affirmative.

Ad II. Affirmative ad formam consuetudinis, dummodo per Abbatem referantur Baptismata in parochialem librum, & eidem Abbati tradatur altera ex clavibus Olei Sancti.

Ad III. & IV. Affirmative juxta immemorabilem consuetudinem.

Ad V. Servetur consuetudo.

Ad VI. Affirmative ad Procuratorem Capituli: & amplius in omnibus.

RI-

Sess. 24. *cap.* 12. *de Reform.*

RIPANA ERECTIONIS CANONICATUUM. Capitulum insignis Collegiatæ Ecclesiæ S. Nicolai in oppido Montis Prandonum Ripanæ Diœcesis decem constat Canonicis, & Præposito, qui prima & unica ejusdem Capituli Dignitas nuncupatur. In capitularibus autem Constitutionibus, quas jamdiu editas & in unum corpus aliquando redactas non modo Summi Pontificis confirmavit auctoritas anno 1821, sed ipsum S. Rotæ Tribunal amplissimo reijudicatæ testimonio donavit anno 1826, cautum est *art.* 4. *tit.* 8., *ut resolutiones Capitulares validitatis robur obtineant, dummodo in Capitulo sive ordinario sive extraordinario septem saltem Canonici intervenerint*. Hinc, quum tres ibidem Canonicatus anno 1823 Aloisius Aloisi, reservato sibi jurepatronatus, fundare vellet, id negotii per Apostolicum Vicarium ad Capitulum delatum fuit. Capitulari itaque indicta concione, die 23 Junii 1823 septem rite Canonici adfuerunt, qui Canonicatuum quidem erectionem probarunt, ipsam tamen unanimi suffragiorum consensione certis quibusdam conditionibus obstrinxerunt, quæ sic se habent = *Costituendosi i detti tre Canonicati in patronato di detto Signor Luigi, ragion vuole, che detti tre Canonici da crearsi siano Canonici soltanto di sopranumero, ossiano sopranumerarii, e che non abbiano ad amalgamarsi col corpo capitolare attuale, nè abbiano mai ad entrare nella percezione delle decime, che sono distribuzioni corali da dividersi in dodici, compresa la doppia del Prevosto, non solo vivendo i presenti Canonici, ma anche post mortem dei medesimi, nè volendo nè potendo pregiudicare i nostri successori col deteriorare le rispettive rendite*. Præterea *che detti tre nuovi Canonici non abbiano mai ad avere voce attiva, ossia voto nè decisivo nè consultivo in qualsivoglia Capitolare adunanza; che come sopranumerarj di giuspatronato di Casa Aloisi, non potranno, avendo i beni separati, avere interesse alcuno coll' attuale Collegiata. Bensì usino i segni corali come noi, ed abbiano lo stallo in Coro, ma sempre ultimi di posto dopo i Canonici di prima erezione, e solo la precedenza sia ri-*

ristretta trà i tre individui, ma non per questo potranno esser capaci di cariche, ossiano uffizj come di Camerlengo o Segretario &c., da cui siano esclusi sempre. I due ultimi però di questi tre Canonici dovranno fare da Antifonarj e pararsi nelle Messe solenni, come ultimi di stallo. Come i detti tre Canonici da eriggersi sono esclusi da ogni comodo, e dichiarati sopranumerarj soltanto; così non saranno tenuti ad alcun peso, nè di Conventuale, nè di altri obblighi, che saranno sempre soddisfatti dai Canonici di prima erezione, e solo avranno di entrare alle Messe lette tantum del Purgatorio, ed altre Messe eventuali, come tutti gli altri Sacerdoti, ben inteso che in vacanza di Prepositura non possano entrare in dritto di cantare le Messe di requiem, che si soddisfaranno per turno dai Canonici di prima erezione, e solo si ammettano alla percezione dei stipendi soliti in occasione de funerali non solo dell' accompagno, ma ben anche del canto corale, se saranno presenti. Perchè questi nuovi Canonici non abbiano a mancare al loro dovere del Coro, stabilisca il Signor Aloisi la terza parte delle rispettive prebende in distribuzioni Corali a termini delle disposizioni del Concilio di Trento nella sess. 22. cap. 3., e quindi nel fine dell' anno, calcolate le fallenze, saranno divise tra di loro, tolta ogni collusione frà il diligente e negligente, ed in cui non entreranno mai i Canonici di prima erezione: dandosi poi il caso, che tutti tre si trovassero mancanti, debbano andare a vantaggio della Sacristia. Saranno ammessi ancor essi alle vacanze di giorni cinquanta, come i Canonici di prima erezione, e la tassa della puntatura sarà regolata a termini delle Costituzioni di questo Capitolo. Se poi qualcuno dei sudetti Canonici fosse Chierico e dovesse assentarsi dal Coro causa studiorum, debba ricorrere alla Sagra Congregazione del Concilio per l'opportuno permesso, e non altrimenti, come si dispone nel piano suindicato =.

Hisce conditionibus Aloisius Aloisi omnino dissensit; ac propterea sub die 16. Augusti ejusdem anni. Capitulum denuo convocatum est, ubi quinque prae-

ter

ter Præpositum Canonici declararunt = *Che li nuovi Canonici debbano avere la voce attiva e passiva in Capitolo; debbano godere il turno dello stallo in coro, come succederanno le vacanze; siano ammessi all' esercizio delle cariche e della Sagristia; non siano astretti a fare da Antifonarj e pararsi nelle solenni funzioni, se non quando gli tocchi il turno; insomma di fargli godere di tutti gli onori, preeminenze, e dritti, che godiamo noi attuali, a riserba della percezione delle decime, come nella supplica, e della voce attiva e passiva nel Manso della Sacristia, non essendo di ragione, che s' interessino su i beni di nostra pertinenza, essendo le loro prebende particolari e di giuspatronato* = .

Quum hæc ita se haberent, Aloisius Aloisi congrua statim bona pro duobus tantummodo erigendis Canonicatibus adsignavit die 6. Septembris 1823. hisce legibus = *Li detti due Canonici, e Successori dovendo godere di tutti i gius, onori, e preminenze, come godono i Canonici di prima erezione esistenti in detta Chiesa Collegiata, perciò essi e loro Successori siano pure tenuti in correspettività sempre ed in perpetuo a soddisfare secondo il turno Capitolare tutti i pesi ed obblighi, come sono tenuti i Signori Canonici attuali, dovendo a questi in omnibus & per omnia essere pareggiati*. Ad hujumodi Fundationis tramites Aloisius Ugolini Vicarius Apostolicus erectionis Bullam edidit ipso die 6. Septembris, & novos Canonicatus ita instituit, ut *ad instar veterum Canonicorum locum & Stallum in Choro ac vocem in Capitulo, exceptis negotiis ad sacristiam pertinentibus habeant* = . Igitur factum est die 24. Septembris, ut Ægidius Polidori & Ægidius Castellani, quos Patronus Aloisi illico nominaverat, expeditione literarum peracta, Canonicatus quisque sui possessionem adierint, vel iis etiam plaudentibus Canonicis, qui posteriori Capitulari conventui minime adfuerant.

Res sine ullius questu ac dissidio ad diem usque 15. Aprilis 1826. pacifice processerat, quo die, Aloisio Aloisi jam vita functo, quinque Canonici primæ erectionis coram universo Capitulo solemniter pro-

professi sunt ., quumque essendo venuti in cognizione di sudditane non esibito fino ad oggi in questo nostro Archivio Capitolare alcun' atto , o Bolla di Cancelleria Vescovile) che nella erezione dei due Canonicati , uno sotto il titolo di S. Luigi , e l' altro di S. Emidio , fatta ad istanza della buona memoria del fu Luigi Aloisi col dritto di juspatronato , non sia a contatto a quanto fu risoluto nel Capitolo tenuto il giorno 25. Ed avendo conosciuto che con altro conciliabolo irregolare tenuto posteriormente il giorno 16. Agosto 1825. senza l' intervento dei sottoscritti , con minor numero dei Canonici , e senza essere stati interpellati i Canonici assenti causa studiorum Signor D. Raffaele Cappella , e D. Felice Laurenti , fosse risoluto tutto l' opposto con danno , e pregiudizio di noi e nostri successori , tanto per quello riguarda la precedenza , che tutt' altro di aggravio per qualsivoglia titolo che non poteva risolversi , ed approvarsi senza l' espresso nostro consenso uti singuli , specialmente dopo la sudetta prima risoluzione Capitolare del 25. Giugno 1825. . e non potendosi da minor numero dé Canonici distruggere , quanto con unanime consenso si era risoluto intorno alla erezione di detti nuovi Canonicati . Che però colla presente dichiariamo nulla , e di niun' effetto la seconda irregolare adunanza su tal proposito del 16. Agosto 1825. &c. ; protestando che non possa aver luogo alcuna prescrizione in avvenire , e che per qualunque tratto di tempo non possa mai convalidarsi un' atto , che dichiariamo nullo nel suo principio , perché così &c. = Eamdem animi sui constantiam dissentientes Canonici sæpius quoque in posterum protulerunt tum die 26. Augusti 1826. , quum absentiæ veniam Ænigdius Canonicus Polidori studiorum causa petiisset ; tum die 27. Septembris ejusdem anni , quum ambo secundæ erectionis Canonici interfuissent Capitulari concioni ; tum die 24. sequentis Octobris, quum jussisset Episcopus ad Capituli Tabularium Bullam de Canonicatuum erectione transferri ; tum denique die 13. Januarii 1828., quum rumor per-

crebuisset Sacerdoti Josepho Urbani, cui primæ erectionis Canonicatus collatus fuerat, postremum in Choro locum post Canonicos secundæ erectionis fore assignandum. Quæ sane protestatio in ipso possessionis actu a Tabellione recitata eam habuit vim, ut, uno licet refragante Canonico Polidori, memoratus Urbani stallum in Choro ante secundæ erectionis Canonicos ex Episcopi jussu impetraverit. Verumtamen accidit paullo post, ut, eodem jubente Antistite, ipse Urbanius ad inferiorem locum migrare coactus sit.

Magnus utrinque animorum æstus quotidie magis flagrabat, cum tandem antiquiorum Canonicorum nomine vadimonium ad dirimendam controversiam Canonicis secundæ erectionis in Episcopali Ripana Curia dictum est. Vicarius Generalis sententia sua, quæ prodiit die 17. Julii 1828., novorum Canonicatuum erectionem ad tramites Resolutionis Capitularis habitæ die 16. Augusti 1823. confirmandam censuit & decrevit. Hinc, interposita statim appellatione, quum deinde SSmo Domino Nostro Pio Octavo primæ erectionis Canonici pro causa ad S. Rotam ableganda supplicassent, eidem Sanctitati Suæ præscribere visum est, ut omnis ea de re quæstio huic S. Congregationi æconomice disceptanda proponeretur. Ripanus Episcopus, quem pro informatione & voto ex more rogavi, abstinuit quidem ab ferenda animi sui sententia: ipsius tamen jussu terminus partibus ad jura sua deducenda indictus est, quorum hodie summa EE. VV. oculis subjicitur, ut sapientissimo demum hujus S. Ordinis judicio tota controversia dirimi possit.

Plura sunt rationum momenta, quibus Canonici primæ erectionis propitium sibi causæ exitum augurantur. In primis enim animadvertunt priorem illam Capituli resolutionem, qua certis obstricti conditionibus recentiores duo Canonicatus admissi sunt, legitimo septem suffragiorum numero ex Constitutionibus præfinito fuisse editam; eamque proinde nullo unquam pacto labefactatam a posteriori resolutione dici posse, quæ quinque non amplius

plius Canonicis una cum Præposito suffragantibus, nihili prorsus ex Constitutionum præscripto haberi debet. Id autem eo etiam magis contendunt, quod res ipsa in themate singulos Canonicos spectare videretur, ideoque non tam majoris partis assensum, quam totius omnino cœtus vota exquiri oportuisset ad regulam, de qua *Bonifacius VIII. in cap.* 29 *de Reg. Jur. in* 6., *Barbosa de Canon.*, & *Dignitat. cap.* 38. *num.* 13. *Sac. Congr. Conc. in Cullien. Præeminentiæ* 18. *Augusti* 1792. §. *Dubium*. Re quidem vera, quæ in priore resolutione pro efficienda novorum Canonicatuum erectione appositæ fuerant conditiones, hæ fere omnes singula cujusque Canonici protuenda jura respiciebant; adeo ut sine expressa universi Capituli interpellatione dissentientes Canonici nullum profecto detrimentum suis suorumque successorum juribus irrogari potuisse contendant.

Nec quidquam, inquiunt, ad rem prodesse auctoritatem Ordinarii, dum ad tramites posterioris resolutionis editis in formam Bullæ literis suis novorum Canonicatuum erectionem probavit. Quum enim ea resolutio ex suffragiorum defectu irrita penitus censenda sit, patet certe vel ipsam præbendarum erectionem mole sua corruere, quam sine legitimo Capituli consensu temere peractam nulla pollere validitate sæpius sancivit Sac. Congregatio *in Hortana Erectionis Canonicatuum* 26. *Martii* 1768. §. *ad incrementum*, *in Sabinen. Erectionis Archidiaconatus* 14. *Aprilis* 1770. §. *Ambigi*, & *in Firmana Erectionis Canonicatuum* 13. *Septembris* 1734. Poterat scilicet Vicarius Apostolicus sedulo conditionum naturam inquirere, quas in admittendis Jurispatronatus Canonicatibus die 23. Junii 1823. Capitulum inscripserat; eidem tamen haud aliter licuisset ab Capitulari priore resolutione desciscere, & Canonicatuum erectionem demandare, quam si antea judicasset præpositas conditiones penitus esse irrationabiles, & injustas, *Pignatel. Con.* 48. *num.* 3. *tom.* 6., *Lambertin. de Jurepatr. lib.* 2. *quæstion.* 1. *art.* 7. *num.* 2., *Rota coram Falconer. de Jurepatr. decis.* 59. *num.* 8., & *S. Congr. in Maceraten.* 23. *Februarii* 1771. §. *Quare*.

Ergo primæ erectionis Canonici omnem jam controversiam eo adductam fore sentiunt, ut videant EE. VV., num allatæ in priore legitima resolutione conditiones sint necne rejiciendæ. Certe præcipuam quod spectat conditionem, qua recentes jurispatronatus Canonici tum ex antiquorum Canonicorum albo segregati, tum supranumerarii tantummodo in perpetuum declarabantur, eam quidem juri maxime consonam esse tuetur Capitulum, quum supranumerariorum Præbendarum institutionem non solum non improbari, sed probari potius undecumque constet, *teste Card. de Luca de Canon. Disc.* 37. *& Ceccoper. ad Scarfant. Lucubr. Canon. lib.* 1. *tit.* 14. Quod si hæc prima conditio a ratione, & a jure non abhorreat, ac nullo unquam ex titulo rejici debeat, putant actores Canonici, ceteras facilius conditiones a se posse propugnari, quæ totidem veluti primæ illius conditionis consectaria apertissimam redolent æquitatem. Ita nimirum fore confidunt, ut, quibus olim conditionibus juste ac rationabiliter a Ljectis in resolutione dici 23. Junii 1823. erectioni duorum Canonicatuum plauserant, eas hic Sac. Ordo suprema sua auctoritate confirmet, prout *in Sabinen. Erectionis Canonicatuum* 18. *Novembris* 1730., *in altera Sabinen. participationis* 28. *Aprilis* 1770., *in Lauretana Canonicatus* 20. *Julii* 1754., *& in Eugubina Erectionis Canonicatuum* 26. *Martii* 1763., in quibus omnibus Sac. Congregatio easdem fere omnes ac similes conditiones servari jussit, quarum causa in præsentiarum agitur.

Quod reliquum est, nihil sibi negotii objici posse autumant actores Canonici, si duobus erectis Canonicatibus ita aliquandiu acquieverunt, ut novorum etiam Canonicorum possessioni sine ulla querela præsentes adfuerint, pluraque deinde ab iis officia Canonicalis ordinis propria peragi perpessi sint. Quum enim erectionis Bullam ex Episcopali Curia nonnisi quatuor circiter post annos ad Capitulare Archivium transmiserit Episcopus, nullam hinc sibi viam patuisse queruntur Canonici, unde certam

tam erectionis rationem agnoscerent . Quum quidem postea vix eisdem scire datum est , satis profecto eruitur ex narrata rei specie , omni eos pacto in id crebro incubuisse , ut de illegitima duorum Canonicatum erectione coram universo Capitulo sæpius profiterentur . Hisce omnibus confisi Canonici non dubitant , novorum Canonicatuum erectionem ad tramites resolutionis dici 25. Junii 1825 esse revocandam , nisi forte malint Adversarii eam nullius haberi ponderis , & Capituli rursum consensui subjicien tam declarari .

Longe tamen aliud hujus S. Ordinis judicium fore sperant AEmigdius Polidori, & AEmigdius Castellani , Canonici secundæ erectionis . Novos namque Canonicatus , quorum ipsi potiuntur , tum ex piissimo Institutoris consilio , tum ex Capitulari resolutione dici 16. Augusti 1825. omnibus fere conditionibus exemptos esse constat , quibus in anteactis Capituli comitiis obstricti fuerant . Quum vero negari nequeat ad eam plane formam , quæ postea sancita fuit , erectionem Canonicatuum Episcopali auctoritate perfectam extitisse , id nunc profecto contendi non posse existimant , ut earumdem præbendarum possessores ab fundationis legibus in posterum arceantur . Etenim in jure certum exploratumque est , defunctorum voluntatem religiosissime servari oportere , præsertim ubi in Ecclesiæ utilitatem vergat ; adeo ut liceat fundatoribus , accedente Ordinarii consensione , leges quascumque velint in limine institutionis apponere , easque etiam juri communi contrarias , dummodo nec turpes sint , nec alias a jure improbatæ , nec Beneficii substantiæ adversentur , *Lambertin. de jure : patron. Lib.* 1. *p.* 1. *art.* 1. *quæst.* 9. *num.* 52, *num.* 9, *Card. de Luca de Jurepatr. disc.* 20. *num.* 15. *& disc.* 65. *num.* 4. , *Barbos. de offic. & pot. Episc. Lib.* 1. *tit.* 2. *glos.* 17 *num.* 28.

Jam vero recensitas superius leges , quibus assensiente Episcopo duorum Canonicatuum erectionem Patronus in themate exegit , defensores Canonici neque ullo jure prohiberi , neque ipsius rei naturæ refragari commonstrant . Ejusmodi igitur fundationis nor-

normam violari nefas esse ducunt, eamdemque ab EE. VV. confirmandam implorant, quemadmodum fundationis leges servandas censuit S. Congregatio *in Romana Capellaniæ 30 Iulii 1768*, *in Comaclen. 8 Junii 1818.*, *& in Lucana 29. Januarii 1825.* Patet siquidem, si aliter se res habeat, erectionem Canonicatuum contra Institutoris mentem adversa fronte futuram, qui tamen suis ipse verbis evincitur non aliis unquam legibus ad constituendum juspatronatus deventurus fuisse, quam quibus id vivens confecit.

Neque id sibi obesse censent Canonici Polidori & Castellani, quod in Capitulari concione dici 26 Augusti 1823 novas conditiones ab Aloisio Aloisi Institutore propositas sex Canonicorum numerus probaverit. Exinde enim ratiocinantur nihil aliud fortasse inferendum, quam ut ipsamet potius præbendarum institutio nullius momenti atque irrita habeatur; at nullum præterea jus, quo liceat Capitulo assignatas a Fundatore, & ab Ordinario receptas leges penitus infringere, aliasque arbitratu suo subrogare. Ceterum negant duo præfati Canonici, validitatem erectionis ex unius suffragii defectu posse in themate expugnari, quum Capitularis illa Constitutio, ubi septem suffragantium Canonicorum necessitas præscribitur, ad peculiaria quidem solius Capituli negotia, non ad ea pertinere videatur, quibus expediendis suprema Episcopi auctoritas accedat necesse est. Atqui rem esse hujusmodi ajunt in controversia, quæ non jam singulorum inter Canonicos suffragia, sed merum Capituli consilium ita requirebat, ut ex jure communi satis superque foret, si Canonicorum pars major vel sanior conveniret, ceu tradit *Alexand. III. in Cap. 4. & seq. de iis, quæ fiunt a Prælatis sine consens. Capit.* Agebatur nimirum de augendo Capitularium numero, ac de admittendis duabus jurispatronatus præbendis; ex quo cum nullum ceteris Capitularibus afferebatur detrimentum, tum maximum Ecclesiæ & Christifidelium commodum emergebat. Quare nonnisi irrationabiliter ab fundatoris mente posse nunc Ca-

pi-

pitulum discrepare subdubitat Canonici Defensores ; nihilque proinde Episcopo occurrisse , quominus , vel deficiente legitimo Capitularium numero , ex posteriore Resolutione 26. Augusti 1825. erectionem Canonicatuum decerneret .

Sit igitur

Dubium

An sententia Curiæ Episcopalis sit confirmanda vel infirmanda in casu &c.

Confirmandam esse sententiam juxta modum , dempta nimirum voce activa & passiva in iis negotiis , quæ primæ tantum erectionis Canonicos respiciunt , & amplius , facto verbo cum SSmo .

ORDINIS EREMITARUM S. AUGUSTINI DELIBERATIONIS . Augustinianorum Eremitarum Cœnobium S. M. V. de Popolo ad Portam Flaminiam eo jamdudum fuit consilio , ut medicamentariam officinam Romæ sitam in Via Panico numer. 33., quam per Sacerdotem Josephum Mariam Castellani Ordinis S. Augustini regularem professum jure hæreditario sibi quæsierat, meliori oblatori alienaret . Igitur post publica edicta iterum atque iterum proposita , ex rescripto hujus S. Ordinis factum est , ut *salvo jure vigesimæ & sextæ* præfata Officina die 27 Julii 1829 solemnibus exaratis tabulis Vincentio Parboni vendita fuerit , qui , oblato scut. 1086 pretio post certas inducias persolvendo , quorumdam interea prædiorum in Urbe hypothecam tradiderat . Dehinc sub die 28 ejusdem mensis publica ipsius Cœnobii nomine prodierunt edicta , quæ sic se habent = *Chiunque volesse offerire la detta vi-*

Sess. 25. cap. 11. de reform.

vigesima e sesta , è invitato di presentare la sua schedola chiusa e sigillata . . . entro il termine di giorni venti dall' infrascritto giorno (26. Julii) *decorrendi ; passato il quale , e non essendo sopravvenuta veruna offerta , rimarrà definitivamente fermo l' istromento col Signor Parboni* . Insuper = *nelle offerte da darsi , come sopra , l' offerente dovrà accettare tutte le condizioni stipolate nel riferito Istromento , ed esibire l' ipoteca in beni stabili ed altre garanzie nel medesimo espresse, se non esibirà il pronto contante* = . Nova re ipse oblatio adfuit diem 14 Augusti præseferens ex parte Joannis Pilotti, qui , scutatis 316 loco vigesimæ additis , integrum memoratæ officinæ pretium ad scut. 1402. provexit , *promettendo di esibire in fondi stabili esistenti nella Delegazione di Frosinone la conveniente sicurezza del prezzo di sopra offerto , elegendo a tale oggetto il mio domicilio in casa del Signor Cesare Vagnolini &c.* requisitas tamen hujus summæ cautiones ad extremos fere Augusti dies totidem fundis stabilibus exhibuit . Memoratam vigesimæ oblationem acceptam habuere Patres S. Mariæ de Populo , ac die 26 Augusti programmata publicari curarunt , quibus evocabantur *gli oblatori a dare sopra la somma di scudi 1402 la loro offerta della Sesta* . Verum nullus extitit pro Sexta oblator . De ejusmodi vigesimæ oblatione , antequam fieret pro sexta edictorum affixio , Vincentius Parboni rite edoctus est, idemque judiciali etiam citatione coram R. P. D. Vicesgerente postea provocatus , ut declararet , an vellet ipse necne Joanni Pilotti vigesimario ex jure anteactæ deliberationis præferri ; at Parbonius eo nunquam adduci potuit , ut animum suum ea de re patefaceret : quin potius semel iterumque professus fuit , se nullo unquam pacto ad optionem posse obstringi , nisi prius de legitimitate oblationis Vigesimæ, ac de earum cautionum , quas Pilotti adduxerat , idoneitate hic S. Ordo judicasset . Ex adverso Joannes Pilotti vehementer etiam instare cœpit pro conficiendo devolutæ sibi venditionis instrumento ; professus nimirum , se quamplu-

plurimas ex mora jacturas fore perpessurum, Acrem itaque sic obortam controversiam ad hanc S. Congregationem detulerunt Patres Cœnobitæ, ut EE. VV. eam dirimere dignarentur, Preces hujusmodi die 5 elapsi Septembris pro informatione & voto ablegavi ad R. P. D. Vicesgerentem, qui quidem auditis de more partibus commissum sibi munus ita sedulo explevit, ut singula Parbonii & Pilottii jura Vobis, Emi Patres, hodierno die disceptanda subjiciantur.

Probat in primis Parbonius, medicamentariæ officinæ emptionem venditionem ita sibi ex beneplacito Apostolico, atque ex publicis tabulis fuisse adjudicatam, ut, si a die 28 Julii 1829 intra viginti dierum terminos nulla Vigesimæ legitima oblatio occurrisset, jam sibi ipsi absolutissimum rei acquisitæ jus & dominium deberetur. Id enim apertissime significabant vel ipsa vigesimæ & sextæ edicta, quarum species superius adnotata est, idque juris etiam communis sanctioni plane consonum esse tradunt *Herion. respons.* 10. *num.* 12. *post Rot. cor. Olivatio*, *Rot. in Romana Appulsus lignorum* 15. *Januarii* 1742. §. 7. *cor. Calcagnino*, *S. Congr. in Civitatis Castellanæ Emphyteusis* 7. *Septembris* 1775. §. *Econtra*, *& in Sutrina Emphyteusis* 29. *Maji* 1824. §. *Reponit.* Jam vero non satis constat, ait Parbonius, Joannem Pilotti die 14 Augusti, hubili scilicet tempore, suam penes acta deposuisse vigesimæ oblationem, & quamvis id liquido constaret, suo tamen juri nihil exinde detrimenti potuisse inferri arbitratur. Ea namque vigesimæ oblatio carebat plane omnibus, quæ ad rei validitatem facerent, cautionibus, quasque in ipso oblationis actu exhibendas jusserant præcitata edictorum verba: ac proinde, quum opportunas oblationis suæ cautiones nonnisi extremo fere mense Augusti, aliquot nempe post dies, quam præfiniti viginti dierum fines paterentur, Joannes Pilotti detulerit, contendit Parbonius, illius modi vigesimæ oblationem fuisse prorsus nugatoriam, eamque luculentissimo nullitatis vitio ita laborare, ut sibi jam uni omnem emptionis venditionis contractum fuisse confirmatum existimet.

Tuetur præterea Parbonius talem per se esse Joannis Pilotti oblationem, ut, etiamsi idoneo tempore necessariis innixa cautionibus patuisset, ex sua tamen natura ab supremo hujus S. Ordinis judicio rejici debeat: haud enim spectanda solummodo est major pecuniæ oblatæ summa, sed insuper ratio habeatur oportet personarum, & cautionum, veluti perpendit *Rot. in Romana affictus* 14. *Maji* 1770. §. 9. *cor. Riccio*, *& S. Congr. in Civitatis Castellanæ Emphyteusis* 7. *Septembris* 1776. §. *Quod*. Porro fundi omnes, quos hypotheca devinciendos protulit Pilotti, censualem quidem valorem scut. 2100 simul una efficiunt: ex his tamen constat scut. 500 detrahenda esse, quæ Laurentius Pilotti, Vigesimarii germanus, sibi pro suo officio in exigendis Communitatis vectigalibus jampridem obligasse perspicitur. Itaque ex eo, qui superest, valore scut. 1600 haud tanta profecto emergit in themate hypothecæ vis, quanta ex lege opus foret, ut fundorum cautio tertiam oblati pretii partem præter ipsam oblationis summam exæquet. Quod si forte suum hypotheca effectum ex judiciali venditione sortitura sit, animadvertit Parbonius, delatos a Joanne Pilotti fundos utpote hac illac in Phrusinonensi agro sitos fore ejusmodi, ut Augustinianorum Cœnobium minus commode possit de oblato vigesimæ pretio redintegrari. Quare suam Parbonius oblationem ex ipsa fundorum, quos assignavit, qualitate præferendam censet, nec se ait in proposita optione ad animum aperiendum suum cogi posse; cum nondum fuerit Joannis Pilotti oblatio per hunc S. Ordinem adprobata. Utcumque autem libeat huic S. Ordini de controversæ oblationis legitimitate decernere, non dubitat Parbonius, ipsius optionis jus sibi integrum adhuc esse, quod ex priore certe deliberatione promanat, quemadmodum docet *Card. de Luca discept.* 44. *num. fin. de locat.*, *Card. Petra ad Constit. Leonis M. num.* 42. *pag.* 5. *tom.* 1., *S. Congregatio Concilii in Neapolitana* 17. *Augusti* 1697., *& 28. Septembris ejusdem anni*

Hisce omnibus suffragatur R. P. D. Vicesgerens, qui suis ad rem literis inquit = *Video equidem loci pii uti-*

utilitatem in majori pretio per Pilottum oblato ; at præterquam quod patet eum post elapsum terminum in nunciationibus præfinitum requisitas fundorum cautelas exhibuisse ; intrinsecus vero fundos exhibuit extra Urbis territorium positos, aliisque hypothecis quomodocumque obnoxios, quique idcirco haud videntur liberis atque in territorio extantibus per Parbonium datis fundis præferendi . Quibusde causis inefficacem Pilotti oblationem censerem , ideoque plane respuendam . Favet etiam P. Joseph Maria Castellani , qui illud aliquando ex hodierno EE. VV. judicio eventurum sperat , ut pecuniæ fructibus ex ejusmodi venditione percipiendis ipse quamprimum valeat ad tramites Rescripti S. hujus Congregationis quotidianis pauperrimæ parentis suæ necessitatibus opitulari . Ceterum idem P. Joseph Castellani supplici nuper porrecto libello exposuit *poter egli asserire col più amplo giuramento di avere il Signor Giovanni Pilotti ex animo rinunziato viva voce all'acquisto della Speziería , giacchè non solo più volte in sua presenza, del Signor Cesare Vagnolini , e di altra persona incognita all'Esponente ha detto di non volerne sapere altro , ma anche interrogato a quattr' occhi dall' Esponente , se diceva da vero , rispose che sì .* Addidit postremo , *che Pilotti ha fatto più volte conoscere all' Esponente , che ottenuto l' intento avrebbe preteso un ribasso di sc.200.*

At Joannes Pilotti suam pro vigesima oblationem omni prorsus jure validam ac legitimam esse propugnat . Ipse enim procul dubio vigesimam Tabellioni in edictis designato obtulit die 14 Augusti 1829, præscriptos nimirum intra limites , eademque oblatio Augustiniano Procuratori Generali , cui Apostolici Beneplaciti executio concredita erat , adeo cognita fuit & probata , ut die 26. ejusdem mensis edicta prodierint pro accersendis Sextæ oblatoribus . Nec præterea putat tantopere inquirendum de tempore , quo vigesimæ oblatio fuit exhibita ; prioris namque deliberationis contractus, quem cum Augustinianorum Cœnobio Parbonius inierat, elapsis licet viginti dierum limitibus , nunquam tă-

men poterat novos oblatores excludere, ob privilegium addictionis in diem, quo Pia loca fruuntur, *Card. Petra ad constit. S. Leonis M. sect. 3. num. 34. & seqq.*, *S. Rota in Romana Affictus 9. Junii 1749. §. Non enim coram Molin.*. Quod quidem privilegium cum ad meliorem semper Ecclesiæ conditionem spectet; hinc monet idem *Card. Petra loc. cit. numer. 35.*, *& S. Congr. in Placentina Deliberationis & prælationis 9. Septembris 1786 §. Cum* non adeo rigide insistendum esse viginti dierum termino, ut non etiam liceat eo emenso utiliorem Ecclesiæ oblationem recipere. Ex quibus omnibus concludit Joannes Pilotti, suam vigesimæ oblationem, etsi post lapsum viginti dierum prolata fuisset, tamen nullo unquam jure in Loci Pii damnum esse infirmandam.

Hisce accedit quod etiamsi Coenobium beneficio addictionis in diem haud in themate frueretur, ei tamen præsto esset privilegium restitutionis in integrum, seu oblatio Sextæ, *Harion. loc. cit. num. 27 ac Benedict. XIV. in constit. Essendo diei 23. Novembris 1742. §. 6.*, quæ quidem constitutio pro norma locationum rerum fiscalium promulgata, ex communi Doctorum sententia ac Tribunalium praxi porrigitur quoque ad Ecclesias, & pia loca, quippe quæ Fisci potiuntur privilegiis, *Rota in Romana Appaltus lignorum coram Calcagnino die 15. Jan. 1742. §. Etenim*, 1. *Congr. in Sutrina Emphyteusis 29. Maji 1824. §. Itaque*. Porro ad legitimam Sextæ oblationem duo satis habentur, scilicet ut ea offeratur pecuniæ vis, quæ sextam jam oblati pretii partem saltem exæquet, ceu legitur *in cit. constit. §. 6.*, ac insuper ut reapse exhibeatur = dentro il solo termine di tre mesi da incominciare dal giorno che sarà stato deliberato come sopra l'appalto =. At summa quam se soluturum spopondit Pilottius, longe sextantem excedit integri pretii a Parbonio oblati; eamdem præterea summam procul dubio obtulit Pilottius, antequam legitimum pro Sexta temporis spatium elaberetur. Igitur Pilottius sin tamquam vigesimarius, at certe

te velati Sextæ oblater ipsi Parbonio ferret præferendas.

Denique Joannes Pilotti nihil esse inquit, cur sua oblatio respui queat ob præstitam cautionem post lapsum viginti dierum, vel ob fundorum inidoneitatem. Præterquam enim jure cautum non est, satisdationem tradendam esse intra tempus pro vigesimæ oblatione præstitutum, illud etiam accedit quod satisdatio non pertinet ad intrinsecam contractus perfectionem, imo etiam post obsignatas venditionis aut conductionis tabulas sponsor expromissorque designari potest, quemadmodum post *L. si pro fundo Cod. de transact.* tradit. *Rot. in Romana Appaltus lignorum* 15. *Januarii* 1742. §. 16. *cor. Calcagnino*, *& in Ferrarien. Appaltus* 6. *Maji* 1771. §. 12. *coram Riminaldo*, & concinit *S. Congr. in Placentina Deliberationis*, *& prælationis* 9. *Septembris* 1786. *ad II. Dub.*; tandem exceptio illa si quid haberet ponderis, Coenobio dumtaxat, non autem Parbonio prodesset ad tradita per *Herion. loc. cit. num.* 26., *& Rot. in eadem Ferrarien. Appaltus* §. 12. Ceterum de fundorum, quos pro summa scut. 1402. assignavit, idoneitate, subdit Pilottius, dubitari nequit. Ili namque omni ex parte frugiferi sunt, & ad valorem scut. 2100. plane pertingunt, dum probat fratrem suum Laurentium suscepto Communitatis vectigalia exigendi munere honestissime hactenus functum fuisse, eumdemque asserit recensitam scut. 500. hypothecam ineunte hoc anno deleturum, vix ipse ejusmodi officio valedixerit.

Hæc sunt, Patres Eminentissimi, rationum momenta, quæ ad rei quæstionem utrinque dirimendam pertinent. Erit tamen eximiæ, qua polletis, prudentiæ ac sapientiæ decernere

I. An constet de validitate Vigesimæ a Joanne Pilotti oblatæ in casu &c.

Et quatenus affirmative

II. An Vincentius Parboni gaudeat jure prælatio-

nis

nis ita ut ipsi sit præfiniendus novus terminus ad deliberandum in casu. &c.

Et quatenus negative ad primum dubium

III. *An oblatio Joannis Pilotti sit habenda loco Sextæ in casu &c.*

Ad I. Affirmative.

Ad II. Affirmative in omnibus.

Ad III. Provisum in primo.

Sses. 24 cap.. 12 de reform.

HORTANA CANONICATUS. Ecclesiæ Cathedrali Hortanæ civitatis octodecim inserviunt Canonici, ac duo Beneficiati, quos inter rector Canonicalis præbendæ a fratribus Caffolini anno 1639 rite institutæ. Huic Canonicatui, cujus reditus ad scutata septuaginta quoque anno pertingunt, onus imminet divinas laudes in choro alternis hebdomadis persolvendi, ac insuper duas unaquaque hebdomada litandi Missas. Iuspatronatus ex fundatorum voluntate tributum est Camillo de Pretis ejusque hæredibus, lege tamen ut eum jugiter nominarent, qui hortana frueretur civitate. Ad hujusmodi Canonicatum, vix ejus obtigit vacatio per obitum Joannis Francisci Pieri, cuncti patroni nominarunt Clericum Dominicum Boncristiani, alterius ex patronis filium. Quum vero Canonicatui Caffolini Presbyteratus ordo sit adnexus, idemque Dominicus, utpote in lucem editus die 17 Octobris 1815, ætatis laboret defectu, ideo ejus pater Cajetanus, qui pluribus gravatur filiis, rei familiaris angustia premitur, ac ære a suis majoribus contracto devincitur, Summo

mo Pontifici preces obtulit, quibus opportunam pro filio efflagitaret dispensationem. Verum Eminentissimus qui est a Secretis Brevium die 28 Aprilis 1829 rescripsit = *Relatum* = Animo tamen non concidit Cajetanus, preces Sacratissimo Principi instauravit, suspensionem nominationis, donec filius ad legitimam perveniat ætatem, imploravit, supplicemque libellum ad S. Congregationem ablegari obtinuit.

Hinc ad Episcopum, ut in more positum est, dedi litteras, ejusque votum exquirendum censui. Retulit ipse patronos omnes suum præbere assensum cum ætatis dispensationi, tum nominationis suspensioni; Canonicos quoque Cathedralis, majoribus saltem suffragiis, Oratoris precibus assentiri, & adolescentem Boncristiani optimis moribus esse præditum. Tandem animi sui sententiam aperiens ait = Precibus Cajetani Boncristiani rescribendum esse putarem pro suspensione collationis Canonicatus, ad septennium, apposito tamen administratore ecclesiastico ad effectum exigendi fructus, satisfaciendi onera, & remanentes in educando in hoc Seminario juvene Dominico Boncristiani erogandi =

Plurima quidem in thesauro resolutionum hujus Sacri Ordinis extant exempla, quæ Oratorem in spem erigunt, Eminentissimos Patres suis fore precibus suffragaturos. Sacra nimirum Congregatio benignam se præbere solet erga Beneficiorum patronos, & bene de Ecclesia meritos, præsertim si subsidio indigeant ad vitæ exhibitionem, aut ad studiorum curriculum absolvendum. Quamobrem nonnunquam indulsit, ut pueri ad Beneficia nominarentur, vel saltem ut interim suspensa collatione, donec legitimam ipsi attingerent ætatem, reditus in proprium levamen, aut in studiorum causam insumerent, ut videre licet *in Vercellen.* 19 *Julii* 1766, *in Asculana Dispensationis* 20 *Maji* 1786, *& in Sutrina Canonicatus* 20 *Junii superioris anni*. In themate non agitur de puero, sed de Clerico, qui decimum quartum jam exegit annum, quique bonis est moribus imbutus;

Ori-

originem ipse ducit ex patronorum genere . ac parentem habet , cui plures sunt filii , atque æs alienum incumbit non sui , sed majorum consilio contractum , ideoque dignus videtur , qui ætatis dispensationem assequatur , sin minus fructibus Canonicatus , suspensa interim ejus collatione , impletisque Missarum oneribus , usque adeo perfruatur , & in Seminario episcopali ad pietatem ac religionem informetur , donec Canonica præditus ætate Sacris initietur Ordinibus .

Verum Synodus Tridentina *sess.* 24 *cap.* 12 *de reform.* sanxit neminem deinceps ad Canonicatus; Ecclesiarum Cathedralium esse promovendum , nisi qui eo ordine sacro sit insignitus , quem illa præbenda requirit , aut in tali ætate ut infra tempus a jure , & ab ipsa Synodo statutum initiari valeat . Quando autem ex beneficiorum erectione aut aliis constitutionibus qualitates aliquæ requiruntur , non est eis derogandum , inquiunt Tridentini Patres *sess.* 25 *cap.* 5 *de reform.* , nisi urgens justaque ratio , & major quandoque utilitas postulaverit , cum aliquibus dispensandum esse , *ead. sess. cap.* 18. Nullam autem urgentem justamque in themate occurrere causam subdunt nonnulli Canonici Cathedralis Ecclesiæ, imo ex ætatis dispensatione aut collationis suspensione detrimentum caperet servitium chorale . Etenim præter alterum ex beneficiis duo vacant Canonicatus Canonicus Curatus , & Canonicus Pœnitentiarius sæpe numero absunt a choro ad sua implenda munera ; tres Canonici humaniores theologicasque disciplinas edocent in Episcopali Seminario , ac tandem alter rude jam est donatus.

Videant nihilominus Emi Patres an vacatio Canonicatuum , & Beneficii penuriam probet Sacerdotum, proindeque Orator voti compos sit faciendus, quemadmodum hisce ferme intercedentibus rerum adjunctis suspensionem nominationis Canonicatus concessit *in Sutrina Canonicatus* 27. *Junii* 1829, licet patronus haud rei familiaris angustia laboraret.

Du-

Dubium

An & quomodo sit annuendum precibus Dominici Bonecristiani in casu &c.

Non proposita cum sequentibus.

CALLIEN. ET PERGULANA EXPENSARUM, Ultimo quo decessit elogio anni 1803 Franciscus Antonius Alegi Pergulanus ex omnibus & singulis suis bonis Capellaniam instituì jussit, imposito onere triar singulis hebdomadis litandi sacrificia. Hujus voluntatis executorem elegit Sacerdotem Benvenutum Viticchi, quem primum etiam Capellanum nominavit. Uxori tamen suæ consulere cupiens hæc subjunxit = Ordino poi al detto mio Esecutore testamentario, che si dia alla mia dilettissima Consorte Lucia Sassi pel buon servigio ed assistenza prestatami, sua vita naturale durante e mantenendo vita vedovile, il comodo di Casa per essa sola, ed un assegnamento decente e corrispondente al suo bisogno e condizione da prendersi da' detti miei beni =. Testatore e vivis erepto, Vicarius Apostolicus Pergulanus perpensis hæreditatis viribus præter habitationem scutata quadraginta tria & obolos 80 monetæ romanæ ab Executore testamentario eidem Viduæ singulis annis solvenda præcepit. Ex quo factum est, ut amica deinde inita fuerit conventio, qua Exequutor Testamentarius die 18 Maji 1804 Viduæ Sassi cessit = per suoi alimenti finchè naturalmente vivrà l'annuo frutto = duorum censuum ad hæreditatem Alegi spectantium, *Sess.25.cap.12 de reform.*

seu annua scutata quadraginta duo , ac promisit , se ad rationum exæquationem quolibet anno eidem solutarum obolos centum octoginta . Cum autem decem circter post annos debitores ejusmodi censuum , ut a scutatis quadraginta duobus scutata quatuor & oboli viginti pro rata commodi subducerentur , instarent , & Vidua de iisdem compensationem a Capellano seu Executore testamentario percontaretur , Capellanus non solum ei obstitit , sed etiam litem in Curia Episcopali Pergulensi intendit pro imminutione annuæ pensionis ob alterius census activi scut. 200. jacturam.Capellani votis arrisit Vicarius Generalis , sententiamque tulit, qua edicebatur pensionem Viduæ adsignatam cohibendam esse ad annua scutata triginta tria & obolos octoginta . Ad A. C. Tribunal provocavit mulier , & post acre , ac diuturnum certamen victrix evasit ; imo Capellanus damnatus fuit ad omnium expensarum refectionem , quæ summam constituunt scut. 214. 22 $\frac{1}{2}$. Obtentum mandatum super censibus Capellaniæ dotem efformantibus confestim exequendum curavit Vidua Sassi ; at dum de censibus constituta auctione vendendis agebatur , nova in eadem Episcopali Curia exarsit lis super exequutionis validitate , propterea quod Capellanus Viticchi contenderet,ejusmodi mandatum vim suam exerere non posse contra dotem Capellaniæ , sed potius adversus ipsius Capellani patrimonialia bona. Iterum Vidua infelicem in ipsa Curia experta exitum ad Tribunal A.C. denuo confugit , atque istud prævia abrogatione decretorum Episcopalis Curiæ semel iterumque census Capellaniæ publicari mandavit . Tulit hoc graviter Canonicus Felix Masci , defuncti Viticchi successor , qui ne ad ruinam Capellaniæ bona vocari pateretur , supplex adiit Summum Pontificem , ut Sacerdos Camillus Sassi defunctæ Viduæ frater ac hæres tela sua in bona hæreditaria Benvenuti Viticchi vertere juberetur.

Precibus ad hanc Sacram Congregationem cum facultatibus necessariis a S. M. Leone XII. ablegatis , de more Episcopi informationem & votum exquirendum censui . Hic post enarratam rerum seriem sic fa-

fatur . = Nisi mea me fallat opinio , injuste ac
= irrationabiliter discussæ sunt hactenus hæ con-
= troversiæ . Pensionem pro victu & vestitu ab ini-
= tio constitutam favore Viduæ Alegi in scutis
= quadraginta tribus & ob. 80. semper esse saltem
= eamdem æquum erat . Agebatur enim de muliere
= senescente , quæ opis quotidie majoris indigebat,
= quæque cum introitu obolorum duodecim in
= singulos dies admodum parce vivere cogebatur .
= Nec juvat objicere conventionem Viduæ cum Ca-
= pellano ; hæc enim ejusdem Capellani commo-
= dum dumtaxat respexit , & Vidua acceptavit
= exactionem scutorum quadraginta duorum ,
= non triginta septem & obol. 80. ad quæ re-
„ digebantur fructus Census dempta rata commodi.
„ Multo minus attendenda esse videtur altera obje-
„ ctio , quod hæreditas amiserit censum activum
„ scutorum biscentum . Quis ignorat non esse lo-
„ cum falcidiæ in legatis , quando pro hærede scri-
„ pto quarta pars bonorum superest ? Ast deficiebat
„ fortasse aliqua pars eleemosynæ pro missis a Te-
„ statore præscriptis : nonne hoc in casu poterat
„ Capellanus exorare Sanctam Sedem, a qua præ-
„ sertim Testatoris Uxori nunquam alimonia de-
„ negantur pro imminutione Missarum , donec, &
„ quousque eadem diem obiisset supremum ? Si
„ Capellanus Viticchi sumptibus Capellaniæ lites
„ aggredi , & progredi præsumpsisset , ejus erat ,
„ vel Vobis EE. PP., vel mihi saltem jura sua
„ manifesta facere , ut veniam , facultatemque im-
„ petraret . Attamen cum inconsultis Nobis , imo
„ potius temere , & contra fas eas susceperit, in ex-
„ pensis omnibus ipsummet , seu ejus hæreditatem
„ condemnandam esse arbitrarer „ .

Hæc ex hodierni Episcopi litteris quum deprehendis-
sem , eum rogavi , ut S. Congregationem instru-
ctam redderet de annuo reditu & oneribus hære-
ditatis Antonii Alegi eo tempore quo lis mota est
contra Luciam Sassi Viduam Alegi , & an Camil-
lus Sassi utilem actionem instituere valeat contra
hæreditatem Viticchi . Quid Pergulanus Antistes re-
tulerit, oculis EE.VV. subjicere reor . „ Septem Cen-

„ suales tesseræ, quæ insimul conflant sortem scut.
„ 1550. & binæ domus valoris fortasse scut. 400.
„ constituunt dotem Capellaniæ Alegi. Annui cen-
„ suum fructus, subducta rata commodi, sunt dum-
„ taxat scut. 58. Annua pensio domorum, dem-
„ pta ordinaria reparatione, est scut. 18., sicque in
„ totum annuales reditus sunt sc. 76.

„ Quamvis autem universus usus & fructus dicto-
„ rum bonorum esset Capellani, attamen cum pro-
„ pinqui Testatoris S. Sedi eorum inopiam repræ-
„ sentassent, obtinuerunt, ut post obitum Viduæ Sas-
„ si Alegi, quæ ei quotannis pendebantur, ea ipsis
„ applicarentur, persolverenturque, veluti ex Rescri-
„ ptis Auditoris SSmi dierum 24. Aprilis 1806., &
„ 13. Julii 1824. Quare a memorata summa scut.
„ 76. deductis scut. 43. 80. supersunt scut. 32. 20.
„ quæ Capellanus percipit pro adimplemento one-
„ ris missarum. Omnia hæc retulerunt mihi tum
„ Sacerdos Camillus Sassi hæres supradictæ Luciæ,
„ tum Archidiaconus Aloisius Prosperi Capellaniæ
„ Administrator, nec non exequutor testamenta-
„ rius Benvenuti Viticchi. Addidit autem hic Ar-
„ chidiaconus quod vires patrimonii Viticchi adeo
„ exiles fuerint: agebatur enim de paucis mobi-
„ libus, semoventibus, & domuncula ex tabulati
„ defectu inhabitabili, ut vix, aut ne vix quidem
„ ad æs alienum pensitandum, & ad Legata im-
„ plenda satis fuerit, ex quo nullam prorsus uti-
„ lem actionem adversus hanc hæreditatem exerceri
„ posse arbitrarer „.

In eo præsentis vertitur quæstionis cardo, utrum li-
tis expensæ sint reficiendæ ex bonis Capellaniæ,
seu potius ex patrimonio Sacerdotis Viticchi, qui
litem adversus Viduam Alegi ejusque hæredem su-
stinuit. Si EE. VV. ad refectionem expensarum de-
vincta censuerint Capellaniæ bona, nedum suo sta-
bit robore expleta executio, sed etiam ad publi-
cationem censuum procedere fas erit: at si aliter
judicaverint, oporteret executionis acta circumscri-
bere, illudque insuper præcipere, ut Sacerdos Camil-
lus Sassi super bonis hæreditariis Sacerdotis Vitic-
chi obtentum mandatum exequi curet.

Jam

Jam vero certi exploratique juris est, sumptus litis, cujus patrocinium pertineat ad commodum aliquod & utilitatem Ecclesiæ, Beneficii, aut operis pii, ex illius bonis, ac reditibus detrahendos esse, *Rot. in Giennen. Redintegrationis massæ communis 20. Januarii 1738. §. Neque ullum cor. Bussio*, & consonat *hic S. Ordo in Spoletana expensarum 22. Augusti 1739. §. Momentum, in Montis Falisci expensarum litis 17. Septembris 1768. & in Eugubina Canonicatus 7. Julii 1770. §. Nonnulla*, etiamsi ejus administratores, aut Rectores causa cecederint, *S. Congregatio in Amerina 8. Maji 1824. §. Idque*, dummodo non constet ipsos irrationabiliter, ac nullo jure suffultos litigasse, *S. Congregatio in Imolen. Indulti 28. Augusti 1751., in Viterbien. Expensarum 28. Januarii 1769., & in Asculana 20. Januarii 1779. §. Tertium*, non secus ac tutores & curatores, qui litium impendiis suo ære resarciendis tum obstringuntur, cum injusta tuentur pupillorum lites, *L. non est ignotum Cod. de administr. tutor.*

In themate Sacerdotem Viticchi revera temere, atque ut suam, non autem Capellaniæ utilitatem quæreret, litem intendisse putat hodiernus Capellaniæ administrator. Temere quidem, nam testator supremis caverat tabulis, ut Uxori suæ quoad viveret, congrua ab executore testamentario suppeditarentur alimenta ex bonis pro Capellaniæ dote relicta singulis annis detrahenda. Pecuniæ vim quotannis Viduæ repræsentandam statuit Vicarius in scutatis quadraginta tribus & obolis octoginta, & Vicarii sententiæ partes communi placito adhærendum sibi duxerunt. Injuria itaque postea Capellanus Viticchi movit litem, eaque tamdiu Viduam moratus est, ut alimenta a Judice præstituta & senescenti Viduæ vix aut ne vix quidem paria imminuerentur. Cujusdam sane census jacturam fecerat Capellania, verum ejusmodi erat, ut alimenta Viduæ exhiberi, & onera Capellaniæ impleri facile possent: siquidem ex Episcopi relatione patet, annuos Capellaniæ reditus summam attingere scutatorum sex & septuaginta, ex quibus si detrahan-

hantur alimenta scut. 43. 80., habentur scut. 32. 20., quæ congruam suppeditant eleemosynam pro missis centum quinquaginta septem quolibet anno a Capellano celebrandis. Injuria quoque Viticchius compensationem scut. 4., quam Vidua ob inductam ratam commodi exlagitaverat, jugiter detrectavit; scitum namque est, eum, qui a debitore mandatum accepit ad exigendum, ut sibi satisfaciat, jure posse non sequuta solutione in mandantem agere, veluti expresse traditur in *L. si mandavero 22. ff. mandat*; & doce *S. Congregatio in Camerinen. ædificationis Eccle-t sive 20. Decembris* 1823. §. *Nec.* Propriam insuper, non Capellaniæ Viticchius quærebat utilitatem; agebatur enim de onere per obitum Viduæ penitus extinguendo, ideoque onus Viticchi, qui Capellaniæ fruebatur reditibus, intererat, ne interim annui fructus vel minimum decrescerent, imo per imminutionem alimentorum, si fieri potuisset, augescerent.

Nonnulla tamen præsto sunt, quæ Viticchium nec temere instituisse litem, nec suam tuitum esse causam suadere possunt. In primis quæ juris peritis perspicua exploratæque sunt, ea legum ignaris obscura, & satis implexa nonnunquam videntur. Dein Exequutorem testamentarium haud omnino injustam intendisse litem probat sententia Vicarii Generalis, qui alimentorum quantitatem imminuendam judicavit. Tandem quemadmodum Vicarius Apostolicus anno 1803 *veduto lo stato creditario Alegi* alimenta constituit in scut. 43. 80, ita æquitati consonum videbatur, ut procul testamentarii executoris culpa imminutis hæreditatis reditibus tum Capellani stipendium, tum Viduæ alimenta servata proportione decrementum paterentur, præsertim quia Capellanus post jacturam census scutatorum 200., ac post latam legem ratæ commodi a debitoribus censuum retinendæ vix ea Capellano supererat quolibet anno pecuniæ quantitas, quæ Missarum eleemosynis foret satis; eo siquidem tempore ex scutatis 76. nedum scut. 43. 80., sed insuper pensio domus, cujus habitatione mulier fruebatur, erant detrahenda. Lis præterea a Viticchio mota ad utilitatem Capellaniæ suapte natura redundare videbatur, cum eo spectaret, ut Capellani pro tempo-

re

re, seu Capellaniæ fructus in dies non decrescerent: Vidua enim ex hac vita erat tandem migratura, ac Viticchium non latebat, sex Consanguineos ipsius testatoris, gravem obtendentes inopiam, ac legatum scut. 200. sibi a defuncto relictum tamquam exiguum traducentes, jam inde ab die 24. Aprilis 1806. Apostolicum impetrasse rescriptum, quo præcipiebatur, *ut ea pars fructuum hæreditatis Alegi, quæ nunc quotannis persolvitur pro exhibitione Viduæ Alegi, post ipsius obitum applicetur et persolvatur Oratoribus in ipsorum indigentiæ levamen juxta divisionem facien. ab R.P.D. Episcopo, cui Sanctitas Sua præsentis gratiæ executionem commisit cum omnibus facultatibus necessariis et opportunis.*

Si Emi Patres expensas litis ex bonis Capellaniæ reficiendas putaverint, illud quoque definire dignentur, an fructuum imminutio cedere debeat damno propinquorum testatoris, seu potius Capellaniæ; postremo enim casu necessaria foret Missarum reductio, quia reliqui reditus impares essent tribus Sacris qualibet hebdomada ex testatoris voluntate litandis.

Igitur proponuntur

DUBIA

I An refectio expensarum litis sit facienda ex bonis Capellaniæ Alegi in casu etc.

Et quatenus affirmative

II. An imminutio fructuum cedere debeat damno Capellaniæ, seu potius propinquorum testatoris in casu etc.

Et quatenus affirmative ad primam partem

III. An, et quomodo sit concedenda Missarum reductio in casu etc.

FA-

Sess. 25. Cap. 13 de Reform.

FABRIANEN. FUNERUM. Confratres Sodalitatis sub titulo *Sanctissimi Cordis Jesu* in Ecclesia S.Onuphrii Fabriani erectæ ineunte anno 1825 supplicem S.M.PioVII obtulerunt libellum,quo=atteso il fervore con cui sonosi ascritti a detto pioIstituto,ed il servigio che prestano alla loro Chiesa da essi officiata e mantenuta = emixis precibus postulavere = che i loro Corpi abbiano l'ecclesiastica seppoltura nella sudetta loro Chiesa , ossia nella Camera di Cemeterio annessa alla medesima , e siccome la clemenza della Santità Vostra si è degnata recentemente accordare la grazia alli Fratelli della medesima Compagnia fondata nella Chiesa Parochiale di S. Francesco in S. Ginnesio di Camerino , Che &c. = Sui voti compotes facti sunt. Sanctissimus enim die 10. Januarii 1825. *remisit preces arbitrio & prudentiæ Ordinarii cum facultatibus necessariis & opportunis , servatis in similibus servandis* . Hisce Episcopus utens facultatibus die 20 Martii ejusdem anni rescriptum edidit *pro executione gratiæ petitæ facta tamen ante tumulationem benedictione Sepulchri* (tunc constructi prope Ecclesiam dictæ Societatis) *ad formam Ritualis Romani salvis omnibus juribus parochialibus* ,

Anno 1825, duo Sodalitatis Confratres fato cesserunt Comes Antonius Giampè , & Canonicus Hieronymus Stelluti quis in Ecclesia Sodalitatis sepeliri ibidemque exequias ea quas præstituerant ratione peragi voluisse ex eorumdem testamentariis tabulis constat , Hinc gravis admodum inter Parochos ejusdemque Sodalitatis Confratres de jure funeris efferbuit lis . Sodales contendebant Ecclesiam. S. Onuphrii ex Apostolico Rescripto , & Decreto executoriali Episcopi jus sepeliendi , seu funerandi obtinuisse , ideoque funebria officia in eadem Ecclesia esse absolvenda , & ad Confraternitatem , dempta portione canonica pro Parochis , cuncta pertinere funerum emolumenta . Contrarium evincere conabantur Parochi, inquientes memoratam Ecclesiam numquam acquisivisse jus tumulandi & exequias explendi , sed tantummodo sepulcrum pro Confratribus prope illam Ecclesiam excissum subrogatum fuisse publico Cæmeterio , quo ceteroquin ex edictali lege anni 1817

a S.

a S. Congregatione Consultationis lata vel ipsorum Confratrum cadavera post parentalia fuissent pro humatione deferenda. Hanc quæstionem, ut instantibus iisdem Confratribus, Ordinarius dirimeret „ „ per modum provisionis decrevit, ut factis prius „ exequiis in propria defunctorum parochiali eccle- „ sia, cadavera deferrentur humanda in Sepulcro „ Societatis Cordis Jesu, emolumenta vero funeris „ retinerentur loco depositi consignanda exinde cui „ de jure, idque sine præjudicio jurium ad ambas „ partes spectantium „

Verebantur interim Parochi ne Confratres ad ulteriora in judicio procederent. Quamobrem supplices adierunt Episcopum, ut quænam in hujusmodi concessionibus sibi mens insedisset, definiret, decerneretque, utrum privilegium dumtaxat sepulturæ, an etiam funerandi jus non levi cum parœciarum detrimento Sodalitati concessisset. Suam vero hisce verbis sub die 23 Augusti 1825 aperuit mentem Episcopus „ Nel dare esecuzione ai rescritti risguardan- „ ti gl'indulti ottenuti di particolare tumulazione „ tanto dalla Compagnia del Cuor di Gesù, quanto „ dalle altre Confraternite e Famiglie, non abbiamo „ inteso in alcun modo di accordare alcun diritto, di „ esequie e funerali, che abbiamo voluto, e vogliamo pienamente conservato come in addietro alle „ respettive parrochiali chiese, null'altro intendendo „ di accordare con i nostri decreti esecutoriali, che „ la tumulazione del Cadavere nell'impetrato Se- „ polcro speciale in sostituzione del pubblico Cemeterio „

Hæc cum ita se haberent nulla prorsus exinde extitit contra Parochos Confratrum instantia, quin imo postquam a Summo Pontifice Leone XII die 10 Martii 1824 tumulandi ut antea in Ecclesiis facta Fabriani civibus potestas est, neque aliis Sodalitatibus, neque Canonicis, neque privatis Familiis specialis sepulcri privilegium sollicitudini fuit. Verum sedatam de jure funeris litem iterum SSmi Cordis Jesu Sodalitas concitavit, supplicemque die 25 Maji 1829 huic Sacro Ordini libellum dedit, orans, obtestansque, ut, restitutis iis, quæ ex Vicarii Generalis de-

creto depositi loco retinentur, jus & emolumenta funeris, excepta tamen quarta, quæ ex Tridentini Concilii sanctione præstari Parochis debet, congruere sibi ab Sacro eodem Ordine decernatur.

Rem pro informatione & voto ad Fabrianensem ablegavi Antistitem, ut, Confratribus, Parochisque auditis, de bono Oratorum jure referret. Qui cum plenissime demissum sibi munus expleverit, in ea tamen se esse sententia affirmat, ut pro tumulatione tantum Cœmeterii loco, non vero pro persolvendo funere eisdem Confratribus in indulto veniam tribui putet. „ Quod si res in aliqua dubita-„ tione versaretur, pro parœciarum, inquit, quæ „ non leve paterentur detrimentum, jure standum „ esse arbitrarer.

Hisce quæ facti erant præmissis, ea in primis afferre juvat rationum momenta, quæ illud exequiarum jus ad SSmi Cordis Jesu Sodalitatem pertinere suadeant. Atque in primis, inquiunt Confratres, in dubium revocari non potest, Ecclesiam S. Onuphrii ex Apostolico & Episcopali privilegio habere jus Confratrum cadavera tumulandi. Id enim petierunt Sodales ab Sede Apostolica: id concessit Episcopus Apostolica suffultus auctoritate. Frustra autem regerunt Parochi, Confratres postulasse sepulturam in Ecclesia S. Onuphrii, ne eorum Cadavera in publico sepulcreto sub dio humarentur, proindeque eamdem Ecclesiam haud jure tumulandi præditam esse, sed tantummodo illius sepulcrum publico Cœmeterio fuisse subrogatum; ejusmodi siquidem rei nulla in supplici libello Apostolicæ Sedi porrecto occurrit mentio, nec iis Episcopus suum decretum descripsit finibus, qui sepulcrum Cœmeterio suffectum demonstrent. Quod quidem cum probe noverit idem Antistes, declarationem illam Sodalitati penitus adversam, nullis servatis solemnitatibus, & post biennium *executionis gratiæ petitæ*, extemplo edidit. Restat igitur, ut Confraternitatis Ecclesia legitimo gaudeat jure sepeliendi.

Iam vero ex sepeliendi jure Ecclesiæ, sive sæcularis ea sit, sive regularis, concesso duo sequuntur.

Pri-

Primum quod cadavera defunctorum, qui sibi sepulturam elegerint, ad parochialem ecclesiam antea deferri nequeant, sed recto tramite ad tumulantem asportanda sint, ibique officia funeris peragenda, *Sacra Congregatio in Lucana funerum* 14 *Martii* 1722. & *in Civitatis Castellanæ funerum* 18 *Februarii* 1764 *ad* 1 *Dubium*, quamvis ad Ecclesiam parochialem consuevissent deferri, *S. Congregatio in Tolentinaten. funerum* 6 *Februarii* 1734 & *in Ariminen. funerum* 16 *Junii* 1827 §. *Dein*, nisi defunctus, vel heres aliter indixerit, *S. Congregatio in Volaterrana* 16 *Martii* 1726 *ad* 2. *Dubium*, & *in cit. Ariminen. ad VI. Dubium*. Alterum vero quod omnia funeris emolumenta, dempta quarta funeraria pro Parocho defuncti, ad Ecclesiam tumulantem spectent. Sacra etenim Congregatio in *Asculana Jurium & functionum parochialium* 29. *Augusti* 1733 censuit, *quartam funeralem dumtaxat competere parocho, reliqua vero emolumenta funeris spectare ad Ecclesiam tumulantem*. Ubi enim humanda eorum cadavera sunt, qui sepulturam alibi quam in Ecclesia parochiali elegerint, parochorum jura consistere sancitum est in exactione quartæ funeralis, *Clement. Dudum de sepult.*, *S. Congregatio in Viterbien. Jurium parochialium* 26 *Augusti* 1826 §. *Ex jure*, & in jure peragendi officium funebre super cadaveribus in Ecclesia tumulante, quando sepeliendi sunt subjecti Parocho, intra cujus fines sita est Ecclesia vel Oratorium tumulans sibi subjectum nullaque præditum exemptione, *Sacra Rituum Congregatio in Decretis Urbis & Orbis* 10 *Decembris* 1703 *ad XX. dubium*, *in Novarien.* 5 *Julii* 1727, & *in citata Viterbien.* 16 *Septembris* 1826 *ad V. Dubium*; idque vim suam omnino exerit, etiamsi Episcopus jus sepeliendi Ecclesiæ Sodalitatis concesserit, *salvis juribus parochialibus*, quemadmodum post *Fargn. de jure patron. part.* 1 *can.* 10 *cas.* 8 *numer.* 4 perpendit S. Ordo *in Nuscana Sepulturæ* 19 *Novembris* 1735 §. *Hinc*, & respondit *in Senogallien. Juris sepeliendi* 24 *Januarii* 1739 *ad III. Dubium*, *ac in Tiburtina* 17 *Martii* 1827 *ad II. Dubium*.

In themate igitur inquiunt Sodales conqueri nequeunt parochi, si in ipsius Sodalitatis ecclesia non modo cadavera Confratrum, qui in ea sepulturam elegerint condantur, verum etiam ad eam recto tramite deferantur, in ea exponantur, ibique eorum funera ea qua præfiniverint ratione celebrentur. Ceterum quod pertinet ad emolumenta, quæ Ordinarii jussu adhuc depositi loco retinentur, ea ex Amplissimorum Patrum sententia Sodalitatis Ecclesiæ futurum ut restituantur ob allatas modo de jure funeris rationes, Confratres sibi pollicentur.

Verum Parochi aliter rem censent dijudicandam. Latum enim intercedere ajunt discrimen inter jus sepeliendi seu funerandi alicui Ecclesiæ concessum, & veniam, quam Episcopus tribuit, ut Confratrum cadavera post parentalia in aliquo potius sepulcro, quam in publico Cœmeterio condantur. Primo quidem casu ad Ecclesiam quæ ejusmodi gaudet jure, omnia pertinent funerum emolumenta dempta quarta pro Parocho, dummodo tamen in eadem Ecclesia justa persolvantur, *Pignat. consult. can.* 88. *tom.* 6., *Sacra Congregatio in Senen. Jurium Parochialium* 19. *Augusti* 1730. §. *de jure*, secus neque ad tumulantem, neque ad exponentem, sed ea integre ad parochialem Ecclesiam spectare debent, ut in Urbe disponit *Statut. Cler. Romani cap. I. in addit. ad* §. 2. decidit *Rot. in Romana Funeralium* 2. *Martii* 1722. *cor. Calcagnino*, & notat *S. Congregatio in cit. Senen.* §. *de jure*; quod statutum haberi solet pro lege, & normam Episcopis tribuere debet, ut inquit *Rot in Majoricen. Parochialis* 2. *Julii* 1708. §. *Hocque coram Omanna*, & *S. Congregatio in Neapolitana* 11. *Julii* 1767. §. *Declaratio.*

Secus tamen judicandum in altero casu, quo cadaver exponatur ac tumuletur in Ecclesia non parochiali ac jus sepeliendi non habente; tunc enim nedum quarta funeris, sed omnia emolumenta ad Parochum defuncti pertinere docent *Pirhing. jus. can. lib.* 3. *tit.* 28. *num.* 32., *Pignat, consult. can.* 88. *num.* 8. *tom.* 6., *S. Congregatio in Ravennaten. Funerum* 17. *Martii* 1781. §. *quod*, etiamsi corpus in eadem Ecclecle-

clesia ex suprema defuncti voluntate, atque ex Episcopi venia exponatur, & humo mandetur, *Sacra Congregatio in Senogallien. Juris sepeliendi 24. Januarii 1739 ad III. Dubium, & in Ariminen. funerum 16. Junii 1827 §. Parochi*. Id consonum est Statuto Cleri Romani *cap. 3. de jur. elig. sepult.* §. 1. ubi in additione confirmata a S. M. Clemente XI. cavetur, quod si *ex licentia nostra sepeliatur cadaver in Ecclesiis, quæ jus sepeliendi non habent; tunc integrum funerale spectet ad Parochialem Ecclesiam, cui ex hujusmodi licentia in nihilo præjudicatum esse intelligatur quoad omnia emolumenta, etiam proprii vespillonis, ac si in eadem Ecclesia parochiali sepultum fuisset*. Hinc S. Congregatio in *Romana Emolumentorum funeralium* rogata, an emolumenta funeris Marchionissæ Olimpiæ Palumbariæ, quæ corpus suum inferri jusserat in sepulcrum propriæ Familiæ in Ecclesia Monialium S. Silvestri in Capite antiquitus constructum, spectarent ad Ecclesiam Parochialem S. Mariæ ad Martyres, seu potius ad Monasterium, in cujus Ecclesia Cadaver Marchionissæ expositum, simulque humo conditum fuerat ex venia Eminentissimi Urbis Vicarii, salvis utriusque partis juribus, in comitiis diei 28. Julii 1731, cum post acre partium certamen constitisset, eamdem Monialium Ecclesiam licet pluribus præditam sepulcris gentilitiis, non gaudere jure sepeliendi, responsum dedit, omnia funeris emolumenta spectare ad Ecclesiam parochialem, addiditque *& amplius*.

Porro in themate Ecclesiam S. Onuphrii nullo donatam esse jure funerandi, seu sepeliendi adeo exploratum censent Parochi, ut vix aut ne vix quidem aliqua excitari queat dubitatio. Et sane anno 1817 edita fuerat lex, qua sanciebatur, ut fidelium cadavera, post persolutos exequiales ritus, non in Ecclesiis, ut antea, sed in Cœmeteriis extra civitatum oppidorumque mœnia apposite extructis humarentur. Lex illa cum Fabriani civibus minus probaretur, & ægre ipsi ferrent defunctorum corpora sepeliri subdio, factum est, ut non modo Cathedralis & Collegiatæ Capitula, ac religiosæ societates, verum

etiam

etiam privati homines ecclesiasticam sepulturam publici sepulcreti loco in suburbanis, aliisque rusticis Oratoriis Apostolicam Sedem efflagitaverint, votique compotes facti fuerint. Horum exemplum æmulantes Confratres Sodalitatis SSmi Cordis Jesu, simulque animadvertentes eorum Ecclesiam existere *in sito appartato di detta Città*, haud petierunt ut Ecclesiæ S. Onuphrii tribueretur jus funerandi, seu sepeliendi, sed tantummodo *che i loro corpi abbiano l' ecclesiastica seppoltura nella sudetta loro Chiesa, ossia nella camera di cemeterio annessa alla medesima*. Petitioni annuit Episcopus, seu veniam impertitus est, ut Confratrum corpora in sepulcro prope Ecclesiam ædificato humarentur, salvis omnibus juribus parochialibus. Itaque Ecclesiæ S. Onuphrii haud tributum fuit jus tumulandi, sed Confratribus dumtaxat data est venia, ut illorum cadavera in sepulcreto prope eamdem Ecclesiam constructo potius quam in publico Cœmeterio sepelirentur: Id nimirum vel ex eo etiam evincitur, quod ex supplici libello a Sodalibus oblato, atque ex venia Episcopi omnia Confratrum cadavera in sepulcroEcclesiæ S. Onuphrii sunt condenda, etiamsi Confratres nulla electa sepultura ex hac vita excesserint. Ubi autem sodalitatum Ecclesiis jus funerandi concessum est pro ipsis Confratribus, non omnium, sed illorum tantum Sodalium cadavera in eisdem Ecclesiis exponenda ac tumulo tradenda sunt, qui ibidem sepulturam legitime sibi elegerint, ad tradita per *Pignat. consult. can.* 17. *n.* 18. *tom.* 1. *& consult.* 216. *tom.* 4. *Congregatio in Nuscana Sepulturæ* 19. *Novembris* 1735. §. *Secus vero, & in Senogallien. Juris sepeliendi* 24. *Januarii* 1739. *ad III. dub.* Ne itaque hujusmodi rem a jure penitus deviam a SodalibusSSmi CordisJesu petitam,& abEpiscopo eisdem concessam fuisse quisquam dicat, Confratres fateantur necesse est, id unum sibi datum, impertitumque, ut eorum cadavera post persolutas exequias in Ecclesia parochiali, vel alia jus sepeliendi habente, tumulentur in sepulcro Sodalitatis, non autem in publico cœmeterio.

Hanc revera fuisse ipsius concedentis mentem narrat Epi-

Episcopis inquieus. Tum cum ejusdem Societatis Con-
„ fratres pontificium rescriptum mihi exhibuerunt,
„ ut executioni vellem demandare, nihil suspicari
„ licuit de præteuso funerandi jure, de quo nulla
„ mentio facta est in petitione; quin immo hæc tu-
„ mulationem tantummodo spectare videbatur, cum
„ flagitaretur facultas instar indulti concessi Soda-
„ litati erectæ in Parochiali Ecclesia S. Francisci
„ in Oppido S. Ginnesii sub Diœcesi Camerinensi,
„ ut ajebant Oratores ipsi, in qua quidem parochia-
„ li ecclesia celebrari debent exequiæ, quin Soda-
„ litas ipsa ejusdem funeris ulla percipiat emolu-
„ menta. Accessit etiam ipsorum Oratorum ex-
„ pressa declaratio, qui tum profitebantur, se vel-
„ le frui privilegio tantum tumulandi in suo Orato-
„ rio, loco Cæmeterii. Quare ego qui omnino vel-
„ lem sarta tecta Parochorum jura, nil doli suspi-
„ catus, ad tuendum pro Parochis funerandi jus,
„ satis esse duxi appositam clausulam *salvis om-*
„ *nibus juribus parochialibus*; quod & in aliis si-
„ milibus servavi. Petentium deinde mentem lu-
„ culentius aperuit communis observantia, dum
„ nonnisi sacris ritibus in Ecclesia parochiali perso-
„ lutis, etiam non facta sepulturæ electione, Con-
„ fratrum cadavera in Oratorii impetrata sepultura
„ deferebantur. Quæ sejunctio exequiarum in al-
„ tera Ecclesia, & tumulationis in altera fieri
„ non posset, nisi hujusmodi sepulcra Cœmeterii lo-
„ co essent habenda . . . . Ex his igitur mens tum
„ petentium, tum concedentis indultum liquido
„ patet, nempe & petitum & concessum esse pro
„ sola tumulatione loco cœmeterii, minime vero pro
„ funere persolvendo „

Tandem etiamsi aliqua, subdunt Parochi, subesset dubitatio, illud ferri judicium oporteret, quod sarta tecta tueatur jura Ecclesiarum parochialium. Etenim istæ tum ex veteri tum ex nova Ecclesiæ disciplina potiuntur jure sepeliendi, reliquæ autem, ac præsertim Sodalitatum Oratoria ex privilegio solummodo Apostolicæ Sedis, aut Episcopi jus illud sibi asserere queunt, *S. Congregatio in Ariminen. Funerum* 16. *Junii* 1827. §. *Parochi*, ac propterea Con-

fra-

fraternitates eodem uti nequeunt, nisi certum exploratumque sit illis fuisse impertitum. Quod quidem tantum a veritate abesse putant Parochi, ut non dubitent, quin Emi Patres rescripturi sint, Ecclesiam S. Onuphrii nullo gaudere jure sepeliendi, & Parochis esse tradenda cuncta funerum emolumenta.

Dubia

I. An Ecclesia Societatis SSmi Cordis Jesu gaudeat jure sepeliendi, seu funerandi pro Confratribus sepulturam ibidem sibi eligentibus in casu &c.

II. An & ad quem spectent emolumenta funerum Antonii Giampè, & Hieronymi Stelluti in casu &c.

Sess. 24 Cap. 12 de refor.

IPPOREGIEN. SERVITII CHORI. Capitulum Cathedralis Ecclesiæ Ipporegiensis sexdecim tantummodo in præsens constat Canonicis, qui cunctis horis canonicis quotidie interesse, Missam Conventualem in orbem canere, in munere Diaconi & Subdiaconi ministrare, officium Cantoris obire, simulque psalmos graduales ac pœnitentiales, & officium defunctorum ex Rubricarum præscipto recitare obstringuntur. Singulis horis canonicis certæ reperiuntur constitutæ distributiones pro ratione dierum & horarum; sed ex immemorabili illius Ecclesiæ consuetudine cuili-

libet Canonico quoque anno condonantur punctaturæ solidorum quadraginta, adeo ut qui hanc punctaturarum vim, sive per absentiam continuam, sive, ut inquiunt, interpolatam, non prætergreditur, integras unius anni lucratur distributiones. Hujusmodi punctaturarum condonatio in eadem Ecclesia vacationes nuncupantur, quæ ad dies circiter quinque supra quadraginta pertingere solent. Quoniam vero chorale servitium, quod Canonici præstare tenentur, grave admodum, & assiduum esse facile conspicitur, Capitularium autem numerus, & census ob præteritas temporum vicissitudines valde est imminutus; ideo Canonici Eminentissimos Patres enixis precibus obtestantur, ut memoratæ vacationes ad alios solidos triginta protrahantur.

Quæ narrant Canonici, eadem confirmat Episcopus de informatione & voto rogatus, ac propitiam Oratoribus pandit animi sui sententiam „ Il total patrimonio capitolare (ita Episcopus) può dare un annuo reddito di lire venti mila, le quali divise frà li sedici Canonici, avrebbero un reddito di L. 1250. comprese le distribuzioni. Eguali a tutti li Canonici sono li pesi annessi, li quali oltre li moltiplici legati pii, di cui è gravato il Capitolo, e la celebrazione quotidiana pei Benefattori, da tutti si sopportano per turno. Inoltre la Massa capitolare deve supplire alla troppo tenue dotazione della Sagrestia „

„ Ridotto il numero de' Canonici di questa Cattedrale da 19. a 16., privi inoltre dell' ajuto di Beneficiati, Cappellani, e Coristi, pel cui mantenimento non avvi più dote, nè mezzi di stipendiarli, più grave deve necessariamente essere il peso delle corali funzioni da pochi sopportato, e frà questi essendovene taluno carico di anni, altri di cagionevole salute ed inabili perciò a compiere i loro ebdomadarj uffizj, dovendo questi essere da altri surrogati, vieppiù ne aggrava il peso. Nè quest'infermicci si facilmente troverebbero degni Coadjutori a cagione della grave spesa di dover vivere e vestire del proprio forse per assai lungo tempo colla sola speranza di poscia succedere ad un tenue benefizio, i redditi del quale, non ostante la recente dotazione, non sono proporzionati alle gravi indispensabili spese di procurarsi un sufficiente alloggio, e decente manutenzione, a cui se non a stento, pos-

sono supplire què Canonici , che trovansi sprovvisti di beni proprj patrimoniali .

„ Aggiungasi , che essendo questa Città onninamente priva di Conventi di Religiosi per la vendita di tutte le loro Case seguita nel cessato Governo (a riserva d' un picciol Collegio di Dottrinarj composti di tre soli Sacerdoti , invece di sei numerosissime famiglie di diverso Ordine , che eranvi prima del 1802.) trovasi il Vescovo obbligato a cercare nel suo Capitolo tutte le persone , che indispensabilmente gli sono necessarie all' esercizio del Pastoral suo ministero . Quivi oltre al suo Vicario , e Pro-Vicario Generale , e Cancelliere deve ricorrere per gli Esaminatori , e Giudici Sinodali ; quivi deve cercare gli Esaminatori del Clero , e del Seminario ; quivi deve scegliere il Professore di Teologia Morale , ossia Capo di Conferenza ; quivi procurarsi ogni altro ajuto , e consiglio ; e non di rado occorre dovere per assai degni motivi , servirsi dell'opera dei Canonici per dettare esercizj spirituali a Chierici , Monache &c. Non è perciò da stupirsi , che pel continuo succedersi d' un all' altro lavoro trovinsi essi si fiacchi , e stanchi , che abbisognino di qualche maggior riposo di quello , che sia loro di presente concesso , tanto più , che arriva frequentemente , che per qualche simile occupazione mancando , o tardi giungendo il Canonico in Coro , questo ritardo , ed assenza viene computata per vacanza ; e così con non molte assenze di questa natura trovasi consunto il tempo assegnato pelle vacanze senza averne effettivamente goduto quella parte , che pure sarebbe stata necessaria alla ristaurazione della sanità .

„ Debbo inoltre ad onor del vero francamente testificare che tanto ne' passati calamitosi tempi in cui restarono sprovvisti di congrua , come presentemente furono sempre questi miei Canonici assidui alCoro, al Confessionale , e pronti ad ogni cenno del loro Vescovo, nè mai cessarono di eseguire tutte le Sagre Funzioni della Cattedrale col maggior decoro , con pubblica Edificazione , e gradimento .

„ Io sono perciò d' avviso potersi da Cotesta Sagra Congregazione accordare il chiesto prolungamento delle Ferie a condizione .

„ 1. Che osservisi il disposto dal S. Concil. di Trento riguardo al tempo dell'Avvento, Quaresima , e Feste Solenni , tempo anche da proprj Capitolari Statuti proibito d'esentarsi senza grave causa .

Che

2. Che giammai queste vacanze, interpolatamente prese nei giorni, cioè feriali, e meno carichi di puntatura, non possano oltrepassare il tempo prefinito dal S.Concil. Tridentino.

Oratorum petitio duplicem complectitur gratiam; postulant nimirum, ut chorales vacationes longius quam illius Ecclesiae sinit consuetudo, protrahantur atque insuper ut absentes a choro vacationum tempore quotidianas lucrentur distributiones. Quod pertinet ad vacationum ampliationem, Oratorum preces ex Tridentina Synodo *sess. 24. cap. 12. de reform.* forent quidem respuendae. Quamquam enim Tridentini Patres per tres menses a choro, & a residentia quolibet anno abesse cunctis indulserint Canonicis, attamen excipiendas duxerunt illarum Ecclesiarum Constitutiones, *quae longius servitii tempus requirunt.* Consuetudo igitur Ecclesiae Ipporegiensis brevioris temporis, quam trium mensium, vacationes concedens cohæret Tridentini Concilii sanctioni, ac propterea vel in posterum foret observanda, eo magis quod ipsi Canonici conciliari beneficio per inductam consuetudinem renunciasse videantur *argum. L. si quis Cod. de Episc. & Cleric., L. penult. Cod. de pact.*

Verum hæc S.Congregatio severitatem indulgentia nonnumquam temperavit, ac modo ob aeris insalubritatem, modo ob imminutos reditus, justamve aliam ob causam vacationes ad tres menses ampliavit, *in Isernien. 26 Junii* 1723, *in Vercellen. servitii Chori* 19. *Junii* 1790, *& in Orolien.* 14 *Januarii* 1792 §. *In permittendis*; imo aliquando indulsit, ut Canonici per alternas hebdomadas choro inservirent, veluti *in Bituntina servitii chori* 15. *Septembris* 1770; *& in Recanaten. Servitii chori* 21. *Novembris* 1829. Hisce vero in casibus quædam præscribi solent conditiones ne divinus cultus ex intempestiva Canonicorum absentia aliquid patiatur detrimenti, quemadmodum videre est in *Auximana* 12. *Julii* 1631. *lib.* 14. *decret. pag.* 467.; qua cavetur = *Canonicos abesse non posse ultra tertiam partem uno, & eodem tempore, & hujusmodi vacationem contingere non debere tempore Quadragesimae, & Adventus, neque in principalioribus anni festivitatibus* =. Ipporegienses Canonicatus a florido, quo ante bonorum spolium potiebantur, revera decidisse statu, ac in præsens annuos reditus minime pares esse congruæ Canonicorum vitæ exhibitioni, narrant Oratores; ac testatur Episcopus. Imminutus quoque est Capitularium nu-

numerus, & Canonicis valde elaborandum est, ut integrum chorale servitium præstent, aliaque subeant Ecclesiæ onera. Igitur digni sunt qui petita vacationum ampliatione donentur.

Si Emi Patres vacationes ampliandas duxerint, decernere quoque dignabuntur, an Canonicis absentibus impertiri oporteat exemptionem a punctaturis. Hactenus quidem ea usi sunt Ipporegienses Canonici immemorabili innixi consuetudine; verum animadvertere præstat, ex Tridentina Synodo *sess.* 24. *cap.* 12. *de reform.* Canonicos absentes a choro haud lucrari quotidianas distributiones, etiamsi absint tempore vacationum, easque præsentibus accrescere, *S. Congr. in Illerden. Absentiæ, & distributionum* 3 *Martii* 1792 *ad* 1. *Dub., & in Oriolen.* 6 *Decembris* 1794 §. *Quatenus*, neque ad hanc abrogandam legem quidquam prodest contraria consuetudo, quæ, utpote a sacris canonibus improbata, abusus, & corruptela est potius dicenda, ut monet S. Congregatio *in Derthonen. Constitutionum capitularium* 12 *Septembris* 1829. §. *Dubium. IV*, ac pluribus allatis resolutionibus demonstrat *Fagnan. in cap. Cum omnes n.* 34. *& seqq. de Constitut.. & in cap. Licet. n.* 92 *de Præben.* Nihilominus Summi Pontifices quibusdam Capitulis privilegium concesserunt lucrandi distributiones etiam tempore vacationum, & ob redituum decrementum, aut ob aliam rationabilem causam hic quoque Sacer Ordo simile privilegium interdum tribui posse respondit. Prostant exempla in *Oriolen.* 14 *Januarii* 1792 *& in aliaOriolen.* 6 *Decemb.* 1794. Erit itaque sapientiæEmorumPatrum decernere, utrum præter condonationem distributionum, quas optima fide hactenus perceperunt Oratores, sit eisdem indultum ejusmodi posthac concedendum.

Sint

Dubia

I. *An, & quomodo sint ampliandæ vacationes in casu &c.*

II. *An Canonicis a choro, & a residentia tempore vacationum absentibus sit concedendum privilegium lucrandi quotidianas distributiones in casu &c.*

III. *An sit consulendum SSmo pro condonatione distributionum quoad tempus præteritum in casu &c.*

Die Sabbati 20. Martii 1830. in Palatio Apostolico Vaticano erit Sacra Congregatio Concilii, in qua præter alia proponentur infrascripta Dubia, juxta morem ejusdem Sacræ Congregationis de jure resolvenda.

ALBINGANEN. CAPELLANIÆ. Acerrimam controversiam inter Sacerdotes Simonem Revelli et Joannem Baptistam Vivaldi pluribus abhinc annis agitatam S. Congregatio sub die 19 Septembris 1818 diremit. Propositis enim dubiis I. *An constet de legitima nominatione et præsentatione Sacerdotis Simonis Revelli ad Capellaniam S. Joannis Evangelistæ, ita ut sit ei danda institutio in casu etc.* et quatenus negative II. *An sit amplius locus Familiæ Revelli deveniendi ad nominationem seu potius obstet lapsus quadrimestris in casu etc.* et quatenus negative. III. *An constet de jurepatronatus passivo prædicti Sacerdotis Simonis Revelli utpote de familia et gente Revelli, ita ut ei sit danda institutio in casu etc.* et quatenus affirmative ad alterum ex prædictis IV. *An sit revocanda collatio facta favore Sacerdotis Joannis Baptistæ Vivaldi in casu etc.* responsum datum est: *Ad I. Affirmative. Ad II. Provisum in primo. Ad III. Constare de jure patronatus passivo. Ad IV. Affirmative.* Quæ sententia, vadimonium deserente Vivaldio, in Comitiis diei 18 Septembris 1819 ita confirmata est, ut decretum prodierit = *Ad I. II. III. et IV. In decisis et amplius* =. Hac tamen super re idem Vivaldius Defensoris sui negligentiam incusans, quum se nullo tunc pacto de iterata causæ propositione certiorem fuisse testaretur, vehementer instetit apud Albin-

Sess. 25. cap. 9. de Reform.

binganensem Episcopum Dania, ut ab explenda ejusmodi sententiæ executione abstineret. Ita nimirum voti compos redditus, plurimisque aliis ad causam suam testimoniis instructus, longo post temporis intervallo factum est, ut Emo hujus S. Ordinis Præfecto supplicem ipse libellum pro nova obtinenda audientia porrexerit. Qua quidem rite impetrata, partiumque allegationibus hinc inde deductis, Vobis hodierno die, Emi Patres, tota jam quæstio rursum disceptanda proponitur, cujus species in folio diei 19 Septembris 1818 luculentissime prostat.

Arbitratur in primis Vivaldius nullum perfectæ nominationis actum ex conventu diei 2 Junii 1816 inferri posse. Etenim præ ingenti tumultuum et jurgiorum tempestate, certum est ex magistratus auctoritate familiæ Revelliæ concionem ita demum fuisse solutam, ut electorum vota subscribi et publicari nequiverint, prout canonicæ electionis regula postulabat *ad text. in cap. Quia propter de election. ibique Fagnan. n.*55. Quod si aliqua exinde nominatio pro Revellio videatur emergere, eam profecto concussionibus et minis absque electorum libertate extortam, adeoque illegitimam esse contendit *ex text. in Cap. unic. Ut Ecclesiastica beneficia, et Ferrar. verb. benef. art.* 3. *n.* 18. Neque vero putat legitimam ejusdem Revellii nominationem die 30 Junii 1816 accidisse, quo die septemdecim ex gente Revellia privatim simul convenerunt, et Sacerdotem Simonem nominarunt. Nam præterquamquod nulla intercessit Magistratus venia et Tabellionis præsentia, illud certe oportuisset, ut omnes plane adessent patroni, vel saltem omnes rite evocarentur, et nominationem collegialiter emitterent, veluti elicitur *ex cap.* 42. *de election.*; ac tradit meum votum *in Tiburtina Beneficii* 26. *Januarii* 1828. §. *Neque*; quorum tamen complures ne accitos quidem fuisse ex testibus patet. Ceterum propugnat Vivaldius omnem in themate defuisse prætensæ utriusque nominationis præsentationem. Hanc siquidem sibi nunquam factam asseruit defunctus Episcopus, nec reapse producitur ex parte Revellii, quisnam et electionem et ele-

electum præsentaverit ; ad legitimam vero nominationem , et ad impediendam devolutionem haud sufficere simplicem nominationem , sed insuper requiri ejusdem præsentationem Episcopo faciendam , antequam quadrimestris terminus elabatur , monet *Piton. de controv. patron. alleg.* 78. *num.* 2. , *et Lotter. de re beneficiaria lib.* 7. *quæst.* 6. *num.* 33. Dici autem non potest ab ipso Revellio legitimam sui præsentationem die 21 Junii fuisse expletam , cum ex ejusdem confessione de nullitate anteactæ electionis ambigendum non sit , nec se ipsum ex canonum præscripto potuerit Revellius nominare *ad text. in cap. Cum ad nostram* 7. *de Instit.* , *et cap. Per nostras* 26. *de jurepatr.* Denique subdit Vivaldius , post actum diei 30 Junii 1816 ne legitimam quidem præsentationem contigisse . Ille namque Procurator , cui Sacerdotem Revellium præsentandi Episcopo mandatum commissum fuerat , authenticas sui muneris literas in actis Curiæ non exhibuit , quemadmodum necesse erat *ad tradita per Vivian. de jurepatr. part.* 2. *lib.* 7. *cap.* 5. *n.* 1. ; ac proinde , quum quatuor intra menses legitima Revellii præsentatio non extiterit , eumdem Revellium omni prorsus cujuscumque nominationis jure excidisse concludit Vivaldii Defensor.

Quum ita se res habuerint , autumat Vivaldius Familiæ Revelliæ nullum amplius superesse nominationis locum . Etenim lege cautum est , ut elapso quadrimestri , ubi per patronorum culpam et negligentiam nemo ad beneficium præsentatus fuerit , nominandi jus ad Ordinarium illico devolvatur , *Cap. unic.* §. *Verum de jurepatr. in* 6. , *Cardin. de Luca disc.*64. *num.*3. *de Jurepatr.* Porro Albinganensis Episcopus septem circiter post menses a die vacationis Capellaniæ legitimo devolutionis jure usus est ; nec nisi summam dissidentium Revelliorum culpam in tanto temporis spatio deprehendi putat Vivaldius . Magistratus enim facultatem Revelliis sese congregandi die 30 Junii 1816 haud jam denegasse , sed potius suspendisse videtur , dum rem omnem ad Episcopum pro conciliatione ablegandam

dam suasit. At Patroni neque ad Episcopum sese unquam contulerunt, neque uspiam sane professi sunt, ne sibi interim quadrimestris temporis lapsus obesset : quumque idcirco nullam adhibuerint curam ad ea avertenda impedimenta, quæ nominationi obstabant, iidem certe quadrimestris temporis lege obstringebantur, *Felin. in Decret. lib. 2. tit. 26. num. 1.*, *Garcias de benef. part. 10. cap. 2. num. 24.* Animadvertit præterea Vivaldius, Magistratum ideo novis Revelliæ gentis comitiis non arrisisse, quod nova etiam inter patronos dissidia certissime prospicerentur. Itaque, dum Capellani nominatio ob litigiosam eorumdem indolem impedita fuit, sequitur omnino, ut, legitimo præterlapso tempore, nullum sibi emolumentum possint ex propria culpa requirere, *Cap. Damnum de Regulis Juris in 6.*, *Rot. in recent. decis. 609. numer. 12. part. 18. tom. 2.*, *decis. 22. num. 3. coram Falconerio tit. de Usuris*, *decis. 10. num. 2. cor. eod. tit. de Miscellan.*

Jam vero, quod passivum spectat juspatronatus, tuetur Vivaldius id etiam Revelliorum genti non convenire. Quum enim penitus lateat Capellaniæ fundatio, semper quidem pro ipsius beneficii libertate præsumendum tradit *Amostaz. de caus. piis lib. 3. cap. 9. n. 37.*, *Piton. discept. eccl. 53. num. 35.*, *et de controv. patron. alleg. 83. n. 2.*, nisi saltem contrarium probent ii, quorum interest. Atqui in themate juspatronatus passivum nullo satis argumento ex Revelliorum parte probari inquit Vivaldius ; idque propterea, tamquam odiosissimam Ecclesiæ servitutem, plane excludendum opinatur. Exadverso enim constat sub anno 1666 ad Capellaniam S. Joannis Evangelistæ, per obitum Joannis Baptistæ Brezzo tunc vacantem, Sacerdotem Capponi a gente Revellia penitus extraneum præ Joanne Revelli nominatum fuisse. Quod quidem exemplum eo magis in themate valere debet Vivaldii judicio, quo magis proximum esse fundationi perspicitur *ad tradita per Gabr. Consil. 196. num. 6. lib. 1. Piton. loc. cit. alleg. 100. num. 614.*, *Card. de Luca de Jurepatr. discur. 60. num. 11.* Neque obstat deliberatio a Revel-

velliis inita anno 1675, qua statutum fuit *esser bene e cosa ragionevole*, ut in posterum Capellanus ex Familia Revellia eligeretur. Patronis siquidem nefas est pro lubitu suo quidquam agere, ex quo et beneficii status immutari, et ejusdem onera ac servitutes augeri possint, *Abbas lib.* 3. *Decr. cap.* 3. *num.* 1. *de Jurepatr.*, *Rot. in recent. decis.* 593. *num.* 1. *part.* 5. *tom.* 2. Ex recensitis autem verbis, quibus ea deliberatio concepta est, liquido patet Revellios neque ex fundatione neque ex vetustiore observantia passivum sibi juspatronatus potuisse adserere; sed ipsum sibi in futurum dumtaxat tempus ex facultativo, imo arbitrario actu constituisse. Quapropter, etsi militet pro Revelliis posterior centum amplius annorum observantia, hæc tamen utpote ex actu voluntario profecta, nunquam coactivam secumferre poterat qualitatem, *Vivian. de Jurepatr. par.* 2. *lib.* 6. *num.* 37., *Rot. coram Crispo decis.* 115. §. 36., *coram Lancetta decis.* 741. *numer.* 25., *et* 26. Huc accedit, quod ejusmodi deliberatio anni 1675, quum nulla unquam Apostolica roborata fuerit auctoritate, jam per se nullius momenti habenda est; nec, si Capellanis ex Revellia gente nominatis canonica ab Episcopis institutio semper impertita fuit, id putat Vivaldius ex jurepatronatus passivo, sed tantummodo ex jure activo esse inferendum. Nulla igitur de causa institutionem Sacerdoti Revellio dari posse ac debere Vivaldius confidit, præsertim cum de omnimoda suimet ad chorale servitium idoneitate, de absoluta autem inhabilitate Revellii amplissimum defuncti Episcopi ac etiam Capituli testimonium huic Sacro Ordini jamdudum exhibuerit.

Quod reliquum est, collationem Capellaniæ sibi factam Vivaldius ex iis, quæ superius adnotata sunt, revocandam non esse existimat. Qua sane in re illud addit potissimum, patronos non modo per septem menses nominationem et præsentationem Capellani neglexisse, sed octo etiam mensium spatio de inita a se Capellaniæ possessione nuspiam fuisse conquestos.

At Sacerdos Simon Revelli validam ac legitimam primo

loco tuetur suimet nominationem ex actu diei 2 Junii 1816. Ipse enim quatuordecim ait se suffragia retulisse, ita ut se a majore patronorum parte Capellanum fuisse renunciatum non dubitet *ex cap.* 30. *de election.*, *ex cap.* 3. *de jure patron. ibiq. Barbosa num.* 3., quin ejusmodi electioni obstet dissensu suo minor patronorum pars, *Piton. discept. Eccles.* 140. *n.* 69., *Rot. decis.* 225. *coram Rezzonico*. Quod si defuit partium subscriptio, et perfecta Notarii in actis redactio, adfuit tamen certa suffragiorum adnotatio ab eodem Notario facta, nec semel expletum scrutinium retractari revocarique potest, *ad text. in cap.* 58. *de elect.*, *ibique Gonzalez n.* 1., *et Rota in decis.* 677. *n.* 7. *cor. Molin.* Hujus autem nominationis præsentationem oretenus ad Episcopum fuisse delatam Revellius adfirmat, nec proinde de illius legitimitate hæsitandum censet, quum ad eam rem satis sit patronorum voluntatem Episcopo vel familiaribus literis vel etiam voce patefacere, ceu docet *Leuren. for. Benefic. part.* 2. *de jure patron. cap.* 2. *quæst.* 126. *num.* 1., *Rota in Colonien. Præposituræ* 11. *Novembris* 1727. §. *quin aliquam cor. Calcagnino*, *et in Civitatis Castellanæ Beneficii* 27. *Martii* 1759. §. 4. *et* 5. *cor. Canilliac.* Re quidem vera Revellius jamdiu ab anno 1818 huic Sac. Ordini exposuit se ad Episcopum nominationem suam præsentationis causa attulisse, cum quisque nominatus in vim nominationis ad procuratoris munus constitui censeatur, *Lotter. de re benef. lib.* 2. *quæst.* 6. *num.* 38., *de Luca de jure patron. discurs.* 94. *n.* 30., *Rota in Melevitana Beneficiorum* 19. *Junii* 1712. §. *nec dicatur.* Hanc autem adsertionem Episcopus in sua informatione non modo non refutavit, sed quorumdam præterea testium depositionem ultro transmisit, qui actum diei 2 Junii legitimo tempore ad eumdem Ordinarium fuisse præsentatum asseruerant. Itaque, si postea Episcopus præsentationem nominationis ex Comitiis diei 2 Junii negavit, illud certe de solemni præsentatione intelligi debet, præsertim cum affirmet Revellius se Capellaniæ institutionem eodem mense ab Episcopo non obtinuisse, quia scilicet alterum

rum familiæ Revelliæ conventum consilio ille suo suaserat. Hinc dum Ordinarii voluntati morem vel invitus gessit Revellius, haud tamen omisit sub die 21 Junii solemniter in Episcopali Curia de quæsito jure suo profiteri.

Neque minus valide et legitime autumat Revellius se septemdecim suffragiis die 30 Junii 1816 fuisse ad Capellaniam nominatum. Denegata enim per Magistratum Revelliis sese iterum collegialiter congregandi facultate, secum quidem ea qua potuit ratione major Revelliorum pars congressa est, actumque nominationis perfecit. Hanc vero nominationem intra quadrimestris terminum contigisse, Revellius pro certo habet. Patronorum siquidem nonnulli, qui in montano Bussanæ oppido versabantur, vix die 3 Martii 1816 vacationis Capellaniæ notitiam acceperunt, ex qua tempus quadrimestre labi inciperet, *Rota in decis.* 3. *n.* 6. *et* 7. *coram Crispo*. Sed recensitam diei 30 Junii nominationem ad Episcopum Albinganensem sub die 2 proximi Julii pervenisse, Revellius vel ex ipsa Vivaldii allegatione conatur evincere, adeo ut ejusmodi electio per quatuor mensium exceptionem infirmari non possit.

Hisce positis, eo pertinet Revellii defensio, ut collatio nullo unquam jure ad Episcopum fuisse devoluta videatur. Hæc enim devolutio ex absoluta tantummodo et omnimoda patronorum negligentia et culpa derivat, ubi omnis defuerit intra quadrimestris limites nominatio et præsentatio *ad text. in cap.* 5. *de concess. præbend.*, *Piton. discept. eccles.* 156. *n.* 22. Atqui utrumque adfuisse in themate ex superioribus rationum momentis Revellius infert; nec, si ea duo de nullitatis vitio quavis ex causa arguat Vivaldius, locus fuisse devolutioni dici debet. Etenim vel die 2 Junii 1816, vel die 30 ejusdem mensis certa extitit Revellii electio a majori patronorum parte expleta, quorum proinde exclusa ad nominandum negligentia, jam quadrimestre tempus nonnisi a die, qua electionis nullitas proclamata fuit, elabi debuisset, *Passerin. de elect. canon.* 13. *num.* 40., *Pignattel. consult.* 34. *num.* 13. *tom.* 8., et nova prorsus

nominandi facultas Patronis convenisset, *Rot. decis.* 16. *n.* 1. *cor. Falconer. de jure patronat.*, *et in Bononien. Parochialis* 26. *Januarii* 1711. §. *Firmata cor. Caffarelli*. Denique, etiamsi intra quatuor mensium spatium neminem plane ad Capellaniam nominassent Patroni, tamen Revellius utpote jure passivo vocatus suam ipsam denunciationem diei 21 Junii 1816 veluti expressam sui nominationem et præsentationem haberi oportere judicat *ex Piton. de controvers. patron. allegat. num.* 4., *et allegat.* 52. *num.* 37., *Card. de Luca de beneficiis disc.* 61. *num.* 2., *Rot. in decis.* 99. *num.* 3. *coram Pamphil.* Quapropter, nisi de nominationis et præsentationis sibi factæ legitimitate constiterit, juri certe suo quadrimestrem lapsum non obfuisse, et genti Revelliæ integrum adhuc esse nominandi locum Sacerdos Simon ratiocinatur.

Idem insuper Revellius nullam inquit dubitationem de suo jurepatronatus passivo suboriri posse. Quum enim desint in themate fundationis tabulæ, observantia plusquam centenaria passivi jurispatronatus plurimi facienda est, veluti tradit *Card. de Luca de jurepatr. discur.* 60. *num.* 9., *Polet. de jurepatr. diss.* 6. *num.* 11., *Rot. decis.* 360. *n.* 4. *cor. Lancetta*. Deliberatio autem anni 1675, quæ a Patronis pro adserendo jurepatronatus passivo inita fuit, non modo testatoris mentem declarasse videtur, sed ejus quoque animo consona putari ex eo debet, quod quisque suis potius, quam extraneis benefacere velle præsumatur, *Rot. decis.* 992. *num.* 38. *cor. Molin.*, et passivi jurispatronatus, quod est majus, præsumptio ex ipsa jurispatronatus activi, quod minus est, concessione emergat, *Rot. decis.* 52. *num.* 7, *cor. Falconer. de jurepatr.*, *et in Æsina Canonicatus* 9. *Junii* 1826, §. 11. *cor. R. P. D. Ruspoli*. Igitur nihil refert, si ante annum 1675 Sacerdotes Brezzo et Capponi fuisse nominatos pateat ad Capellaniam Revelli. Posterior enim centum amplius annorum observantia eam habet vim, ut vel ipsum fundationis scriptum sensum detorquere potuerit, *Piton. de contr. patron. alleg.* 17. *num.* 13.: quo quidem deficiente in themate,

ex

ex ulti.no patronatus statu ad tramites centenariæ observantiæ passivum jus luculentissime probari censet Revellius *ex Cap. Consultat. de jure patr.*, *Rot. decis. 423. n. 17. cor. Olivat.*, *et in Camerinen. Jurispatronatus 20 Junii 1820 §. 1. cor. Ello Varen.*

Facili demum negotio impugnandam aggreditur Revellius collationem Capellaniæ in Joannem Baptistam Vivaldi peractam, eamque a sapientissimo EE. VV. judicio revocandam arbitratur. Posita enim centenaria jurispatronatus passivi observantia, ex qua major Patronorum pars Capellanum nominasse perspicitur, non licebat certe Episcopo, ait Revellius, sibi jam legitime præsentato præjudicium inferre *ad text. in can. 32. caus. 16 quæst. 7.*, *Barbos. Jur. Eccl. lib. 3. cap. 12. num. 163.*; etiamsi devoluto jure fungi Episcopus potuisset. Etenim devolutio omnia secum fert onera et qualitates, quæ sive ex lege fundationis sive ex legitima consuetudine inhærent juripatronatus, nec aliud quidpiam nisi nominandi facultatem in Episcopum traducit, *Lotter. de re benef. lib. 4. quæst. 24. n. 61.*, *Honacel. formul. legal. tit. 2. num. 13.* Neque illud obesse putat Revellius, se ab Episcopo Dania et Capitulo tam quam Chorali servitio ineptum fuisse dictum, præsertim vero Gregoriani cantus scientia penitus carentem. Capellania enim, de qua res est, non eam requirit memorati cantus peritiam, ut, quicumque tali non fulgeat dote, Capellanus esse non possit. Itaque dum nihil aliud Revellio opponitur in specie, ut absoluta ejusdem inhabilitas pro servitio Chori innotescat, se quidem officio suo satis functurum inquit, si antiphonas in Choro præcinere et psalmos cum aliis sciat recitare.

Proponuntur

Dubia

I. *An sit standum, vel recedendum a decisis in primo dubio in casu etc.*

II. *An sit standum, vel recedendum a decisis in secundo dubio in casu etc.*

III. *An sit standum, vel recedendum a decisis in tertio dubio in casu etc.*

IV. *An*

IV. *An sit standum, vel recedendum a decisis in quarto dubio in casu etc.*

Ad I. II. III. et IV. In decisis et amplius,

Sess. 23. *cap.* 6. *de Reform.*

MELEVITANA BENEFICII. Hujusmodi controversia die 21 Novembris elapsi anni hujus S. Ordinis judicio subjecta est; Callejæ Defensor allegationem exhibuit ac pro viribus contendit, ut clientis sui Beneficium esset, e contra Bonavitæ Defensor imparatum se dicens Sententiæ dilationem postulavit; verum hic Sacer Ordo Callejæ potius quam Bonavitæ arrisit, illique Beneficii institutionem dandam esse sanxit. Bonavitæ Defensor judicio hoc minime fractus rursus fandi copiam postulavit, votique compos effectus rationum momenta exhibuit. Etiam Sacerdos Calleja documenta protulit, ut jus suum vel magis firmaret, et hodierna dies præfinita est, qua partes judicio contenderent. Facti species in folio prostat diei 21 Novembris, illudque hausi ex Vicarii generalis sententia, quæ post diuturnam altercationem lata est, neque non ex iis quæ Calleja exposuit, atque ipsa Bonavitæ agendi ratione; verum modo Bonavitæ Defensor rem aliter se habere dicit, et contendit adversarii matrem, quæ filium nominavit, nullam prorsus patronatus vocem habuisse. Res igitur fusius enarranda est, ut inde pateat quodnam

nam quæstionis caput modo insurgat. Concedit Bonavitæ Defensor, patronatus jus antiquitus ad familiam Fariol attinuisse, ejus unciam cum dimidio fratribus obtigisse de Galea, et alteram unciam cum dimidio Testaferratæ genti; verum reliquas novem uncias Mariæ Carvanæ fuisse negat; et quidem, ille ait, idcirco Maria Carvana illis novem patronatus unciis potita dicitur, quia a Philippo Larosa donationis nomine accepit omnia bona et jura quibus ipse fruebatur; sed inter hæc patronatus ille minime erat, nam Philippus Larosa jus tantum præsentandi habuerat pro unica vice, non ipsas novem patronatus uncias in perpetuum; ut enim habetur in Rotali Decisione coram Ratta diei 25. Aprilis 1763., cujus titulus est *Melevitana Beneficii* §. *Controverti*, successores Imperiæ, Veronicæ, et Julii Fariol, qui novem patronatus unciis potiebantur *pro unica tantum vice jura omnia sua donationis titulo transtulerunt in Philippum Larosa . . . sub annos* 1719., 1720. Hic igitur semel tantum præsentare poterat, postmodum jus omne in illos coaluit, qui Imperiæ, Veronicæ, et Julio Fariol successerant, et ex quibus tandem Bonavita gens dimanavit, ut contendit ipse Defensor ex familiari stemmate. Hoc posito Carolus Antonius Bonavita patronatus jus ex gente Theuma frustra sibi comparasset, quippequi jam illud possideret hæreditario jure, et Callejæ mater ex Petri Pauli Theumæ donatione nil adepta esset. Quæstio igitur ex eo pendet, an scilicet Philippus Larosa patronatum habuerit in perpetuum, vel potius semel præsentandi jus.

Præfatam decisionem expendenti mihi ter occurrit dicendi ratio, quæ pro unica vice præsentandi jus important, semel scilicet in n. 1, et bis in n. 3. Verum in n. 5. contrarium legitur, successores nempe Imperiæ, Veronicæ, et Julii Fariol *suą tandem patronalia jura annis* 1710., 1719., 1720., *in perpetuum cessisse Philippo Larosa*; error igitur in illius Decisionis apographum quod Rev. Cam. Apostolicæ typis editum est, certissime irrepsit, præsertim quia iisdem annis 1719., 1720. successores Imperiæ, Veronicæ et Julii Fariol omnia jura sua in Philippum Larosa

pro

pro unica prius vice transtulisse dicantur; et dein in perpetuum cessisse. Neque id mirum videri debet; judicium enim, quod S. Rotæ Tribunal tunc protulit, æque stare poterat, si Philippus Larosa præsentandi jus habuisset vel semel vel in perpetuum.

In hac rerum ambiguitate processus tabulas rursus expendi, ut quid certi constitui posset, appareret; actorum igitur summum exhibebo, quæ ad rem pertinent, atque exordium ducam a supplici Larosæ libello, qui die 23. Martii an. 1754. Melitensi Episcopo allatus est, ut patet ex processus tabulis *fol.* 90. In eo hæc habentur = *Il Sacerdote D. Filippo Larosa espone aver egli per gli atti del fù Not. Giovanni Domenico Pace sotto li giorni* 25. *Marzo*, 9. *Maggio*, 9. *Giugno*, 18. *Novembre*, *e* 27. *Decembre* 1719., 6. *Gennaro*, 17., *e* 24. *Febraro*, *e* 6. *Maggio* 1720. *riportate a suo favore alcune donazioni irrevocabili del gius di presentare in perpetuo nel gius del Beneficio giuspatronato laicale chiamato di S. Pietro come dall' ingiunte copie in forma pubblica*, *supplica V. S. Illma e Rma di confermare tali donazioni* = Sequitur Promotoris Fiscalis opinio Larosæ votis arridens; ac postmodum *fol.* 91. Episcopi rescriptum legitur hisce verbis = *attentis relatis donationes*, *de quibus in precibus*, *auctoritate nostra ordinaria confirmamus et approbamus* = Ex his quidem inferri posset, Sacerdotem Larosam non semel præsentandi jus, sed ipsum omnino patronatum accepisse; præsertim quod Bonavitæ allegatio quam exhibet Processus *fol.* 160., et quæ Curiæ Episcopali tradita fuit, hæc habet = *Nè punto possono attendersi tutte le altre nomine*, *che inutilmente procurò di acquistare il detto Calleja*, *essendo li donanti o discendenti da quelle persone*, *che già avevano fatto donazione perpetua a favore del riferito D. Filippo Larosa*, *o affatto sono privi del dritto di nominare*, *ed in ogni evento sin da un secolo e più non sono affatto in possesso di tale dritto*, *nè mai accennati nella preindicata Decisione Rotale*, *che fissò il dritto di nominare il Rettore del presente Beneficio nella famiglia Galea Fariol e D. Filippo Larosa* = Huic ac-

ce-

cedit Vicarii generalis sententia, in qua hæc leguntur = *perpensum fuit quod jus patronatus prædicti Beneficii la Bingemma in quatuor voces jamdiu fuerit distributum, quarum una ad familiam DD. Galea, alia vero ad D. Mariam uxorem Felicis Theuma ex donatione sibi facta a quondam Philippo Larosa pervenerunt, ut habetur ex Rotali Decisione coram Ratta* 25. *Aprilis* 1763. *et ex dicta donatione ad acta Petri Antonii Buhagiar die* 6. *Aprilis* 1754. = Hæc quidem momenta sunt, quæ Larosæ donationem respiciunt; viderint autem EE. Patres, ea qua pollent juris prudentia, an Rotalis Decisionis error in iis sit, quæ semel præsentandi jus important, vel in aliis potius, quæ perpetuum jus Larosæ tribuunt: an ipsa Decisio ea, quæ in supplici libello Larosa dixit, infirmet nec ne, vel potius confirmet: an Bonavitæ confessio et Vicarii generalis dicta factum probent, de quo modo disceptatur, vel potius ex errore dimanent. Pergit insuper Bonavitæ Defensor ac triplex Adversarii objectum propulsare studet. Inquit igitur, Antonium et Andreanam sanæ mentis fuisse, ac probat primum ex illius testimonio qui Parochi vices gessit, et asseruit = *che la retroscritta Andreana, ed Antonio di lei fratello nel tempo in cui ero io allora Vicario della Floriana godevano un perfetto uso di ragione, e non mi pervenne mai, che li medesimi furono privi del loro buon senso di ragione* = Præterea testes addit, qui dicunt, = *che Antonio era sempre impiegato nel servizio militare in qualità di Caporale* = et Andreanam doctori physico Francisco Renò nupsisse; jam vero ii qui militarem cingulum assumunt, et qui matrimonii sacramentum suscipiunt inter dementes percenseri nequeunt. Hinc constare putat, Antonium et Andreanam sanæ mentis fuisse, aut saltem ipsorum amentiam dubiam esse: jam vero in dubio homines sanæ potius mentis quam insanæ censentur, ut probant *S. Rota dec.* 202. *num.* 11. *coram Priolo, dec.* 127. *coram Ansaldo, Mantica de Conject. l.* 2. *tit.* 5. *num.* 6., *Menoch. de præsumpt. lib.* 6. *præsumpt.* 45. = ibi = *Hinc fit, ut magis creda-*

tur testibus attestantibus aliquem sanæ quam insanæ mentis, cum attestationes illæ conveniant et naturæ, et ipsi juri communi.

Ad Simoniam quoque Bonavitæ Defensoris sese vertit oratio, ac pluribus allatis momentis probare studet, gentis Theumæ donationes hujusmodi labe infectas non esse. Ut id conficiat Doctorum sententias ac S. Rotæ Decisiones conglomerat, quibus Simoniæ crimen refutetur; ac primum inquit, Pitonii verbis usus *Discept. Eccles.* 138. *num.* 24. *receptissimum ac solidum principium esse, quod in materia Simoniæ satis est, rem esse dubiam ut quatenus judicium cujuscumque staret in dubio pro exclusione simoniæ veniat judicandum* = Hoc autem veluti axiomate constituto, rem saltem dubiam esse dicit, 1° quia testes profert qui Simoniæ labem excludunt, ac ipsos Bonavitæ mores ab crimine hujusmodi alienos prædicant. 2.° quia licet munusculum aliquod intercesserit, id non probat Simoniæ nefas; ut enim habet Rota *Dec.* 207. *num.* 33., 34. *part.* 17. = *nisi antecedens pactum de illis præstandis probetur, hæc animi gratitudinem, vel alium licitum contractum potius quam Simoniam redolent, ita ut ex animo ac etiam tractatu antecedenti resignandi mediante pecunia, ac ex talibus muneribus et solutionibus subsecutis non licet inferre ad simoniam ac extrema separabilia conjungere* =.

Hisce prælibatis ad peculiaria descendit, ac testes expendit, qui Simoniam inducunt; inquit igitur, Aloisiæ Theumæ et Petri Pauli assertiones nihili faciendas esse, quippe qui in Simoniæ hypothesi nedum socii criminis sed etiam muneris essent, ac proinde nullam fidem mererentur, ut docent *Mascard de probat. Concl.* 1311. *num.* 26. *Gonzalez in Cap.* 1. *de Confess. num.* 8. *Rota dec.* 352. *num.* 5. *coram Cavalerio, et dec.* 1508. *num.* 11. *coram Coccino*. Alias quoque adducit causas, quibus prorsus inficiatur, fidem ipsis habendam esse, studium nempe, quo gens Theuma Callejam prosequitur, et pretium quod Aloi-

Aloisia Theuma accepisse dicitur ut Callejæ partes susciperet. Ad alios testes quod attinet, Antonii Bonnici palinodiam refert, et Giammalvæ testimonium expendens ipsum Anglicanæ Communioni addictum asserit, atque utilitates explicat, quæ illi obvenirent, si patronatus jus ex Bonavitæ gente auferretur.

Munus tandem, quod Bonavita præstitit, alia prorsus de causa datum esse dicit, minime vero ob acceptam patronatus donationem; ceterum, addit, licet pactio intercessisset ac pretium, in nostro themate Simoniæ crimen non adesset, quia Beneficium S. Petri veluti simplex Capellania laicalis habenda est, ac proinde Simoniæ labes locum non habet; inquit enim Piton. *Controv. Patron. Alleg.* 65. *numer.* 6. 7. = *Quæ enim spiritualia non sunt vel spiritualibus adnexa, prout est Capellania laicalis possunt etiam vendi et in commercium deduci, et absque labe Simoniæ per pecuniam obtineri* =. Hisce assentitur *S. Rota dec.* 356. *num.* 6. *part.* 2., *et Dec.* 237. *num.* 1. *part.* 3. *cor. Verallo.* Verum hac in re pro meo munere advertendum puto, istitutionem Beneficii S. Petri in Bringemna ab Episcopo conferri, ac proinde ipsum veri nominis Beneficium esse, non simplicem Capellaniam laicalem, ut patet in *Novarien. Capellaniarum et Distributionum diei* 19. *Julii* 1828., *ac docent Garz. de benef. part.* 1. *Cap.* 2. *num.* 93., *Pignattell. consult. can.* 143. *num.* 47.

Tertium Callejæ objectum Bonavitæ ætatem respicit. Ut hoc propulset ipsius Bonavitæ Defensor, duplicem affert distinctionem, ac primum inquit, Beneficium S. Petri simplicem Capellaniam esse ac proinde legibus non subjici, quas Tridentina Synodus de beneficiis tulit *sess.* 23. *cap.* 6. *de reform.*; et quidem S. Congregatio *in Civitatis Castelli* 1. *Febr.* 1766. proposito Dubio *an Paulus Bonavisa sit capax consequendi Capellanias*, licet hic sex annorum puer nominatus esset, responsum dedit *Affirmative*. Idem legitur *in Anconitana Capellaniæ*

12. *Maji* 1770. §. *Controverti*, *et in Romana Capellaniæ* 12. *Junii* 1721.

Altera distinctio, quam urget, ea est, quæ traditur a Barbosa *de offic. et potestate Episcopi part.* 3. *alleg.* 60. *num.* 77. = *Poterit præsentari et institui minor* 14. *annorum non obstante dispositione dicti Concilii, si Fundator facile id voluisset. Quod ego intelligo verum, quando fundatio est ante Concilium Tridentinum, de quo tempore secundum juris communis dispositionem etiam Clericus primæ tonsuræ et in septimo anno constitutus erat capax simplicis Beneficii* = Accedit S. Rota *in Valentina Beneficii* 8. *Maii* 1747 §. 15 *coram Vicecomite*, ibi = *Cum agatur de simplici Beneficio longe ante prælaudati S. Concilii convocationem fundato, quodque a quolibet simplici Clerico retineri potest, sufficit ætas septennii de jure communi requisita, non obstante Conciliari dispositione; cum præsumi debeat, fundatorem sese uniformasse dispositioni juris communis de tempore fundationis vigentis, et ita fuisse decisum per S. Congregationem Concilii testatur Barbosa* =. Id autem in Beneficio S. Petri locum habere, Bonavitæ Defensor sic probat: Ex præfata Decisione coram Ratta, ann. 1503, seu ineunte seculo XVI. Michael Fariol ad illud Beneficium præsentavit; jamvero Concilium Triden. medio sæculo XVI. inductum absolutumque fuit, ergo Beneficium S. Petri ante eamdem Synodum institutum est.

Hæc sunt argumenta, quibus Bonavitæ Defensor utitur, quæque fusius exhibet allegatio ejus. Callejæ momenta in foliis prostant diei 21 Novembris elapsi anni, et latius patent in Allegatione, quam tunc distribuit, et rursus modo diribebit. Unum tamen addendum videtur, Josephum Antonium Bonavita, dum ad controversum Beneficium nominatus est, non modo legitima ætate caruisse, sed ne ad primam quidem tonsuram fuisse initiatum. Decrevit enim postea Vicarius Generalis, eumdem Bonavita *fore et esse, prævia prima clericali ton-*

su-

sura instituendum. Hinc EE. VV. rationes haurire dignentur, quibus dirimant

Dubium

An sit standum vel recedendum a decisis in casu etc.

In decisis et amplius.

HORTANA CANONICATUS.

Sess. 24. *cap.* 12. *de Reform.*

Dubium

An, et quomodo sit annuendum precibus Dominici Boncristiani in casu etc.

Affirmative juxta votum Episcopi, facto verbo cum SSmo, et notificetur Ministris Datariæ Apostolicæ.

CALLIEN. ET PERGULANA EXPENSARUM.

Sess. 25. *cap.* 12. *de Reform.*

Dubia

I. An refectio expensarum litis sit facienda ex bonis Capellaniæ Alegi in casu etc.

Et quatenus affirmative

II. An imminutio fructuum cedere debeat damno Capellaniæ seu potius propinquorum Testatoris in casu etc.

III. An et quomodo concedenda sit Missarum reductio in casu etc.

Ad I. Negative.

Ad II. Negative ad primam partem, affirmative ad secundam, facto verbo cum SSmo.

Ad III. Provisum in secundo.

FA-

Sess. 23. *cap.* 13. *de Reform.*

FABRIANEN. FUNERUM.

Dubia

I. An Ecclesia Societatis SSmi Cordis Jesu gaudeat jure sepeliendi, seu funerandi pro confratribus in casu etc.

II. An et ad quem spectent emolumenta funerum Antonii Ciampè, et Hieronymi Stelluti in casu etc.

Ad I. Negative, firmo remanente indulto S.M. Pii VII.
Ad II. Affirmative ad Parochos.

Sess. 24. *cap.* 12. *de Reform.*

IPPOREGIEN. SERVITII CHORI.

Dubia

I. An, et quomodo sint ampliandæ vacationes in casu etc.

II. An Canonicis a Choro, et a residentia tempore vacationum absentibus sit concedendum privilegium lucrandi quotidianas distributiones in casu etc.

III. An sit consulendum SSmo pro condonatione distributionum quoad tempus præteritum in casu etc.

Ad I. Affirmative ad tres menses conciliares juxta votum Episcopi, proviso ne unquam deficiat servitium chori.
Ad II. Negative quoad distributiones quotidianas, quæ constare debent ex tertia parte reddituum ad formam Concilii Tridentini sess. 21. cap. 4. de reform.
Ad III. Affirmative, erogata in pauperes aliqua eleemosyna arbitrio Episcopi.

VE-

VERULANA PENSIONIS. In Archipresbyterali Riparum Ecclesia simplex adest Beneficium seu Capellania ecclesiastica sub invocatione B. Mariæ Virginis Lauretanæ antiquitus fundata, cujus patronatus nedum activus, sed etiam passivus ad gentem Stefani pertinere dicitur. Hujusmodi Beneficium cum regeret Pius Stefani Ciampelletti unus ex Romanæ Curiæ Advocatis, anno 1809 indultum de non vacando, ut ajunt, apud Sedem assequutus fuerat, ne Patronis ulla inferretur jactura si supremam ipsum diem Romæ obire contigisset. Hujus tamen indulti notitia ad gentem Stefani haud pervenerat, et memoria obliterari in posterum visa est. Cum enim mense Decembri anni 1821 in Urbe ex hac vita migrasset Advocatus Ciampelletti, Joannes Baptista Stefani Clericus annorum quadraginta, se ad præfatam simplicem Capellaniam a plerisque patronis nominatum, imo et passive vocatum asserens, eam sibi ab Apostolica Sede anno 1822 conferri obtinuit *cum derogatione juris patronatus in totum attento obitu apud Sedem*, et cum reservatione pensionis scutatorum viginti *pro persona, seu personis . . . nominanda seu nominandis*. Ad hanc revera pensionem die 30 Martii ejusdem anni 1822 *motu proprio, et ex certa scientia meraque liberalitate* S. M. Pius VII. nominandum duxit Vincentium Celebrini, presbyterum Verulanum, qui ex familia Stefani per feminam descendit. Apostolicas collationis Litteras illico expediri putavit Joannes Baptista, ac reservatam pensionem se omnino soluturum promisit. Elapso interim quadrimestri patronis laicis ad nominandum præfinito, Joseph Stefani Ciampelletti nepos et hæres defuncti Advocati atque unus ex ejusdem beneficii patronis, certior factus defuncto beneficiato indultum de non vacando apud Sedem anno 1809 fuisse concessum, preces Sacratissimo Principi porrexit, quibus memorati indulti executionem urgebat, sin minus postulabat, ut pensio, cujus litteræ nondum fuerant expeditæ, ad vitam tantum hodierni Capellani reduceretur. Quibus mature perpensis, annuente etiam Presbytero Celebrini, Summus Pontifi-

Sess. 24. *cap.* 13. *de Reform.*

tifex pensionem, ut supra reservatam, in meram tantummodo annuam præstationem ad successores minime transituram convertit, eidemque Vincentio illam assignavit, Litteris Apostolicis sub annulo Piscatoris die 9 Decembris 1822 expeditis. Composita res ita videbatur, cum Beneficiatus Joannes Baptista Stefani supplicem Romano Pontifici obtulit libellum, quo annuæ præstationis justitiam, et validitatem impugnare nitebatur, ejusque omnimodam extinctionem efflagitabat.

Precibus ejusmodi ad hunc Sacrum Ordinem ab Emo Secretario supplicum libellorum die 12 Martii 1827 cum omnibus facultatibus, atque etiam cum clausula de aperitione oris, remissis, Verulanum Episcopum rogandum censui, ut, auditis iis quorum interest, votum suum aperiret. Mandatis paruit Episcopus, responsumque dedit = Assertum vitium obreptionis, et „ subreptionis non dignoscitur ex Litteris Apostolicis, „ in quibus nullum fit verbum de causis, quæ Summi „ Pontificis animum impulerunt ad impertiendam pen„ sionem: propterea me converti ad ipsum Stefani be„ neficiatum, ut mihi ostenderet documenta quæ com„ probarent Sacerdotem Celebrini falsa exhibuisse, „ dum vera reticeret. Respondit in folio circa finem, „ se non habere hujusmodi documenta. Hisce defi„ cientibus nescio quomodo asserere potuerit, præfa„ tam pensionem subreptitie, et obreptitie a Vincen„ tio Celebrini fuisse impetratam, et quomodo ego fa„ vere possim ejus precibus. Transmisit alia documen„ ta, sed cum hæc respiciant nominationes habitas, et „ causam in S. Rota motam anno 1762, et nihil ad „ rem faciant, ideo ad Beneficiatum Stefani remittam. „ Non comprobato subreptionis, et obreptionis vitio nihil „ est, cur pensio solvenda non sit. Etsi beneficium, „ seu Capellania, de qua agitur, sit de jure patronatus „ laicorum, Summus tamen Pontifex, qui summam „ et plenariam habet potestatem super quibuscumque „ beneficiis, etiam patronatis, potest pro suo libitu „ beneficia et beneficiatos gravare pensionibus. Quod „ autem pensio, de qua sermo est, sit excessiva, negant „ alii Compatroni, videlicet Joseph, Franciscus, et

Aloi-

„ Aloisius fratres Stefani Ciampelletti, qui a me au-
„ diti, asseruerunt, non solum nihil obstare quod
„ Summus Pontifex pensiones imponat super benefi-
„ ciis de jurepatronatus, verum etiam reditus bene-
„ ficii, de quo agitur, esse longe majores, quam Joan-
„ nes Baptista asseruit.

„ Quod addit Vincentium Celebrini non esse beneme-
„ ritum, inopem, et utilem Ecclesiæ, verum dixit;
„ prout etiam verum est, hunc possidere quatuor bene-
„ ficia simplicia, ex quorum reditibus splendidius
„ vivit.

„ Legendas dedi Vincentio Celebrini preces Joannis Ba-
„ ptistæ Stefani; ille autem nihil aliud transmisit pro
„ se, nisi fidem Parochi, vi cujus dignoscitur Cl.-
„ ram Celebrini die 23 Maji anni 1729 se ma-
„ trimonio junxisse cum Joanne Baptista Stefani se-
„ niore. Non obstante hujusmodi matrimonio, fami-
„ lia Celebrini nullum jus neque activum, neque pas-
„ sivum habet super beneficio seu Capellania, de qua-
„ sermo est, cum sit de jurepatronatus dumtaxat Joan-
„ nis Baptistæ Stefani, et Josephi, Francisci, et Aloi-
„ si fratrum Stefani Ciampelletti = .

Notissimæ sunt canonum dispositiones quoad pensiones beneficiis imponendas. Certum siquidem est, Apostolicæ Sedi, ob supremam et plenariam, quam habet, de beneficiis aliisque juribus ecclesiasticis disponendi facultatem, jus esse pensiones temporales non solum, sed etiam perpetuas imponendi supra quæcumque beneficia ad *text. in cap. licet* 2. *de Præb. in* 6. *et Clem.* 1., *et cap. Nisi* 14. *de Præb. et dignit.*, atque etiam super Beneficia tum activo tum passivo patronatui obnoxia, quemadmodum tradunt *Paris. de resignat. l.* 2. *quæst.* 4. *n.* 14., *Tondut. de pens. cap.* 25. *n.* 1., *et Rota in Perusina Pensionis* 11. *Maji* 1716. §. *Respectu cor. Herrera*, quin opus sit, ut patroni consensus intercedat, aut ulla injiciatur patronatus derogatio, cum sufficiat, Summo Pontifici innotuisse qualitatem activi, et passivi jurispatronatus, ut ejusdem deprehendatur voluntas pensionem pro persona sibi benevisa reservandi etiam super fructibus beneficii passivi patro-

natus veluti perpendit *Garz. de benef. part.* 1. *cap.* 5. *n.* 361. , *et Piton. de controv. patron. alleg.* 56. *n.* 1. *et seq.* In præsenti autem casu Joannes Baptista Summo Pontifici narravit, se activo, et passivo gaudere Beneficii jurepatronatus , et Pontifex eidem contulit Beneficium *cum derogatione jurispatronatus in totum*, ac propterea de scientia et voluntate Apostolicæ Sedis nulla excitari potest controversia .

Nihilominus Clericus Stefani tanquam injustam arguit reservationem pensionis. Beneficium quippe integrum , et nulli obnoxium oneri conferendum est uni ex Familia Patronorum passive vocato: Apostolica namque Sedes non solet imponere pensionem super beneficio jurispatronatus , ne laici a piis fundationibus faciendis abducantur. Pensiones vero ita moderatas esse oportet , ut beneficiatus suæ tuitioni prospicere , et beneficii onera sustinere possit , *Fagnan. in cap. Nisi essent de Præb. n.* 27. Tandem justis de causis pensiones sunt imponendæ, et Clerico inopi , aut Ecclesiæ utili concedendæ, *Devoti Instit. canon. L.* 2. *tit.* 14. *sect.* 4. *n.* 33. In themate annuos Capellaniæ fructus , cunctis subductis oneribus , vix annua scutata quadraginta-quinque excedere asserit Joannes Baptista ; Præsbyterum vero Celebrini neque de Ecclesia sua benemeritum , neque utilem , neque inopem esse testatur Episcopus , qui insuper addit , illum quatuor simplicia beneficia possidere , ex quorum reditibus splendidius vivit. Præterea reservationem pensionis utpote obreptionis , et subreptionis labe infectam , nullius esse roboris, ac penitus abrogandam contendit Clericus Stefani. Etenim Summum Pontificem ideo Beneficium pensioni subjecisse affirmat , quia Presbyter Celebrini se ex patronorum familia descendere narraverat , et se alia beneficia possidere silentio præterierat . Quæ quidem cum a veritate sint aliena , patet , Apostolicas pensionis Litteras nullitatis vitio laborare , ac proinde annuæ præstationis onus penitus esse delendum.

Verum Ministri Datariæ Apostolicæ , quos etiam audiendos censui , ita in Stefani argumenta animadvertunt.

In

„ In concedendo sane beneficio, cujus collatio ea vice
„ ad eum spectabat, non injuste poterat Pontifex al-
„ teri etiam Ecclesiastico viro gratificari, præsertim
„ earumdem partium, ac certo quodam, licet remoto,
„ vinculo familiæ Fundatoris ligato. Nec gravis ni-
„ mium, ut asseritur, temporanea illa præstatio dici
„ potest, quam tres de Familia Compatroni ab Epi-
„ scopo auditi, ut in ejus informatione, negant esse
„ excessivam, imo beneficii reditus longe majores esse
„ quam Orator exposuit, asserunt. Nec obreptitie,
„ aut subreptitie extorta censeri potest: ex ipsa enim
„ Apostolici Brevis lectione colligitur, Pontificem in
„ collatione beneficii, pensionem pro persona per eum
„ aut Successores nominanda imposuisse, ac ad illam
„ Vincentium Celebrini *ut commodius substentari va-*
„ *leat*, nullo inibi de ejus passiva vocatione, et descen-
„ dentia de Patronorum familia, vel attinentia aut
„ conjunctione verbo facto, *sed motu proprio et ex*
„ *mera liberalitate* nominasse. Colligitur etiam ex eo-
„ dem Brevi reticitum non fuisse Presbyterum Cele-
„ brini aliis ecclesiasticis beneficiis satis esse provi-
„ sum. = ibi = Nonnulla alia perpetua simplicia Bene-
„ ficia . . . . . quorum fructus octoginta ducatorum
„ valorem annuum non excedunt, obtines = Cum
„ itaque pensio ad cujus solutionem jam se Beneficia-
„ tus adstrinxit, juste, et non reclamante, immo
„ etiam annuente Patrono imposita fuerit, ipsoque
„ supplicante ad meram temporaneam præstationem
„ redacta, et beneficium pensionis capax ab ipso Pa-
„ trono censeatur: cumque constet ex eodem Brevi
„ Presbyterum Celebrini non obreptitie, aut subre-
„ ptitie asserta sua de Familia descendentia, aut pas-
„ siva vocatione, vel se aliunde provisum malitiose ta-
„ cendo; sed ex mera Pontificis liberalitate, ut com-
„ modius sustentari posset, motu proprio fuisse no-
„ minatum, respondendum videtur validam censen-
„ dam esse nominationem, et beneficiatum ad solu-
„ tionem, ut se obligavit, omnino teneri = .

Dubia

I. An sit locus aperitioni oris in casu etc.

Et quatenus affirmative.

II. An sit delenda pensio in casu etc.

Ad I. Negative.

Ad II. Provisum in primo.

Sess. 14. Cap. 2. et 3. de Reform.

SANCTI MINIATIS ET COLLEN. ORDINATIONIS. Franciscus Baldereschi in oppido Palajæ diœcesis Sancti Miniatis cum primis adolescentiæ annis ecclesiasticæ militiæ nomen dedisset, itaque vitam egisset suam, ut nulla de illius integritate morum suboriri posset suspicio, clericalem tonsuram, duosque primos minores ordines ab suo Antistite suscepit. At ineunte ætate, immutatisque moribus, adeo sensim a suscepta vitæ ratione discessit, ut, ne clericalem postea gestaret habitum, ab eodem Episcopo interdictum sibi fuerit. Nec dum pœnalis isthæc lata fuerat ab Episcopo sententia, cum idem Baldereschi quamdam deperiens mulierem, quæ suæ virginitatis jacturam jam antea fecerat, cum ea fornicationis crimen admisit, quod etsi aliquandiu delituerit, progressu tamen temporis ex mulieris partu innotuit apertissime. Hinc apud criminale Sancti Miniatis tribunal accusatione instituta, œconomice tantum, et sine forensi strepitu acta res fuit, eidemque Francisco Baldereschi praeter multam scutatorum

rum 150, quam ad reficiendas partus expensas jam antea ipse luerat, die 17 Februarii 1825 exilii pœna irrogata est. E propria igitur patria extorris sese in Collensem anno 1825 recepit diœcesim, ibique commorans adeo indubia dedit pœnitentiæ jugisque emendationis suæ argumenta, ut eum Collensis Episcopus in illius diœcesis Seminarium cooptaverit, et quibusdam ejusdem Seminarii adolescentibus præfecerit. Quod ubi novit S. Miniatis Antistes suarum duxit esse partium literas ad Collensem dare Episcopum, ut ipsum de patrato a Francisco Baldereschi fornicationis crimine, et de anteactæ ejus vitæ ratione certiorem faceret, „ ri- „ lasciando al di lui saggio discernimento il farne quell' „ uso, che crederebbe opportuno. „ Non multum vero post temporis rogatus idem S. Miniatis Antistes, ut opportunam Collensi Episcopo veniam tribueret, qua hic posset in Franciscum Baldereschi omnes spiritualis jurisdictionis actus exercere, ac suae veluti habere diœceseos clericum, annuit votis, ac die 13 Martii anni 1829 exoptatam remisit cessionem, „ in „ cui concedeva al giovine Francesco Baldereschi di „ poter fissare stabilmente la sua dimora nella diocesi „ di Colle, e di potersi fare annoverare a quel clero, „ rilasciando a tal effetto qualunque opportuno e ne- „ cessario discesso con tutte le facoltà utili, neces- „ sarie, ed opportune, perchè potesse dall'Illmo e Rmo „ Monsig. Vescovo di Colle essere in detto suo clero „ ricevuto, annoverato, ed aggregato a tutti gli ef- „ fetti di ragione considerandolo, e disponendone co- „ me suo diocesano, dichiarando, che qualora piac- „ cia al prelodato Monsig. Vescovo di Colle poteva „ egli come tale considerarlo per la cessione totale, „ che gliene faceva nella più valida forma etc. „ Quæ quidem amplissima cessionis verba cum pro dimissorialibus literis Collensis habuisset Episcopus, nullumque existimasset ex admisso fornicationis crimine irregularitatis impedimentum oriri potuisse, Clericum Baldereschi, quem quatuor jam antea annis suæ diœcesis Seminario exceperat, ad reliquos primum minores ordines, dein ad subdiaconatum promovit.

Hæc

Hæc cum ita se haberent, Subdiaconus Baldereschi conscientiæ suæ prospiciens Sacrum adiit Pœnitentiariae tribunal, ut non modo absolveretur a censuris, et ab irregularitate, in quas se incidisse arbitrabatur, verum etiam, ut ad subdiaconatus obeunda munia, aliosque ordines recipiendos necessariam assequeretur facultatem. Licet vero quoad absolutionem a censuris, susceptique ordinis exercitium idem Orator sui voti compos evaserit, eum tamen jussit Sacra Pœnitentiaria, ut pro aliorum ordinum susceptione Sacram hanc exoraret Congregationem. Quamobrem supplicem huic Sacro Ordini porrexit libellum, ut ad diaconatus, et præsbyteratus ordines promoveri ab Collensi Episcopo possit.

Preces ad utrumque ablegavi Ordinarium. Hinc rogatus S. Miniatis Antistes pro informatione et voto, atque ut renuntiaret, an Clericus Baldereschi duos minores ordines, et subdiaconatum cum suis dimissorialibus receperit literis, et an Collensi Episcopo innotuerit processus contra eumdem Oratorem confectus, enarratam in primis rerum seriem confirmat, ac nonnulla insuper addit, quæ ad verbum hic juvat referre.

„ Partitosi il Chierico Baldereschi dalla diocesi, e re-
„ catosi al Seminario di Colle fui richiesto più volte di
„ certificati a di lui favore, ma io risposi sempre, che
„ non lo riconosceva più per chierico dopo averlo
„ fatto spogliare delle clericali divise, e che però non
„ poteva rilasciargli attestati analoghi a dette sue qua-
„ lità . . . . In conseguenza della cessione, e senza
„ speciale dimissoria il Baldereschi ha ricevuto gli ul-
„ timi due ordini minori, ed il suddiaconato. Coerente-
„ mente a ciò, che nell'atto di cessione avea già scritto,
„ io mi chiamo nuovamente contento, che Monsign.
„ Vescovo di Colle eserciti sopra il Suddiacono Balde-
„ reschi qualunque atto di episcopale giurisdizione,
„ e perchè non oso proferire giudizio sull'ordinazione
„ di un giovine, che quà l'avea demeritata, e che so-
„ lamente nella diocesi di Colle si dice avere dato
„ prova della sua piena resipiscenza, e condotta lode-
„ vole, così mi rimetto pienamente a ciò, che in pro-

posi-

„ posito crederà proprio quell'Ordinario, cui intendo che „ quell'ecclesiastico pienamente appartenga „ . Collensis vero Episcopus nonnullas remisit animadversiones, quibus demonstrare nititur, nullo se præpeditum esse impedimento, quin Clericum Baldereschi ad sacros ordines promoveret, tum quia amplissima ab S. Miniatis Antistite facta sibi fuerat facultas, qua spiritualem jurisdictionem exercere in eumdem clericum posset, tum quia ex fornicationis crimine, et ex œconomici exilii pœna, quæ nondum innotuerat, nullam putabat oriri potuisse irregularitatem. „ Il Suddiacono „ Baldereschi (ita in suis animadversionibus concludit) non essendo macchiato d'infamia ne' per parte della colpa di fornicazione, nè per parte dell'esilio ricevuto per via economica: avendo soddisfatto soprabbondantemente al disposto delle leggi, ed „ al dovere di coscienza, al danno arrecato alla fanciulla resa feconda; essendo stata la sua condotta „ in questo paese di Colle del tutto irreprensibile, ed „ essendo stato ordinato con la piena annuenza, ed „ amplissimo rilascio al nostro arbitrio del Vescovo „ di S. Miniato una volta suo superiore; ed essendo „ rimasta occulta la misura presa contro il medesimo „ dell'esilio economico, atteso il suo ingresso in questo Seminario dopo il fallo commesso, resulta la sua „ ordinazione immune dall'indignazione dei Sacri Canoni, e la sua determinazione di ricorrere alla S. Sede „ una delicatezza di coscienza, che lo rende più meritevole di ottenere l'effetto della sua domanda per sua „ quiete di spirito „ .

Duo potissimum sunt rationum momenta, quibus Collensis Episcopus putat jus sibi esse Clericum Baldereschi ad sacros ordines promovendi, tum quia scilicet amplissimam in eum nactus fuerit jurisdictionem, tum quia jugis ejusdem emendatio et pœnitentia omnem, si quam contraxerat, infamiæ labem eluerit. Quod enim ad primum spectat cum Clericus Baldereschi e patria exul supplex suæ originis adierit Episcopum, ut sibi liceret inter Collensis diœcesis clericos adscribi,

bi, ac in eadem qua sese receperat diœcesi perpetuo et stabiliter commorari, in dubium revocari profecto nequit, eam ipsi insedisse mentem, ut suum ibidem domicilium constituere exoptaverit. Et revera cum S. Miniatis Antistes delatis precibus subscripsisset „ con- „ cedendo al giovine Baldereschi di poter fissare sta- „ bilmente la sua dimora nella diocesi di Colle, e „ di potersi fare annoverare a quel clero, rilascian- „ do a tal effetto qualunque opportuno e necessario „ discesso „ per quatuor circiter annos in Collensi Civitate moram duxit, quin ullo unquam tempore ab ea discesserit. Animo itaque permanendi diuturna accessit habitatio, ac sufficiens ad constituendum considerabile tempus, quod Innocentiana requirit Constitutio *ad tradit. per Barbosa de potest. Epis. part.* 2. *Allegat.* 4. *N.* 25. *et per Sacram Congregationem in Florentina, et aliarum Ordinat.* 10. *Januarii* 1778. §. *Hisce* Nihil vero mirum si Clericus Baldereschi peculiarem non conduxerit domum, neque ullam in Collensi Civitate transtulerit bonorum partem. Seminario enim ab Episcopo exceptus, ut theologicis disciplinis operam navaret, ac quibusdam Seminarii adolescentibus præ esset, aliam certe nequibat inhabitare domum, suarumque rerum administrationi vacare.

Verum etsi Collensis Episcopus nequeat domicilii titulo Clericum Baldereschi ad sacros ordines promovere, dimissorialibus tamen literis ad licitam illius ordinationem opus sibi non esse contendit. Amplissimam namque ab Episcopo S. Miniatis accepit cessionem, „ in cui rilasciavasi qualunque opportuno e necessario „ discesso con tutte le facoltà utili ed opportune, „ perchè il giovine Baldereschi potesse dall' Illmo, e „ Rmo Mons. Vescovo di Colle essere in detto suo „ clero ricevuto, annoverato, ed aggregato a tutti „ gli effetti di ragione considerandolo come suo dio- „ cesano, dichiarando, che qualora piaccia al prelo- „ dato Monsig. poteva egli come tale considerarlo per „ la cessione totale, che gliene faceva nella piu valida „ forma etc. „ Si igitur Clericus Baldereschi haberi potest veluti Collensis diœceseos subditus, poterit etiam

ab

ab ejusdem diœcesis Episcopo sacris ordinibus insigniri; præsertim cum in memorata cessione collatio ordinum non excipiatur, quæ excipi certe debuisset, si S. Miniatis Antistes ordinandi jus reservare sibi voluisset.

Nec præterea Collensis Episcopus testimonialibus indigere literis arbitratur. Testimoniales enim vero literæ ea potissimum ratione dantur, ut integri mores, idonea ætas, et natales legitimi illius, qui ordinandus est, Ordinanti Episcopo penitus innotescant, *S. Congreg. in Messanen. Ordinationis* 22. *Augusti* 1739. §. *Tertio*, *et in Burgi S. Donnini seu Cremonen. Ordinationis* 1. *Augusti* 1750. §. *Auditi*. At Collensi Episcopo innotescere hæc omnia possunt absque testimonialibus literis Episcopi originis. Constat enim Clericum Baldereschi per quatuor circiter annos, dum in Collensi Seminario studiorum caussa immorabatur, indubia jugiter suæ emendationis argumenta præbuisse. Constat insuper eumdem, antequam e patria exularet, ab S. Miniatis Antistite ad minores ordines promotum fuisse, ac legitimis proinde natum esse parentibus. Constare tandem potest et de idonea ætate, si Clericus Baldereschi afferat testimoniales ex libro baptismali a parocho scriptas. Nec prætereundum est, S. Miniatis Antistitem et Collensem Episcopum, postquam Baldereschi ad Collensem sese contulerat diœcesim, sœpius invicem sibi dedisse literas: Quæ quidem literæ, etsi cetera deessent, ad collationem tamen ordinum pro testimonialibus literis haberi posse videntur.

Quoad alterum vero spectat, cum fornicationis crimen infamiam juris non irroget, luculenter evincitur, Clericum Baldereschi infamiam dumtaxat facti contraxisse. Infamia autem facti licet ex enormi crimine oriatur, constanti tamen et publica trium annorum emendatione penitus tollitur, *Cap. testimonium* 54. *de testibus et attest.* et *Cap. Numquam* 4. *dist.* 56. *S. Congr. in Spoletana Parochialis* 19. *Januarii* 1737. §. *Primo*, *et in Hydruntina Irregularitatis* 11. *Junii* 1774. §. *Nec*. Si igitur sublata infamia necesse est, ut omnis tollatur irregularitas, inficiari profecto nequit, Clericum Baldereschi nullo irregularitatis impedimento præpediri, ac pro-

inde ad sacros ordines posse juxta constitutas ab Ecclesia leges promoveri.

Verum juris ecclasiastici disciplina aliter rem dijudicandam esse suadet. Atque in primis exploratissimum in jure est, nulli Episcopo licere quempiam ad sacros promovere ordines, nisi quem sibi habeat subditum ratione aut originis, aut beneficii, aut familiaritatis, aut domicilii, *Concilium Tridentinum Sess.* 23. *cap.* 8. *de Reformat.* Cum autem nostro in themate nulla prorsus neque de originis, neque de beneficii, neque de familiaritatis titulo institui quæstio possit, de titulo domicilii dumtaxat quæstionem instituamus oportet. Jam vero Collensi Episcopo nulla certe adest ratio, qua Clericum Baldereschi domicilii titulo ad sacros ordines promovere valeat. Subditus enim ratione domicilii is tantum esse intelligitur „ qui licet alibi „ natus fuerit, illud tamen adeo stabiliter constitue- „ rit in aliquo loco, ut vel per decennium saltem in „ eo habitando, vel majorem rerum ac bonorum suo- „ rum partem cum instructis ædibus in locum hujus- „ modi transferendo, ibique insuper per aliquod con- „ siderabile tempus commorando satis superque suum „ perpetuo ibidem permanendi animum demonstrave- „ rit, et nihilominus ulterius utroque casu se vere et „ realiter animum hujusmodi habere jurejurando af- „ firmet. . . *Innocent. XIII. in Const.* cujus initium *Speculatores* §. 11. Quæ quidem conditiones tam necessario intersint oportet ad verum legitimumque comparandum domicilium pro suscipiendis sacris ordinibus, ut, alterutra deficiente, animus in aliquo loco perpetuo manendi non præsumatur, *Sacra Congregat. in Lunen. Sarzanen. Sacræ Ordinationis* 29. *Maji* 1824 §. *Contendit*, *et in Spoletana*, *et Fulginaten. Ordinationis* 27. *Maji* 1826. §. *Nulli*. At Clericus Baldereschi nec per decennium in Collensi diœcesi immoratus fuit, neque ibi ullam bonorum partem transtulit, neque juramentum se vere et realiter animum habere perpetuo ibidem permanendi emisit, sed tantummodo per quatuor circiter annos præfecti munere in Seminario functus est. Cum igitur neque ratione domicilii Col-

len-

lensi Episcopo subjiciatur, nequit profecto absque dimissorialibus sui Episcopi literis ad sacros ordines promoveri.

Et sane Concilium Tridentinum *sess.* 14. *cap.* 2. *et* 3. *et sess.* 23. *cap.* 8. *de reformatione* vetuit, ne quis alienum subditum, seu extraneum absque proprii Antistitis venia, idest dimissorialibus literis ordinare audeat, eamdemque legem gravissimis sancivit pœnis, statuens, ut ordinans a collatione ordinum per annum et ordinatus a susceptorum ordinum executione quamdiu proprio Ordinario videbitur expedire, sint ipso jure suspensi.

Neque juvat objicere, Collensem Episcopum literas ab Sancti Miniatis Antistite accepisse, quibus facta sibi fuerat potestas spiritualem jurisdictionem in Clericum Baldereschi exercendi, eumque habendi veluti suæ diœcesecos clericum. Cum enim dimissoriales eæ tantum nuncupentur literæ, quæ traditam exprimunt facultatem, ut alter Episcopus valeat extraneo a sua diœcesi clerico sacros ordines conferre, *Monacel. tom.* 1. *tit.* 4. *formul.* 3., *S. Congreg. in Pientina seu Ilcinen. Ordinationis* 8. *Augusti* 1733. §. *Nec vero*, hinc necesse profecto foret, ut in iisdem literis, quas S. Miniatis Antistes Collensi dedit Episcopo, peculiaris de collatione ordinum sermo institueretur. Atqui S. Miniatis Antistes, etsi amplissimam Collensi Episcopo cessionem remiserit, nullam tamen in eadem cessione de conferendis Clerico Baldereschi ordinibus mentionem habuit. Non videtur proinde dimissoriales dedisse literas. Quin imo si ea sedulo perpendantur, quæ pro informatione et voto ad Sacram scribit Congregationem, satis perspicue constat non eam sibi insedisse mentem, ut pro ordinatione clerici Baldereschi dimissoriales tradere literas existimaverit. Ait enim „ che in conseguenza della cessione rimessa a Mon„ sig. Vescovo di Colle perchè egli se ne valesse co„ me, ed a quell'uopo, che nella sua prudenza re„ putarebbe utile, e salutare, *senza speciale dimis„ soria* il Baldereschi ha ricevuto gli ultimi due or„ dini minori, ed il suddiaconato . . . Coerentemen-

„ te a ciò non osa proferir giudizio sull'ordinazione „ di un giovane, che nella diocesi di S. Miniato l'a- „ vea demeritata, e che solamente nella diocesi di „ Colle si dice aver dato prova della sua piena re- „ sipiscenza, e condotta lodevole „. At alia certe adhibuisset verba, si opportunam delegare Collensi Episcopo voluisset auctoritatem, qua integrum ei foret, Clericum Baldereschi non modo Collensi diœcesi adscribere, verum etiam ad sacros ordines veluti suæ diœcesis subditum promovere. Ait præterea „ che par- „ titosi il Chierico Baldereschi dalla diocesi, e re- „ catosi al Seminario di Colle fu richiesto più volte „ di certificati a di lui favore, ma che rispose sem- „ pre, che non lo riconosceva più per chierico dopo „ averlo fatto spogliare delle clericali divise, e che „ perciò non poteva rilasciargli attestati analoghi a det- „ te sue qualità „. At si Clericum Baldereschi postquam exilii pœna damnatus e propria discesserat diœcesi, suarum literarum testimonio prosequi noluit, multo minus dimissorialibus eumdem literis voluisse prosequi dicendum est.

Præterea etsi domicilii titulo, ac proinde absque dimissorialibus literis Clericus Baldereschi ordinari ab Collensi Antistite posset, ratione tamen originis testimoniales S. Miniatis Episcopi literæ ad licitam ordinationem necesse omnino est ut accedant. In memorata enim Innocentii XIII Constitutione §. 7. statutum est, neminem posse ab Episcopo Beneficii ad ulteriores ordines promoveri „ nisi ante eorumdem susceptionem „ testimoniales literas proprii Episcopi tam originis „ quam domicilii super sui *natalibus*, *ætate*, *mori-* „ *bus*, et *vita* sibi concedi obtinuerit „ et §. 12. cautum legitur „ Si quis a proprio originis loco in ea „ ætate discesserit, qua potuerit alicui canonico im- „ pedimento obnoxius effici, etiam Ordinarii suæ ori- „ ginis testimoniales literas ut supra afferre debeat, „ ac de illis expressa similiter mentio in susceptorum „ ordinum literis facienda erit „ Huic autem legi non videtur profecto satisfacere tum ea cessio, quæ S. Miniatis Antistes ad Collensem remisit Episcopum, tum

ea

ea literarum ratio, qua iidem Antistites sæpius invicem usi sunt. Cum enim illegitimus quisque irregularitatis impedimento laboret, nec juxta sanctionem Bonifacii VIII *in Cap.* 1. *de filiis præsbyteror. in* 6 promoveri ad ordines debeat, hinc ab S. Miniatis Episcopo aliqua saltem aut in literis, aut in cessione de legitimis natalibus facienda mentio erat, ut Episcopo Collensi illius Clerici conditio ad Innocentianæ Constitutionis tramites innotesceret. Neque vero minus necessarium censeri potest testimonium de legitimis natalibus Clerici Baldereschi, propterea quod apertissime constet, eumdem minores ordines jamdiu suscepisse. Siquidem præcedens minorum ordinum susceptio non satis probat, clericum ex justis nuptiis procreatum fuisse, cum illegitimus possit ab Episcopo effici habilis ad ordines dumtaxat minores juxta citatum *Cap.* 1. *de filiis præsbyt. in* 6. Deinde S. Miniatis Episcopus neque in memorata cessione, neque in iis, quas ad Collensem Antistitem misit, literis de legitima Clerici Baldereschi ætate sermonem instituit. Tandem testimoniales literæ eæ tantum esse dicuntur, quæ continent testimonium, quod Clericus promovendus sit dignus, cui tales ordines conferantur, *Sac. Congreg. in Pientina, seu Ilcinen. Ordinationis* 8. *Augusti* 1733. §. *Nec vero.* Quin imo testimoniales istæ literæ ut Sacro Concilio Tridentino satisfaciant, eo spectare oportet, ut probatum, testatumque reddant vitæ meritum idoneum ad tales ordines suscipiendos, prout singulos eorum gradus decet. Quod quidem etsi non expresse Innocentiana Constitutio præcipiat, implicite saltem præcepisse et confirmasse dicendum est, quippe quæ prodiit ad restituendam firmiusque retinendam disciplinam a Tridentinis Patribus constitutam, *Sac. Cong. in eadem Pientina* §. *Satis.* Quamobrem cum S. Miniatis Episcopus non modo nullam de ordinibus, ac de moribus ad suscipiendos ordines idoneis mentionem habuerit, verum etiam postquam Clericus Baldereschi e propria exulaverat diœcesi de admisso fornicationis crimine Collensem Antistitem e-

do-

docuerit, testimonialibus eumdem Clericum prosequi literis noluisse apertissime constat.

Hinc proponuntur

Dubia

I. *An Subdiaconus Baldereschi ordinari possit ab Collensi Episcopo absque literis dimissorialibus Episcopi S. Miniatis in casu etc.*

Et quatenus affirmative

II. *An idem Subdiaconus ordinari possit absque literis testimonialibus Episcopi S. Miniatis in casu etc.*

*Sess.*3.*cap.* 1.*et Sess.*24.*cap.*12. *de reform.*

GROSSETANA SERVITII CHORI. Præpositus et Canonici Cathedralis Ecclesiæ Grossetanæ ob aerem æstivis mensibus nimis infensum veniam absentiæ a Choro et a residentia postularunt, Canonicorum petitioni propitium suum pandidit votum Episcopus: retulit enim ita desertam æstivo tempore ob aeris inclementiam remanere Civitatem, ut vix ac ne vix quidem quinta incolarum pars domicilium suum alio non transferat; hinc in ea erat sententia „ ut liceat Oratoribus per „ tres menses, Julii videlicet, Augusti, et Septembris, „ vacare singulis annis ob aeris intemperiem a cho- „ ri servitio, diebus exceptis S. Laurentii Civitatis „ Patroni principalis, et Assumptionis B. Mariæ Virgi-

„ ginis, dummodo per alios novem menses non ut
„ hactenus per quatuor, sed per sex Canonicos cho-
„ ro inserviatur, et dummodo missæ conventuales,
„ quæ omittantur in mensibus exemptionis, reliquo
„ anni tempore decantentur, et applicentur pro be-
„ nefactoribus; liceat et in suo robore permanente
„ exercitio curæ animarum, quod onus Præposito Ca-
„ thedralis incumbit, atque de quatuor Missis, quæ
„ populi commodo a Canonicis omnibus diebus de
„ præcepto celebrari debent, et duobus diebus feria-
„ libus. Et quoniam abusus irrepserat recitandi Ter-
„ tiam sine cantu ante missam conventualem, tenea-
„ tur Capitulum tertiam in posterum decantare. „

Episcopi sententiam amplexus est hic Sacer Ordo; nam in Comitiis diei 18. Martii 1820 proposito dubio *An et quomodo sit concedendum indultum abessendi in casu etc.* = responsum prolatum = *Affirmative juxta votum Episcopi ad decennium* =

Indultum ejusmodi cum ad exitum suum jam jam properare intelligant Canonici, atque Grossetanum aerem haud minus corporum valetudini infensum probe sentiant, preces demum offerunt, quibus indultum illud ad decennium prorogari enixe efflagitant. Quæ Canonici narrant, eadem confirmat Episcopus inquiens:

„ Satis mihi compertum est ex decennali experientia
„ hujusmodi indultum in majorem Dei cultum, Ec-
„ clesiæ decorem, et populi commodum evasisse. Aliud
„ equidem est sacra officia peragere cum tertia Capi-
„ tuli parte, aliud cum dimidia. Missas Conventuales
„ trium mensium æstivorum non detrectant Canonici
„ decantare reliquis anni diebus; non omittunt can-
„ tum Tertiæ et Completorii, juxta conventionem
„ quam mihi exhibuerunt quando per eos Sancta Se-
„ des supplicata fuit pro gratia abessendi a residentia
„ de qua agimus. „

„ Causa principalis, quæ Canonicorum petitioni arridet
„ aeris nempe hujus oræ maritimæ venefica indoles,
„ quæ non tantum in dubium revocat singulorum vi-
„ tam, sed si salvi fiant per aliquot annos, ita infir-
„ mæ valetudinis sunt, ut officium suum obire ne-

„ queant, et Ecclesiæ servitium, populique commodum
„ negligere conantur. Non me latet Hetruriæ Magnum
„ Ducem maximis sumptibus paludibus in hac plani-
„ tie positis, iisque pene pestiferis bellum indixisse,
„ et Princeps, et Idraulici omnes, qui huic operi per-
„ ficiendo adhibentur, in evidentem adducunt spem
„ fore ut brevi annorum spatio aeris inclementia cor-
„ rigatur, et terra melius vegetationi inserviat, et
„ agrorum cultus augeatur. Quando hæc erunt? Cer-
„ to certius haberi potest, effectum hujusmodi non
„ posse expectari, nisi post decennium proximum de-
„ currendum. Hisque cognitis oro enixeque obtestor
„ EE. VV, ut prævia confirmatione indulti diei 18.
„ Martii 1820, nihil quoad hoc, si ita placuerit, in-
„ novetur.

Rursus itaque proponitur

DUBIUM

An et quomodo sit concedendum Indultum abes-sendi in casu etc.

Die Sabbati 24. Aprilis 1830. in Palatio Apostolico Quirinali erit Sacra Congregatio Concilii, in qua præter alia proponentur infrascripta Dubia, juxta morem ejusdem Sacræ Congregationis de jure resolvenda.

SANCTI MINIATIS ET COLLEN. ORDINATIONIS.

Sess. 14. cap. 2. et 3. de reform.

Dubia

I. *An Subdiaconus Baldereschi ordinari possit ab Collensi Episcopo absque litteris dimissorialibus Episcopi Sancti Miniatis in casu etc.*

Et quatenus affirmative

II. *An idem Subdiaconus ordinari possit absque litteris testimonialibus Episcopi S. Miniatis in casu etc.*

Ad I. et II. Affirmative, facto verbo cum SSmo.

GROSSETANA SERVITII CHORI.

Sess. 3. cap. 1. et sess. 24. cap. 12. de reform.

Dubium

An et quomodo sit concedendum indultum abessendi in casu etc.

Affirmative ad aliud decennium ad formam præcedentis indulti, facto verbo cum SSmo.

Sess. 21. cap. 4. de reform.

RAVENNATEN. PAROECIARUM. In folio diei 12 Decembris superioris anni prostat hujus caussæ series una cum voto Emi et Rmi Cardinalis Marco y Catalan, qui rogatus fuerat, ut rem perpendere, animique sui sensum pandere dignaretur. Tunc autem proposito dubio = *An sint supprimendæ Vicariæ, et redintegrandæ Parœciæ in casu etc.* = Emis Patribus rescribere placuit = *Affirmative in omnibus juxta votum Emi Relatoris, et scribatur Archiepiscopo, qui referat de caussis dissensus Parochi S. Mariæ Magdalenæ, et ad Datariam pro expeditione Litterarum Apostolicarum* =. Hinc quum litteras dedissem Ravennati Archiepiscopo, mandatis EE. VV. confestim ipse paruit, retulitque

„ Nihil quidem ad me novi, sed quoniam jussus fui Vos,
„ Emi Patres, edocere caussas dissensus Parochi S. Mariæ
„ Magdalenæ, breviter has Vobis aperiam. Cum omnes
„ Parochi coram me convenerint, ut novi cujuscumque
„ urbanæ Parœciæ limites statuerentur, hoc factum
„ est, ut Apostolicum Palatium quod intra limites Pa-
„ rœciæ S. Mariæ Magdalenæ antiquitus fuerat, sicuti
„ etiam hisce temporibus est, intra ambitum novæ Pa-
„ rœciæ S. Mariæ de Suffragio recluderetur: quod sa-
„ ne Parochus S. Mariæ Magdalenæ ægre ferens pete-
„ bat, ut saltem donec ei comes vita fuerit, hanc no-
„ biliorem suæ Parœciæ partem liceret retinere. Hunc
„ Parocho dolorem inurere me valde pigebat: etenim
„ ille vir omni ecclesiastica virtute ac doctrina præful-
„ gens dignus mihi videbatur, ut in hac re foret ei
„ gratificandum: quod revera (quod ad me attinebat)
„ facturum promisi. Præter hanc vero, quam et ego li-
„ bentissime admittebam, nulla alia fuit caussa dissen-
„ sus Parochi S. Mariæ Magdalenæ „.

Restat itaque, ut EE. VV. folium diei 12 superioris mensis Decembris denuo consulere, ac definire dignentur

An ulla sit habenda ratio dissensus hodierni Parochi S. Mariæ Magdalenæ in casu etc.

Negative et ad mentem. Mens est, ut Parochus S. Mariæ Magdalenæ exercere pergat parochiale jus super palatio Apostolico, durante ejus vita, juxta votum Archiepiscopi.

SE-

SENEN. Actum est de hac causa in Comitiis diei 26 Augusti 1820, et 23 Julii 1821, quemadmodum Eñis Patribus innotescet ex foliis seorsim diribendis. Initio propositis dubiis I. *An, et quomodo condonandi sint reditus jam percepti in casu etc.* II. *An, quomodo, et pro quo tempore concedenda sit suspensio solutionis canonum, et præstationum in casu etc.* III. *An sit consulendum SSmo pro absolutione a censuris in casu etc.*, reseriptum prodiit die 26 Augusti 1820 = *Dilata in omnibus et scribatur Eño Archiepiscopo, qui dignetur referre de singulis contractibus emphyteuticis, eorum legitimitate quoad interventum necessariæ auctoritatis, eorumque justitia quoad quantitatem canonis, et de existentia fundorum penes Malavoltos.* Muneri suo quum satis fecisset Eñus Archiepiscopus, ac supra memorata dubia fuissent iterum ad trutinam revocata, Sac. Congregatio die 23 Junii 1821 respondendum censuit: Ad I. *Affirmative*. Ad II. *Dilata, et ad mentem. Mens est, ut magis precise de indigentia familiæ Malavolti doceatur, ut nova singulorum fundorum pii Operis mappa elevata efformetur, prospectusque novi contractus, in quo sint præfinita singula bona, persolvendi canones, et laudemia, proponatur.* Ad III. *Affirmative, imposita aliqua salutari pœnitentia arbitrio Eñi Archiepiscopi.*

Sess. 22. cap. 6., et cap. 11. de reform.

Sacræ quidem Congregationis resolutionem probavit san. mem. Pius VII, eamque cl. me. Cardinali Zondadario Senarum Archiepiscopo exhibitam fuisse constat; at illud accidisse fertur, ut eadem resolutio ob Thomæ Petrucci, familiæ Malavolti curatoris, negligentiam nunquam fuerit executioni commissa. Interea mortem oppetiit Æques Donus-Deus Malavolti, cui hæredes extiterunt tres filiæ Delia, Fulvia, et Maria Anna. Quoniam vero patrimonium Malavolti ære alieno pene obrueretur, et filiæ rem sibi maxime utilem fore prospicerent, si bona patrimonialia constituta auctione divenderentur, ut nomina creditorum præsenti pecunia facilius dissolverent, sibique congruam constituere possent dotem, factum est, ut bona etiam emphyteutica,

quorum proprietas ad Hospitium S. Marthæ pertinebat, die 4 Julii 1826 sub hasta posita fuerint, emptoribus injuncta obligatione a die initi contractus statutum Hospitio repræsentandi annuum canonem. Dos revera cuilibet ex tribus filiabus Malavolti judicis intercedente decreto constituta est in scutatis bis mille, inspectis tamen cum viribus patrimonii, tum condonatione fructuum ab hoc Sacro Ordine anno 1821 impertita. Ne itaque hujusmodi beneficio priventur Filiæ Malavolti, Comes Joannes Pieri tamquam Curator Mariæ Annæ, et gestor negotiorum Deliæ, quæ in sacra concessit familiæ Carchidio, atque Carolinæ, quam genuit Fulvia nuper defuncta, EE. VV. enixis precibus obtestatur, ut præfatam condonationem ratam habere dignentur. Præterea, si Emi Patres condonationem quoque fructuum, seu canonum, quos ab anno 1821 ad venditionem usque bonorum emphyteuticorum solvere tenentur eisdem concederent, a suspensione canonum, quam in superioribus causæ actionibus postulabant, quamque canonica ex æquitate sibi cæteroquin impertiendam arbitrantur, penitus desisterent. Tandem absolutionem efflagitat a censuris, quas filiæ Malavolti, earumque Curatores, et Administratores forsitan contraxerunt. Quamobrem ad Archiepiscopum dedi litteras, ut auditis quorum interest, sententiam suam panderet. Mandatis paruit Antistes, votumque suum, cui Rector quoque Hospitii ádhæret hisce verbis aperuit.

„ Jucundum mihi est, omni asseveratione Eminentiis Vestris affirmare, cuncta, quæ Comes Joannes Pieri, uti Curator Comitissæ Mariæ Annæ Malavolti, et gestor Comitissæ Deliæ Malavolti Carchidio in adjunctis precibus narrat, veritati singillatim inniti.

„ Et quoad primam supplicis libelli partem certo liquet san. mem. Pium VII sub die quarta Julii 1821 hæredibus prædictis Donus-Dei de Malavoltis debitum omne quod jamdudum, et ad illum usque diem Hospitio S. Marthæ in summa scut. romanor. 1437 debebant, remisisse, ab omnibusque censuris benigne absolvisse.

„ Compertum itidem circa secundum est, illius ævi Cu-

Curatorem non culpabili socordiæ causa Mappæ bonorum quoad directum dominium Hospitio pertinentium formationem, *et prospectus novi contractus, in quo sita essent præfinita singula bona, persolvendi canones, et laudemia proponerentur* juxta indictum per præfatas litteras mandatum, usque modo præteriisse, sed tantummodo, ut gravioribus parceret impensis, neve pupillæ Malavolti dispendia paterentur viribus Patrimonii penitus importabilia. Præteriit aliam ob rationabilem causam, quia videlicet, urgente omnium bonorum alienatione, prospexit, legales ipsorum æstimationes (quas alienatione reapse obtingente perfici per publicos artis agrariæ Peritos necessario debuisset) effectum eumdem fore allaturas, quem Sacra Congregatio per mappæ, ac prospectus contractuum exequutionem assequi meditabatur; quod revera, una cum exoptata ingentis dispendii parsimonia, per illud prævisum remedium, assequutum fuisse arbitror.

„ Quoad tertiam vero in comperto est memoratas a laudato Summo Pontifice largitates, tum debiti totius condonationem, in summa scutorum 1437, tum censurarum absolutionem effectu caruisse ob quandam Curatoris tarditatem in sedulo existimulanda penes Delegatum Apostolicum plena Brevis ipsius exequutione.

„ Et ne latum, paulo aliter, quidem unguem a vero distat, quod quarto in loco a Curatore subditur circa dotum attributiones. Quandoquidem ex decreto Judicis competentis cujus hic per folium num. 4. distinctum copia subnectitur, acceptata ab Judice ipso tamquam absoluta, omnisque firmitatis robore prædita condonatione prædicta, attributæ fuerunt unicuique de Malavoltis Filiæ dotes taxative in summa scut. 2150, et sic obtentæ condonationis intuitu pinguiores assignatæ sunt dotes, quam absque creditorum jactura patrimonii vires ferrent, donec ære Hospitii demersum Malavoltorum patrimonium extitisset.

„ Nec veritatem simulat Orator quinto in loco asserendo necessum fuisse ad æquilibrandum pupillarum censum, ære alieno valde pressum, omnia paterna et livellaria Hospitii auctionari. Et re quidem vera istam

ob

ob peractam bonorum distractionem multipliciter bene filiabus prædictis negotium redundavit, nedum enim æs alienum persolvere et nomina in acquirentes transcribere hac ratione potuere, verum etiam illud facile assequutæ sunt, ut et Hospitii jura, tum quoad bona livellaria, tum quoad plurimas annuas præstationes, a die adjudicationis bonorum decurrendas caverentur dotum quæ adsignationes jure sibi vindicarent, prout a singulorum contractuum authenticis tabulis mihi ab earum Gestore oblatis deprehendi, quæ omnia numquam datum foret alias obtinere, cum annui bonorum patrimonialium reditus impares omnino essent ad omnia eorumdem necessaria onera substinenda.

„ Neque minus recte pergit Orator exponendo indultum diei 4. Julii 1821. in suspenso esse, neque spem ullam obtinendæ executionis affulgere. Infrascriptus enim illud exequi, atque ad effectum demandare serio detrectavit, quia morte deleto, ante ipsius exequutionem Antonio Felici Zondadario, certo tenet, ob interpositam clausulam restrictivam delegationis ad laudatum suum Decessorem minime se, quoad præfatam delegationem, loco ejusdem subiisse.

„ Veritatique plane consonum reperi, quod ulterius disserit Orator circa æquilibrii sublationem annuorum redituum Familiæ de Malavoltis, ad ea usque tempora adaugescentem, quibus venundata ejus bona fuerunt, uti videre est in prospectu alligato sub n. 5. Nisi enim per distractionem prædictam, bonorum incolumitati cautum opportune fuisset, maxima eorum pars ære alieno, litium contestationibus, diuturnoque diversi generis dispendio jam consumpta deperiisset, cum ex dudum memorato prospectu liqueat, debita persolvenda, sumptusque tolerandos patrimonii quotam ad valorem scutatorum 1370 : 20 trium tantum annorum intercapedine pridem absumpsisse.

„ Veritatem quoque pandit Orator inferius exponendo condonationis prædictæ indeclinabilem necessitatem, tamquam appositum, unicumque remedium ad singula Creditorum, atque Pupillarum negotia rite compo-

nen-

nenda et expediendi. Idque in praesenti rerum statu praeter discretam pupillarum utilitatem reputare videtur ipsa etiam urgens loci circumstantia.....

„ Ac pari demum veritatis nitore novissimo supplicis libelli loco asseratur venundationis praedictae, quae maxima ex parte jam est absoluta, ipsius Hospitii utilitatem praestaveri, majorem ob facilitatem, quam affert et livellarios, et censuarios canones annuatim percipiendi. Tam bona censibus effecta, quam emphyteutica partim extraneis, partim Comitissae Carolinae Vecchi de Malavoltis, partim vero Domus-Dei Heredibus Pupillis, amplius titulo emphyteutico, vel hereditario, sed emptionis, aut dotium ratione post hac pertinebunt. Fracto igitur, ut ita dicam, post modernos initos contractus perantiquo nexu emphyteutico, et amisso ex parte praedictarum filiarum Domus-Dei de Malavoltis favorabili canonicae aequitatis jure, tum ob antiquitus obtenta, per varias debitorum condonationes, nec non per pactas canonum emphiteuticorum modicitates, immodica subsidia, vel alias ob recentes, queis nunc inhiant Pupillae, condonationes, ubi Sanctissimo videbitur infirmam praenotatam gratiam diei 4. Julii 1821 ad vitam suscitare; demum propter hucusque pene exhaustum, ultra quoque Fundatoris beneficam voluntatem per Hospitalarios erga Patronos liberalissimam humanitatem, quam plurimam videtur Hospitium adeptam fore libertatem ad annuos canones, etiam coacte, ab omnibus indiscriminatim tam Livellariis, quam Censuariis debitoribus reposcendos.

„ Quod autem contractus livellarios attinet, primus ille est, quem praevio consensu Antonii Betti Abbatis de la Rosa extra et prope Civitatem Senarum, ac Dominii Francisci Niccolii de Monaldis Canonici Ecclesiae Metropolitanae Senensis, tunquam Apostolicae Sedis Delegati, inter se stipulati sunt Clericus Raphael Malavolti Hospitalarius, et Orlandus Malavolti per publicum chirographum diei 28 Junii 1808, ex quo patet datum fuisse titulo et causa perpetuae emphyteusis seu censuariae locationis et concessionis ad pensionem eidem

dem Bernardo Malavolti praesenti et conducenti pro se, ac Bernardo, Joanne, et Petro ejusdem Orlandi Filiis, eorumque heredibus, atque successoribus, et quolibet eorum in perpetuum, quousque linea legitima, et naturalis masculina reperietur ex eis, et quilibet eorum unam Domum dicti Hospitalariatus in Civitate Senarum sita pro annua pensione scut. rom. 4: 50, ceterisque pactis et conditionibus in eodem chirographo notatis, uti videre est in adjuncto sub n. 6. instrumenti ipsius exemplo. Subinde, hisce nostris nimirum tempestatibus, per aliud publicum chirographum diei 13. Maii 1816 Comes Donus-Deus de Malavoltis praedictarum Oratricum Pater, et in linea Malavoltorum masculina proles novissima domum illam, seu Palatium, vulgo = Palazzone = nuncupatum vendidit Comiti Petro de Petrucciis pro pretio scut. 2150 quod ipse comes pactis temporibus venditori persolvit. Ad cavendum attamen Hospitio annuum canonem livellariumpraefatus Comes Petrucci censum creavit super proprium praedium, quod vulgo = Podere degli Orti = appellatur, et cujus titulo sibi onus imposuit persolvendi annuatim in perpetuum scuta 8:70, et ita cum aliqua Hospitii utilitate quoad canonis entitatem. Contractus hujusmodi emptionis et venditionis initus fuit absque praecedenti S. Sedis Apostolicae facultate, nec sancitum ab eadem S. Sede ad ejus validitatem postmodum fuisse constat, prout ambobus in casibus fieri debuisse arbitror, statim ac formalem, perpetuamque dominii translationem importat.

„ Alter illi proximus est contractus livellarius,quem praefati Raphael Hospitalarius, et Bernardus ejus frater germanus, sub die 23 Decembris 1537 celebrarunt, et per quem dictus Raphael in Emphiteusim cessit, et concessit Bernardo praedicto, ejusque filiis legitimis, et naturalibus, ac aliis descendentibus in infinitum per lineam masculinam praedium = de Selceta = et quamdam terrae portionem = Fioraja = nuncupatam, pro annuo canone scut. 9, nec non praedium, vulgo = de Guarda Strada = pro annua praestatione scut.3:30, ac predium denique dictum = Gamberucci = pro annua

pen-

pensione scut. 13. 20 prout late constat ex alligato sub N.° 7. instrumenti praedicti exemplo.

„ Observandum tamen dict. Bernardum die 25 Junii 1540 vendidisse Onuphrio Vannicini utile dominium praedii = Gamberucci = onere illi superaddito persolvendi quotannis Hospitio scuta 18, quorum 13. 20 pro dicto canone emphyteutico ejusdem praedii = Gamberucci =, et scuta 4. 80 in substitutionem, sive compensationem canonis ab eodem Bernardo Hospitio debiti pro portione prædii = de Selceta = quam ipsum Bernardum manumisisse patet per chirographum diei 19 Junii 1543. Dein dictus Vannicini idem utile dominium abalienavit Hieronymo de Vecchiis, cum eodem onere numerandi quotannis Hospitio praedicta scut. 13. 20. Verumtamen idem de Vecchiis solens se ab onere praedicti Canonis liberare, emit a dicto Bernardo Malavolti duas ex tribus partibus praedii = de Trasque = pro praetio florenorum septingentorum aureorum, et ea cessit Hospitio, tamquam aequipondium praefati annui Canonis, a quo se se quoad praedium =Gamberucci =emancipavit.

„ Ast Raphael Malavolti Hospitalarius, titulo emphiteutico, ac pro annua praestatione scuti unius, et 20 cessit eidem Bernardo de Malavoltis duas ex dictis tribus partibus praedii de = Trasqua = praevia adprobatione duorum Canonicorum hujus Metropolitanae Senensis a S. Sede specialiter delegatorum, ut ex chirographo diei 19 Junii 1343 aperte liquet, quod in copia sub N.° 8. attexitur.

„ Fatendum tamen nuper indigitatum Canonis excessum a scutis 13 20 super praedium = de Gamberucci = primitus impositum ad scuta 18 in novo praedii de Trasqua contractu emphiteutico auctum, minime tamquam canonis augmentum esse computandum, quia ille est tantum justa compensatio a Malavoltis Hospitio debita, ob manumissionem ab ipsis peractam Terrarum de Fioraja, et particulae cujusdam praedii de Selecta.

„ Inter contractus emphiteuticos hucusque recensitos novissimum locum tenet emphiteusis terrarum = de Rencine = prædio de = Guardastrada = coagmentatarum = Quamquam de hoc formale chirographum non repe-

riatur , ab administrationis attamen tum Hospitii , cum Malavoltorum libris patet , eas titulo præfato Malavoltis pertinere , super quas annuatim Hospitio scuta 1. 87 $\frac{1}{2}$ præstare tenentur , et sic canones livellarii simul collecti juxta primæva eorum originem, quoad bona tantum rustica , summam componunt scutor. rom. 27. 37 $\frac{1}{2}$. Sed propter ob longam temporum intercapedinem , eorumdem que injuriam , seu ob hominum in rebus majorum , ac præsertim scripto exaratis asservandis , oscitantiam , commentaria earum abierint in malam frugem , hoc unum est , quod nullum nec penes Hospitium , nec apud Patronos , neque in publico hujus Curiæ Archiepiscopalis Tabulario indubium testimonium a me deprehendi potuit circa prædictorum contractuum legitimitatem , quoad interventum necessariae auctoritatis, his tantum contractibus exceptis , qui emphytensim Domus Hospitii , atque prædium de = Trasque = respiciunt. Super quæ magis magisque naviter egi , quia in Senen. Sacr. Congr. diei 26. Augusti 1820. enarratum animadverti = Sequiori tempore plura Hospitii , tum rustica , tum urbana prædia Malavoltorum Familia in Emphyteusim , seu a livello , Rectoribus pro tempore adnuentibus , et APOSTOLICA INTERPOSITA AUCTORITATE , concessa sunt = . Neque minus caute ulterius progressus sum in disquirenda hujusmodi contractuum , quoad canonis quantitatem , justitia.

„ Incassum tamen adlaboravi. Commixtis enim , pene innumeris abhinc annis , bonis emphyteuticis Hospitii cum patrimonialibus Malavoltorum , nec asservata ideo per bonorum Mappam primæva eorumdem specifica identitate naturalibus certisque limitibus finita , et eorum ob artis agrariæ apud nos in dies progressus , notabiliter in melius conversa superficie , difficillimum , seu potius impossibile factum nunc esse opinor experimentum hujusmodi , vel adamussim vel ad proximitatem perficere , sicut ipsa facti ratio evincit ex integro. Cum enim duplex fuerit dictorum contractuum impellens causa , et præstantiorem videlicet reddendi bonorum statum , et subsidium aliquod Malavoltis per-

ma-

manenter suppeditandi, exploratum est utroque ex capite strictam justitiæ normam fuisse, quoad canones, hisce in contractibus stipulandis necessario praetergressam. In primo etenim canonum tenuitatem reposcebat excogitata bonorum utilitas, ære Malavoltorum, tractu temporis, amplianda, ut contractuum aequilibrium utrinque servaretur. In secundo vero canonum modicitatem expostulabat subsidium illud, quod haurire per hos contractus sibi proposuerant Malavolti, vel compensando in modicitate hac centum annuas libras, sibimet ab Hospitio ex Fundatoris voluntate persolvendas, vel quid amplius earum in fruitione bonorum ejusdem titulo emphyteutico pertinentium comparando, alias optatum subsidium evanuisset, ac plane captatorium evasisset. Difficillimum denique, nisi etiam penitus impossibile esse duxi per integram rerum gestarum seriem quidquam certe detegere, quoad expetitam canonum justitiam.

„ Ad nostra hæc usque tempora firmiter in Malavoltorum dominio bona emphiteutica permanserunt, his tantum demptis prout antea enucleate denarravi, vel manumissionem, vel alienationem subiere. Cæterum, posteaquam sic imperante Malavoltorum egestate, universa eorumdem bona suspensa sub hasta fuere, ob licitatorum penuriam, per interpositam Judicis sententiam, distributa, seu adjudicata, sicut infra, comperiuntur.

„ Praedium de = Selceta = per chirographum diei 1. Septembris 1826 adjudicatum fuit Deliae Malavolti Carchidio, et Puellae Carolinae Filiae praedefunctae Fulviae Malavolti Carchidio, titulo dotis ex decreto Judicis iisdem debitae ad normam, quam supra indigitavi, cum onere solvendi quotannis Hospitio canonem emphyteuticum scut. 4. 30. prout ipsius Chirographi copia, quae sub N.° 9. adjicitur in medium affert; quod praedium Adjudicatariae praedictae sibi adsciverunt et indivisum nunc possident pro pretio scut. 4166. 42. 2. Praedium hoc Malavoltorum Familiae, partim titulo utilis, partim directi dominii titulo antea pertinuit, ac gemino hoc titulo etiam nunc, dudum laudatis ipsiusmet familiae haeredibus, attinet.

„ Praedium de = Guardastrada = pro primigeno Canone scut. 3. 37. 2. quovis anno a Malavoltis Hospitio persolvendo; Terrulae de Rencine pro annuo Canone scut. 1. 89., et praedium de Tresque quoad duas tantum trium partium pro annua praestatione scut. 21. 50. adjudicata, praevio Judicis decreto diei 2. Junii 1826. fuere, viduae Comitissae Carolinae Vecchi Malavolti, sibi ratione dotis a Familia Malavolti rependendae inducta, sibique titulo praedicto ad valorem scut. 4991. 3. 8. imputata, et alio itidem cum duplici onere hospitium scilicet tamquam dominum observandi, ac parvum laudemium Hospitio persolvendi, quod reapse praefata Comitissa eidem persolvit in summa scut. 66. 98, quae omnia comperta habentur in copia instrumenti per numerum 10. notata.

„ Juxta haec hactenus narrata canones emphyteutici Hospitio in posterum singulis annis persolvendis a Delia Malavolti Carchidio, et Carolina Carchidio praelictis, nec non a Comitissa Carolina Vecchi de Malavoltis, uti bonorum emphyteuticorum adjudicataria, ob titulum compensationis dotis, summatim componunt rom. scut. 30. 34. 2.

„ Porro cum canones originarii, excepto canone domus Hospitii, qui nunc amplius sub specie canonis emphyteutici minime computatur, quia ut superius adnotavi in canonem censuarium descivit, scut 30. 34. 2. attingat, clare patet modernos per summam scut. 2.97. antiquos canones vincere.

„ Summae a dictorum contractuum aera favore Hospitii decursae, et ad diem usque quartam Julii 1821 non solutae valorem scut. 734. 97. 2., sedula supputatione facta, adamussim exaequant. Summae vero canonum censuariorum ad praedictam diem similiter a Malavoltis Hospitio non solutae pondus habent scut. 750. 30. 2.

„ Summae autem ab aera praedicta ad diem usque quartam Julii 1826 valorem quoad canones censuarios scutorum 387. 93. 3. conficiunt. Ideoque debitum integrale Malavoltorum a primaevo praelictorum contractuum momento ad notatam usque diem 4. Julii 1826. (missis caeteris debitorum condonationibus ante hac, plu-

pluries a S. Sede, ut copiosis Malavoltorum indigentiis occurreretur, legitime indultis, et ad effectum demandatis) in summam scutor. 1696 74 1 coalescunt. Ex quibus prono alveo fluit Oratorem Comitem Joannem Pieri, Malavoltorum Curatorem, atque gestorem, supplici libello novissime Sanctissimo oblato, præter condonationem scut. 1437. ad normam Indulti diei 4. 4 Julii 1821, alteram etiam debitorum remissionem in summa scutorum 213. 33. enixius efflagitasse.

„ Bona livellaria Hospitii effluxo anno 1826 venundata, cum onere alienatariis imposito solvendi quotannis Hospitio canones, quibus singula bona singillatim affecta existunt, aestimata a publicis artis agrariæ peritis non fuerunt juxta uniuscujusque fundi livellarii strictum valorem, sed tantummodo secundum singuli canonis rationem, assignando scilicet, prout mos est in Thuscia, pro scutis quinque canonis scuta centum titulo sortis, vel fundi, uti probe dignoscitur ab adjuncto sub num. 11 alienationum ipsarum prospectu.

„ Posteaquam singulis Literarum Sacræ Congregationis diei 24 Januarii 1827 investigationibus, per huc usque exposita, satisfecisse autumavi, sic demum super thematis præcipua mei animi sensus ingenue promam.

„ Nullum sive obreptionis, sive subreptionis vitium, in indulta gratia diei 4 Julii 1821 ex Malavoltorum parte, neque etiam extremis exhaustis ad illud detegendum diligentiis, mihi factum est deprehendere, cum vera, probataque omnia repererim, quæ ab ipsis ad hanc adipiscendam fuerunt exposita, nullumque itidem subesse dolum detegi in precibus novissimis humiliter Sanctissimo ab iisdem oblatis. Etiam nunc eædem extant causæ, quæ ad hanc assequendam fuere promitus a Malavoltis adductæ, nimia scilicet heredum egestas, urgensque necessitas, tum sese honeste alendi, tum componendi nimium aes alienum sibi a Patre relictum. Et quamvis jam sint matrimonio copulatæ Filiæ Donus-Dei de Malavoltis, nil tamen celebrata matrimonia dictis causis vel minime officiunt. Nam præterquam quod sponsi sub spe congruæ dotis,

jux-

juxta decentiam status, et nobilium consuetudinem eas duxerint Uxores; quæ proportio citra prædictæ gratiæ assequutionem nobiliter frustraretur, coacte insuper ad sese nubendum fuere natale solum relinquere, ignobilis generis homines in matrimonium ducere; quinque homines in regionibus maritimis, et sub maligno Cælo, toto anni curriculo degant, propter quod graviores illuc expensæ, tum ad salutem tutandam, tum ad prolem liberali educatione instituendam, sunt quam alibi pernecessariæ. Nullum præterea reale detrimentum prævideri potest Hospitio, sive nunc, sive in posterum obventurum, ubi haeredes praedictae primam, novissimamque expetitam gratiam obtineant, cum Hospitii redditus non tantum pari libra cum sumptibus ejusdem coæquentur; sed insuper per sc. 60. 54 annuatim exuberent, prout uno oculorum intuitu ex alligato sub Num. 12 codice accepti, et expensi ab ipso Hospitii Rectore mihi porrecto clarissime noscitur. Cautius denique post dudum peractas bonorum emphyteuticorum alienationes, et per novum, casu quod illud consequantur, condonationis beneficium, Hospitio provisum fore arbitror. Nam expeditius quam olim canones emphyteuticos posthac poterit hospitium percipere positumque in tuto erit, ne illimitata futurorum canonum suspensio a Curatore praedicto jam expetita, et a Sacrae Congregationis relatoribus veluti rationabilis Sanctissimo proposita prout in Senen. 26 Augusti anni 1820 locum ulterius habeat, ubi Filiae Ma avolti praedictae, et primam scutorum 1485 et secundam scut. 233. 35 assequi condonationem queant, quia mihi serio pollicentur, se velle, quoties plenariam hanc debitorum remissionem ad praefatam usque ad diem 4 Julii 1826 obtineant, ab incœpto proposito resilire, hoc est preces deserere, quibus suspensionem enixe postulabant Canonum ab ipsis inposterum Hospitio solvendorum et assequutionem totius exuberantiae, quae in Hospitii reditibus annuatim superessent. Quod maximi momenti faciendum esse puto, cum sola hac scutorum 213. 33 condonatione, gravius, atque indeterminatum Hospitii detrimentum praecaveri facili negotio in futurum sit ominandum.

Quae

„ Quæ omnia, cum ita se habeant, scilicet, cum primam condonationis gratiam a San: Mem: Pii VII. Malavoltis indultam per scuta 1437 legitime fuerint Filiæ Domus-Dei de Malavoltis assequutæ; Cum hæc minime fuerit per subreptionem vel obreptionem extorta, cum citra earumdem culpam gratia hæc non fuerit utili, ac debito tempore exequutioni demandata, cum ut reviviscat gratia hujusmodi propter superius allatas rationes, ac præsertim propter earum egestatem, ad quem effectum non requiritur paupertas præcisa, sed tantum sufficit paupertas ad proprium statum respectiva, valde urgeat; cum Fundatoris voluntati minime dissonum, sed imo valde consonum appareat subsidium istud dotale, non pro sola quantitate ceteris distribuenda, sed pro majori cumulo congruæ dotis, puellis ejusdem consanguineis pauperibus, potius quam indigentibus puellis extraneis suppeditari, eo quia ordinata charitas, et præsumpta testatoris voluntas viam sternunt ad arguendum pinguius consulendum esse consanguineis, quam extraneis, cum præsumpta ipsius affectio erga illas ad quoscumque gradus quoad hunc effectum progrediatur; cum nullum detrimentum nec Hospitio, quia ejus reditus pleno æquilibrio procedunt, neque cæteris interesse habentibus, quia nullum in dote jus quæsitum habere videntur, tum prima condonatio per scuta 1485, quam secunda per scuta 213. 33. sint certo allaturæ; cum denique Hospitii Rector, ut satis ex adjuncta charta sub num. 13 obsignata liquet, Malavoltorum votis quoad alterutram gratiam cæteraque omnia, quæ in prædicto Indulto diei 4. Julii 1821. atque in novissimis precibus adnotantur, adstipulari non dubitaverint, plurimum expedire arbitror, ut non tantum ad opitulandas prædictarum Filiarum Donus-Dei de Malavoltis egestates, quam ad consulendum earum conscientiis, valde forsan oneratis, eo quia hinc majorum, inde proprio arbitratu, et inconsulta Sede Apostolica, vel contractus emphyteuticos stipularunt, vel bonorum distractiones perfecerunt, vel canonum præstationes indebite per plurimos annos neglexerunt, vel tandem

Hospi-

Hospitii administrationem male gesserunt, adjunctæ preces quoad omnia exaudiantur.

„ Quapropter ad omnia, prout Oratrices per organum Curatoris atque Gestoris Comitis Joannis Pieri in supplici libello exorant, rite componenda, vehementer negotium EE. VV. commendandum duco, ut earum votis benigne favendo impetrare a Sanctissimo valeant

„ 1. Ratihabitionem jam indultarum sub die 4. Julii 1821, tum condonationis omnium Hospitii redituum ad diem illum immerito a Malavoltis perceptorum per scuta 1437, tum absolutionis ab omnibus censuris præmisis de causis, contractis.

„ 2. Expetitam remissionem novi debiti erga Hospitium idem vigentis, et a Malavoltis non soluti a prædicta die 4 Julii 1821 usque ad diem 4 Julii 1826 pro summa scut. 213. 33, omni spe, praedictis filiabus, earumque descendentibus penitus dempta, se novam in posterum canonum, aut suspensionem, aut condonationem sive temporariam, sive perpetuam, tum quoad emphyteuticos, tum quoad censuarios canones fore quovis in casu assequuturas.

„ 3. Gratiam ut in pristinam possessionem bonorum, a qua deciderant, morte perempto patre in linea masculina novissimo, reduci legitime polleant.

„ 4. Sanctionem alienationis Domus Hospitii, seu Palatii, in Podio Malavoltorum siti, a defuncto Comite Donus-Deo de Malavoltis absque S. Sedis Apostolicæ assensu peractæ, et per quam contractus emphyteuticus in censuarium contractum desit, nec non supra veteres, novosque contractus juxta desuper enarrata, supradicto consensu deficiente subscriptos.

„ 5. Absolutionem denique, obliterationemque ab omnibus censuris, a quibus Donus-Dei Malavolti Filiæ, vel Nepotes, aut earum Curatores, et Tutores inquinantur, sive ex male initis, et nunquam ab Orantibus detersis contractibus, sive injuste a Majoribus reditibus perceptis, et a viventibus non solutis, sive aliis recentibus contractibus inconsulta S. Sede Apostolica a Tutoribus, Curatoribus, et Pupillis stipulatione firmatis, sive post mortem Patris earumdem

ar-

arbitraria canonum retentione, sive demum damno qualicumque, modo quovis Hospistio S. Martæ, tum ab antiquis allato, quam a præsentibus Fundatoris Hæredibus.

„ Attamen, sicut e supradictis clarius luce ipsa meridiana patet moram annuatim responsionum Hospitio solvendarum a De Malavoltis Familia ortam fuisse a lamentabili fato solius impositi oneris reddendi a Rectore pro tempore, qui sæpe sæpius præfatæ Familiæ pertinere solebat, et solet, administrationis rationem Patronis tantum utile, crederem a S. Sede onus adjungi Rectori, et administratori Hospitii, qui hactenus solis Patronis de annuali gestione exonerationem præbebant, atque insuper ipsimet Patronis, qui nulli ad hæc usque tempora rationem reddere tenebantur, ut strictam, diligentemque semel in anno rectæ administrationis rationem Archiepiscopo Senarum pro tempore referant „.

Hinc proponuntur

Dubia

I. An sit confirmanda condonatio fructuum anno 1821 *impertita in casu etc.*

II. An sit concedenda condonatio fructuum ab anno 1821 *ad diem* 4 *Julii* 1826 *in casu etc.*

III. An sit supplicandum SSmo pro sanatione contractuum emphyteuticorum in casu etc.

IV. An sit supplicandum SSmo pro sanatione venditionis bonorum emphyteuticorum in casu etc.

V. An sit supplicandum SSmo pro absolutione a censuris in casu etc.

VI. An Rector Hospitii singulis annis teneatur reddere Archiepiscopo rationem administrationis in casu etc.

Dilata, et scribatur Archiepiscopo ad mentem.

Sess. 24. cap. 13. de reform.

CIVITATIS PLEBIS MISSAE CONVENTUALIS. Ecclesia S. Michaelis Archangeli in oppido Panicalis ad Collegiatae honorem anno 1618 evecta decem constat Canonicis praeter Archipresbyterum, qui unica est Capituli Dignitas, ac totius oppidi gerit animarum curam. In duas ipsi divisi hebdomadas quotidie laudes divinas in choro persolvere ex fundationis lege obstringuntur, sed praebendis valde exiguis sunt praediti, si unus excipiatur Archipresbyter, qui ex sua quidem parochiali praebenda singulis annis scutata centum viginti circiter solet percipere. Etenim annuus trium Canonicatuum reditus summam non excedit scutatorum triginta cum onere cuilibet Canonico duas Missas pro benefactoribus tertio quoque anno canendi; reliquorum vero Canonicatuum annuum fructum vix ac ne vix quidem ad scutata quindecim, subductis Missarum oneribus, pertingere experientia satis compertum est. Cumque hujusmodi fructuum exiguitas suum ab Canonicatuum fundatione initium forsitan sumat, haec S. Congregatio die 8 Maji 1745 rogantibus Canonicis facultatem concessit *ut attenta tenuitate reddituum Missam Conventualem pro benefactoribus in genere, donec et quousque eadem tenuitatis reddituum causa perduraverit, diebus dominicis et festis de praecepto dumtaxat applicari possit et valeat*. Verum quemadmodum Canonici antea Missam Conventualem haud applicare consueverant, ita nec post indultum relationem in unquam illam applicasse videntur, licet Missas, quas suis ipsi praebendis imminere noverant, jugiter litasse memoriæ proditum sit. Hodierni autem Canonici, ab Epi-

sco-

scopo moniti de onere Missae Conventualis, hunc Sacrum adierunt Ordinem, ac prae reditnum tenuitate nedum praeteritarum omissionum absolutionem, sed insuper omnimodam petierunt exemptionem ab onere Sacri Conventualis diebus festis de praecepto applicandi, sin minus congruam postularunt Missarum reductionem, quas singuli Canonici ex fundatorum lege celebrare tenentur.

Canonicorum votis propitiam pandit Episcopus animi sui sententiam. In primis enim quae enarrant Canonici, eadem veritati plane consona esse confirmat: dein subdit. „ Canonicos, saltem hodiernos, fuisse semper et „ esse in bona fide se non teneri ad Missae Conven„ tualis oneris satisfactionem, innixos Episcoporum „ silentio, tenuitati redituum, et privationi distribu„ tionum. Quare æquitati consentaneum mihi videtur, „ ut quoad Missas pro Benefactoribus huc usque omis„ sas, imponatur unum et alterum officium defuncto„ rum cum applicatione et Missa cantata. Quo vero „ ad Missas in posterum celebrandas, si non libue„ rit eas in totum remittere, existimarem non esse re„ cedendum a concessione alias facta applicandi Mis„ sas pro benefactoribus singulis diebus dominicis et „ festis de praecepto tantum, et, ut una simul pro„ videatur aliquo modo sustentationi Canonicorum, „ Missae respectivarum praebendarum reducantur, to„ tidemque demantur pro benefactoribus particulari„ bus, quot applicandae sunt pro benefactoribus in „ genere „.

Onus applicationis Missae Conventualis pro benefactoribus in genere singulis Ecclesiis Cathedralibus et Collegiatis incumbere adeo certi exploratique juris est, ut ab illo immunitatem praestare omnino nequeat nec redituum exiguitas, nec immemorabilis contraria consuetudo, nec fundatio a certis benefactoribus sub lege praestitutum celebrandi Missarum numerum, quemadmodum colligitur ex notissima Benedicti XIV. encyclica *Cum semper oblatas*, atque ex responsis hujus Sacri Ordinis *in Ariminen. Missae Conventualis* 18 *Septembris* 1751, *in Nullius S. Rufilli* 8 *Augusti* 1761, *et*

in Marsorum Missae Conventualis 28 *Aprilis* 1827. Ad ejusdem praeterea Missae applicationem Canonicos omnes, atque etiam illos, quibus concredita est animarum cura, etiamsi in Collegiatae erectione nullum sibi quaesiverint compendium, esse in orbem compellendos, post memoratam Benedicti XIV. encyclicam tradit haec S. Congr. *in cit. Ariminen. ad II. dub.*, *et in alia Ariminen. Servitii chori* 18 *Augusti* 1827.

Immerito igitur Canonici Collegiatae Panicalis hactenus sese immunes arbitrati sunt ab applicatione Missae Conventualis pro benefactoribus in genere saltem diebus festis de praecepto ad tramites rescripti hujus Sacrae Congregationis. Neque omnimoda in posterum ab ejusmodi onere exemptio Apostolicae Sedis privilegio concedenda videtur; siquidem Missam Conventualem praecipuam esse divini officii partem, imo ad illam ordinari canonicas horas liquet *ex cap. Cum creatura de celeb. Missar.*, *Gavant. in rubric. Miss. tom.* 1. *part.* 1. *tit.* 7. *rub.* 2., *S. Congr. in Urbanien. Missae Conventualis* 19 *Julii* 1828 §. *Animadvertendum*. Hinc S. Congregatio tametsi reductionem Missae Conventualis ad dies festos pluries indulgendam putaverit, veluti docent exempla quae passim occurrunt in thesauro resolutionum, plenariam nihilominus exemptionem unquam concessisse nullibi invenire datum est.

Verum Canonici Oratores exiguis fruuntur praebendis, quotidianis carent distributionibus, et assiduum ac grave in choro exhibent servitium; ideoque aut onus applicationis Missae Conventualis ex Apostolica benignitate eis remittatur oportet, aut concedenda est reductio Missarum, quas ex fundationis lege celebrare obstringuntur. Decet sane Canonicos sive Ecclesiarum Cathedralium sive Collegiatarum insignium iis praeditos esse reditibus, qui sustinendo decenti eorum gradui pro loci et personarum qualitate sufficiant, *Concil. Trid. sess.* 24, *cap.* 15. *de reform.* Quamobrem S. Congregatio ad tenues augendos Canonicatuum reditus, ubi alia non suppeterent media a sacris canonibus statuta, non raro imminutionem Missarum aliorumque onerum tribuit, ceu videre est *in Nullius S. Martini* 11

Se-

Septembris 1820, *et in Nursina Onerum* 9 *Julii* 1828. Exigui autem censentur Canonicatuum, et Capellanarum choralium reditus, si cunctis Missarum aliorumque onerum subductis impendiis, Canonicis et Capellanis scutata saltem triginta vel quadraginta non supersint ad chorale servitium perferendum, quemadmodum docent exempla *in Massanen. Reductionis onerum.* 14 *Decembris* 1822, *et in Nullius Trium Fontium Unionis Beneficiorum et reductionis Missarum* 20 *Decembris* 1828 *ad II. dub.*

Quod vero pertinet ad absolutionem praeteritarum omissionum, optima Oratorum fides, ac praebendarum tenuitas justam praebere videntur causam, ut eorum preces a vestra, Emi Patres, humanitate benigne excipiantur.

Sint igitur

Dubia

I. *An sit concedenda exemptio ab applicatione Missæ Conventualis etiam diebus dominicis et festis de præcepto in casu etc.*

Et quatenus negative

II. *An et quomodo sint reducendæ Missæ ex fundatorum voluntate celebrandæ in casu etc.*

III. *An et quomodo sit consulendum SSmo. pro absolutione a præteritis omissionibus in casu etc.*

Ad I. Negative.

Ad II. Affirmative juxta votum Episcopi.

Ad III. Affirmative celebratis duabus Missis et Officiis juxta votum Episcopi.

Sess. 7 cap. 4, et sess. 24 cap. 17 de reform.

LUCANA INCOMPATIBILITATIS. Vetustissimis temporibus, ac procul dubio seculo decimo quarto ad Collegiatae honorem evecta est parochialis Ecclesia S. Alexandri Majoris Lucensis Civitatis, quemadmodum coeva testantur monumenta. Hujus Ecclesiae divino servitio nedum Prior, qui unica est Capituli Dignitas, animarumque gerit curam, sed insuper sex Canonici, totidemque Capellani sunt mancipati. Ex capitularibus constitutionibus anno 1689 ab Ordinario approbatis, tum Canonici, tum Capellani singulis Dominicis ceterisque festis diebus Vesperas in choro canere, nonnullisque aliis sacris functionibus interesse tenebantur, et qui suo deerat muneri, distributionibus, quae praesentibus accrescerent, muletabatur. Et quamvis in re tenui semper Canonici versati sint, utpote quorum praebenda, quotidianis distributionibus additis, annua scutata octodecim non excesserit; numquam tamen illorum in suis muneribus obeundis ardor elanguit. Imo quum omni re sacra per Italiam turbata ac pessumdata Collegiatae hujus bona Fisco fuissent addicta, perstiterunt illi in Ecclesiae suae cultu, nullis licet ad id terrenis emolumentis allicerentur. Quoniam vero in Apostolicis litteris anni 1820, quibus nonnulla Lucensium Canonicorum Collegia in antiquum restituebantur statum, ac etiam congrua ex patrimonio ecclesiastico Lucensi augebantur dote, nulla habita fuerat ratio Capituli S. Alexandri, ita ut istud Apostolicae Sedis auctoritate suppressum duceretur; idcirco sa. me. Pius VII., cum ex Canonicorum precibus et Lucensis Archiepiscopi litteris sibi innotuisset, eidem Collegiatae S. Alexandri *ab aliquorum beneficentia ac pietate novos nunc, atque uberiores proventus existere*, datis litteris in forma Brevis die 26 Januarii 1821 commisit memorato Archiepiscopo, ut Capitulum S. Alexandri *ad priora jura* redintegraret, et quatenus opus esset, rursum erigeret, quaeque illi bona quorumdam liberalitas largiretur, ei perpetuo addiceret, nec non *praefatam Ecclesiam S. Alexandri majoris esse Canonicorum*

rum sedem, seu Collegiatam decerneret, *ea tamen lege, ne Ecclesia et Collegium praedictum Canonicorum unquam oneri sit patrimonio ecclesiastico Lucensis Ducatus.*

Quum res ita se haberet, Sacerdos Aloisius Bonifazj ex bonis Capellaniae, quae extabat in paræciali ecclesia *di Montefegatesi*, probante Sede Apostolica, septimum canonicatum anno 1823 erexit in memorata Ecclesia S. Alexandri, *con dovere il detto settimo Canonico essere soggetto a tutte le leggi ed oneri, a cui sono sottoposti gli altri Canonici di detta Collegiata.* Imo; quum seipsum pro prima vice, suumque dein proximum successorem nominandi ab Apostolica Sede facultatem impetrasset, hoc utens jure seipsum nominavit, suumque successorem nominandi facultatem sibi reservavit, = con dichiarazione però che se fosse prevenuto dalla morte prima di nominare il suo successore, in tal caso s'intenda ora per allora nominato il Reverendo Antonio Bonifazj suo nipote, al presente Rettore della Parrocchiale Chiesa di Chifenti, lasciando a lui la libertà o di accettare il detto Canonicato e rinunziare la Parrocchia, ovvero di ritener la Cura e di poter chiedere e ottenere dalla S. Sede Apostolica quelle grazie che crederà per combinare il Canonito e la Cura =. Canonicus itaque Aloisius nunc ex delato sibi privilegio nominare exoptat nepotem suum Antonium Bonifazj: huic tamen nominationi obstat S. Alexandri Capitulum, suumque assensum denegat, nisi memoratus Antonius aut paraeciam antea resignet, aut ad residendum, et ad singula canonicatus onera explenda sibi eligat coadjutorem. Hic igitur supplicem Sacro huic Ordini offert libellum = pregandolo a degnarsi di togliere ogni ostacolo alla sudetta nomina, e a dichiarare che il fondatore è in diritto di nominare il Parroco esponente, protestando di essere pronto a rinunziare alla parrocchia, se il possesso di questa formasse impedimento per conseguire il Canonicato =.

Rem pro informatione et voto ad Lucensem ablegavi Archiepiscopum, qui refert inprimis, plurimas extare in dioe-

dioecesi parœcias suo pastore viduatas, ac proinde de causa canonica concessionis gratiae ab Oratore implo-ratae ambigi nullo modo posse. „ Cum Canonici (per-„ git Archiepiscopus) ex Bulla erectionis nec prae-„ bendas, nec distributiones aliquas habeant, ideoque „ onera nulla vigore ipsius Bullae habent; qua de „ causa non video, qua lege ad residendum tenean-„ tur. Post novam a S. Sede obtentam Capituli ere-„ ctionem nullas Constitutiones Canonici adhuc con-„ fecerunt, sed regulam sponte normamque sumunt „ ex veteri codice, in quo variae extant praescriptio-„ nes ab Ordinario approbatae, quas antiqui Cano-„ nici sibi proposuerunt, et quas novi etiam Canoni-„ ci in suis functionibus peragendis in parte servant. „ Functiones aliquas infra annum, uti etiam funera-„ lia eorum, qui infra limites Paroeciae S. Alexandri „ decedunt, nonnullaque festa sponte celebrant, qui-„ bus omnibus Canonici vi particularium sibi consti-„ tutarum constitutionum intersunt choro, piasque „ functiones agunt, sed precario fidelium stipendio „ conducti, vel ex voluntariis distributionibus ex pro-„ priis bonis sibimetipsis constitutis, non vero ob „ canonicas distributiones juxta ecclesiasticas leges con-„ stitutas „. Refert denique fundatorem canonicatus non modo votis Oratoris assentiri, verum etiam insta-re, ut Orator sui voti compos evadat, annuum vero canonicatus reditum ad scutata quadraginta quatuor, paroeciae autem ad septuaginta sex scutata pertingere. „ Quoad vero incompatibilitatem (subdit idem Ar-„ chiepiscopus) servitii choralis cum parochiali Be-„ neficio, cum praefati Canonici S. Alexandri nulla „ lege ad residentiam teneantur, Orator ad suam „ honestam tuitionem unum et alterum ex enunciatis „ Beneficiis obtinere posse videretur, saltem pro in-„ terim et usque dum cessante deficientia Sacerdotum „ idoneorum, Paroeciae, cui nunc praeest, per alium „ Parochum provideri possit „.

Hisce quae facti erant praemissis, ea nunc rationum momenta, quae Sacerdotis Bonifazj causam juvare vi-dentur expendenda breviter aggredior. Atque in pri-

mis

mis exploratissimum in jure est, et ab Sacra Congregatione pluries definitum, ea beneficia, quae residentiae legem adjunctam habent, adeo inter se incompatibilia esse, ut uno eodemque tempore retineri a clericis nullo modo possint, *Concil. Trident. Sess. 7. cap. 4. et Sess. 24. cap. 17. de Reformat., Sac. Congregat. in Maceraten. 3. Septembr.* 1825. §. *Verum*. Nisi igitur Collegiatae S. Alexandri canonicatus ab omni residentiae onere prorsus eximerentur, non poterant certe canonici et ejusdem Collegiatae canonicatum, et aliud residentiale beneficium uno eodemque tempore retinere. Jam vero canonicos S. Alexandri vel antiquissimis usque temporibus, quibus, suppressa nondum Collegiata, Capituli dignitas magis vigebat, residentiale beneficium in Lucensi Metropolitana saepius obtinuisse luculentissima exempla testantur. Quae quidem, inquit Bonifazj, cum inficiari Capitulum nequeat, fateatur necesse est, S. Alexandri Canonicos nulla prorsus ad residendum lege obligari. Et sane cum ex Archiepiscopi testimonio apertissime constet, ipsius Collegiatae canonicos esse mere honorarios, quippe qui neque ullas obtinent praebendas, neque quotidianas lucrantur distributiones: cumque Canonici honorarii, qui stallum dumtaxat habent in choro numquam ad residentiae legem compelli possint, *S. Congr. in Terracinen. seu Setina* 19 *Januarii* 1788 §. *Recipi*, *in Fulden.* 21 *Novembris* 1767 §. *Quod*, *et in S. Miniatis* 24 *Novemb.* 1827 §. *Hinc*, perspicuum profecto est, S. Alexandri Canonicos non adeo ad residentiam obstringi, ut alia beneficia assequi omnino prohibeantur.

Nec quidquam sibi obesse putat sacerdos Bonifazj, eosdem Canonicos consuevisse ex veteribus Capituli constitutionibus singulis diebus festis ad Vesperas choro interesse. Nam licet Summus Pontifex quoad privilegia et dignitates Collegiatae Ecclesiam pristino statui restituerit, noluit tamen Canonicos ad ea, quibus antea gravabantur, explenda onera obligari: siquidem amissis in Collegiatae suppressione reditibus novi reditus pro eorumdem Canonicorum stipendio minime

subsituebantur. Quamobrem de illiusmodi onere nu la in secundae erectionis bulla mentio instituitur quinimo, erecta iterum Collegiata absque ullo redi tuum proventu, adeo injunctum onus negligi coeptun est, ut jam in desuetudinem abiisse prorsus videatur Denique ad residentiam non teneri, qui reditus nimium tenues, ducendaeque vitae impares ex beneficio percipiunt docet *Card. Petra ad constit. 7. Innocent. III. n.* 28, et monet *S. Congr. in Fulden.* 21 *Novembris* 1767 §. *Quod, et in Lunen. Sarzanen.* 14 *Augusti* 1824 §. *Perpendendum.* Atqui ex Archiepiscopi relatione manifeste colligitur, Canonicatus S. Alexandri nullis praeditos esse reditibus, Canonicatum autem Bonifazj, cui inhiat Orator, exiguum quadraginta quatuor scutatorum reditum vix excedere: quo quidem reditu fieri profecto nequit, ut ipse Orator, prout suae exigit conditionis ratio, honeste vitam traducere valeat.

Verum Canonici censent aliter rem esse dijudicandam. Primum enim, inquiunt, revocari in dubium nullo modo potest, Ecclesiam S. Alexandri insignem esse Collegiatam, cum id non modo luculentissimis ostendatur argumentis, sed ne a præsbytero quidem Bonifazj ambigi videatur. Jam vero Collegialium Ecclesiarum Canonicos ad residentiam omnimode obligari sancitum est a Tridentinis Patribus *sess.* 24 *de reform. cap.* 12, ubi hæc habentur. „ Obtinentibus in cathedralibus „ aut Collegiatis canonicatus non liceat vigore cujus„ libet statuti, aut consuetudinis ultra tres menses ab „ iisdem Ecclesiis abesse „. Si igitur ex Tridentinæ Synodus constitutione vel ii ad residentiam obligantur canonici Collegiatæ, qui veterem absentiæ probare possunt consuetudinem, multo magis ad residentiam obligari debent canonici Collegiatæ Ecclesiæ S. Alexandri, in qua nulla unquam absentiæ extitit consuetudo. Præterea latam a Tridentina Synodo legem ad Collegiatas etiam non insignes spectare definivit Sac. Congregatio ejusdem Tridentinæ Synodus interpres *in causa Burgos ann.* 1573. *lib.* 1. *decret. pag.* 33. apud Benedictum XIV. Instit. eccl. 107. num. 2. = SSñus Dominus,

nus, etiam ex sententia Congregationis Concilii declaravit, immemorabilem consuetudinem non excusare a residentia in Ecclesiis Cathedralibus, et Collegiatis insignibus. In Collegiatis autem non insignibus posse excusare, dum tamen sint rurales, prorsus destitutæ, et in quibus nunquam antea supra hominum memoriam solitum esset residere, aut quæ adeo tenuis redditus essent, ut Canonicos aliunde non habentes unde vivant, alere non possint =. Nec etiam satis habetur tenuitas redituum, siquidem eadem Sac. Congregatio, teste *Fagn. in cap. Cum omnes de constit. n.*31., censuit „ in Collegiatis Ecclesiis unumquemque ex titula„ tis, seu canonicis teneri per seipsum inservire, nisi „ aliquæ ex ipsis adeo modici reditus sint, ut titulares „ aliunde non habentes unde vivant, alere non pos„ sint, ac præterea adsit etiam consuetudo non resi„ dendi „. Si igitur ex Sac. Congregationis definitione Canonici Collegiatæ etiam non insignis ac tenuis reditus ab residentiæ onere non eximuntur, multo minus Canonicis Collegiatæ insignis ab eodem onere eximi dicendum est.

Deinde quamplurima in medium afferunt exempla, ex quibus apertissime evincitur S. Alexandri Canonicos sæpius pro absentiæ indulto Sacram hanc exorasse Congregationem. Atque illud in primis memorant, Canonicum nempe Cajetanum Cardosi, cum Parisios se contulisset, ut apud Apostolicum Nuntium Secretarii munere fungeretur, supplices dedisse Sac. Congregationi literas, ut sibi liceret ab suo Canonicatu abesse, quin tamen annuum illius reditum amitteret. Delatis autem precibus ita Sacer Ordo rescripsit „ *Attenta relatione Archiepiscopi, pro suo arbitrio et conscientia Oratori gratis indulgeat, ut a residentia sui Canonicatus per annum tantum, absque spe ulterioris prorogationis ex caussa præmissa abesse possit*. Atqui residentialem certe non appellasset Canonicatum, neque delatis precibus annuisset, nisi illius Collegiatæ Canonicos ad residentiam prænovisset obligari. Quod vero, pergunt Canonici, objicit Sacerdos Bonifazj, nonnullos scilicet ex Collegiatæ Capitulo residentiale beneficium in Lucensi

Metropolitana aliquando retinuisse, id suæ causæ officere potius, quam prodesse videtur. Constat enim, asserunt Canonici, eosdem pro beneficiorum, quæ uno eodemque tempore retinebant incompatibilitate ab Apostolica Sede veniam obtinuisse. At hujusmodi venia opus certe non erat, si S. Alexandri Canonicatus residentiæ legem injunctam non habuissent.

Ceterum quod exiguitatem redituum spectat, animadvertendum præstat, ejusmodi fuisse vel ab ipsis Collegiatæ primordiis; nunc autem ex fidelium largitate reditus uberiores, quam antea, esse, veluti enarrant Apostolicæ Litteræ anni 1821. Nec valde exigui putandi sunt fructus Canonicatus Bonifazj; nam ex responsis hujus Sac. Congregationis patet, tenues dici non posse Capitularium reditus, si annua scutata triginta excedant, *In Amerina* 18. *Septemb.* 1751., *in Taurinen.* 10. *Julii* 1790., *in Camerinen.* 14. *Decemb.* 1793. Ad residentiam igitur obstringitur possessor Canonicatus, quem assequi optat Sacerdos Bonifazj, cum ejus reditus, testante Archiepiscopo, ad scutata quadraginta quatuor pertingant.

Præterea Canonicatum Bonifazj incompatibilem esse cum Paræcia, quam possidet Orator, vel ex eo patet, quod Parochus nequeat animarum curæ incumbere, simulque munia choralia obire. Cum enim ejusdem Canonicatus possessor iisdem ex fundationis lege devinciatur oneribus, quibus subsunt Canonici S. Alexandri; eumque isti sive ex vetustis constitutionibus, sive ex hodierno instituto quædam per se ipsos perferre onera teneantur, perspicuum est Canonicatum cum Paræcia ratione munerum, quæ eodem forsitan tempore forent aliquando implenda, ab eodem sine Apostolicæ Sedis venia retineri non posse, *Rigant. ad reg.* 1. *Cancel.* §. 8. *n.* 15., *Sac. Congregat. in Signina Beneficii* 3. *Augusti* 1771. §. *Incompatibilitas.*

Si EE. VV. Beneficia, de quibus agitur, incompatibilia judicaverint, illud quæso decernant, an saltem ad tempus sit Oratori concedenda dispensatio, ceu æquitati congruum, et Ecclesiæ utilitati opportunum existimat Archiepiscopus. Hinc proponuntur

Du-

Dubia

I. *An constet de incompatibilitate Paræciæ cum Canonicatu in casu etc.*

Et quatenus affirmative.

II. *An sit supplicandum SSmo pro dispensatione in casu etc.*

Ad I. Affirmative.

Ad II. Affirmative ad triennium, impletis oneribus Canonicatus per temporarium Coadjutorem.

REATINA. Mos inoleverat Reate, ut Rectores Ecclesiarum diebus festis campanas ad vocandos Christifideles pulsarent eodem ferme tempore, quo animarum curatores Missam parochialem celebrare, et sermonem ad populum habere solent. Illud exinde passim eveniebat, ut rudiores præsertim homines a parochiali templo adeundo, et ab audienda sacrosancti Evangelii explicatione abalienarentur, atque ad alias potius se conferrent Ecclesias, ubi a præcepto audiendi Sacrum citius sese expedirent. At Parochis de consuetudine hujusmodi conquerentibus, hodiernus Episcopus ad tramites synodalium constitutionum, quas ediderunt Antistites Camarda et Guinigi, die 9 Februarii 1829, dum sacram ageret visitationem, decrevit, ne quisquam sive Monialium, sive Confraternitatum, sive aliarum Ecclesiarum Rector auderet in posterum = *suonare la Messa, che due ore prima, che suoni quella delle rispettive Parrocchie, entro i di cui limiti si ritrovano; al qual' effetto si metteranno d'accordo coi Rettori delle medesime Parrocchie, sotto pena d' incorrere nella multa di scudi due per ciascuna contravenzione* =. Ejusmodi Episcopi prohibitionem quamvis ceteri omnes diligenter custodire non prætermittant, eam tamen Canonicum Flavium Pitoni Rectorem Ecclesiæ sub invocatione SSmi Infantis Jesu crebro violasse affirmat Camil-

Sess. 22. Decr. de observ. et vitan. in celeb. Miss.

millus Tomassi Parochus Ecclesiæ S. Nicolai. Cumque Parochus ægro id ferat animo, et Canonicum Pitoni in officio contineri cupiat, ne oves sibi commissæ parochiale templum deserant, dum ipse sanctum Evangelium est explicaturus, EE. VV. deprecatur, ut decernere dignentur, utrum Episcopi decretum sit servandum.

Hinc votum Reatini Præsulis exquirendum censui; at, ipso absente, Vicarius Generalis qua Parochum, qua Canonicum accersivit, rationumque momenta ab utroque exhibita ad hanc Sacram misit Congregationem. Ceterum „ ut meo muneri satisfaciam (pergit Vicarius) „ exponere debeo, in Ecclesia sub Infantis Jesu invo„ catione, quæ decem circiter passus a parochiali S. Ni„ colai distat, non semel me audivisse et vidisse die„ bus festis tam ante, quam post latum decretum pul„ sare campanas eadem fere hora, in qua Parochus „ Missam parochialem erat celebraturus, vel paulo post. „ Et licet Canonicus Pitoni ab Episcopis, praesertim „ actuali monitus, obtemperare semper renuit. Nec „ valet asserere sacras functiones in sua Ecclesia ipsum „ peragere obtenta facultate et licentia ab Episcopo, „ vel eo absente ab ejus Vicario Generali: nam de„ bebat etiam cum Parocho convenire de hora et „ tempore, ut Parochus liber esset in suis officiis „ obeundis „.

Si vetus Ecclesiae disciplina spectanda foret, dominicis, aliisque festis diebus populus ad Ecclesiam parochialem convenire devinceretur, ut inibi Missam Parochi audire, et fidei rudimenta addiscere valeat, *Natal. Alex. Theol. Moral. lib.* 1. *de Sacros. Euch. art.* 5. *reg.* 10., *Bened. XIV. de Syn. Diœc. lib.* 11. *cap.* 14. *num.* 70. Verum ea est novissimae disciplinae ratio, ut fideles solummodo hortentur ad Ecclesiam parochialem adeundam, ut ibi Missæ sacrificio, sacrisque intersint functionibus. Et revera Tridentina Synodus *sess.* 21. *decret. de observ. et evitan. in celebr. Miss.* id unum Episcopis praecipit, *ut moneant etiam eumdem populum, ut frequenter ad suas Parochias saltem diebus Dominicis, et majoribus festis accedat.*

Ita-

Itaque ex vigenti Ecclesiae disciplina quisquam forsitan anceps haerere posset, utrum fieret Episcopis interdicere, ne diebus festis in publicis Oratoriis et Ecclesiis non parochialibus Sacrum celebretur, vel etiam decernere, ut statuta duntaxat hora Sacrificium offeratur, itaque populus ad Ecclesiam parochialem quadam veluti necessitate accedere cogatur. At omnem hac super re ambiguitatem perimit Benedictus XIV. *Instit. eccl.* 44., *et de Syn. Diœc. lib.* 12. *cap.* 7. *num.* 7. docens id a prudenti Episcopi arbitrio pro locorum, aliorumque adjunctorum varietate omnino pendere. Concinunt rescripta hujus Sacri Ordinis, qui *in Forolivien. Jurium parochialium* 18 *Novembris* 1684 *lib. decret.* 34. *pag.* 389. rogatus = *An Beneficiatus seu Rector in dicta sua Ecclesia S. Mariæ possit Missam celebrare ante Missam a Parocho celebrandam* = respondit = *Affirmative, nisi aliter Episcopus rationabiliter disponat* =. Similiter *in Cassanen.* 11 *Julii* 1767. proposito dubio III. = *An Dominicis et festis diebus dictis Clero et Presbyteris in Ecclesia S. Mariæ Gratiarum liceat ad libitum in quacumque hora eis benevisa celebrare Missas sive lectas, sive cantatas in casu etc.* rescriptum prodiit = *Ad III. Negative, et Episcopus provideat, quod Missa parochialis diebus festis celebretur hora opportuna, et in eadem Missa fiat sermo post Evangelium.*

Jam vero si Episcopus pollet jure interdicendi Ecclesiarum Rectoribus, ne diebus festis ante Missam parochialem, vel alio temporis spatio in suis Ecclesiis Sacrum faciant, eo magis ipsis jus esse debet prohibendi campanarum tantummodo pulsationem, ne fideles ejusmodi pulsatione moniti ad alias potius Ecclesias, quam ad parochiale Templum se eo tempore vel paulo ante conferre excitentur, quo Parochus rem divinam est facturus, et sermonem ad populum habiturus. Verum Episcopalis decreti vim ne ipse quidem Canonicus Pitoni impetere nititur, illudque unum propugnat = che io non ho mai celebrato o fatto celebrare nella mia Chiesa alcuna Messa pochi momenti prima o contemporaneamente a quella del Parroco, me-

no che non sia accaduto qualche volta nei giorni di Ritiro; ma in quei giorni si celebra la S. Messa ai Congregati senza suono di campane, perchè non accedano Donne ad ascoltare, se è ritiro di uomini, e viceversa = . At quoniam hodiernae quaestionis cardo in jure potius quam in facto versatur, utrum scilicet sacrae visitationis decretum suis stare debeat viribus, non autem utrum Canonicus Pitoni illud violaverit, comminatamque contraxerit poenam, idcirco ab allatis utrinque probationibus violationem legis spectantibus hic enucleandis me abstinendum reor. Quamobrem proponitur

Dubium

An sit servandum decretum sacræ visitationis in casu etc.

Affirmative.

Sess. 24. cap. 8. de reform.

FOROSEMPRONIEN. PRÆBENDÆ POENITENTIARIÆ. In Cathedrali Forosemproniensi Ecclesia adeo tenui censu instructa est Canonici Pœnitentiarii Præbenda, ut, comprehensis quoque distributionibus quotidianis, ad annuam quadraginta quinque scutatorum summam vix pertingat. Huic redituum tenuitat. aliquo incremento succurrere cupiens Episcopus, ad hanc Sacram Congregationem confugit, suumque ea de re consilium sapientissimo Eñorum Patrum judicio expendendum probandumque subjicit. Sex enim Capellanias, seu simplicia Beneficia, quæ ab eorum fundatoribus nuncupantur *Pellegrini*, *Bentivogli*, *Zandri*, *Marinelli*, *Giottoli*, *Taffajani*, Forosemproni-

du-

dudum vacare enarrat. Ex iis, quæ supersunt, monumentis constat, hujusmodi Capellaniis onus inesse Missarum 458. in Cathedrali et in aliis Ecclesiis quolibet anno celebrandarum. Quænam initio fuerit cujusque Capellaniæ dos, in tenebris antiquitatis delituit; illud tamen certum exploratumque est, annuos earum reditus partim periisse, partim decrevisse, adeo ut in præsens vix scutata triginta quinque simul attingant. Hinc fit, ut Capellaniæ suo sint jamdudum viduatæ Rectore, et Missarum onera negligantur. Quare Forosemproniensis Antistes enixis precibus ab EE. VV. efflagitat, ut eædem Capellaniæ uniantur Præbendæ Canonici Pœnitentiarii; ut onera Missarum reducantur ad annua Sacra centum; ac tandem ut Canonico Pœnitentiario facultas tribuatur easdem Missas celebrandi in Ecclesia Cathedrali. Ceterum cum aliquot præteritorum annorum fructus collecti exinde non fuerint, hos quidem ipsos Pœnitentiario Canonico concedendos autumat obtestaturque Episcopus, ea tamen sub lege ut ad taxam Synodalem totidem ille in eadem Ecclesia celebret Missas.

Quæ in suis precibus exposuit Episcopus, eadem ex more rogatus confirmat in relatione ad hanc S. Congregationem, ac se voti compotem redditum iri confidit, præsertim quia patroni quatuor Capellaniarum, quæ juri subsunt patronatus, suum memoratæ unioni præbent assensum. Etenim „ Præbendæ Pœnitentialis re„ ditus exiguos equidem esse, maxime si officii gra„ vitas inspiciatur, nemo non videt; unde tam unio„ nis, quam reductionis necessitas sponte descendit, „ neque adest ullus, qui ad id supplere teneatur. Si „ enim ex Tridentino pro præbendæ Pœninentialis ere„ ctione Præbenda proxima vacatura unienda foret, „ simplicia, ac tenuiora Beneficia pro congrua Pœni„ tentiarii sustentatione fortius unienda esse censeri „ mihi videtur, eo vel magis quia in præsenti casu „ onerum Beneficiorum, de quibus sermo est, satis„ factio, eorum vacatione perdurante, non satis tuta „ haberi potest. Jam vero ut dictorum Præbendæ Pœ„ nitentialis reddituum tenuitati sensibiliter succurra-

„ tur, Missas Beneficiorum reducere putarem, nam „ posita etiam petita reductione, ac Missarum eleemo- „ syna juxta taxam Concilii Romani accepta, reditus „ liberi ex omnibus sex Beneficiis nonnisi in scut. 18. „ 47. sæpedictæ Præbendæ Pœnitentiali adduntur. Ac- „ cedit quod fructus nonnullorum censuum non faci- „ le exigi poterunt. Translationem quoque Missarum „ necessariam existimarem; fere enim Pœnitentiario „ impossibile foret ad statutas Ecclesias pro earum „ celebratione se conferre. „

Sacri quidem canones a beneficiorum unione abhorrent, ne divinus Ecclesiarum cultus imminuatur, *Concil. Trid. sess.* 25 *cap.* 5. *de reform.* ; verum perpetuas quoque uniones ex legitimis, aut alias rationabilibus causis fieri posse tradit *Syn. Trid. sess.* 7. *cap.* 6. *de reform.* Rationabilem, atque adeo legitimam in themate occurrere unionis causam suadet tenuitas redituum Præbendæ Pœnitentiariæ; siquidem Benedictus XIII. in constitutione = *Pastoralis officii* = ad omnem de cetero penitus eliminandam excusationem dilatæ erectionis Præbendae Theologalis aut Pœnitentiariæ ob tenuitatem præbendarum, statuit ac præcepit, quod ubi altera ex præfatis Præbendis = *computatis etiam distributionibus quotidianis, ad annuum saltem reditum scutatorum sexaginta monetæ romanæ non ascendat, pro summa ad hanc taxam conficiendam deficiente, Episcopi unire possint et debeant eidem Præbendæ aliquod simplex Beneficium, cujus supplemento prædicta summa conficiatur, primo vacaturum in quocumque mense, qualitercumque, ac quomodocumque Sedi Apostolicæ affectum, et reservatum* = . Ejusmodi autem unionem ad reditum saltem scutatorum sexaginta æquandum ab Episcopis peragi posse etiam post Præbendarum Theologalis et Pœnitentiariæ erectionem eruitur ex rescriptis hujus Sacri ordinis *in Camerinen. Præbendæ Theologalis et Poenitentiariæ* 3. *Decembris* 1735. *et in Nucerina Paganorum Præbendæ Theologalis* 1. *Martii* 1738. Jam vero adeo exiguis Canonicatus Pœnitentiarius Cathedralis Ecclesiæ Forosemproniensis præditus est reditibus, ut annuum vix afferat fru-

fructum stipatorum quinque et quadraginta, quemadmodum refert Episcopus Justa itaque ac legitima præsto esse videtur unionis causa.

At inutilis evaderet hæc Beneficiorum unio, nisi EE.VV. congruam concederent onerum reductionem. Profecto ex enarrata rerum serie aperte colligitur, annuum Beneficiorum valorem ita decrevisse, ut impar omnino sit cunctis perferendis Missarum oneribus, ideoque ex hujus Sacræ Congregationis more ea foret indulgenda Sacrorum imminutio, quæ annuis respondeat fructibus, *Benedict. XIV. de Syn. Diœces. lib.* 13. *cap. ult. n.*35., *S. Congr. in Januen. Reductionis Missarum* 22 *Aprilis* 1826. Verum in præsenti casu ampliorem Episcopus efflagitat onerum reductionem, ut Canonicus Pœnitentiarius decenti non destituatur vitæ tuitione. Nimirum Sacram hanc Congregationem ad congruam vitæ alimoniam Canonicis, Parochis, aliisque Ecclesiæ ministris suppeditandam Missarum onera sæpius reduxisse probant exempla *in Massanen. Reductionis onerum* 14 *Decembris* 1822, *in Senogallien.* 19 *Decembris* 1825, *et in Nursina Onerum* 19 *Julii* 1828.

Translatio quoque Missarum, quæ extra Cathedralem Ecclesiam forent litandæ, impertienda videtur. Etenim Canonicus Poenitentiarius, qui divinis laudibus in choro persolvendis, ac præsertim fidelium confessionibus excipiendis sedulam operam navare obstringitur, vix fieri posset, ut ad statutas Ecclesias, Sacrum ibidem facturus, se conferret, quin suo aliquando deesset muneri. Rationabili autem intercedente causa concedi solet Missarum translatio, nam idem animabus fundatorum obvenit suffragium sive in una, sive in altera Ecclesia incruentum Sacrificium offeratur, *S. Congr. in Placentina Legati Pii* 14 *Septembris* 1782, *et in Tolentinaten. Commutationis voluntatis* 22 *Aprilis* 1826 §. *Nec.* Multoque magis Pœnitentiario facultas concedatur oportet in Missarum celebrationem erogandi fructus Beneficiorum superioribus annis non collectos, cum id consonum esse pateat, tam fundatorum voluntati, quam instituto hujus Sacri Ordinis, veluti colli-

gitur *ex Januen. Commutationis voluntatis* 25. *Maji* 1822, *et ex Tusculana Subsidiorum dotalium* 16 *Augusti* 1828 §. *Tandem.*

Verum si Emi Patres unionem Beneficiorum, amplam Missarum reductionem, earumque translationem concedendam putarent, supremis decedentium voluntati vulnus aliquod infligerent. Porro qua ex cæsareo, qua ex sacro jure docemur, ultimas decedentium voluntates adamussim esse servandas, *L.* 1. *Cod. de SS. Eccles.*, *can. ultima voluntas caus.* 13. *q.* 2., nihil enim est, quod magis hominibus debeatur, quam ut supremæ voluntatis, postquam aliud velle non possunt, liber sit stylus, et licitum quod amplius non redit arbitrium, *L.* 7. *Cod. de testam.*; *S. Congr. in Camerinen. Erectionis Ecclesiæ Collegiatæ* 17 *Maji* 1828. §. *Hisce.*

Erit nihilominus decernere

I. *An sit concedenda unio Beneficiorum in casu etc.*

II. *An et quomodo sit concedenda Missarum reductio in casu etc.*

III. *An sit concedenda Missarum translatio in casu etc*

IV. *An et in quem usum sint convertendi fructus Beneficiorum hactenus non percepti in casu etc.*

Non proposita cum sequenti.

Sess. 23. *cap.* 6., *et Sess.* 24. *capit.* 17. *de reform.*

URBEVETANA DISPENSATIONIS. Nobilis Familia Saracinelli gaudet jurepatronatus simplicis Beneficii in Ecclesia S. Laurentii Villæ Canalis a Bernardino Saracinelli anno 1590 fundati, cujus reditus vim scutatorum septem quotannis non excedere perhibetur. Ad hujusmodi Beneficium ex fundatoris lege nominandus est *Sacerdos, qui obligatus sit celebrare unam Missam quolibet mense in dicta Ecclesia.* Cumque Beneficii ejusmodi nuper obtigerit vacatio, Comes Vincentius Saracinelli nominationem contulit in filium suum Hieronymum annos decem jam natum, et clericali militiæ mancipatum, qui ex Apostolicæ Sedis dispensatione præter canonicalem præbendam in Ecclesia

Col-

Collegiata Oppidi Cryptarum Castrensium erectam, simplex possidet Beneficium sub invocatione S. Bonaventuræ. At quoniam gens Saracinelli gravi premitur rei familiaris angustia, reditus autem tum Canonicatus, tum Beneficii, subductis oneribus, vix scutata septuaginta quolibet anno attingunt; ideo præfatus Comes dispensationem ætatis pro filio suo enixis precibus efflagitat, ut hic Beneficium quoque S. Laurentii assequi, ac facilius studiis operam dare valeat.

Hinc rogandum censui Eñum Urbevetanum Episcopum, ut, auditis iis quorum interest, Sacram Congregationem instructam reddere, votumque suum aperire dignaretur. Mandatis morem gerens Eñus Episcopus, retulit, ad familiam Saracinelli Beneficii patronatum procul dubio spectare. „ Fretus hoc jure Comes Vin„ centius nominavit filium suum Hieronymum. At „ cum pari jure gaudeant Comes Carolus frater Vin„ centii, designavit Sacerdotem sibi benevisum Lau„ retum Armoni. Discrepant igitur patronorum voces: „ at si perpendatur, Clericum Hieronymum a Comi„ te Vincentio patre suo nominatum, esse de patrono„ rum sanguine, licet testatoris verba nullam de ju„ re passivo favore suorum mentionem faciant, censerem juri et æquitati consonum præponere Sacerdo„ ti extraneo Clericum, de testatoris familia, quae in „ summis versatur angustiis. Cumque alius non adsit „ idoneus passive vocatus, nec cui praejudicium in„ feratur, existimarem concedi posse eidem Clerico „ dispensationem super defectu ætatis „.

Et sane huic Sacro Ordini nihil antiquius quam patronis, eorumque filiis inopia sive absoluta, sive respectiva laborantibus opem ferre modo suspensione nominationis, modo dispensatione ætatis ad assequenda Beneficia, modo etiam onerum reductione. Prostant exempla *in Asculana Dispensationis* 23 *Maji* 1786., *in Sabinen. Suspensionis nominationis* 25 *Junii* 1803, *et in Hortana Canonicatus* 20 *Martii hujus anni*. Oratoris familiam nedum respectiva et gravi premi paupertate, sed summis versari in angustiis testatur Eñus Episcopus. Quocirca ætatis dispensatio haud videtur dene-

gan-

ganda paùperi Clerico, qui cum fundatore sanguine jungitur, et ab altero ex patronis nominationem retulit, praesertim quia de simplici hic agitur Beneficio, cujus onera per alium impleri commode possunt, quin ullum aut divinus cultus, aut fundatoris anima detrimentum patiatur.

Verum animadvertere juvat, Clericum Hieronymum, licet ex fundatorum genere descendentem, haud passivo gaudere patronatu, et media tantum patronalium vocum parte, aeque ac Sacerdotem Lauretum Armoni, esse praeditum. Jam vero inter eos qui aequo censentur jure, is praeferendus est, qui magis dignus perspicitur, et praerogativa a fundatore praestituta donatur, *Piton. de controv. patron. alleg.* 85. *n.* 15., *Rot. cor. Ansaldo in Volaterrana Beneficii* 7. *Julii* 1709. §. *Ast*. Lauretus autem Armoni utpote Sacerdos dignior est Clerico decenni, ac eo fulget ordine, quem in nominando ad Beneficium voluit fundator. Ne itaque dĩgnior, et aequo pollens jure posthabeatur, deneganda foret Clerico Hieronymo aetatis dispensatio.

At si Eñi Patres inopi Clerico opitulandum censuerint, eidem dispensationem quoque super pluralitate Beneficiorum concedant oportet. Etsi enim Tridentini Patres *sess.* 24. *cap.* 17. *de reform.* quemquam plura Beneficia obtinere prohibuerint; nihilominus Apostolica Sedes si unum et alterum Beneficium ad vitae sustentationem non sufficiat, indultum solet impertire tertiam assequendi praebendam *Fagnan.,in cap. Jam dudum de praeben.*, *Reiffent. lib.* 3. *decret. tit.* 5. *n.*267. *et seq.* Duo, quae ab Hieronymo possidentur, Beneficia haud sufficere ad decentem ejus vitae tuitionem facile intelligitur, sive Oratoris generis nobilitas, sive annui eorumdem Beneficiorum fructus spectentur.

Erit vero sapientiae Eñorum Patrum decernere

An sit consulendum SSño pro dispensatione super defectu aetatis, ac super pluralitate Beneficiorum favore Clerici Hieronymi in casu etc.

Die Sabbati 22. *Maji* 1830. *in Palatio Apostolico Quirinali erit Sacra Congregatio Concilii, in qua præter alia proponentur infrascripta Dubia, juxta morem ejusdem Sacræ Congregationis de jure resolvenda.*

FOROSEMPRONIEN. PRÆBENDÆ POENITENTIARIÆ. *Sess. 24. Cap. 8. de Reform.*

Dubia

I. *An sit concedenda unio Beneficiorum in casu etc.*
II. *An, et quomodo sit concedenda Missarum reductio in casu etc.*
III. *An sit concedenda Missarum translatio in casu etc.*
IV. *An, et in quem usum sint convertendi fructus Beneficiorum hactenus non percepti in casu etc.*

Ad I. II. et III. Dilata, et scribatur Episcopo, an sit alia ratio ad tramites constitutionis Bened. XIII. providendi absque diminutione Missarum.

Ad IV. Affirmative in celebrationem Missarum juxta votum Episcopi.

URBEVETANA DISPENSATIONIS. *Sess. 23. cap. 6., et Sess. 24. cap. 17. de reform.*

Dubium

An sit consulendum SSmo pro dispensatione super defectu ætatis, ac super pluralitate Beneficiorum favore Clerici Hieronymi in casu etc.

Negative.

RO-

Sess. 25. cap. 13. *de Reform.*

ROMANA SEPULTURÆ ET EMOLUMENTORUM.

Vobis, Emi Patres, hodierno die dirimenda proponitur controversia, quæ de funere Felicis Trulli inter Capitulum Basilicæ S. Mariæ Trans-Tyberim, et Archiconfraternitatem S. Mariæ Orationis et Mortis exorta est. Huic Sodalitati nomen suum mulier dederat, et in Monasterio SS. Rufinæ et Secundæ, intra limites Parochiæ S. Mariæ Trans-Tyberim posito, convictrix degebat. Supremæ suæ voluntatis elogium ipsamet mulier litteris consignaverat, ubi illud inter cetera edicebatur, ut testatricis cadaver in Ecclesia memoratæ Confraternitatis tumulo conderetur. Cumque gravi jam laboraret infirmitate, Tabellionem acciri jussit, ut debitis testamentum muniretur solemnitatibus; at quod animo complectebatur, exoptabatque, letho præpedita efficere non potuit, ac solummodo Confessario, et reliquis adstantibus suum circa electionem sepulturæ pandidit animum. Enatis hinc super ipsius tumulatione dissidiis, decrevit R. P. D. Vicesgerentis in Urbe Auditor, ut loco depositi in parochiali Ecclesia non modo defunctæ cadaver humaretur, sed omnia etiam ceræ emolumenta asservarentur. Re tamen ad hunc S. Ordinem a Capitulo postea delata, rogandos de more censui pro informatione et voto tum Emum Basilicæ S. Mariæ Trans-Tyberim Titularem, tum Emum præfatæ Archiconfraternitatis Protectorem; quorum uterque singula cujusque partis jura sapientissimo EE. VV. judicio in scriptis exarata subjecerunt.

Tota quæstio eo unice spectat, ut ex jure decernatur, utrum constet in themate de valida sepulturæ electione a Felice Trulli peracta. Etsi enim antiquitus nullo plane in loco eligi sepulcra possent, præterquam in Ecclesiis parochialibus, *cap. Nos instituta*, *cap. Fraternitatem*, *et cap. In nostra de sepult.*; ex hodierna tamen disciplina ita libera est ejus rei electio iis omnibus, qui legitima sint ætate, nec ullo jure prohibeantur, *cap. Cum super de sepult.*, ut, si in Confraternitatum Ecclesiis seu Oratoriis sepulcrum rite constructum existat, idemque sibi Confratres et Sorores

va-

valide elegerint, ibi prorsus debeant ipsorum cadavera tumulari, soluta Parocho quarta funerali, ceu tradit *Samuel de Sepult. tract.* 1. *disput.* 5. *contr.* 10. *per tot.*, *Bassi de sodalit. quæst.* 5. *n.* 5., *Rot. decis.* 17. *n.* 9. *post Antonell. de jur. et oner. Cleric.*, *S. Congr. in Nuscana Sepulturæ* 19. *Novembris* 1735., *et in Feretrana Juris sepeliendi* 21. *Aprilis* 1742.

Jam vero Capitulum S. Mariæ Trans-Tyberim validam sepulturæ electionem nonnisi duobus modis confici posse contendit ex edicto Emi Cardinalis Vicarii diei 17 Augusti 1822. Etenim ad præcidendas quæstiones, quæ sæpe excitabantur *sulla validità delle dichiarazioni di volontà che alcune persone emettono per la scelta della sepoltura nell' atto di ascriversi ai così detti Centesimi delle Confraternite di questa Città, ovvero in progresso, il più delle volte colla semplice fede di un solo testimonio, il quale si rende sospetto per essere ordinariamente membro della Compagnia associata* = sa: me: Pius VII. legem evulgari jussit, qua decerneretur = *In avvenire niuna elezione di sepoltura potrà effettuarsi se non o a forma di rogito avanti un publico Notaro, ovvero avanti due Testimonj degni di fede, niuno de' quali abbia alcuna aderenza colla Confraternita, a cui il tumulando sarà ascritto, o colla Chiesa in cui vorrà esser sepolto. Tutti gli atti, che non fossero eseguiti nel sopraccennato modo, si considereranno nulli, e come non fatti; e la sepoltura sarà data secondo le forme canoniche, come se niuna dichiarazione esistesse. E' in conseguenza vietato alle Confraternite di fare eleggere ulteriormente le sepolture nel modo fino ad ora pratticato, e che fosse in contradizione alle presenti disposizioni, sotto le pene etc.* Hujus autem legis præscripto ita anteriorem quamlibet legem fuisse abrogatam existimant Canonici, ut id unum in themate inquirendum putent, an scilicet Felix Trulli alterutram in eligendo sibi sepulcro rationem servaverit.

Porro etiamsi mulier suam ea de re voluntatem quibusdam manu sua subscriptis literis dicatur expressam reliquisse, certum tamen est, testamentarias hasce li-

teras nec ullius unquam testis fide munitas, nec publico cuiquam Notario fuisse ante mortem traditas, ut legitimi elogii robur assequerentur. Hinc vel ipsos defunctæ consanguineos ex lege, non ex testamento ad hæreditatem pervenisse ait Capitulum, cum aliquot præsertim legatis nullo pacto voluerint satisfacere, quemadmodum tria a Capitulo allata testimonia commonstrant. Quod si forte in aliquibus rebus supremam demortuæ mentem sponte exequi hæredibus libuisset, non ideo tamen parochialis Ecclesia præjudicium juri suo inferri posse autumat, adeo ut sepulturæ electionem, quam nullitatis vitio infectam propugnat, validam fateri invita cogatur. Quamvis enim hodierna controversia ad pias causas redigi, ac de Felicis Trulli testamento ex piarum causarum privilegiis judicari velit, animadvertit Capitulum *ex cap. Relatum de Testam.* duorum saltem testium præsentiam idcirco exigendam esse, et sine ulla dubitatione probandam.

Ceterum nihil ad rem prodessent testes, ex quibus erueretur, præfatam fæminam, dum viveret, sua interdum vota patefacere consuevisse, ut in Ecclesia S. Mariæ Orationis et Mortis tumularetur. Horum namque desideriorum significatio æstimanda perfecto non est pro legitima sepulcri electione coram testibus habita, quippe quæ explicito deliberatæ voluntatis actu, non simplici consilii enunciatione debet consistere, *Surdus decis.* 238. *num.* 14., *Dunozett. decis.* 792. *num.* 16., *Card. De Luca de fideicom. discur.* 183. *num.* 2.

Quamobrem perspicuum esse arbitratur Capitulum, Felicem Trulli præcitato Emi Cardinalis Vicarii edicto nullatenus adhæsisse, ejusque proinde sepulcri electionem, si qua adfuit, ita ex superius dictis illegitimam esse et invalidam, ut Archiconfraternitati neque illius cadaver, neque ulla funeris emolumenta sint restituenda *ad tradit. per Pignatell. consult.* 176. *t.* 4., *Rot. in Romana Funeris* 19. *Junii* 1747. *cor. Vicecomite, et S. Congr. in Brictinorien. seu Nullius S. Ruphilli Jurium Parochialium* 31. *Maji* 1766.

Ete-

Etenim de Felice Trulli non aliter sentiendum est, inquiunt Canonici, ac si absque ulla sepulturæ electione decesserit: quo in casu cujuslibet Sodalitatis Confratres et Sorores in Parœcia sepeliendos esse docent *Pignatell. tom.* 1. *consult.* 17 *num.* 18., *et tom.* 4. *consult.* 216., *S. Congregatio in Nuscana Sepulturæ* 19. *Novembris* 1735., *et in Fabrianen. Funerum* 30. *Januarii hujus anni* §. *Porro*.

Sed Archiconfraternitas S.Mariæ Orationis et Mortis valide ac legitime constare tuetur de Felicis Trulli voluntate, ut ejus cadaver in Sororum sepulcro tumulari oporteat. Hanc enim mentem confectis testamenti tabulis inscriptam, suaque etiam manu obsignatam ea mulier reliquit, neque id negandum putarunt Canonici S. Mariæ Transtyberim, dum in supplici suo libello expositum est, Felicem Trulli obiisse *senza che fatto avesse nelle forme volute dalla legge il suo Testamento a meno di un manoscritto dalla medesima firmato, dove fra le altre risoluzioni, e lascite eleggeva la sepoltura nella Chiesa di S. Maria dell' Orazione, e Morte di Roma*. Atqui hujusmodi testamentum, etsi publica nec Notarii nec testium fide instructum sit, defendit nihilominus Archiconfraternitas tamquam olographum, esse prorsus habendum, adeoque tum ad causas pias, tum ad legitimam potissimum sepulturæ electionem omni pollere validitate. Re quidem vera si valida fieri potest sepulturæ electio per nutus etiam et signa, quando aliquis loqui non possit, dummodo satis constet de eligentis voluntate, *S. Congr. in Sorana Funerum* 24. *Aprilis* 1723.; si testium depositio de sepolturæ electione suam habet vim, licet in scriptum redacta non fuerit, *Ventrigl. in prax. for. eccles. adnot.* 52. §. *unic. num.* 45., *Nicol. lucubr. canon. lib.* 4. *tit.* 15. *num.* 21., *et S. Congr. in Senogallien. Funerum* 11. *Aprilis* 1739., idque ne libertas eligendi sepulturam indirecte coerceatur contra Constitutiones Apostolicas Urbani VIII. et Clementis X., ut ad rem notat Ursaya *discept.* 28. *num.* 11. *tom.* 1. *part.* 2.: profecto eo magis sepulcri electio suis stare debet viribus, ubi ex propria

morientis manu et subscriptione luculentissime constiterit, quemadmodum de testamentis ad pias causas docent *Reiffenst. lib.* 3. *Decret. tit.* 26. *num.* 143., *et seq.*, *Fagnan. in cap. Relatum de testam. n.* 9., *Pirhing. de testam. n.* 20. *aliique.*

Neque sibi obesse putat præfata Archiconfraternitas edictum Emi Cardinalis Vicarii, cujus norma ad propositam controversiam superius prostat. Id enim unum pro valida sepulturæ electione lex exigit, ut manifestissima ac plane libera sit defunctorum mens, veluti rationem ac vim edicti perpendenti liquido apparet, ac eruitur ex sententia R. P. D. Vicesgerentis die 17. Decembris 1829. prolata ad dirimendam controversiam inter Archiconfraternitatem Jesus et Mariæ ac Parochum SS. Vincentii et Anastasii agitatam super Josephi Lezzani tumulatione; quæ quidem sententia hisce constat ex verbis = *Sepulturam eligere nemini prohiberi potest. Electio autem est quid facti, ideo probanda est . . . notificatio electionem per testes factam declarat, modumque exprimit, non destruit modos alteros, quibus electio fieri potest, et jus emologat. Adest singrapha proprio charactere signata. Ex jure est de electione satis constare per testamentum et codicillum licet invalidum, per scripturam propria manu subscriptam. Quomodocumque se res habeat, de intentione incriticabiliter constat, quod legis fundamentum est* =.

Præterea duo etiam testimonia proferunt Confratres S. Mariæ Orationis et Mortis, ut voti sui compotes fieri possint. Primum est illud Canonici Petri Grossi, qui Felicis Trulli Tutor et Confessarius extitit, quique in actis Notarii Ciccolini palam professus est = *che prima della sua morte la defonta in sua presenza, e della Signora Anna Felice Biondi di lei Cameriera, non che di Giuseppe Ferretti Inserviente nel detto Monastero, dichiarò ed espressamente ordinò, che seguita la di lei morte il cadavere fosse tumulato nella Ven. Chiesa dell' Archiconfraternita di S. Maria dell' Orazione e Morte di Roma, di cui era Sorella. Continuandola poi ad assistere sino alla morte, non*

mai

mai rivocò la sua disposizione di esser sepolta cioè nella Ven. Chiesa della Archiconfraternita ec. = Alterum quoque adest testimonium Annæ Felicis Biondi coram eodem Notario emissum, quæ sponte deposuit *essere stata al servizio della fu Felice Trulli ed averla sempre assistita in tutti i suoi bisogni, e fino agli ultimi periodi della sua vita, e che vivente alla sua presenza, del Rmo Sig. Canonico D. Pietro Grossi, Signora Giuseppa Ferretti inserviente ed altri, più di una volta dichiarò ed espressamente ordinò che passata da questa all' altra vita al suo cadavere fosse data ecclesiastica sepoltura nella Chiesa della Ven. Archiconfraternita dell' Orazione e Morte di Roma, nè mai rivocò, mentre visse, tal sua disposizione* =. Indubiam igitur ac validam esse sepulturæ electionem a Felice Trulli peractam censet Archiconfraternitas, cum duo ad hanc rem testes satis esse declaraverit S. Congregatio *in Tiburtina Electionis sepulturæ 4. Julii* 1722, *et in Sorana Funerum 24. Aprilis* 1723, atque sanciverit edictum Emi Vicarii diei 17. Augusti 1822.

Si allatis Archiconfraternitatis rationibus EE. VV. assentiant, consonum juri est, ut non modo emolumentorum solutioni locus esse debeat, quæ ad Ecclesiam tumulantem præter quartam funeralem spectant, sed cadaveris etiam exhumationi, quo deinde possit in Ecclesia tumulari, ubi sepultura electa fuerit *ex text. in cap. Animarum de sepult. in* 6., *ex rescripto Alexandri III. in cap. Cum liberum sit de sepult.*, *et S. Congreg. in Nuscana Sepulturæ* 28. *Januarii* 1736. Nihilominus eadem Sac. Congregatio *in Tudertina 4. Julii* 1722. *prop. dub.* = *an sit locus exhumationi et restitutioni cadaveris, de quo agitur, et quæ emolumenta sint restituenda* = respondit *Affirmative etiam quoad emolumenta, et amplius, et ad mentem, et mens est, quod cadaver exhumari non debeat.* Ad humanitatem enim pertinet, ut salvis juribus et emolumentis, cui debentur, defunctorum ossa, quanto minus fieri possit, vexentur et commoveantur, *leg.* 39. *de relig. et sumpt. funer.*, *S. Congr.*

in

in Ariminen. Juris tumulandi 12. Decembris 1824. §. Si.

Itaque proponitur

Dubium

An constet de valida electione sepulturæ in Ecclesia Confraternitatis ita ut sit locus restitutioni cadaveris et emolumentorum in casu etc.

Dilata ad primam post proximam.

Sess. 21. cap. 4. de reform.

IMOLEN. ERECTIONIS PAROECIÆ. Binæ in territorio Balneariæ Imolensis Diœceseos antiquitus numerabantur parochiales Ecclesiæ, altera intra moenia sub auspiciis S. Joannis Baptistæ, altera ab oppido nonnihil distans sub invocatione S. Andreæ Apostoli. Quisque animarum curator suam consueverat administrare Paroeciam, quin ullam alter alteri exhiberet subjectionem. Temporis injuria Ecclesia S. Andreæ penitus diruta, Imolensis Episcopus in sacra visitatione anni 1576 unionem utriusque Parœciæ decernendam censuit, atque oppidi Parochus vocari coepit Archipresbyter Ecclesiæ SS. Joannis Baptistæ, et Andreæ Apostoli. Ne quid autem populus ex hujusmodi unione pateretur detrimenti, sanxit, ut reditibus præbendæ S. Andreæ, et quarta parte proventuum *di stola bianca e nera* duo fruerentur perpetui Capellani, qui Archipresbytero in obeunda animarum cura inservirent, ac insuper quartam expensarum partem pro Ecclesiæ sacrorumque supellectilium tuitione uterque perferret. Verum Cardinalis Donghi, dum sacram anno 1659 ageret visitationem, proventus et bona Capellanis perpetuis attributa perpetuo uniri decrevit præbendæ Archipresbyterali, ea tamen sub lege ut binos Capellanos ad nutum amovibiles sibi adscisceret Archi-

chipresbyter, quorum singulis scutata quinquaginta quolibet anno solvere teneretur. Decretum istud, ubi primum alterutrius obtigit perpetuæ Capellaniæ vacatio, illico executioni ex parte demandatum fuit, altera vero Capellania rectore perpetuo numquam caruit, bonisque jam inde a principio sibi addictis etiamnum gaudet.

Inter hujus perpetuæ Capellaniæ Rectorem et Archipresbyterum crebra superioribus temporibus exarserunt jurgia, quibus causam præbuere munia a Capellano explenda, ac præsertim divisio tam emolumentorum stolæ, quam expensarum pro Ecclesiæ servitio, et Dei cultu. Hujusmodi Capellania suo nuper orbata est rectore, et Emus Episcopus secum reputans, quomodo dissidia futuris temporibus abrumpi, simulque commoditati plurium parochianorum, qui agros incolentes uno et altero ab oppido distant lapide, consuli posset, eam sibi facile intellexit ineundam esse rationem, ut nova in Balneariæ territorio erigeretur Parœcia. Huic explendo consilio illud apposite accedit, quod sub finem seculi decimi octavi piis fidelium eleemosynis e fundamentis excitata, ac etiam dote ornata fuerit Ecclesia elegantis structuræ, et satis ampla in honorem Deiparæ ab Divino Auxilio. In hac Ecclesia, quæ mille circiter passus ab oppido dissita est, commode erigi posset nova Parœcia, cujus Rector reditibus ad præfatam Capellaniam perpetuam spectantibus gaudeat, ac memoratæ Ecclesiæ dotem, cujus procurationem huc usque gessit Archipresbyter Balneariæ, in posterum administret. Quam ob rem Emus Episcopus preces detulit ad hanc Sacram Congregationem, ut sibi novam certis sub legibus erigendi Parœciam impertiretur facultas.

Eumdem Emum Episcopum rogavi, ut accersitis iis, quorum interesse poterat, nonnulla referret, quæ judicio EE. VV. viam sternerent. Commisso munere illico functus est Emus, responsumque dedit „ Ar-
„ chipresbyter Balneariæ, qui unice interesse habet
„ in re de qua est sermo, consensum suum liberum
„ ac spontaneum dedit ad hoc ut nova Paroecia in

Ec-

„ Ecclesia B. M. V. ab Auxilio erigatur, cum dis-
„ membratione animarum quatercentum quinquaginta
„ circiter ab Ecclesia Archipresbyterali. Et licet per
„ novæ Paroeciæ erectionem illius jurisdictio mi-
„ nuatur ac Presbytero privetur, qui in cura anima-
„ rum atque exercitio divini cultus ipsi auxiliabatur,
„ nihilominus damnorum tantum petit compensatio-
„ nem, quæ causa erectionis novæ Paroeciæ sustinere
„ cogitur. Itaque præbendæ Archipresbyteralis Eccle-
„ siæ uniri postulat ædem, in qua residere consuevit
„ Capellanus perpetuus, et binas petias terræ tor-
„ naturarum decem, quarum annuus fructus ascendit
„ ad scutata quinquaginta quatuor (nimirum ex præ-
„ dio Borghetto ₡ 22., ex agro Domandesio ₡ 11., ex
„ domo parochiali ₡ 21., non subducto onere perpetuo
„ Missarum quinquaginta eidem domui annexo).

„ Hanc autem compensationem a dicto Archipresbytero
„ petitam non excedere damnorum præfatorum justam
„ æstimationem; itemque perlevis incommodi præben-
„ dæ capellaniæ perpetuæ futuram constat. Et revera
„ Archipresbyter Balneariæ assumit in se onera, quæ
„ Capellanus perpetuus in Ecclesia Archipresbyterali
„ sustinebat, videlicet quartam partem expensarum
„ pro Ecclesiæ manutentione, pro exercitio cultus,
„ pro emolumento concionatoris in Adventu, celebra-
„ tionem festi S. Joannis Baptistæ, ejusque capellæ
„ manutentionem, aliaque onera, (quæ insimul sum-
„ mam conficiunt scutatornm quadraginta). Rursus
„ Archipresbyter præfatus cedit favore Capellaniæ per-
„ petuæ duo capitalia census, quorum annuus fructus
„ constituit summam scutorum trium et obolorum se-
„ ptuaginta duorum cum dimidio.

„ E contra Capellania perpetua ob cessionem domus præ-
„ dictæ, et tornaturarum decem Terræ liberatur omni-
„ no ab expensis, quas in Archipresbyterali Ecclesia
„ sustinere cogebatur; Capellanus perpetuus percipit
„ nihilominus proventus stolæ respondentes curæ ani-
„ marum, quæ novæ Paroeciæ adjudicantur; nec non
„ fructus censuum, quos Archipresbyter illius favore
„ cedit. Et cum Ecclesia S. Mariæ ab Auxilio bona

pro

„ pro sua dote possideat, quæ ad annua scuta quin-
„ quaginta circiter ascendunt, quæque pro Ecclesiæ
„ et Fabricæ manutentione ac cultu Deiparæ insumenda
„ sunt, sequitur novum Parochum debere sibi et pauperi-
„ bus tantum (qui in novæ Paroeciæ ditione perpau-
„ ci sunt) fructus et proventus Capellaniæ perpetuæ
„ reservare .

„ Ultra quam quod si Eminentiis Vestris placuerit ,
„ posset novo parocho ratione administrationis bono-
„ rum spectantium ad ecclesiam Deiparæ ab Auxilio,
„ nec non ob ejusdem Ecclesiæ custodiam , emolu-
„ mentum aliquod attribui ex præfatis bonis percipien-
„ dum in compensationem oneris celebrandi Missam
„ pro populo singulis diebus festis , quo gravatur no-
„ vus parochus .

„ Archipresbyteralis Ecclesiæ Balneariæ annui reditus
„ ascendunt ad scuta tercentum cum incertis stolæ .
„ Reditus vero Capellaniæ perpetuæ summam scuto-
„ rum centum et decem , comprehensis incertis stolæ,
„ complent . Paroecia S. Mariæ ab Auxilio independens
„ erit ab Archipresbyterali Ecclesia Sanctorum An-
„ dreæ et Joannis Baptistæ in Oppido Balneariæ . Quia
„ autem ex dimembratione animarum ab hac Ecclesia
„ nova exurget Paroecia , ideirco congruum videtur ,
„ ut aliqua honoris signa erga Archipresbyterum re-
„ serventur .

„ Hæc autem Eminentiis Vestris propono . Novus Pa-
„ rochus in festis Sanctorum Andreæ et Joannis Ba-
„ ptistæ offeret Archipresbytero unam libram ceræ ela-
„ boratæ: nunquam Fons Baptismalis erigi poterit in
„ Ecclesia B.M.V. ab Auxilio: in hac celebrari nequeant
„ festa diebus , quibus alia festa in Archipresbytera-
„ li Ecclesia celebrantur . Archipresbyter jus habebit
„ asportandi imaginem B. M. V. ab Auxilio a propria
„ ad Archipresbyteralem Ecclesiam triduo tantum Ro-
„ gationum minorum : Archipresbyter uti poterit Ec-
„ clesia B. V. ab Auxilio occasione exequiarum , quæ
„ in Coemeterio Balneariæ fieri solent in die comme-
„ morationis omnium fidelium defunctorum , item si
„ alicujus defuncti Archipresbytero subjecti suffragia

„ in die depositionis illius fieri debeant in Ecclesia „ B. M. V. ab Auxilio : tandem uti hac Ecclesia Ar„ chipresbyter poterit occasione delationis defuncto„ rum sibi subjectorum ad Coemeterium , causa su„ per illos exequias complendi . De reliquo nullum „ aliud honoris signum Archipresbytero deferendum „ putarem a novo Parocho , ne occasio præbeatur jur„ giis , et dissentionibus .

Novæ Paroeciæ erectionem permittunt Patres Tridentini *sess.* 21. *cap.* 4. *de reform.* , quoties ob locorum distantiam , sive difficultatem parochiani sine magno incommodo ad percipienda sacramenta et divina officia audienda accedere non possunt . Hinc tradunt Doctores ad novæ Paroeciæ erectionem sufficere distantiam loci sine difficultate , aut difficultatem sine distantia , *Fagnan. in cap. Ad audientiam de Eccl. ædific. n.*19., *S. Congr. in Adrien. Parochialis* 18. *Decembris* 1773. §. *Concilium* , *et in Ravennaten. Dismembrationis* 5. *Aprilis* 1783. Quamvis autem jure cautum non sit , quanta esse debeat conciliaris distantia , ideoque prudenti judicis arbitrio relinquatur , ut scribit *Fagnan. loc. cit. n.* 18. , *et S. Congr. in Verulana Erectionis Parochiæ* 8. *Maji* 1784. §. *Patet* , ea tamen ab aliquibus satis habetur , quæ in secundo consistat lapide ; quum ejusmodi iter , sine gravi incommodo , hiemali præsertim tempore , fieri nequeat , ut docent *Constant. vot.* 343. *n.* 10. , *Pirhing. in jus canon. lib.* 3. *cap.* 16. *num.* 31.

In themate nulla licet fiat mentio de viarum difficultate , attamen ea subest distantia , quam Canonistæ sufficientem existimant , ut Episcopus novam valeat instituere paroeciam , cum haud exigua populi pars in agris commoretur , atque uno vel altero ab Ecclesia parochiali sejuncta sit milliario . Præterea de veteri potius redintegranda , quam de nova nunc primum erigenda paroecia hic agitur , ideoque necessitas et utilitas instituendæ paroeciæ clarius elucet . Nec prætereundum cuncta præsto esse , quæ ad Ecclesiæ tuitionem , ad cultum divinum ibidem exercendum , et ad congruam alimoniam Rectori suppeditandam hisce

in

in casibus necessaria sunt. Ipse Balneariæ Archipresbyter, cujus maxime interesse deberet, ne jura sua dismembratione minuerentur, nedum assentitur, sed libenter plaudit sententiæ Eñi Episcopi, huic ita rescribens = Io non posso che applaudire a sì benefica mira, giacchè in primo luogo tende ad arrecare il massimo comodo alla parte più lontana dell' attuale mio popolo, che per la distanza di ben due miglia, non può facilmente portarsi a quest' Arcipretale, come non può l'Arciprete accorrere coll' opportuna sollecitudine ad apprestarle nelle occorrenze i necessarj soccorsi della Religione. In secondo luogo la soppressione d'una Cappellania Curata esistente in quest' Arcipretale, che lungi all' essere di sussidio come dovrebbe essere a tenore di sua erezione, fu piuttosto in ogni tempo produttrice di dissensioni tra gli Arcipreti, e i Cappellani Curati =.

Nonnulla tamen occurrere videntur, quæ Eñorum Patrum animos inducere possent ad respuendam novæ paroeciæ erectionem. Quum enim paroeciarum ac beneficiorum dismembrationes et uniones sint odiosæ, ac sapiant alienationem jurium Ecclesiæ, sine justa ac urgenti causa fieri nequeunt, *Trid. Syn. sess.* 25. *cap.* 5. *de reform.*, *S. Congr. in Lancianen. Unionis* 17. *Martii* 1827. §. *In jure*. Justa autem et urgens causa in themate desideratur; jurgiis enim, quæ Archipresbyterum inter et Capellanum perpetuum hactenus extiterunt, modus atque adeo finis procul dubio imponeretur, si decretum Cardinalis Donghi executioni cumulate traderetur, et Capellaniam, quæ nunc perpetua est, ad nutum amovibilis declararetur. Spirituali autem parochianorum ruri incolentium necessitati satis consultum foret, si alter ex Capellanis Sacrum faceret in Ecclesia B. Mariæ Virginis ab Auxilio, ibique fidelibus Sacramenta administraret; quo in casu ad paroeciæ erectionem haud esse deveniendum respondit *Rot. decis.* 34. *num.* 10. *cor. Falconer. in miscellan.*, *S. Congr. in Ventimilien. Dismembrationis* 8. *Augusti* 1818. §. *Eo*.

Nihilominus quoties EE. VV. novam paroeciam duxe-

rint esse instituendam, decernant quæso, quibus sit eadem legibus constringenda. Cuperet sane Archipresbyter Balneariæ, ut ad damna, quæ ex paroeciæ dismembratione, et Capellani privatione ipse perferre cogitur, sibi aliquo pacto rependenda, uniantur præbendæ Archipresbyteralis Ecclesiæ nedum ædes, in quibus residere consuevit Capellanus perpetuus, sed etiam duo prædia ad Capellaniam de qua agitur spectantia. Æquitati insuper, sacrisque canonibus consentaneum arbitratur Emus Episcopus, ut Archipresbyteralis Ecclesia certis quibusdam donetur præeminentiis et juribus; Paroeciæ siquidem dismembrationem passæ exhibendum esse aliquem honorem eumque vel in aliquo censu, vel alio onere consistere scribit *Fagnan. in cap. Ad audientiam de Eccles. ædific. n.* 4. *et* 40., *et Reiffenst. lib.* 3. *decret. tit.* 48. *num.* 18.

Illud tamen inquirere oportet, utrum expediat nec ne, annuo reditu scutatorum quatuor et quinquaginta privare Capellaniam perpetuam, et cuncta, quæ suggerit Emus Episcopus, Archipresbyterali Ecclesiæ reservare jura et honoris signa. Et sane annuus ejusdem Capellaniæ census, comprehensis emolumentis stolæ, vix ad scutata decem supra centum pertingere liquet ex Emi Episcopi relatione; ideoque si huic Sacro Ordini probatione digna videretur proposita bonorum unio ad sarciendam Ecclesiæ Archipresbyteralis jacturam, scutata quinquaginta sex tantummodo novæ paroeciæ Rectori superessent, quibus si addantur annua sc. 3. 72. ex censibus ab Archipresbytero cedendis proficiscentia, atque etiam exiguum augmentum emolumentorum stolæ, congrua novi Parochi scutata sexaginta vix excederet. Porro valde tenuem esse hujusmodi paroeciæ dotationem elicitur ex disciplina hujus S. Congregationis, quæ tradit Parochorum congruam saltem scutata centum attingere debere, *in Civitatis Castellanæ* 24. *Novembris* 1821. *ad II. Dub.*, *et in Tudertina* 27. *Aprilis* 1822., ac probe novit Emus Episcopus, qui propterea vobis, Emi Patres, auctor esse videtur, ut aliquod ex bonis Ecclesiæ B. Mariæ Virginis ab Auxilio detrahendum emolumentum eidem Parocho attribuatur.

Quod

Quod vero pertinet ad jura et honoris signa Archipresbytero reservánda, duo præcipuum in modum sunt disquisitione digna, nimirum privatio Fontis Baptismalis in præfata Ecclesia Deiparæ ab Auxilio, et jus Archipresbyteri funebria ibidem persolvendi officia. Etenim parochianis ruri commorantibus, ac uno alteroque lapide ab oppido dissitis valde molestum foret, hiberno præsertim tempore, pueros ad Ecclesiam Archipresbyteralem potiusquam ad propriam Parochiam baptizatum deferre. Item novus Parochus aegre ferret, ut ad suam Ecclesiam ab Archipresbytero cadavera pro explendo funere deducantur, et jurgia ac dissensiones super præeminentiis et juribus nullo negotio exardescerent.

Sint

Dubia

I. *An sit locus erectioni novæ paroeciæ in Ecclesia Deiparæ ab Auxilio in casu etc.*

Et quatenus affirmative

II. *An et quæ bona ad Capellaniam perpetuam spectantia sint unienda præbendæ Archipresbyteralis Ecclesiæ SS. Joannis Baptistæ et Andreæ Apostoli in casu etc.*

III. *An et quæ pars redituum Ecclesiæ Deiparæ ab Auxilio sit tribuenda novo ejusdem Ecclesiæ Parocho in casu etc.*

IV. *An et quæ jura ac honoris signa sint reservanda Archipresbytero Ecclesiæ SS. Joannis Baptistæ et Andreæ Apostoli in casu etc.*

Ad I. Affirmative.

Ad II. III. et IV. Dilata et ad mentem.

Sess. 7. *cap.* 8. *et sess.* 21. *cap.* 8. *de reform.*

TUSCANEN ET ORDINIS MINORUM CONVENTUALIUM RESTAURATIONIS ECCLESIÆ. Fratribus Minoribus Conventualibus, qui extra mœnia Tuscaniæ morabantur, sub finem seculi decimi tertii se juxta Templum S. Jacobi intra civitatem positum transferendi potestatem fecit Tuscanensis Episcopus, eisque concessit *ipsam Ecclesiam cum suis pertinentiis, scilicet domibus, cœmeterio, et hortis circumadjacentibus, et platea*, imo et sacris supellectilibus, omnibusque Ecclesiæ ornamentis. At *possessiones alias et Parochiam ad prædictam Ecclesiam pertinentes* sibi suisque successoribus censuit reservandas. Hujus Templi curam, quod eleganti forma constructum est, ac tamquam S. Francisci Assisinati nuncupatum postea haberi cœpit, omni studio, et ædificato etiam cœnobio gesserunt iidem Religiosi, donec ob sacrarum publicarumque rerum perturbationem, quæ seculo decimo octavo exeunte misere obtigit, illam deserere compulsi sunt. Factum hinc est, ut Antistes Tuscanensis tam Ecclesiæ, quam omnium bonorum derelicti cœnobii administrationem interea susciperet. Ubi primum autem Pontificiæ ditionis pax reddita est, memorati Religiosi supplices adierunt sa. me. Pium VII. ab eoque die 15 Junii 1801 veniam impetrarunt, ut bona et reditus suppressi cœnobii S. Francisci Tuscanensis civitatis unirentur collegio S. Antonii Minorum Conventualium in urbe existenti, cujus est viros ejusdem ordinis mittere ad prædicandum infidelibus Jesu Christi Evangelium. Paullo post, scilicet die 29 Octobris 1804, ad tenues Collegii reditus augendos ab Sede Apostolica facultatem obtinuerunt perpetuo transferendi ad præfatum Collegium S. Antonii *Missarum, aliaque onera transferibilia, quibus gravatus reperiebatur* Conventus S. Francisci. Aliud die 11 Martii 1807 rescriptum assequuti sunt, quo declarabatur = sacra supellectilia, mobilia, campanas, aliaque omnia olim pertinentia ad Conventum et Ecclesiam S. Francisci ordinis Minorum Conventualium Civitatis Tuscanensis, ipsamque Ecclesiam et Conventum censenda esse translatione

sata, et cum aliis bonis comprehensa, et incorporata favore Collegii Divi Antonii Patavini ejusdem Ordinis pro Missionibus in partibus infidelium = .

Apostolicis hisce suffultus rescriptis, nullumque sibi onus imminere autumans Rector Collegii Missionum, Templum S. Francisci sacra supellectili expoliavit, itaque illud despexit, ut brevi ruinam pene minitaretur. Quamobrem cl. mem. Cardinalis Severolius sacram Tusciniæ peragens visitationem die 15 Maji 1823 Ecclesiam et Altaria suspendit, et constituit Collegio Missionum *terminum unius anni ad effectum restaurandi Ecclesiam prædictam; quo termino elapso mandavit apponi sequestra super reditibus bonorum dicti suppressi conventus, applicandis pro restauratione prædicta*. Cumque decretum ejusmodi nihili fecissent Minores Conventuales, hodiernus Tuscanensis Episcopus in sacra visitatione diei 2 Aprilis 1829 decretum illud confirmavit ac *in executionem ejusdem et præsentis novi decreti mandavit immediate apponi sequestra super reditibus bonorum dicti suppressi Conventus, applicandis pro restauratione Ecclesiæ*. Hac sequestratione perculsum Collegium, sibique onus instaurandi Ecclesiam haud incumbere contendens, ad hunc confugit S. Ordinem, ac Promotori Fiscali Curiæ Tuscanensis terminum ad deducenda jura sua præfiniri postulavit, ut Episcopi decretum tamquam injustum confestim revocaretur.

Promotor Fiscalis ab Episcopo, cui de more dedi litteras, vix monitus sua illico protulit rationum momenta, de quibus infra erit agendi locus; imo ne pene fatiscens Templum S. Francisci, ubi mira adoratur imago SSmi Crucifixi, et ubi extat altare S. Antonio Patavino civitatis Compatrono dicatum, decidat in præceps, Promotor Fiscalis, ac etiam Tuscaniæ Civitas EE. VV. deprecatur, ut quæstionem quam cito dirimere dignentur.

Ex enarrata rerum serie duo certa exploratæque arbitratur Promotor Fiscalis, nimirum nedum Ecclesiam, sed etiam ædes, hortos, aliaque adjuncta seculo decimo tertio ab Tuscanensi Antistite fuisse Fratribus Minoribus Conventualibus concessa, atque istos ad suppres-

sionem usque Cœnobii S. Francisci onus jugiter subiisse instaurandi Ecclesiam, et inibi exercendi cultum divinum. In dubium igitur revocari non potest, onus illud qua ex Ecclesiæ et bonorum cessione, qua ex postera ac perenni consuetudine Cœnobitis, prætereaque nemini, perpetim incubuisse. Jam vero Coenobitarum successor extitit Collegium Missionum; huic enim Apostolicæ Sedis largitione data sunt bona omnia et jura Ecclesiæ S. Francisci, ac suppressi Conventus, imo Ecclesia ipsa, ejusque sacra supellex et ornamenta. Quemadmodum itaque Missionum Collegium cunctis Coenobitarum fruitur bonis, quorum annuos fructus ad scutata trecenta pertingere affirmat Promotor Fiscalis, ita onera, quæ ipsis inerant, perferat oportet *ad tex. in L. unic.* §. 4. *Cod.* de *caduc. toll.*, *R.* 55. *J. in* 6., neque enim ferendus est is, qui lucrum quidem amplectitur, onus autem eidem adnexum contemnit.

Præterea Apostolica Sedes, ipsis postulantibus Regularibus, anno 1807 declaravit, Ecclesiam S. Francisci translatam esse cum bonis, et incorporatam favore Collegii Missionum. „ Ad quid autem, subdit Tuscanensis Epi„ scopus, concessam et incorporatam? Nisi suppona„ tur ut et Patroni existant Religiosi, sive Collegium, „ et manutenendo conservent, dicendum venit, Sum„ mum Pontificem Ecclesiam concessisse tamquam ne„ mus ad cædendum; quod nequit absque gravissimo „ piaculo suspicari. Absit igitur tam scelesta præsum„ ptio, et piam religiosamque tanti Pontificis mentem „ interpretando fateatur Orator, Templum utique ad „ Collegium Missionum pertinere una cum onere „ Templum idem manutenendi „ Et revera Collegium Missionum sive tamquam rector, sive tamquam patronus Ecclesiæ S. Francisci habeatur, onus instaurationis subire cogitur *ad text. in cap.* 1. *et* 4. *de Eccles. ædific.*, *Concil. Trid. Sess.* 21. *cap.* 7. *de reform.*

Quamobrem Præsul Tuscanensis, ne Templum S. Francisco nuncupatum progrediente Regularium negligentia, ac temporis injuria improviso dirueret, jure ac merito decretum sequestrationis bonorum subscripsit. Etenim

nim Patres Tridentini *sess.* 7. *cap.* 8. *de reform.* præceperunt locorum Ordinariis, ut Ecclesias quascumque quomodolibet exemptas auctoritate Apostolica singulis annis visitent, et opportunis juris remediis provideant, ut, quæ reparatione indigent, reparentur, etiam per sequestrationem fructuum, *cap.* 8. *sess.* 21. *de reform.*

Dum in eo eram, ut Folium prælo committerem, Procurator Generalis Collegii Missionum jura sua mihi tradidit, quæ hic ex integro referenda existimo, ut Emi Patres illorum vim perpendere dignentur.

„ Promotor Fiscalis Tuscanensis Episcopalis Curiæ ad suum officium exequendum, nimio forsan amore patrio ductus, nonnulla in nos profert, quæ veri speciem nultenus ostendunt. Non tamen a veritate alienum esse dicimus Minoritas primitus extra illius Civitatis moenia angustissimam incoluisse ædiculam, ac post non longam temporis moram illius ætatis Præsulem optimum beneficentissimum in suo jure intus illis cum aliquibus domunculis locum concessisse, in quo adest Ecclesia Divo Francisco dicata, ita tamen diuturnitate temporis diruta, ut videatur facilius illam reædificare quam denuo firmis operibus præmunire. Extant hujusce gratuitæ, et liberæ concessionis acta in uno ex codicibus illius episcopalis archivii manu exaratis.

„ Origine constituta reliquum est, ut ad objectationum solutionem deveniamus. Scimus damusque libentissime Mendicantibus nullo pacto proprio marte licere prætiosa bona unius Cœnobii in aliud transferre. Fatendum est ultro in nostris Urbanis constitutionibus rectissimam extare legem, a qua restrictim superioribus omnibus perscribitur, ut Ecclesiæ in integritatis statu sollicite conserventur, ut, si opus fuerit, reparentur. Nobis pariter notum est Leonem hujus nominis decimum Minoritarum ordini potestatem fecisse vivæ vocis oraculo ex uno coenobio demigrandi in aliud, resque omnes derelicti coenobii in propriam vertendi utilitatem. Sed alio utamur argumento ad omnem funditus diluendam difficultatem.

„ Pius Septimus Pontifex fortitudine, et constantia cum priscis Ecclesiæ luminibus comparandus humillimis no-

stris precibus motus, re judicio certo ponderata, annuere dignatus est; omnia enim ille petitione maturius perpensa indiscriminatim seraphici olim conventus Tuscaniæ bona nostro missionum Collegio de urbe anno 1801 in ævum permisit incorporari; supradictus Conventus inter suppressos adnumeratus fuit, postquam armati homines paucis abhinc annis per omne nefas ruentes cuncta, et civilia, et sacra perturbarunt. Præcepit vero Pontifex Maximus Missarum onera, quibus suppressus Conventus gravatus reperiebatur, ad Collegium Sancti Antonii, non obstante ultima benefactorum testamentaria voluntate, transferri. Rationabilis causa fuit juvenum illorum inter nostrates instructio, qui prompto animo arduum munus suscipere parati sunt Missionum illarum, quas sacra de Propaganda Fide Congregatio pro Moldavorum, et Byzantii regionibus instituerat. Nec desunt laudatæ Pontificiæ concessionis simillima exempla uti videre est apud P. Jo. Baptistam de Lezana summa *quæst. regul, Ven.* 1646. Neve ex illis sumus, qui pura carent luce, ac nesciunt, vel scire nolunt quanti habenda sit Sacrosancti Concilii Tridentini auctoritas. Quod nobis objicitur ex capitulo octavo sessionis vigesimæ primæ, nos non latet. Ast præcitatum Concilii decretum de Conventibus post suppressionem remissis vel de iis, in quibus non viget regularis observantia, non autem de illis a Sede Apostolica subtractis intelligendum esse, apertissime eruitur ex prima juris Pontificii expositionis parte clarissimi Ubaldi Giraldi.

„ Novis Beatissimo Patri porrectis supplicationibus, ne ullus omnino daretur in posterum cavillationum locus Sanctitas Sua benignissime Eminentissimo Principi Card. Josepho Albani facultatem dedit rescribendi juxta illud quod Nobis erat in votis. Favorabilius rescriptum esse non poterat. En ejus verba = Utendo facultatibus Nobis a SSmo benigne tributis declaramus sacra supellectilia, mobilia, Campanas, aliaque omnia olim pertinentia ad Conventum, et Ecclesiam S. Francisci Ordinis Minorum Conventualium Civitatis Tuscanen, ipsamque Ecclesiam, et Conventum censen-

senda esse translata, et cum aliis bonis comprehensa, et incorporata favore Collegii Divi Antonii Patavini ejusdem Ordinis pro Missionibus in partibus infidelium, cui, quatenus opus fuerit, denuo eadem omnia transferimus, et incorporamus quibuscumque in contrarium minime obstantibus. Card. Albani Visitator Apostolicus die 11 Martii 1807 =. Hocce attento rescripto tam evidens, tamque perspicuum est Divi Antonii Collegium omnia indistincte bona, quæ olim ad Ecclesiam, et Conventum pluries memoratum pertinebant, sui juris fecisse, ut oppositum sentire sit nodum in scirpo quærere. Mittimus brevitatis gratia Urbanum Octavum, de cujus bonitate, ac doctrina plura extant monumenta, generalibus Minimorum, ac Franciscalium, quos nunc Conventuales dicunt, congruentem dedisse potestatem semiruti coenobii bona in aliud transferendi. Mittimus Barbosa de jure Ecclesiastico aliosque firmiter tradere, quod in casu magnæ necessitatis bene possit Monasterium destrui, et cum opus fuerit, commutari. Mittimus privilegiorum Mendicantium collectionem juxta Sacri Concilii Tridentini, et Summorum Pontificum confirmationes Florentiæ æditam, ex qua meridiana luce clarius evincitur, Regularibus datam esse facultatem locorum dimissorum bona vendendi, ac illorum pretium vertendi in propriam utilitatem, simulque dirutas Ecclesias in privatas domos ex Concilii Tridentini præscripto convertendi. Verum hæc, et similia, quæ ad rem nostram faciunt, silentio prætermittere existimamus, cum sat superque ex commisso munere Pontificio constet, nullum reliquum esse oppositionum locum. Ut igitur pro justitia, et sapientia Vestra Eñi PP. de hac re judicetis, humiliter petimus „.

Dubium

An decretum sacræ visitationis sit servandum in casu etc.

Affirmative.

Sess. 22. cap. 6. de reform.

ROMANA SUBSIDIORUM DOTALIUM. Sacerdos Alphonsus Putignani ultimo, quod condidit anno 1626, suæ voluntatis elogio hæredem instituit Archiconfraternitatem S. Hieronymi Charitatis, ea tamen lege ut integri suæ hæreditatis fructus in subsidia dotalia scut. 25. una cum veste conferrentur, quorum collationem partim ipsi Archiconfraternitati, partim proximiori ex suis consanguineis in Urbe degenti reservatam voluit. Edixit vero *che questi sussidj non si possano dare se non per Monacato, e se dopo che lo hanno ottenuto, si volessero maritare, ne restino prive.* Huic legi subjecit etiam puellas ex sua familia descendentes, ac ipsas neptes, quarum postremis illud unum dilectionis specimen dedit, *che se alcuna delle sue Nepoti carnali sole, e non altre discendenti da essa, venisse in bisogno e si volesse monacare*, eidem a Confraternitate tribuerentur scutata quingenta, ac etiam octingenta, *tralasciando, e sospendendo di monacare altre.* Olim valde major erat dotium numerus, nunc autem ob imminutionem redituum septem dumtaxat quotannis distribuuntur, ex quibus duæ ad nominationem familiæ Putignani.

Jubilius Putignani qui ex testatoris gente originem ducit, imo in præsentiarum jure fruitur nominandi ad binas dotes, preces obtulit S. Congregationi, quibus petiit, ut sibi concedatur facultas suspendendi nominationem harum dotium, usque dum unaquæque ex tribus suis filiabus cumulum obtineat scut. 500. ut illæ, sive monasticum, sive conjugalem statum sint amplexuræ, congruam assequantur dotem. Eños Patres sibi propitios futuros esse confidit Orator, tum quia puellulæ cum pio testatore sanguine junguntur, tum quia earum pater quibuslibet caret fortunæ bonis, ac plurium gravatur filiorum numero.

Preces remisi Eño Protectori, qui animi sui sensum, a quo haud etiam dissentiri affirmat Archiconfraternitatis Deputatos, ita pandidit „ Non obstat lex pii Te-
„ statoris pluribus dotibus cumulandis, quod imo ali-

quan

„ quando fieri, et permittit, et præscribit; triplici-
„ ter tamen obstat Oratoris votis, qui beneficium do-
„ tium cumulandarum *voluit* conferre in Neptes = e
„ non in altre discendenti da esse Nepoti = qui vo-
„ luit, præterea nominationis beneficium non confer-
„ ri, nisi inchoato decimo quarto ætatis anno; qui
„ denique voluit conferri tantum in eas = *che si vo-*
„ *lessero monachare* = illudque adjecit, = *per mari-*
„ *tarsi mai possano pretendere dote alcuna* „ item-
„ que = questi sussidj non si possono dare, se non
„ per monacato, e se dopo che lo hanno ottenuto
„ si volessero maritare, ne restino prive. „ Enimve-
„ ro Oratoris filiæ neque sunt pii Testatoris neptes,
„ neque ad 14. ætatis annum perveneruntt, neque
„ adhuc per ætatem religionem profiteri, vel profi-
„ tendi votum patefacere possunt; quod apprime no-
„ scens Orator cumulum etiam pro illis fieri, et ser-
„ vari implorat, etiamsi fortasse seculares nuptias
„ inirent.

„ Quod attinet ad primam legem, facile annuerem di-
„ spensationi favore filiarum Oratoris, quamvis non
„ sint pii Testatoris neptes, quandoquidem neque ne-
„ ptes adsunt, neque qui ab illis immediate descen-
„ dant, et nulli certæ personæ præjudicium infertur.
„ Annuerem etiam dispensationi quoad ætatem, ut
„ scilicet collatio dotium ante annum decimum quar-
„ tum initium haberet, deindeque prosequeretur us-
„ que ad cumulum scutorum saltem tercentum pro
„ qualibet. Non ita tamen annuerem dispensationi,
„ ut scilicet dotibus illis Oratoris filiæ uti valeant,
„ licet nubant in sæculo, tum quia id semel, iterum,
„ ac tertio, pius Testator vetuit, ut supra vidimus,
„ tum quia et ipsa S. Congregatio Concilii die 3. Mar-
„ tii 1787. hanc ipsam dispensationem aliis fæminis
„ Putignanis denegavit.

„ Quoniam tamen fieri potest, ut filiæ Oratoris, adhuc
„ tenellæ, religiosam vitam amplecti valeant, eoque
„ tempore, quo illam amplectantur, dote carerent,
„ nisi dotium cumulus nunc initium haberet, idcir-
„ co duas dotes, quæ ad Oratorem quotannis perti-

nent

„ nent, jam inde ab hoc anno cumulari permitte-
„ rem, si ita S. Congregationi placeret, ea tamen ex-
„ pressa lege, ut solum pro spirituali matrimonio ef-
„ fectum sortiri deberent. Posset etiam S. Congrega-
„ tio illud addere, ut, quoniam idem Testator alias
„ dotes reliquit a Confraternitate Mortis distribuen-
„ das etiam Puellis, quæ in sæculo nuberent, his
„ potius, earumve cumulo frui posset, si quæ Testa-
„ toris filia nubat in sæculo. „

Si testatoris tabulæ forent spectandæ, Oratoris preces respuere oporteret; quasdam enim pius Sacerdos præscripsit leges in dotium collatione servandas, quibus puellas quoque ex sua familia descendentes subjectas voluit. Jam vero ex Emi Protectoris relatione illud plane eruitur, quod, si EE. VV. precibus Oratoris morem gererent, triplex Testatoris voluntati vulnus infligeretur. Etenim Oratoris filiæ decimum quartum nondum attigerunt annum, cumulum dotium ad scutata quingenta singulæ efflagitant, eoque uti postulant etiam pro matrimonio carnali. Testator autem valde sollicitum fuisse de quartodecimo ætatis anno probant supremæ ejus tabulæ. A cumulo dotium abhorruisse videtur, illumque fieri permisit favore *delle sue Nipoti carnali sole, e non altre discendenti da esse.* Denique iterum iterumque declaravit, ne ejusmodi subsidia dotalia tribuerentur, nisi illis puellis *che effettivamente si monachino, e siano parenti di chi si sia*, ac suis etiam neptibus legem dixit = *per maritarsi mai possano pretendere cosa alcuna*, ac vix unam ab ejusmodi lege excepit prædilectam neptem Argentinam Beger, cui tradi jussit, *se si volesse maritare, solamente scudi* 300. Hisce sane de causis hæc S. Congregatio *in Romana* 24 *Martii* 1787 votis Isabellæ Bacchettoni, quæ ex Alphunsi Putignani neptibus originem trahebat, quæque, cum gravi premeretur inopia, cumulum dotium petebat, minime annuendum censuit: proposito siquidem dubio = *An sit consulendum SSmo pro cumulo quatuor dotium ad Oratorum nominationem spectantium usque ad summam scutorum* 1000. *favore Isabellæ Bacchettoni*

an-

annorum undecim, etiam pro matrimonio carnali in casu etc. = responsum prodiit = *negative* = confirmatumque est in comitiis diei 29. Novembris 1788. edito responso = *In decisis et amplius* =.

Verum hic Sacer Ordo pluries benignum se præbuit erga consanguineas piorum fundatorum, cumulum dotium impertiendo, ubi ipsæ paupertate laborarent, et incertæ puellæ ad subsidia dotalia vocarentur. Prostant exempla *in Camerinen. Subsidiorum dotalium* 22. *Septembris* 1731., *in Romana Subsidiorum dotalium* 27. *Junii* 1778., *et in Romana seu Auximana* 15. *Martii* 1794., quin imo *in Pistorien. Subsidiorum dotalium* 2. *Junii* 1742. §. *Verum* traditur = hanc esse consuetudinem Apostolicæ Sedis facile concedendi applicationem plurium subsidiorum dotalium, vel redituum complurium annorum ad constituendam dotem alicui puellæ de familia testatoris =. Hisce siquidem in casibus ordinata charitas, et præsumpta testatoris mens suadet, ut subsidia ex illius præcepto incertis puellis distribuenda assignentur pauperibus ejusdem consanguineis, ne congrua dote destituantur; *Card. De Luca de dot. disc.* 100. *num.* 5., *Rot. in Perusina Subsidii dotalis* 2. *Maji* 1704. *cor. Scotto*, *et S. Congr. in Romana seu Sabinen. Subsidiorum dotalium* 27. *Martii* 1762. §. *Argumentis*.

Porro si EE. VV. plurium subsidiorum applicationem filiabus Oratoris concederent, nullius læderent jus, cum testator haud certi generis, vel certis qualitatibus præditas vocaverit adolescentulas, solumque præceperit suæ hæreditatis fructus distribui puellis Religionem ingressuris. Ordinem charitatis servarent, quem præ oculis habuisse eumdem testatorem ostendunt supremæ ejus tabulæ, in quibus hæc leguntur = *Ed essendo, che la carità deve essere bene ordinata, esso Testatore dichiara e vuole che ogni volta che occorrerà, che alcuna delle sue nepoti carnali sole, e non altre discendenti da esse, venisse in bisogno, e si volesse monacare se le diano . . . scudi cinquecento* =. Igitur a cumulo dotium penitus non abhorruit testator, imo ex ordine charitatis illum fieri permisit: et licet a be-

ne-

neficio cumulandarum dotium excludi præceperit puellas ex suis neptibus originem trahentes, haud tamen inter easdem comprehensæ videntur adolescentulæ ex domo et familia Putignani descendentes, quemadmodum scite animadvertit Emus Protector inquiens = *Non obstat lex pii testatoris pluribus dotibus cumulandis* =.

Eoque minus negotium facessere videtur tenera Oratricum ætas, nam Sac. Congregatio pluries concedendam duxit ætatis dispensationem pauperibus patronorum filiis ad ecclesiastica Beneficia rite nominatis, uti videre est *in Vercellen.* 9. *Julii* 1766. *et in Asculana Dispensationis* 20. *Maji* 1786., nec desunt ejusmodi dispensationis exempla puellulis concessæ, ut ipsæ subsidia dotalia assequerentur, ut *in Nullius Terræ Pontiani Subsidiorum dotalium* 26. *Novembris* 1803., *et in Romana Dotium* 24. *Novembris* 1804. Tandem gravis Oratricum paupertas justam suppeditat causam commutandi testatoris voluntatem, ut cumulo dotium utantur, quamvis, cum adoleverint, carnale ineant conjugium; hisce namque simillimis in casibus supremam decedentium voluntatem commutatam fuisse patet ex hujus Sac. Congregationis resolutionibus, ac præsertim *in Romana Dotium* 24. *Septembris* 1718., *in Romana Dotium* 31. *Maji* 1794., *et in Romana Dotium* 24. *Novembris* 1804.

Dubium

An et quomodo sit annuendum precibus Jubilii Putignani in casu etc.

Affirmative pro cumulo duarum dotium juxta votum Emi Protectoris usque ad summam scutatorum trecentorum pro spirituali tantum matrimonio, facto verbo cum SSmo.

RO-

ROMANA SUBSIDII DOTALIS. Hieronymus Bielli supremis tabulis die 4. Martii 1630. obsignatis hæredes suos onere obstrinxit Sodalitati SSmi Sacramenti in Ecclesia S. Laurentii in Lucina erectæ singulis annis pendendi scutata triginta quinque, ut eadem *pauperi puellæ* titulo subsidii dotalis quotannis distribuerentur. Quam quidem *dotem scut.* 35, *comprehensa in eis veste, solvi et consignari mandavit ipsi puellæ sic maritandæ per dictam Societatem tempore, quo ipsa nupserit, et effectuato matrimonio, libere, absque ulla fidejussione præstanda, et absque spe quod hujusmodi dos quovis prætextu revertatur ad dictam Societatem.* Jus eligendi pauperem puellam initio tribuit sororibus suis Luciæ et Cæciliæ, *post vero mortem dictarum Luciæ et Cæciliæ* pertinere voluit ad Petrum Carolum filium ipsius testatoris, ejusque filios et descendentes; *deficiente autem ipsius Petri Caroli, ejusque filiorum, et descendentium linea, mandavit maritagium dictæ puellæ fieri debere per dictam Societatem SSmi Sacramenti.* Hac eveniente conditione, methodum in nominatione puellæ servandam præscripsit, nimirum *quolibet anno eligi edixit per eamdem Societatem plures pauperes puellas, et postea ex buxola unam tantum earumdem puellarum in sortem extrahi, illamque sic extractam ad dictum maritagium admitti, eique dotem prædictam modo, forma, et tempore ut supra dari per dictam Societatem.* *Sess.* 22. *cap.* 6. *de reform.*

Cum Petri Caroli progenies brevi exaruisset, factum est, ut Sodalitium SSmi Sacramenti jam inde ab anno 1741 jus nominandi puellam exercere inchoaverit, et in illius possessione, nemine conquerente, dein permanserit. Imo eadem Sodalitas die 11 Martii 1741 ab hoc Sac. Ordine facultatem obtinuit, ut in posterum scutata viginti quinque duntaxat in dotem puellæ quotannis conferrentur; reliqua autem scutata decem in quatuor vestes totidem Sodalibus, quorum religio et frequentia in piis Confraternitatis obeundis operibus maxime eniteret, distribuendas perpetuo insumerentur.

Dotium collatio triginta abhinc annis, accedente Sedis Apo-

Apostolicæ venia, interrnissa est, ut pii legati reditus erogarentur partim in sumptus, quos Sodalitas in proprii Oratorii instaurationem facere debuit, partim in dotem scutatorum 200 Albinæ Andreucci ex Lucia Testatoris sorore descendenti impertitam, et in subsidium scutatorum viginti Petro Paulo ejusdem Albinæ germano fratri tributum, qui tanta rei familiaris angustia premitur, ut pedestribus copiis nomen dare coactus fuerit. Cumque eidem Petro Paulo filia sit annorum quatuordecim, huic, ut facilius nuptui collocaretur, per Apostolicum rescriptum diei 27 Maji 1829 jus datum est assequendi subsidium dotale scutatorum viginti quinque, quin Sodalitas hujus puellæ nomen in sortem conjiceret. Nunc idem Petrus Paulus preces instaurat, atque in primis sibi, utpote cum testatore sanguine juncto, jus esse tuetur nominandi puellas, quæ legatum dotis adipiscantur; dein petit, ut, suspensa per decennium puellæ nominatione, annui interea legati fructus in congruam suæ filiæ dotationem conferantur, atque insuper æqua postea assignetur dos uni et alteri nepti ex filio, qui sibi suæque familiæ manu et arte victum quæritat.

Rogatus Emus Confraternitatis Protector, ut auditis Sodalibus votum suum aperire dignaretur, responsum „ dedit „ Sono di avviso che non possa spogliarsi la „ Confraternita della nomina della dote Bielli, perchè „ essa potrà difendersi colla prescrizione a suo favore: „ Però come la Confraternita ha goduto per tanti anni „ la dote di scudi venticinque per i suoi particolari „ vantaggi, oltre quella rata di scudi dieci che già „ stabilmente si gode, così mi parrebbe equità che la „ stessa dote di scudi venticinque per un decennio si „ godesse dalla famiglia di Pietro Paolo Andreucci, „ onde questi possa provedere al maritaggio della figlia e delle nipoti, in guisa che per i primi quattro „ anni sia nominata la figlia di Pietro Paolo, nei tre „ anni successivi quella nipote che si proporrà, negli „ altri tre anni l'altra nipote; e che queste doti si „ possano da ciascuna conseguire, ancorchè fosse seguito il loro maritaggio prima della scadenza di det-

„ te

„ te doti. Nè mi pare esorbitante questo numero di „ doti per tre poverissime zitelle, subito che l' Emo „ Quarantotti una volta Visitatore Apostolico di detta „ Archiconfraternita ordinò che per Albina Andreucci „ Sorella di Pietro Paolo si somministrassero dall' Ar- „ chiconfraternita scudi duecento, affinchè si provve- „ desse al di lei maritaggio „.

Quod pertinet ad nominationem puellæ, eam sibi vindicare conatur Petrus Paulus Andreucci, quippe qui cum testatore sanguine jungitur. Hujusmodi siquidem consanguinitas adeo certa exploratæque est, ut eam plane probet sententia Curiæ Capitolinæ anno 1798. prolata, qua Petrus Paulus *tamquam descendens a prædefuncta Lucia Bielli jam sorore germana nominati fideicommittentis* immissus fuit in possessionem omnium bonorum ad fideicommissum a Hieronymo Bielli anno 1630 institutum quomodocumque pertinentium.

Verum ut ut se habeat fideicommissi possessio, jus eligendi puellam, ait Sodalitas SSmi Sacramenti, sibi asserere nequit Petrus Paulus Andreucci, qui ex Lucia testatoris sorore, non autem ex testatoris progenie originem ducit. Jam vero pius Testator sorori suæ Luciæ nominationem quidem puellæ reservavit, sed illam addidit legem, ut post sororis obitum ad Petrum Carolum ipsius testatoris filium, atque ad hujus descendentes jus nominandi omnino pertineret: deficiente autem ejusdem Petri Caroli linea nominationem fieri jussit *per dictam Societatem SSmi Sacramenti*. Frustra itaque Petrus Paulus Andreucci, qui ex sorore, non autem ex filio testatoris ortum trahere conspicitur, nominationem puellae sibi adsciscere nititur contra apertam testatoris mentem, qui, deficiente Petri Caroli progenie, jus nominandi reservatum voluit Sodalitati SSmi Sacramenti, ac propterea ipsi tantummodo est adjudicandum ad tradita *per Rot. cor. Olivatio decis.* 204. *n.* 1., *et S. Congr. in Tudertina Jurispatronatus* 27. *Januarii* 1827. §. *Blasius*. Præterea etiamsi ambigua videretur testatoris voluntas, præsto esset longissimi temporis consuetudo, quæ supremæ decedentium voluntatis opti-

ma est interpres, *Rot. in nuperr. decis.* 29. *num.* 18. *part.* 7., *S. Congr. in Ariminen. Capellaniarum* 26. *Aprilis* 1828. §. *Hisce*, ac satis habetur etiam ad præscribendum contra patronum, *Concilium Trid. sess.* 25. *cap.* 9. *de reform.*, *ibique Barbos. in collectan. Reif. fenst. lib.* 3. *decret. tit.* 38. *de jurepatr. n.* 15.

Despiciendam quoque censet Confraternitas alteram Oratoris petitionem, quæ cumulum respicit subsidiorum dotalium pro filia et neptibus; ea enim adversaretur testatoris voluntati, ceteris puellis jacturam inferret, et Sodalitatis jus violaret. Enim vero testator singulis annis puellæ inopia laboranti dotem distribui jussit, ideoque uni eidemque plura vetuit conferri subsidia. Nullam præterea erga consanguineas dilectionem ostendit, cum ad fruitionem dotis, omni posthabita consanguinearum mentione, vocaverit pauperes puellas, earumque nominibus in urnam conjectis, illi subsidium tribui præceperit, cui propitia fuerit fortuna. Tandem Confraternitas jure pollet quolibet anno sortiendi puellam, quæ dotem assequatur, ac propterea eodem privaretur jure, si nullo sortis facto periculo subsidium dotale Oratoris filiæ et neptibus per decennium concedere adigeretur. Ut itaque extrema decedentium voluntas religiose impleatur, et jus suum cuique sartum tectumque sit, Oratoris preces respuere oporteret.

Animadvertere tamen præstat, hic agi de pauperibus testatoris consanguineis, quæ ex verosimili ipsius voluntate extraneis sunt præferendæ, ubi incertis puellis relictum fuerit dotale subsidium, *cap. Non satis* 14. *dist.* 26., *Amostaz. de caus. piis lib.* 4. *cap.* 4. *n.* 10., *Sac. Congr. in Cathacen. Legati pii* 21. *Septembris* 1822. §. *Tandem*, imo ex Summi Pontificis indulgentia plurium annorum subsidia cumulantur, ut consanguineis testatoris congrua dos adsignetur, *S. Congr. in Panormitana Subsidii dotalis* 20. *Augusti* 1735., *et in Romana Subsidiorum dotalium* 27. *Julii* 1822. §. *Plura.*

Imo Emus Protector = attesa la relazione del sangue col pio testatore e la grave povertà della famiglia Andreucci = censet = che vi sia tutta la ragione di commu-

tare

tare anche la volontà testamentaria del Bielli ; prassi lodevolissima non rare volte abbracciata dalla S. Congregazione , che fa sospendere l' adempimento de' legati pii per soccorrere la povertà de' discendenti dal pio fondatore , appoggiata alla presunzione che se il pio Fondatore avesse preveduto il bisogno de' suoi discendenti avrebbe dovuto, e voluto provedere a questi , preferendoli alla fondazione del pio Legato. Nè mi pare che vi sia luogo a dubitare , che avrebbe fatto così il Bielli , se avesse potuto prevedere , che sarebbe venuto quel giorno , in cui i suoi tardi consanguinei sarebbero caduti in grave povertà. Qual commutazione di volontà testamentaria nel caso presente , che è di preferenza delle povere Zitelle Andreucci alla dote , mi pare , che possa chiamarsi commutazione di volontà *in minimis*. In fatti il Testatore ordinò , come si è letto da me nella citata copia autentica del Testamento : *quolibet anno eligi* (dalla Archiconfraternita sopraddetta) *plures pauperes puellas , easque visitari facere per ejus Deputatos , et repertas idoneas imbuxolari , et postea ex buxola unam tantum earumdem puellarum sorte extrahi , illamque sic extractam ad dictum maritagium admitti*. Dunque la parte sostanziale di questa volontà , che è la dotazione annua di una povera Zitella, resta eseguita se viene dotata una delle povere Zitelle Andreucci. Nè veggo , che vi sia lesione del gius quesito di terza persona : nè conosco che possa farne giuste lagnanze l' Archiconfraternita , se considerando le ragioni sopra esposte , ed il numero delle miserabili ragazze , che gemono nella Famiglia Andreucci , opino , che per un decennio alla dote Bielli siano esse nominate. E tanto più non trovo difficoltà per essere di questo sentimento , perchè neppure mi pare di conoscere nel pio Testatore quella marcata predilezione verso l' Archiconfraternita , che avrebbe potuto mostrarle , oltre il semplice incarico della nomina , e che potrebbe forse meno invitarmi a pensare come penso : d' altronde conosco bene la di lui premura , che godano pienamente del pio Legato le povere Zitelle. Leggo infatti nella citata copia del Testamen-

mento, che, seguito il maritaggio, si deve consegnare alla povera la soprad. dote *libere absque ulla Fidejussione præstanda, et absque spe, quod hujusmodi dos quovis prætextu revertatur ad dictam Societatem* (di S. Lorenzo in Lucina). Togliere così risolutamente una speranza, che pur hanno tante Corporazioni, non si dirà mai segno di predilezione: per conseguenza tanto meno la d. Archiconfraternita (che, come già dissi, per tanti anni si è goduta a suo vantaggio questa dote, e ne goderà in perpetuo sc. 10.) può gravarsi del mio parere, quasi di troppo si allontanasse dalla volontà del Testatore a lei propensa. =

Erit itaque Eñorum Patrum dirimere,

Dubia

I. An ad Familiam Andreucci spectet jus nominandi puellam in casu etc.

II. An et pro qua summa sit locus cumulo dotali favore filiæ Petri Pauli Andreucci in casu etc.

III. An et pro qua summa sit locus cumulo dotali favore utriusque neptis ejusdem Petri Pauli in casu etc.

Ad I. Negative.

Ad II. Affirmative usque ad summam scutatorum centum juxta votum Eñi Protectoris, facto verbo cum SSño.

Ad III. Post triennium recurrat, et providebitur.

FIR-

FIRMANA CANONICATUS. Ceteros inter Canonicatus in Collegiata Ecclesia Sanctorum Donati et Martini terræ Amandulæ erectos ille recensetur, quem Hieronymus Jannetti anno 1632. institui jussit. Statuit fundator, ut Canonicalis præbendæ Rector *teneatur celebrare tres Missas pro qualibet hebdomada . . . . et assistere ad omnes functiones in dicta Ecclesia faciendas, ut alii Domini Canonici, teneatur etiam ad hebdomadam.* Poenam quoque in Canonicum, qui suo deesset officio, ita constituit = *deficiens Canonicus eligendus tam in celebrando, quam in faciendo functiones, et assistendo ad divina officia, ut alii Domini Canonici tenentur in dicta Collegiata, teneatur solvere punctaturas, ut alii Canonici dictæ Collegiatæ et Ecclesiæ inservientes* = . Jus nominandi *personam idoneam ad dictum Canonicatum* pertinere voluit ad suos germanos fratres Pompejum et Franciscum eorumque hæredes ac descendentes; prima tamen vice ab iisdem nominationem explendam edixit *ad favorem unius ex filiis Dominæ Felicis Jannetti Reverendi Domini Testatoris sororis, dummodo ad Clericatum venire voluerit, quatenus non adsint filii apti et idonei dictorum Dominorum Pompeji et Francisci, suorumque hæredum et successorum in infinitum.* *Sess. 22. Cap. 4. de Reform.*

Vacantem Canonicatum anno 1828 ex legitimi patroni nominatione nactus est Clericus Antonius Pascucci, qui trigesimum per id temporis jam agebat annum. Spes quidem certa tenebat Collegiatæ Canonicos fore, ut idem Clericus sacros Ordines ac etiam Presbyteratum quam primum susciperet: at sua tandem frustari spe cum intelligerent, hanc supplices, suadente Emo Archiepiscopo Firmanæ Dioecesis, adierunt Congregationem, ut eadem Canonicis poenis in Antonium animadverteret, ac etiam canonicali præbenda illum privaret.

Emum Archiepiscopum rogavi, ut, accersito Canonico Pascucci, animi sui panderet sententiam, responsumque accepi. „ Nullum ex Canonicis latet Præbendas „ omnes in Collegiata Amandulæ Presbyterales esse, te-

„ teste immemorabili, et numquam interrupta consuetudine, prout constat ex regestris Capitularibus. „ Quid plura? Ante perturbationem rerum publicarum „ animarum cura residebat actualem penes Capitulum, „ et Parochialia onera per singulos Canonicos exercebantur. Capitulum adversa temporum conditione suppressum nunquam in pristinum revocatum fuisset, nisi manifesto patuisset, ut re vera tunc temporis factum est, „ Collegiatam Parochialem fuisse. Canonici omnes numero undecim sacerdotali charactere modo etiam insigniti sunt, quibus est onus Missas quotidie celebrandi, et Conventualem canendi, ecclesiasticas „ functiones diebus festis peragendi, et Parochialia „ munia alternis quindenis in rurali Ecclesia Divi Petri obeudi, si vero eadem onera Pascuccio incumbunt, si unum ac trigesimum ætatis annum agit, „ si singuli antecessores ejus sacerdotes fuerunt, putarem eum nullimode posse a sacris ordinibus, et „ Presbyteratu se se arcere. Quæ cum ita sint, censerem fructus, et proventus sui Canonicatus relate „ ad præteritum ei reddendos esse, cum nunquam in „ mora constitutus fuerit, neque ei ulla pœna juridice indicta; nunc vero alterius anni tempus præfigendum esse, tum ut rebus divinis operam navet, „ quarum plane rudis est, tum ut vocationi suæ melius consulat: quo inutiliter elapso in mora constituendus esset, et adepto beneficio, servatis iis quæ „ servari opus est, privandus „

Qui in Cathedrali vel Collegiata Ecclesia canonicatum, aut beneficia obtinent, quibus onera varia sunt annexa, videlicet ut alii Missas, alii Evangelium, alii Epistolas dicant seu cantent, ex Tridentina Synodo *sess.* 22. *cap.* 4. *de reform.* tenentur, justo impedimento cessante, *infra annum Ordines suscipere re-* [illegible] *quin pœnas incurrant juxta constitutio-* [illegible] *iennensis, quæ incipit, ut ii qui; quam praesenti decreto innovat; cogantque Episcopi eos diebus statutis dictos ordines per se ipsos exercere, ac cetera omnia officia, quæ debent in cultu divino præstare, sub eisdem, et aliis etiam gravioribus, pœnis arbi-*

a bitris sorum imponendis. Jam vero ad tramites Concilii Viennensis *in Clem. ut ii de etat. et qualit. præficien.*, quicumque sacros ordines suo Canonicatui, aut Beneficio annexos intra annum suscipere negligit, in eam ipso facto post annum ab inita possessione exactum incidit poenam, quæ dimidiam illi subtrahit quotidianarum distributionum partem, quemadmodum tradunt *Thesaur. de poen. eccl. verb. Beneficium cap.* 6., *ac Girald. Exposit. jur. pontif. sect.* 79. *ad Conc. Trid. sess.* 22. *cap.* 4. *de reform.*, ac nuperrime respondit hæc S. Congregatio *in Firmana Fructuum et Distributionum* 15. *Decembris* 1827. *ad II. dub.* Jure quoque suo Episcopus per subtractionem fructuum negligentem Clericum compellere potest, ut sacris initietur ordinibus, imo etiam privatione Canonicatus et Beneficii extorrem plectere ad tradita per *Fagnan. in cap. Cum in cunctis §. inferiora de elet. n.* 39, *et S. Congr. in Senogallien. Canonic.* 23. *Novembris* 1754; at opus est, ut canonicæ prius adhibeantur monitiones, quoniam nec privatio fructuum, nec vacatio Canonicatus et præbendæ inducitur ipso jure, *Pignat. consult. can.* 75. *n.* 6. *tom.* 7., *S. Congr. in Romana Canonicatus* 9. *Septembris* 1786, *in Cæsanaten. Mansionariæ* 15. *Septembris* 1792, *et in cit. Firmana ad I. et IV.*, exceptis tantummodo animarum curatoribus, qui, nulla etiam præcedente monitione, ipso jure privantur ecclesia sibi commissa, si infra annum ad Sacerdotium se promoveri non fecerint, *in cap. licet* 14. *de elect. in* 6., *Fagnanus in cap. Cum in cunctis §. inferiora de elect. n.* 19, *ac Reiffenst. lib.* 1. *Decret. tit.* 14. *n.* 29.

Ab hujusmodi poenis se omnino immunem censet Canonicus Pascucci, cum nec juris dispositione, nec fundationis lege, nec alio vinculo se ad sacros ordines suscipiendos obstrictum reputet. Enim vero ad assequendos ac rite possidendos Canonicatus Ecclesiæ Collegiatæ etiam insignis ex juris communis sanctione, quam haud immutandam arbitrata est Tridentina Synodus, satis habetur clericalis tonsura, ac ætas quatuordecim annorum, *Reiffenst. loc. cit. n.* 20., *Garzias part.* 7. *de Benef. cap.* 4. *n.* 6., *S. Congr. in*

Senegallien. Canonicatus 11. *Maji.* 1793. *ad II. dub.*, licet eorumdem possessores vocem in capitulo non habeant, donec Subdiaconatus ordine fuerint insigniti, *Clement. Ut ii de ætat. et qualit. præfic., Concil. Trid. sess.* 22. *cap.* 4, *de reform.*

Imo quanquam Canonici Collegiatæ Amandulæ vel sacrorum canonum dispositione, vel capitularibus constitutionibus, vel consuetudine ad sacros ordines se promoveri tenerentur, attamen Canonicus Pascucci se ab ejusmodi onere omnino exemptum tuetur ex fundationis lege, quæ potis est juris sanctioni derogare, *Piton. de controv. patronor. alleg.* 80. *n.* 6., *Fargn. de jurepatr. part.* 2. *can.* 27. *cas.* 3. *n.* 1., *Rot. cor. Kaunitz decis* 136. *n.* 11. Porro in tabulis fundationis, nulla oneris recipiendi sacros ordines facta mentione, is nominandus edicitur inter familiæ Jannetti descendentes, qui *ad Clericatum venire voluerit*, et in erectionis instrumento idem Canonicatus denunciatur institutus *pro uno Presbytero seu Clerico futuro*, ... *qui perpetuis futuris temporibus dictas Missas celebrare, seu celebrari facere teneatur.* Ne itaque fundatoris voluntati, qui simplices vocavit clericos, vulnus infligatur, Canonicus Pascucci ad sacros ordines suspiciendos cogi non poterit. Quin obsit ejusdem Canonicatus possessores sacro presbyteratus ordine hactenus fuisse insignitos; scitum namque est, actus facultativos, tametsi per longissimi temporis spatium exercitos, nullam invehere posse præscriptionem, ac fundationis legem evertere, *Rot. cor. Crispo decis.* 115. *n.* 13., *et cor. Falconer. Decis.* 7. *tit. de jurepatr. n.* 3.

At Canonici ex fundationis lege, ac perenni consuetudine Rectoris Canonicatus Jannetti onus recipiendi sacros ordines plane incumbere arbitrantur. Et sane in dubium revocari non potest Canonicatus omnes Collegiatæ Ecclesiæ SS. Donati et Martini, quæ Beneficiatis, et Mansionariis penitus destituta est, ordinis esse presbyteralis, eorumque possessoribus onus imminere Missas vicissim per hebdomadam canendi, munus Diaconi, et Subdiaconi in orbem obeundi, ac etiam

ope-

operam suam in exercenda animarum cura impendendi. Cumque fundator Jannetti Rector Canonicatus ab se instituti eisdem, quibus alii Canonici obstringuntur, subjecerit oneribus, liquido apparet, Canonicum Pascucci compellendum esse ad sacros ordines suscipiendos, sin minus Canonicatu privandum. Nimirum Canonicus Pascucci onera suæ præbendæ annexa, scilicet horas canonicas in choro persolvendi, peragendi sacras functiones, et explendi hebdomadam ut alii Canonici, per se ipsum perferre debet, quemadmodum nec ipse inficiatur Pascucci, decrevit Concilium Tridentinum *session.* 24. *cap.* 12. *de reform.* hisce verbis = *Omnes divina per se, et non per substitutum compellantur obire officia . . . . atque in choro ad psallendum instituto, hymnis et canticis Dei nomen reverenter, distincte, devoteque laudare* = ac respondit S. Congregatio *in Prænestina Canonicatus* 16 *Junii* 1787 §. *Licet, et in Melevitana Indulti* 15. *Decembris* 1827 *ad I. dub.* Jam vero si Pascuccius divinis officiis interesse, et sacras functiones, ac etiam hebdomadam, ut alii Canonici, per se facere obstringitur, nemini dubium, quin ex fundationis lege sacros ordines ac etiam presbyteratum recipere debeat.

Accedit diuturna ac numquam interrupta observantia, teste Emo Archiepiscopo, qui hæc scribit „ Beneficium hoc collatum semper fuit in Sacerdotes incipiendo ab anno 1632 ad præsentem diem; quin imo „ in Canonicorum numerum cooptatus anno 1763, „ post obitum Dominici Antonii Chiappini, Clericus „ Vincentius Maria Ronconi, et ad legitimam ætatem „ perventus, cum se conspiceret non satis callidum, „ versatumque in rebus divinis, supplex adiit Sacram „ istam Congregationem pro dilatione unius anni impetranda, quo tempore elapso sine ulla mora Sacerdotio se promovit „. Observantiam vero optimam esse fundationum interpretem, ac plurimi faciendam docent *Card. De Luca de benef. disc.* 61. *n.* 13., *Piton. de controv. patron. alleg.* 33. *n.* 16., *et S. Congr. in Anconitana Capellaniae* 12. *Junii* 1762. §. *Praeterea.*

Quin aliter suadere valeant illa fundatoris verba = *dum-*

modo ad Clericatum venire voluerit =, ac alia instrumenti erectionis = *pro uno Presbytero seu Clerico futuro* =: eo enim spectant ejusmodi verba, ut probent, canonicalem præbendam Jannetti non esse inter Canonicatus actu Sacerdotalem adscribendam, ideoque eam assequi poterit Clericus, qui in ea sit ætate, iisque polleat qualitatibus, ut intra annum a die captæ possessionis sacro presbyteratus ordine initiari valeat, *Trid. Syn. sess. 24. cap. 12. de reform.*, *Abbas in cap. Cum in cunctis §. inferiora num. 10. de elect.*, *Fagn. in cap. ut Abbates num. 58. de ætat. et qual. praefic.*

Proponuntur

Dubia

I. An Canonicatui Jannetti sit annexum onus ascendendi ad ordinem Presbyteratus in casu etc.

Et quatenus affirmative

II. An et a quo tempore Canonicus Pascucci inciderit in pœnam privationis dimidiae partis quotidianarum distributionum in casu etc.

III. An eidem Canonico sit præfiniendus terminus ad sacros Ordines suscipiendos in casu etc.

Non proposita cum sequenti.

Sess. 24. cap. 15. de reform.

BRUGNATEN. MISSÆ CONVENTUALIS. Capitulum Brugnatensis Cathedralis Ecclesiæ præter Archidiaconum ex septem constat Canonicis, qui divinas ex more laudes in choro persolvere obstringuntur. Archidiaconus nulla præditus est præbenda, imo caret etiam quotidianis distributionibus, ac solummodo honoris gaudet titulo. Canonici vero exiguis fruuntur reditibus; nam publicis vectigalibus, missarum eleemosynis, aliisque subductis oneribus, alii scutata tria supra viginti, quidam scutata viginti quinque, et unus scutata triginta circiter quotannis lucrantur. Nuperrime autem, ex conventione inter Apostolicam Sedem, ac Serenissimum Sardiniæ Regem ad statuendam bonorum ecclesiasticorum partitionem inita, Capituli redi-

ditus aucti sunt annuis libellis trecentis, seu scutatis romanis quinquaginta quinque inter Canonicos omnes æqua lance distribuendis. Ex eadem conventione quamprimum erigenda est Præbenda Theologalis, cujus annuum censum conficient libellæ quingentæ.

In comitiis diei 28. Maji 1796. actum est, utrum memoratæ Ecclesiæ Canonici, qui tenui potiebantur censu, et Missam Conventualem eatenus celebrare non consueverant, sacrum pro benefactoribus in genere applicare tenerentur, prodiitque responsum = *Affirmative per turnum, et quoad applicationem pro benefactoribus in genere diebus festis tantum, non omissa celebratione et applicatione pro fundatoribus in specie per alium juxta leges fundationum* =. Verum Brugnatensis Antistes, tenuitatem canonicalium præbendarum suæ Cathedralis Ecclesiæ perpendens, et Canonicorum obsecrationibus commotus, preces obtulit sa: me: Pio VII., facultatemque die 7. Septembris 1808. obtinuit = di potere per grazia specialissima, non ostante il precedente decreto emanato nell' anno 1796. dalla Sagra Congregazione del Concilio, ridurre l' obbligo dell' applicazione della Messa Conventuale per lo spazio soltanto di venti anni avvenire alle *sole Domeniche* ad oggetto di recare così qualche opportuno sollievo alle ristrettezze del mentovato Capitolo Cattedrale = . Et quoniam Apostolicum hujusmodi indultum suis jam excidit viribus, atque eadem fere perseverat redituum exiguitas, Canonici enixis precibus EE. VV. obtestantur ut illud confirmare dignentur.

Canonicorum precibus obsecundandum arbitratur Episcopus, qui animi sui sententiam aperiens hæc scribit „ Cum nullius pene momenti habendæ sint libel-
„ læ tercentum Brugnaten. Canonicis elargitæ, ac in-
„ ter eos per capita dividendæ, eædem ferme vigent
„ circumstantiæ, quæ jam priori causam dederunt
„ obtento rescripto. Hoc unum igitur augmentum a
„ tempore primæ concessionis factum, ut reor, haud
„ impedimento erit, quominus EE. VV., si ita pla-
„ cuerit, hisce etiam ultimis precibus faciles aures
„ accommodare possint.

Quum

Quum Missa Conventualis præcipua sit divini officii pars, *Cap. De his dist.* 12., *Gloss. in Clement.* 1. *de celeb. missar.*, Canonici Oratores nedum singulis dominicis aliisque festis diebus, sed insuper qualibet die Missam Conventualem canere, eamque pro benefactoribus in genere applicare obstringerentur, *cap. Cum creatura de celeb. Missarum*, *Benedict. XIV. in notissima constitutione. Cum semper oblatas.* At ubi canonicalium præbendarum reditus valde tenues sunt, nec ad Canonicorum levandam inopiam suppetit ratio a Concilio Trid. *Sess.* 24. *cap.* 15. *de reform.* designata, hujus est Sacræ Congregationis, ut loquitur eadem constitutio §. 19., perspecto rerum statu, *quotidianam applicationem Missae Conventualis pro benefactoribus in genere ad festos tantummodo dies reducere.* Hinc S. Congregatio ob tenuitatem redituum concedendam censuit temporariam reductionem applicationis Missæ Conventualis modo ad dies festos etiam reductos, ut *in Massanen. Reductionis onerum* 14. *Decem.* 1822. *ad II. dub.*, modo ad dies tantum festos de præcepto, ut *in Mazzarien. Missae Conventualis* 22. *Aprilis* 1826. Tenues autem hic Sacer Ordo existimare solet canonicales fructus, qui, cunctis deductis oneribus, triginta, aut quadraginta scutatorum vim non attingunt, ceu *in Placentina Missae Conventualis* 18. *Septembris* 1779., *et in Nullius Trium Fontium Unionis Beneficiorum et reductionis Missarum* 20. *Decembris* 1828.

Jam vero Canonici Oratores id unum nunc postulant, ut onus applicationis Missæ Conventualis ad dominicos tantum dies cohibeatur. Erit itaque sapientiæ Emorum Patrum decernere, utrum Canonici, quorum plerique etiam post augmentum redituum scutata solummodo triginta, ac nonnulli scutata triginta quinque circiter percipiunt, sint voti compotes reddendi, vel potius eorum preces penitus rejiciendæ.

Dubium

An onus applicationis Missae Conventualis sit reducendum ad dies tantum Dominicos in casu etc.

Die

Die Sabbati 26. Junii 1830. in Palatio Apostolico Quirinali erit Sacra Congregatio Concilii, in qua præter alia proponentur infrascripta Dubia, juxta morem ejusdem Sacræ Congregationis de jure resolvenda.

FIRMANA CANONICATUS.

Sess. 22. cap. 4. de Reform.

Dubia

I. *An Canonicatui Jannetti sit annexum onus ascendendi ad ordinem Presbyteratus in casu etc.*

Et quatenus affirmative.

II. *An et a quo tempore Canonicus Pascucci inciderit in pœnam privationis dimidiæ partis quotidianarum distributionum in casu etc.*

III. *An eidem Canonico sit præfiniendus terminus ad sacros Ordines suscipiendos in casu etc.*

Ad I. tiAffirmave.

Ad II. Supplicandum SSmo pro condonatione.

Ad III. Affirmative, et præfiniendum terminum unius anni juxta votum Emi Archiepiscopi.

BRUGNATEN. MISSÆ CONVENTUALIS.

Sess. 24. cap. 15. de Reform.

Dubium

An onus applicationis Missæ Conventualis sit reducendum ad dies tantum Dominicos in casu etc.

Negative, et ex gratia pro reductione applicationis Missæ Conventualis ad dies festos etiam reductos, ad decennium.

SUR-

Sess. 21. *cap.* 6. *de reform.*

SURRENTINA EXAMINIS ET SUSPENSIONIS. In oppido Metæ unica extat sub auspiciis S.Mariæ ad Laurum parochialis Ecclesia, cujus patronatus ad universum illius oppidi populum pertinere dignoscitur. Hujusmodi Parœciam, quæ suo dudum destituebatur pastore, jam inde ab anno 1823 nactus est Sacerdos Antoninus Trapani a populo electus, et ab examinatoribus Pro-Synodalibus approbatus. Usque dum in humanis versatus est Archiepiscopus Michael Spinellius ex Marchionibus de Fuscaldo, nullam constat excitatam fuisse quæstionem sive de legitimo Parochi examine, sive de ejus moribus et scientia: at ubi primum ad Surrentinam Sedem evectus est Præsul Gabriel Papa, illico ad eum deferri cœperunt querelæ de illegitima Parochi institutione, deque ejus inscitia in suis obeundis muneribus. Ad fidem exortæ suspicionis plura ac gravia accesserunt argumenta. Etenim Surrentino Antistiti paulo post innotuit, Parochum Trapani iis, qui nuptias inire cuperent, status liberi testimonium pluries dedisse, licet uno vel altero eoque publico obstringerentur impedimento matrimonii vinculum dirimente. Præterea evolutis examinis actis, et accersitis ipsismet Examinatoribus Pro-Synodalibus, qui Trapani mores et scientiam expenderant, facile intellexit, duos tantummodo primum adhibitos fuisse Examinatores, ac tertium nonnullos post dies fuisse additum, quin Trapanius extemplo suæ idoneitatis subierit periculum: deprehendit insuper, ea, quæ nunc asservantur, examinis acta esse ab autographis penitus diversa, quippe quæ a Parocho Trapani sunt quidem obsignata, sed omni carent subscriptione tum Examinatorum, tum Cancellarii, atque ita prolixo et perpolito apparent elucubrata sermone, ut cuique eadem legenti plane persuasum sit, nec a Trapanio, nec a quoquam alio tam brevi temporis spatio ea conscribi potuisse. Cum itaque examinis formam Concilio Tridentino atque Apostolicis constitutionibus adversum tenere, et examinis acta prorsus conficta fuisse constaret, eo res perducta videbatur, ut Surrentinus Archiepiscopus judi-

dicium super illegitima Parœciæ collatione instituere deberet. At mitiorem sibi inemndam esse rationem satius duxit, ac Trapanium ad novum subeundum examen accersiri jussit, eo quidem consilio, ut, si Trapanius mandatis paruisset, ac suæ scientiæ specimen dedisset, ab Summo Pontifice primi examinis sanationem deprecatus esset. Quocirca die 30 Decemb. 1828 decretum prodiit, quo Parocho Trapani dies tertia Januarii 1829. indicebatur pro novo explendo examine: cumque is contumacem se præbuisset, eadem die decretum est, *quod dictus Rev. Parochus cum effectu præcise et peremptorie compareat ad examen, ideoque die* 7. *ejusdem mensis de mane circa horam* 17. *in hac Metropolitana Curia se conferat coram Rmo Archiepiscopo et Examinatoribus Synodalibus ad explendum examen in forma valida*. At Parochus adeo Archiepiscopalis Curiæ decreta parvipendenda existimavit, ut non solum dictis non obtemperaverit, sed etiam ex sua residentia, inconsulto Archiepiscopo, discesserit, ac Neapolim petierit. Quo factum est, ut Archiepiscopus die 29. Januarii Trapanium tamquam contumacem et confessum illiteratum a Parœciæ administratione suspenderit, eique suffecerit Vicarium, qui derelicti gregis curam gereret. Ubi primum Trapanius suspensionis resciit decretum, nullum non movit lapidem, ut illud penitus everteret. Tandem ad hunc Sacrum Ordinem delata controversia, concinnatisque dubiis; EE. VV. oraculum hodierna die utrinque exquiritur.

Decretum Archiepiscopi super novo examine omnino infirmandum putat Parochi Trapani Defensor. Qui enim semel examen subiit, probatusque evasit, sic officium, aut beneficium assequitur, ut nequeat amplius ad novum examen revocari, suoque beneficio destitui, nisi ea supervenerit causa, quæ illum indignum efficiat, aut ineptum declaret, quominus beneficium et munus retineat, *Fagnan. in cap. Accepimus num.* 32. *de ætate et qualit. præfic.*, *Pignat. consult. can.* 133. *n.* 12. *tom.* 1., *Rot. decis.* 64. *num.* 29. *cor. Ansaldo*. Inscitiam autem in eo, qui rite probatus est, numquam

suppeditare posse justam causam renovandi examinis contendit idem Defensor; secus in dubium revocaretur possessio ejus, qui per legitimam approbationem beneficium est assequutus, contra notissimam regulam quæ tradit: qui semel est approbatus, non potest amplius reprobari, *Card. de Luca de Paroch. disc.* 16. *num.* 8., *Pignatel. loc. cit.*

Jam vero Trapanium rite probatum fuisse evincitur ex judicio Examinatorum Synodalium, atque ex bullis collationis Parœciæ ab Archiepiscopo Spinelli subscriptis; quin negotium facessere queat autographa examinis acta deperiisse; certum namque exploratumque est, Examinatores Trapanium dignum existimasse, qui Parœciam assequeretur, ac Metensem populum regeret. Frustra autem Curia Archiepiscopalis eidem Parocho objicere nititur defectum scientiæ: Archiepiscopus namque Spinellius adeo Parochi Trapani nedum morum honestatem, sed etiam scientiam sibi perspectam fuisse ostendit, ut illum ad vacantis Parœciæ Oeconomi munus obeundum prius delegerit, eidem subinde ad populi nominationem Parœciam contulerit, et nullam de illius imperitia unquam instituerit querelam. Tandem de Parochi pietate et scientia fidem perhibent plurimi testes, quos inter viginti sex sacerdotali charactere insigniti.

Quæ cum ita sint, nullam subesse patet justam causam, cur in discrimen revocari debeat Metensis Parochi pietas, doctrina, possessio; ideoque novi examinis ac suspensionis decretum ab Archiepiscopo prolatum tamquam nullo jure innixum erit penitus infirmandum. Cæterum Trapanius prudenter se gessit, cum ad examen accedere detrectavit; sciebat enim, subdit ejus Defensor, simultates, quæ intercesserant, probe noverat quidnam obtrectatores penes Archiepiscopum valerent, ac merito ob exiguum temporis spatium, quod sibi præstitutum senserat, novum verebatur scientiæ periculum, quod vel ipsi magnæ notæ viri usque reformidant. Quare concludit, Archiepiscopi decreta sive novum examen, sive suspensionem a muneribus parochialibus respicientia esse omnino irritanda.

At

At vero Archiepiscopalis Curiæ Defensor contendit, Surrentini Antistitis decretum tamquam sacris canonibus ac tribunalium decisionibus innixum plane esse confirmandum. Etenim ipsemet quidem fatetur Defensor, haud fas esse Episcopo, qui Parochi scientiam probavit, ad novum examen illum revocare, nisi justa aliqua supervenerit causa, vehemens nimirum suspicio de Parochi imperitia, quemadmodum habetur *ex cap. Accepimus* 15. *de ætat. et qual. præfic.*, docet *Barbos. de offic. et potest. Paroch. part.* 1. *cap.* 2. *n.* 10., ac pluries declaravit Sac. Congregatio, uti videre licet *in Legionen. Visitationis Sacrorum Liminum* 15. *Decembris* 1725. Et merito quidem cum sæpe contingat, ut illi, qui, examine facto, idonei et habiles ab Episcopo reperti sunt, postea indocti et inhabiles comperiantur, aut ob intermissa studia tales evadant, ut monet *Benedictus XIV. de Synod. Dioeces. lib.* 13. *cap.* 9. *n.* 21. Verum si agatur de Episcopo successore, potest hic pro suo lubitu ac nulla etiam imperitiæ accedente suspicione Parochis jam semel approbatis novum, etiam extra visitationem, indicere examen. Ad rem Sacræ Rotæ Tribunal *decis.* 257. *num.* 5. *part.* 19. *recent.* scribit = *Si Episcopus successor, cui de Parochorum doctrina numquam constitit, approbatos a prædecessore examinare intendit, qui est casus præsens, hoc pro libitu, et nulla impellente causa facere potest pro sola quiete conscientiæ suæ* =. Quare Benedictus XIV. *Inst. eccl.* 9. *n.* 16. ait = Si de Parochis agitur, qui a decessoribus præpositi fuerunt, re prius satis superque perpensa Sacræ Rotæ Tribunal constituit, posse Episcopum pro libito et pro sola quiete conscientiæ suæ Parochos in novum examen revocare =. Hanc sententiam sequuntur *Garzias de Benef. part.* 4. *cap.* 5. *n.* 7., *Card. de Luca de Paroch. disc.* 26., aliique, ac probavit Sac. Congreg. *in Caputaquen.* 2. *Aprilis* 1729.. Cum enim Benedictus XIV, qui per id temporis erat a Secretis Sac. Congregationis, monuisset Patres Emos, quod ubi res est *de Parocho approbato ab Episcopo antecessore, pro libito potest successor, cui de illius doctrina, et moribus numquam constitit, eumdem ad*

novum examen vocare pro majori conscientiæ suæ quiete, etiam sine nova causa, et absque alio indicio, vel diffamatione ejus inhabilitatis vel imperitiæ, Sacer Ordo e vestigio rescripsit, servandam fore suspensionem ab exercitio curæ, licet Parochus Ecclesiæ exemptæ, quam jure delegato Caputaquensis Episcopus visitaverat, se jam semel ab Episcopo antecessore approbatum evinceret, et quamvis Episcopus nullam de Parochi inscitia causam proferre sollicitus fuisset.

Ex his aliisque rationum momentis, quæ silentio prætereunda reor, luculenter elici autumat memoratus Defensor, immerito Parochum Trapani insurgere adversus Archiepiscopi decretum, ejusque ab hoc Sacro Ordine petere abrogationem. Si enim Surrentinus Antistes ex Canonistarum sententia ac Tribunalium decisionibus novum Trapanio indicere poterat examen, etiamsi nulla sibi de Parochi imperitia subesset suspicio, summa certe injuria conqueritur ipse de Surrentini Præsulis decreto, qui in themate suo defuisset muneri, nisi novi examinis edidisset decretum. Et sane plura ac vehementia aderant indicia, quæ Trapanium ad sua munia obeunda minus aptum patefacerent; ita enim suadere videbantur examinis acta ab ipso Trapanio conficta; ita examen contra formam Concilii Tridentini expletum; ita testimonia status liberi iis tradita, qui consanguinitatis aut affinitatis impedimento palam devinciebantur, vel, cum hac illac vagati essent, fieri poterat, ut aliquo indissolubili tenerentur vinculo.

Nec ullum sibi præsidium quærere potest ex laicali Parœciæ jurepatronatus; scitum namque est, id potius obesse, quam fulcimentum aliquod eidem præbere. Etenim Parœciæ laicalis patronatus haud conferuntur per concursum, qui speciem quamdam solemnis doctoratus sapere videtur, sed tantummodo per approbationem Ordinarii, quæ, ut perdendit *Rota decis.* 257. *num.* 35. *part.* 19. *recent*, et concinunt *Card. de Luca de Paroch. disc.* 16. *n.* 10, *ac Benedict. XIV. Inst. eccl.* 9. *num.* 16., *præsumptionem non inducit idoneitatis adeo urgentem, sicut examen per concursum, et ideo rationabilius motivum Parochos vocandi ad examen habuit*

buit Archiepiscopus pro recta administratione sui gregis, pro qua rationem Omnipotenti Deo est redditurus = .

Constituto Archiepiscopi jure ad novum examen revocandi Parochum Trapani, jam illud necessario consequitur, quod suis stare debeat viribus inflicta suspensio ab exercitio munerum parochialium, atque Oeconomi deputatio. Episcopi siquidem ex Trid. Synodo *sess.* 21. *cap.* 6. *de reform.* tamquam Apostolicæ Sedis delegati Parochis illiteratis et imperitis Coadjutores seu Vicarios pro tempore deputare, partemque fructuum eisdem pro sufficienti victu assignare tenentur. Quin obsit, Parochum Trapani imperitum denunciari non posse, cum suæ idoneitatis aut inscitiæ periculum coram Examinatoribus nondum fecerit; qui enim novo examini ex mandato ejus, cui potestas est, se subjicere renuit, amplam suppeditat suæ imperitiæ probationem, et Episcopus post incusatam Parochi contumaciam jure suo decretum suspensionis subscribere potest. Ita nimirum ipsa docet ratio, ac tradunt *Monacel. part.* 1. *tit.* 10. *adnot. ad form.* 15. *num.* 2., *Barbos. de offic. et potest. Episc. part.* 3. *alleg.* 63. *n.* 10., *S. Congr. in cit. Caputaquen. §. Circa punctum, et in Sedunen.* 29. *Julii* 1775. Jam vero ex enarrata rerum serie liquido constat, Parochum Trapani semel iterumque, ac peremptorie ad examen fuisse vocatum, at ipse adeo suæ idoneitatis periculum refugere visus est, ut mandatis Episcopi numquam parere satius arbitratus fuerit, imo gregem subito ac inopinato discessu deseruerit, ac Neapolim perrexerit, unde ad suam nondum reversus est residentiam.

Reliqua fusius haurient Emi Patres ex allegationibus a partibus circumferendis, ut dirimere possint, quæ proponuntur

Dubia

I. *An decreta Ordinarii pro novo examine sint confirmanda vel infirmanda in casu etc.*

II. *An*

II. *An sit servanda suspensio ab exercitio munerum parochialium et deputatio OEconomi in casu etc.*

Ad I. Affirmative ad primam partem, negative ad secundam.

Ad II. Affirmative, donec pareat mandatis Archiepiscopi.

Sess. 24. cap. 12. de reform.

TERRACINEN. Ad eam dirimendam controversiam, quam Sacerdos Ferdinandus Sessa in Terracinense Capitulum excitaverat, duo proposita sunt dubia = *I. An Sacerdoti Ferdinando Sessa sint restituendi fructus Canonicatus in casu etc. II. An et quomodo temperanda sit Constitutio capitularis in casu etc.*; quibus rescriptum prodiit in Comitiis diei 30 Januarii 1830 = *Ad I. Affirmative, solutis punctaturis pro tempore absentiæ, dempto tempore infirmitatis, et ad mentem; mens est, ut Vicarius Apostolicus inspectis libris fallentiarum curet executionem resolutionis S. Congregationis. Ad II. Affirmative, et Vicarius Apostolicus, audito Capitulo in scriptis, referat super modo.* Hac autem sententia Apostolico Terracinensis Ecclesiæ Vicario delata, suis ipse literis huic S. Ordini nuper rescribens, *omnia*, inquit, *Capitulo patefeci atque manifestavi, et reverentia summa et devotione profunda istius S. Congregationis mandata Capitulares exceperunt ac venerati sunt, solummodo postulantes nonnullas animadversiones proponere easque a me EE. VV. subjiciendas. Conquesti sunt primo, Sacerdotem Sessa, qui per quinque circiter annos Canonicatu pollens fere nunquam residentiæ interfuit, ausum se fecisse huic S. Ordini exponere, tantummodo residentiam neglexisse tempore Quadragesimali, dum Privernum petiit anno 1827 causa Concionatoris munus, annuente Episcopo, adimplendi. Nam res se ita non habet, ut ego ipse ex variis justificationibus*

huic

huic Cancellariæ productis, et ad S. Congregationem remissis perlegi, illisce stantibus, humillime deprecati sunt, ut EE. VV. dignentur denuo Capitulum audire per viam juris ad hoc, ut rationes suas quam maxime graves, quodammodo ab eorum Causidico omissas, adhuc valeant exponere et propria jura vindicare. Quoad autem ad modum temperandi Constitutionem, pari obsequio ac reverentia postulant, ut ipsa intacta remaneat. Quantum in me est, video necessitatem eam minime temperandi ad coercendos Canonicos, ne tam sæpe ac frequenter a residentia se abducant, et servitium Ecclesiæ detrimentum patiatur. Hoc meum judicium sapientiæ EE. VV. subjicio, una cum precibus ex parte Capituli tam pro juribus vindicandis contra Canonicum Sessa, quam pro tuenda Constitutione prædicta. Hinc factum est, ut Terracinenses Capitulares, quum sua iterum jura experiendi facultatem rite impetraverint, suas modo Allegationes distribuere aggressi sint, quarum hic summa EE. VV. oculis breviter exprimitur.

Diuturnam ac fere assiduam Sacerdotis Ferdinandi Sessa per annum 1827 e chorali servitio et residentia absentiam ne ab ipso quidem negari potuisse animadvertunt Canonici. Itaque illud unum supererat, ut in pœnalem Capitularium Constitutionum legem adversa tantummodo consuetudo jactaretur. Jam vero putat Capitulum, memoratam ejusmodi legem, quæ *absentes a servitio Ecclesiæ Cathedralis tempore Quadragesimæ, vel per alios duos menses continuos, vel per tres interpolatos fructibus omnibus totius anni privari* jubet, frustra prorsus a Ferdinando Sessa oppugnari, ubi asserit Canonicos et Pium Vicario anno 1819. et Aloisium Locatelli anno 1823 punctaturis quidem fuisse obnoxios, sed capitularis Constitutionis mulctam plane devitasse. Etenim ex capitularium resolutionum albo certum exploratumque est, duobus hisce Canonicis integram per eos annos omnium Canonicatus fructuum privationem reapse decretam fuisse; nec suum proinde robur videtur legi adimendum, si omnimodam inflictæ pœnæ executionem postea neglexisse

Ca-

Canonici dicantur. Hoc siquidem Sacerdos Sessa nec ullo satis argumento probat, nec, si probaret, quidquam sibi proficeret, inquiunt Capitulares, quum ad abrogandam legem adversa proferri debeat consuetudo rationabiliter ac legitime præscripta, *cap. ult. de consuetud.*, *Suarez lib. 7. de Leg. cap. 6. num.* 10., *Pirhing. Jus Can. lib. 1. tit. 4. num.* 30., eademque tum actuum frequentia tum temporis diuturnitate roborata, adeo ut altero ex his deficiente, satis probata non censeatur; *Sperell. decis.* 69. *n.* 26., *Reiffenst. in lib. 1. Decr. tit. 4. num.* 179., *et S. Congreg. in Forolivien. Præcedentiæ die* 16. *Septembris* 1826. §. *Præterea*. Porro si Ferdinandi Sessa dictis in themate adhærendum sit, nonnisi ab anno 1819 ad annum 1823 quodammodo obsolevisset capitularis Constitutio; quam quidem centenaria amplius observantia innixam, omniumque præsertim Canonicorum atque ipsius Ferdinandi Sessa jurejurando firmatam, tamquam legitimam ac peculiarem Collegialitatis legem, ab omnibus de gremio Capituli inviolabiliter servandam censent Capitulares, prout statuit Rota *in Neapolitana Reddditionis rationis* 7 *Febr.* 1753 §. 3. *cor. Bussi*, *et in Barchinonen. Præeminentiarum* 21 *Januarii* 1752 §. 2. *cor. Canilliac.* Quod si ex adversa consuetudine Constitutio capitularis destrui velit, certe oppositam quadraginta annorum observantiam esse allegandam contendit Capitulum *ex Can. ult. de Consuetud.*, *Covarruv. lib. 2. var. resolut. cap.* 16. §. 5. *num.* 6., *et S. Congreg. in Veneta* 13 *Julii* 1720 §. *Porro*, *et in Ariminen. et Cæsenaten. Juris quæstuandi die* 25 *Februarii* 1826 §. *Exploratum*.

Nihil autem sibi obesse autumant Terracinenses Canonici allatum Archipresbyteri Sanguigni exemplum, dum sine Apostolicæ Sedis Indulto quinque circiter menses anno 1827 abfuisse residentia objicitur, quin præscriptam a Constitutione capitulari mulctam subierit. Ipse enim, ut sedulam adversæ valetudinis curam susciperet, a Chorali servitio et residentia abesse compulsus fuit; omnique idcirco poena immunis declarandus ex Bonifacio VIII. *in Cap. Consuetudinem de Cleric. non resid. in* 6., ubi post inculcatam residentiæ legem tres expri-

exprimuntur legitimæ absentiæ causæ, *infirmitas* nempe, *seu justa et rationabilis corporalis necessitas, aut evidens Ecclesiæ utilitas*. Quo in loco addit Capitulum, Archipresbyterum Sanguigni eo etiam magis a capitularis Constitutionis lege eximi debuisse, *quod* de legitima suæ absentiæ causa vel ipsum Episcopum conscium fecisset, cui in casibus per Bonifacium VIII. superius expressis facultas est Canonicos a chori residentia sine Apostolico indulto excusandi, ut docet *Fagnan. in cap. Relatum n.* 10. *et in cap. Licet de præbend. et dignit. num.* 135., *S. Congr. in Caputaquen.* 7. *Aprilis* 1731, *et in Melevitana Indulti* 28. *Septembris* 1743. §. *Jure*. Atqui Sacerdotem Sessa nulla prorsus ejusmodi legitima causa fretum, ac sine Apostolicæ Sedis indulto per totum fere annum 1827 e residentia discessisse probant Canonici, eumque propterea, dum abfuit arbitratu suo, etsi octodecim etiam diebus extra residentiæ locum ægrotarit, nullum tamen ex ea re præsidium sive ad quotidianas lucrandas distributiones, sive ad effugiendam illegitime absentium poenam quærere posse propugnant, quemadmodum tradit *Benedictus XIV. de Syn. Dioec. Lib.* 13. *Cap.* 9. *n.* 15., *S. Congr. in Romana Fructuum* 15. *Aprilis* 1780 §. *Auditi*, *et in Alatrina Residentiæ* 9 *Julii* 1825 §. *Neque*.

enique, quod alterum spectat hujus quæstionis caput, ajunt Canonici Terracinenses, eam esse Tridentini Concilii mentem *sess.* 24. *cap.* 11. *de reform.*, ut liceat quidem Capitularibus per tres vacationum menses et non ultra a Choro quotannis et residentia abesse, sed *salvis nihilominus earum Ecclesiarum Constitutionibus, quæ longius servitii tempus requirunt*. Controversam itaque Capitularem Constitutionem, dum absentiæ tempus arctioribus limitibus coercet, ex Tridentina Synodo retinendam esse censent; eamdemque, si graviorem absentibus poenam infligit, quam quæ a Tridentinis Patribus præscribitur, non idcirco improbandam esse, aut temperandam. Profecto Episcopis non licet eas edere leges, quæ juri communi adversantur, *Cap. Quod super de major.*, *S. Congreg. in Cal-*

lien. Jurium Parochialium 20. *Decembris* 1828. §. *Ex his , et in Derthonen. Constitutionum Capitularium* 12 *Septembris* 1829 §. *Dubium IV.* ; Sed ipsis tamen fas est , poenas a jure communi inflictas suis constitutionibus exasperare , ceu tradunt *Romaguerra ad Constitutiones Synod. Gerundensis Lib.* 1. *tit.* 1. *cap.*1. *num.* 25. , *et Benedictus XIV. de Synod. Dioecesana Lib. X. Cap. II. num.* 4. Igitur Apostolicus Terracinensis Ecclesiæ Visitator , dum anno 1705. sua auctoritate sancivit capitularem constitutionem , quæ Canonicos injuria absentes graviori plectit poena , haud juri communi derogasse , sed illud potius adjuvasse dicendus est. Ceterum , subdunt Canonici , eo quondam consilio præfata Constitutio ab Apostolico Visitatore condi debuit , ne cum maximo Ecclesiæ ac divini cultus detrimento Capitulares æstivam aeris Terracinensis insalubritatem obtendentes soepius, quam par esset , sese chorali servitio eximere pergerent. Quapropter hodiernus quoque Vicarius Apostolicus ad debitum Cathedralis Ecclesiæ cultum sarctum tectumque præstandum ita ingenuum animi sui sensum huic S. Ordini aperuit , ut ejusmodi Constitutionem minime temperari , sed retineri plane oportere arbitretur , sicuti vel ipsi Oratores Canonici ab EE. VV. vehementissime postulant.

Hisce omnibus , quibus Terracinense Capitulum sua jura protueri iterum voluit , nulla hactenus ratione respondendum sibi esse duxit Ferdinandus Sessa ; qui tamen EE. VV. orat obsecratque , ut totam hujusce causæ speciem tum ex Folio 24. Januarii 1829. , et 12. Decembris ejusdem anni , tum ex allegationibus in superiori certamine jam ab ipso distributis rursum haurire ac perpendere dignentur.

Igitur proponuntur

Dubia

I. *An sit standum , vel recedendum a decisis in primo Dubio in casu etc.*

II. *An*

II. *An sit standum, vel recedendum a decisis in secundo Dubio in casu etc.*

Ad I. et II. Recedendum a decisis.

COLLEN. IRREGULARITATIS. Joannes Provvedi Rector Ecclesiæ Parochialis Sancti Michaelis ad Ranzam in Dioecesi Collensi tribus abhinc annis apoplexiæ morbo correptus usum dexteri brachii penitus amisit, ac linguæ hæsitantiam contraxit. Attamen ob Sacerdotum penuriam, tenuitatemque parochialium redituum nullam sibi animadvertens suppetere rationem, qua Presbytero parochialia munia obeunti congruam vitæ alimoniam præbere, et spiritualibus populi necessitatibus occurrere valeat, vos Emi Patres enixis precibus obtestatur, ut dispensationem ab irregularitate, et facultatem diebus saltem festis sacrum faciendi sibi concedere dignemini. *Sess. 24. cap. 6. de reform.*

Episcopus, cui preces de more ablegandas censui, accersivit Chirurgum, et Cæremoniarum Magistrum, ut pro suo quisque munere sententiam panderet. Chirurgus retulit = Ha perduto totalmente l'esercizio della mano e dell' avanbraccio destro da non potervi reggere il corpo il più esile non solo, ma da non potere eziandio eseguire il più piccolo movimento =. Similiter Cæremoniarum Magister ait = Tutte le funzioni del Sacrificio si fanno colla sola mano sinistra, e con qualche indecenza ed ammirazione de' circostanti tanto la frazione dell'Ostia intera, quanto della particella da infondersi nel Calice si fa colla sola mano sinistra sulla patena senza poi potere altro che con bagnarsi le dita purificare la patena medesima da quei frammenti, che vi possono restare. Essendo restato bleso, stenta il più delle volte a proferire intieramente delle parole del Sacrificio medesimo =. Quare Episcopus animi sui votum aperiens sic loquitur „ Suspensionem a celebratione Missæ a nobis in„ flictam extendere usque ad convalescentiam, non

„ incongruum judicamus . Ne in ejus egestate cre-
„ scat dispendium in destinatione Sacerdotis, qui ejus
„ vices gerat , suppliciter exoramus Emos Patres ,
„ quod supplicantem liberent ab omni irregularitate,
„ concessa ei in posterum facultate audiendi Confes-
„ siones , et omnia alia facere in propria Ecclesia ,
„ quin obstet impedimentum corporis , remissa arbi-
„ trio , et conscientiæ Ordinarii decidendi potestate
„ et super hoc impedimento , et super ejus convale-
„ scentia , quam dari vix posse credimus „ . Quod vero pertinet ad annuos Paræciæ fructus , eos subductis publicis vectigalibus , nonnullisque aliis oneribus, quolibet anno pertingere scribit ad scutata centum triginta .

Parochum Oratorem eo corporis laborare defectu , qui eumdem impedit , quominus in re divina faciendà sacros ex Rubricarum præscripto expleat ritus , ideoque a canone alienum esse , manifestissimi juris est . Illud itaque unum hic perpendendum superesset , utrum ex hujus Sacri Ordinis instituto , vitium , quo ipse afficitur ejusmodi sit , quod dispensatione donari soleat . Quoniam vero hujus S. Congregationis resolutiones , quæ vel concedendam , vel denegandam irregularitatis dispensationem suadere possunt , fuse prostant in causa *Bajonen.* 15. *Decembris* 1827., ideo, ne Emos Patres inutili repetitione teneam , ab illis nunc denuo enucleandis mihi abstinendum reor.

Nihilominus animadvertere præstat , Oratorem nedum ad Sacrum faciendum , sed etiam ad Sacramenta commisso sibi populo administranda dispensationem petere . Jam vero quamvis laborantes aliquo corporis vitio arceantur ab sacris functionibus , quas ob deformitatem aut debilitatem exercere prohibentur , eisdem nihilominus permittitur illorum actuum exercitium , quos sine scandalo et periculo peragere queunt , *Tomasin. de vet. et nov. Eccl. discip. part.* 2. *lib.* 1. *cap.* 83. *num.* 8. , *Reiffenst. lib.* 1. *decret. tit.* 20. *n.* 12., ac patet *ex cap. Presbyterum de cleric. ægrot.* , ubi cum Pontifex Sacerdoti celebrationem Missæ ob deformitatem interdicendam decrevisset ; attamen subjun-

xit =

xit = *ipsum autem ceteris officiis Sacerdotalibus fungi minime prohibemus*. Quocirca Presbyteri luminibus capti, aut manum ineptam habentes Missam quidem celebrare nequeunt, sed reliqua Sacerdotii ministeria perficere, uti fidelium confessiones excipere, sermonem ad populum habere, et alia id genus peragere non vetantur, *Gibalin. de irreg. cap.* 3. *consect.* 1. §. 1., *S. Congregatio in Consentina* 13. *Julii* 1725. §. *Quoad, et in Florentina* 2. *Augusti* 1727. §. *De promoto*.

At Parochus Orator eo vexari conspicitur corporis vitio, quod illum impedit, quominus rite Sacrificium offerat, Sacramenta administret, aliisque fungatur sacris functionibus; nam dexteri brachii usum penitus amisit, atque eam contraxit linguæ hæsitantiam, ut *stenta il più delle volte a proferire interamente delle parole del Sacrificio medesimo*. Quam ob rem Orator indiget dispensatione, cui viam sternere possunt exiguitas reddituum parochialium, penuria Sacerdotum, ac votum Episcopi. Præterea non desunt dispensationum exempla; siquidem *in Burgi S. Sepulcri* 7. *Julii* 1787., S. Congregatio largiendam censuit dispensationem ad sex menses pauperi Parocho, qui accidentalem sinistri brachii jacturam fecerat, et *in Trevirен. Irregularitatis* 26. *Februarii* 1774. dispensationem tum ad Missam celebrandam, tum ad munia parochialia obeunda impertita est cuidam Vicario Curato, qui talem in dextero brachio passus fuerat læsionem, ut non solum partem pollicis et indicis, sed etiam extremitatem digiti medii inopinato casu amiserit.

Erit nihilominus Eñorum Patrum decernere.

An, et quomodo sit supplicandum SSño pro dispensatione ab irregularitate in casu etc.

Negative in omnibus.

ASCU-

Sess. 24. cap. 12. de reform.

ASCULANA SERVITII CHORI. Capitulum Cathedralis Ecclesiæ Asculanæ duodecim constat Canonicis, et undecim Mansionariis præter Archidiaconum primam et unicam ejusdem Capituli Dignitatem. In Constitutionibus capitularibus nulla quidem occurrit vacationum mentio : ex vetustissimo tamen capitularium resolutionum albo apertissime elicitur, Canonicos uno tantum et altero vacationum mense frui antiquitus consuevisse. Verum die 28. Januarii 1696. ob redituum tenuitatem, et gravem servitii choralis laborem hic Sacer Ordo Canonicis indulsit, *ut per tres menses cujuslibet anni juxta modum a S. Concilio Tridentino præscriptum vacare, et interim omnes fructus, et distributiones quotidianas percipere possint, non secus ac si choro et officiis divinis personaliter interessent, ita tamen ut eodem tempore duæ partes ipsorum serviant, diebus exceptis solemnioribus, in quibus omnes inservire teneantur* =. Quum autem Capitularium vota et sententiæ ad conciliandam turni rationem inter se nullimode convenissent, idcirco Asculani Canonici vel usque ab anno 1706. ita sibi vacationes in hebdomadarium turnum divisas retinuerunt, ut exceptis Adventu, Quadragesima, Octavis privilegiatis, Dominicis, diebus festis de præcepto tertia Capituli pars quotidie a Choro abesse possit. Jam vero memoratam vacationum methodum, quibus vix annua duorum mensium absentia in præsentiarum conficitur, fastidire nuper Capitulares visi sunt, iidemque omnes rite simul congressi ex suffragiorum pluralitate statuerunt *di variare il presente sistema, e adottare quello del Rmo Capitolo di Sinigaglia, cioè di continuare l'assistenza del Coro con due terzi dei Coristi, ma di dividere per turno i nove mesi di gennajo, febrajo, maggio, giugno, luglio, agosto, settembre, ottobre, novembre, estraendoli a sorte, e colla facoltà della sostituzione, eccettuate però sempre le feste solenniori, e le processioni pubbliche, non che il tempo quadragesimale e dell'avvento, compensando in aprile alli Signori Canonici del turno di*

je-

febrajo tutti quei giorni che goderebbero di meno nel ridetto mese, quando incontrasse di cominciare la S. Quaresima prima di marzo. Antequam vero hujusmodi inserviendi rationem executioni committant, supplices huic S. Congregationi preces offerunt Canonici, ut tres conciliarium vacationum menses sibi denuo impertiantur.

Quæ hactenus exposita sunt, confirmat Asculanus Episcopus, qui pro informatione et voto rogatus hæc insuper addit. = Capitulares ternis vicibus qualibet die „ horas canonicas persolvunt. Civitas hæc, licet „ in plano posita, ad milliarium extensa in longitu- „ dinem reperitur. Ex quo fit, ut Capitulares, qui „ in maxima parte longius a Cathedrali commoran- „ tur, et hyeme sæviente atque æstivo tempore sin- „ gulis diebus tribus vicibus ad ipsam non sine gra- „ vi incommodo accedere cogantur. Igitur cum nullum „ detrimentum patiantur et cultus divinus, et servi- „ tium Ecclesiæ, Capitulares Oratores voti compotes „ esse mihi digni videntur = .

„ Quod vero spectat ad conditiones, quibus Canonici „ intendunt perficere substitutiones, paucis me expe- „ diam. Hoc jure etiam ad præsens utuntur; solent „ nempe vicissim, quando quavis de causa interesse „ nequeant, rogare eos, qui Chorum adire non te- „ nentur ob vacationes conciliares, ut eorum vices „ expleant. Tali substitutione et ipsi tamquam præ- „ sentes existimantur, quin illorum repræsentantes „ ullum adipiscantur jus, et divinus cultus ullum „ patiatur detrimentum, cum eo modo requisitus Ca- „ nonicorum numerus Choro semper intersit. Sed „ hujusmodi substitutiones in Canonicos extra Diœce- „ sim se conferentes minime admittendas putarem, ne „ generalium Decretorum præscriptionibus quoad per- „ sonalem residentiam officiatur; qui vero intra Diœ- „ cesim abeunt, sed extra suburbia, de licentia Epi- „ scopi tantummodo substitutiones facere possint= .

S. Concilium Tridentinum *sess.* 24. *cap.* 12. *de Reform.* tres vacationum menses singulis annis concessit iis Ecclesiis, in quibus longius servitii tempus ex capitularibus constitutionibus, aut peculiari consuetudine non re-

requiritur. Itaque, quum in Asculana Cathedrali nonnisi duo circiter vacationum menses centum amplius abhinc annis soleant existere, Canonicorum precibus indulgendum non esse videretur ex contraria inducta consuetudine, ob quam conciliari beneficio renunciasse putantur *argum. L. si quis cod. de Episc. et Cleric.*, *L. penult. Cod. de pact.*, *S. Congregatio in Ipporegen.* 30. *Januarii hujus anni* §. *Oratorum*.

Sed quod suis ipse litteris innuit Ordinarius, id præcipua in themate animadversione dignum est; eam scilicet esse Asculanæ civitatis longitudinem, ut ferè omnes Capitulares a Cathedrali templo plurimum dissiti non sine gravi incommodo sive hyemali, sive æstivo tempore ternis quotidie vicibus chorale servitium persolvere obstringantur. Accedit præterea, conciliares trium mensium vacationes ab anno 1696. fuisse Asculano Capitulo ab hoc S. Ordine reapse impertitas; adeo ut non tam novam vacationum veniam, quam absolutam quodammodo veteris illius indulti executionem poscere Oratores dici possint. Atqui S. Congregatio justa aliqua intercedente causa, vacationes ad tres menses benigne ampliandas sæpe censuit, ceu *in Isernien.* 26. *Junii* 1723., *in Vercellen. Servitii Chori* 19. *Julii* 1790., et novissime *in Ipporegien. servitii Chori* 20. *Martii* 1830. *ad* 1. *Dubium*. Quod si Oratorum votis propitium fuerit EE. VV. judicium, vacationum trimestre tempus ita profecto a Capitularibus dividi oportebit, ut ad debitum Ecclesiæ servitium tuto adservandum nec omnes simul Canonici abesse *Reiffenst. in lib.* 3. *Decret. tit.* 4. *n.* 114., *Fagnan. cap. licet de præbendis num.* 54. *et seq.*, nec vacationes incidere debeant tempore adventus, quadragesimæ, Paschatis, Nativitatis Domini, aliisque solemnioribus anni festivitatibus, quemadmodum jamdiu mos est Asculanis Canonicis, ac S. Congregatio decrevit in *Terracinen. et Setina* 23. *novembris* 1771., *in Pientina Vacationis Choralis* 30. *augusti* 1777., *et in Recanaten. Servitii Chori* 21. *novembris* 1829. §. *Verum*.

Superest nunc de petita sese invicem substituendi facultate, qua se Oratores ab inveterata consuetu-

tu-

tudine frui testantur, *compresi anche li Coadjutori, ancorchè si portassero i Canonici in qualunque luogo della Diocesi; ora poi da qualche tempo anche a favore dei Canonici, che si sono portati fuori della Diocesi*. Porro, quum decreverit Tridentina Synodus in *cit. sess. 24. cap. 12. de reform. ut omnes divina per se*, et non per substitutos *compellantur obire officia*, ea olim fuit Canonistarum opinio, ut non liceret in chorali explendo servitio alterum substituere, peculiari non obstante consuetudine, et statuto etiam immemorabili, ut referunt *Vanespen. in dissert. de Canon. part. 3. tit. 6. §. 5., et Bened. XIV. de Synod. Diœces. lib. 13. cap. 9. §. 11.* Hæc tamen disciplina nimiam sapere severitatem visa est, adeoque S. Congregatio facilem se præbere cepit, ut in chorali præstando servitio sese invicem Capitulares substituerent hisce obstricti conditionibus, quæ prostant apud Benedictum XIV. *inst. eccl. 107. n. 17.*; nimirum 1. ne substitutus ipse ad chorum venire debeat illis diebus, quibus in locum alterius sufficitur; 2. ne id frequenter contingat; 3. ut subrogentur Canonici solum vel mansionarii præsentes in civitate, non vero qui extra illam vel extra suburbia versantur; 4. demum, ne hanc facultatem alterius substituendi obtineant nisi Canonici vel Mansionarii, non autem ipsorum coadjutores, qui nec reipsa Canonici, neque mansionarii nuncupari possunt.

Ex super allatis conditionibus duæ potissimum in themate fusius expendendæ sunt. Atque in primis tum sacrorum Canonum præscripto, tum S. hujus Congregationis decretis consonum quidem est, ut substitutionis privilegio nonnisi Canonici vel Mansionarii præsentes in Civitate ejusque suburbiis, minime vero vagantes in Diœcesis Oppida, aut extra Diœcesim perfruantur. Donec enim sive in Civitate sive in ipsius suburbiis quisquam degat, residere videtur, ac substitutionis beneficio uti potest. Hinc S. Congregatio *in Montis Politiani servitii chori* rogata = *An, et quomodo Canonici Cathedralis alios substituere possint in servitio chori in casu etc.*, die 19. Julii 1806. responsum dedit = *Affirmative dummodo non abutantur.*

tur, dummodo substituentes non absint ab urbe et suburbiis, et dummodo non substituant honorarios. = Ubi vero ex Civitatis suæ territorio abfuerint Canonici, jam ipsi in suis Ecclesiis, et in beneficii loco residere desinunt, ac digni proinde non sunt, qui collegam substituere valeant, licet in aliquo Diœcesis Castro commorentur. Id luculentissime evincitur ex resolutione hujus S. Congregationis, quæ in *Alatrina* 24. *Martii* 1612. *tom.* 11. *decretorum pag.* 112. respondit = *Ad I. eos tantum, qui in Civitate, ubi est Cathedralis, vel in ejus suburbiis sunt præsentes, non autem alios posse substituere. Ad II. Causam non requiri ad substituendum. Quod vero monuit S. Congregatio, ut Episcopo cordi sit, ne Canonici ea substituendi facultate abutantur, eo respexit, ne substitutiones hujusmodi sint nimium frequentes, quod Episcopi erit arbitrio. Ad IV. Absentes in Castro Diœcesis non posse substituere* =. Cui quidem regulæ adeo adhærendum esse censuit S. Congregatio, ut contrariam consuetudinem tamquam abusum proscripserit. Enim vero *in Fulginaten.* 31. *Martii* 1721., etiamsi Canonici contenderent *in sequelam præsertim immemorabilis facultatem sese invicem substituendi procedere etiam in hypothesi, in qua substituentes absint ab urbe, et ejus suburbiis*, nihilominus Patres Emi rescripserunt = *Negative* =. Ceterum cum jure cautum non sit, quatenus se protrahere queant suburbiorum limites, præsertim ubi contiguis ædificiis careat civitas, profecto intra territorium civitatis absentiæ limites statuendi videntur, prout censuit S. Congregatio *in Spoletana Servitii chori* 28. *Februarii* 1795. *ad I. dubium*; nam in favorabilibus nedum continentia, et ædificia Civitati contigua, quæ suburbia dicuntur, *S. Congregatio in Eugubina* 27. *Aprilis* 1765. §. *Sed*, verum etiam villæ, quæ intra territorii ambitum existunt, ac legibus, et magistratu Civitatis reguntur, urbis nomine comprehenduntur, *S. Congregatio in cit. Eugubina* §. *Ut autem, et in Burgi S. Domnini* 19. *Augusti* 1797. §. *Deliberandum.*

Nihilominus videant EE. VV. an indulgendum Oratoribus

bus sit, ut intra Dioecesim, sed extra Civitatis suburbia absentes substitutionis privilegio cum Ordinarii licentia frui possint, quemadmodum optaret Asculanus Antistes. Etenim consuetudo, quæ jamdiu invaluit penes Canonicos Asculanos, ut intra Dioecesim commorantes alterum ex collegis sufficere valeant, a jure haud penitus aliena reputari posset, ut saltem ex Apostolicæ Sedis indulgentia Canonici intra Dioecesim commorantes substitutionis privilegio fruantur, cum beneficii locus censeatur ille districtus, *Oppidum nempe, Civitas, ac Diœcesis*, ubi beneficium situm est, ut hisce verbis explicat *Schimier in Jurisprud. can. civil. lib. 3. tract. 1. part. 2. cap. 3. num. 329.* Qua quidem indulgentia hic sacer Ordo, perpensis peculiaribus circumstantiis, dignos censuit Canonicos Collegiatæ Castineani: proposito enim dubio = *An et quomodo Capitulares se invicem substituere possint in servitio chori in casu etc.*, die 25. Junii 1803. *in Montis Alti Servitii Chori*, rescriptum prodiit = *Affirmative exclusis Coadjutoribus, dummodo Substitutus non sit eodem die servitio chori addictus, et substituens non absit a Diœcesi, et substitutiones non sint nimium frequentes* =.

Quod vero ad Coadjutores attinet, hi omnibus profecto gaudent honoribus et prærogativis, quibus Coadjutus ad tradita *per Gonzalez ad reg. Cancellar. 8. gloss. 5. §. 9. num. 99., Rot. cor. Crescent. jun. decis. 143. n. 6., et S. Congreg. in Urbinaten. Servitii chori 21. Junii 1794. §. Competunt*; eumque inserviant Ecclesiæ absque præbenda, æquum videretur, ut substituendi commodo fruerentur, *Ursaya disceptat. eccles. 17. n. 3. tom. 6. part. 2.*, præsertim quia divino cultui per eam rem nihil decresceret, *Pignatell. consult. 130. n. 21. et seq.*

Attamen cum Coadjutores non esse veros, sed fictos Canonicos aperte doceat *Benedictus XIV. Inst. eccl. 107. §. 3. n. 17., Barbos. de canon. cap. 29. n. 26., et S. Congregatio in Forolivien. Præcedentiæ 16. Septembris 1826.*, hinc ea fuit ejusdem S. Congregationis sententia, ut substitutionis privilegio Coadjutores

frui non posse decreverit *in Casertana* 26. *Februarii* 1650 *lib.* 19. *decret. fol.* 28., *in Spoletana Servitii Chori* 28. *Februarii* 1795. §. *Num*, ac solummodo peculiaribus inspectis rerum locique momentis, cuidam Coadjutori ex gratia tribuit substitutionis veniam *in Urbinaten. Servitii chori* 12. *Julii* 1794. Quæ cum ita se habeant, nihil certe Asculano Capitulo proficeret prolata ad eam rem diuturni temporis consuetudo, quippe quæ talem non habet vim, ut Coadjutores ex fictis Canonicis veros efficiat, et in ceterorum Canonicorum numerum, qui de Capituli gremio reapse sunt, omnino recenseat. Hujusmodi profecto de causa hic Sacer Ordo, quamvis Canonici vetustam obtenderent consuetudinem, eam irrationabilem existimans, Canonicos Coadjutores nec substitui, nec substituere posse respondit *in Spoletana Servitii chori* 26. *Februarii* 1795. *ad II. Dubium*, *et in Montis Alti Servitii chori* 25. *Junii* 1803.

Itaque proponuntur

Dubia

I. *An, et quomodo ampliandæ sint chorales vacationes in casu etc.*

II. *An Canonici intra civitatem ejusque territorium degentes possint sese invicem in chorali servitio substituere in casu etc.*

III. *An sustineatur consuetudo ut Canonici a territorio Civitatis absentes, sed intra Diœcesim commorantes gaudeant substitutionis beneficio in casu etc.*

Et quatenus negative

IV. *An ex gratia sit eisdem concedendum substitutionis beneficium in casu etc.*

V. *An idem beneficium sit tribuendum absentibus a Diœcesi in casu etc.*

VI. *An sustineatur consuetudo ut Canonici Coadju-*

jutores substitui, ac substituere possint in casu etc.

Et quatenus negative

VII. *An iisdem sit concedendum Apostolicum indultum in casu etc.*

Ad I. Negative.
Ad II. Affirmative, dummodo substitutiones nimium frequentes non sint, nec ipse substitutus eodem die in chorum venire debeat.
Ad III. IV. V. et VI. Negative.
Ad VII. Affirmative.

FAVENTINA ALIENATIONIS. Sacerdos Angelus Emiliani Parochus Ecclesiæ S. Mariæ in Merlaschio Dioecesis Faventinæ ab hac S. Congregatione facultatem postulavit vendendi sex prædiola ad ipsam Ecclesiam pertinentia, quorum quinque Antonius Zambrini, sextum vero Marcus Magnani se se empturos pollicebantur. Pretium in summa scutatorum 2115 04 ab eisdem certis legibus pendendum in solutum accipere se paratos exhibuerant fratres Rossini, qui Ecclesiæ parochiali prædium tradebant valoris scut. 2400. Precibus annuit S. Congregatio, quæ die 3 Septembris 1825 dubio = *An et quomodo sit consulendum SSmo pro approbatione contractus in casu etc.* = responsum dedit = *Affirmative juxta modum, nempe Episcopus præfigat terminum fratribus Rossini pro constructione domus proprio ære peragenda acceptis scu-*

Sess. 25. cap. 5. de Reform.

scutis centum tribus a Parocho Emiliani oblatis, ipsique Rossinii nomina Zambrini, et Magnani in solutum recipiant, quacumque evictione favore Paroeciæ remissa: quo vero ad consignationem censuum, suspendatur usque ad absolutam constructionem domus.

Dum partes in eo erant, ut emptionis, ac permutationis tabulas conficerent, innotuit Zambrinio, prædium a fratribus Rossiniis Ecclesiæ tradendum hypothecariis inscriptionibus usque ad summam scut. 1200. favore Ecclesiæ S. Proculi dudum esse affectum ob neglectam ab ipsis Rossiniis fundi transcriptionem. Quare inter Parochum Merlaschi et Zambrinium diu certatum est coram Episcopali Curia, quod ille contenderet, venditionis tabulas fore omnino exarandas ad tramites resolutionis hujus Sacri Ordinis; hic autem, ne evictionis periculo subesset, instrumentum obsignare penitus detractaret. Tandem partes eam sibi rationem ineundam arbitrati sunt, ut controversiam omnem amica transactione componerent. Quare die 16 Augusti 1827, auctorante Vicario Generali, tam Parochus, quam Zambrinius, assentientibus Rossiniis a subscribendo venditionis contractu resiliérunt, atque Zambrinius ad rependenda damna Ecclesiæ parochialis, et ad sumptus sarciendos summam scutatorum centum viginti quinque favore Paroeciæ Merlaschii investimento collocandam rectori ejusdem parochialis Ecclesiæ numeravit.

Nunc Parochus Emiliani enixis precibus EE. VV. obtestatur, ut memoratam transactionem Apostolico beneplacito roborare dignentur, atque insuper veniam impertiantur, ut ipse sextam terrulam vendere possit hæredibus Marci Magnani, qui summam obtulerat scutor. 206. 47.

Rogatus Episcopus, ut, auditis iis quorum interest, votum suum aperiret, ac referret de parata occasione utilis investimenti, ea, quæ superius narravi, plane confirmat, ac deinde subjungit memoratam transactionem cum Zambrinio initam in evidentem redundare Parœciæ utilitatem, ideoque Apostolicæ Sedis approbatione dignam existimat. Quod vero pertinet ad fun-

dum

dum Magnanio vendendum, scribit „ eumdem in „ terrula arata, arboribus expoliata nuncupata *Le* „ *Larghe* in hoc Territorio sita tornaturarum 2. per- „ticarum 6. pedum 7. unciarum 3. consistere, cujus „ integer valor uti ex æstimatione Philippi Parani epi- „ scopalis periti, ad scutatorum 133. 65. summam „ ascendit, quæque terrula die 12 Julii anni 1824 „ pro scut. 200 obolorum 47 summa Marco Magnani „ adjudicata fuit,

„ Etsi Merlaschii Parochus fundum in promptu habeat, „ quem pro sua Ecclesia statim acquirere posset, di- „ cta scutata 200, nec non alia scutata 125. a D. Zam- „ brini juxta transactionem, cujus adprobatio expo- „ stulatur, accepta persolvendo; attamen nisi prius „ Apostolicum beneplacitum pro duobus enunciatis con- „ tractibus obtinuerit, dictam emptionem perficere „ non posse manifestum est „.

Ea est transactionis indoles, ut super re dubia versari debeat, et ab utraque parte aliquid remittatur. Ita Ulpianus *in leg.* 1. *de trans.*, *Gonzalez in lib.* 1. *decret. tit.* 36. *cap.* 1. Atqui in re nostra agitur de re dubia, utrum nempe teneatur Zambrinius pactam solvere pecuniam pro prædiis ab Ecclesia emendis, seu potius ob detectam hypothecariam inscriptionem, cui subest prædium fratrum Rossini, a subscribendo contractu jure valeat resilire. Aliquid item vicissim remittitur; Ecclesia enim abdicat jus instrumenti conficiendi, et Zambrinius ad Ecclesiæ damna aliquo pacto sarcienda solvit scutata 125. At si venditionis permutationisque contractus perficeretur, Ecclesia gauderet prædio Rossini litibus obnoxio. Zambrinius autem ad sarcta tecta servanda jura Ecclesiæ, periculo evictionis subesset. Quocirca memoratam transactionem parochiali Ecclesiæ utilem ac probatione dignam eximat Episcopus inquiens „ Clare patet Ecclesiam Pa- „ rochialem Merlaschii non parum utilitatis ex hoc ul- „ timo centum viginti quinque scutatorum lucro per- „ cipere, ideoque adprobatione, ut postulatur, digna „ videtur conventio „.

Similiter concedenda videtur petita venia alienandi prædio-

diolum *le Larghe*. Et sane ob evidentem utilitatem, facultas bona ecclesiastica divendendi impertiri solet, *extravag. Ambitiosæ de reb. Eccl. non alienan.*, *can.* 52. *caus. XII. quæst.* 2. Evidens in themate præsto esset Ecclesiæ utilitas, nam terrula, ab aliis Parœciæ fundis penitus sejuncta, et a perito ab Episcopali Curia electo æstimata scut. 133. 65, venderetur scut. 200. 47. Insuper evidentius apparet utilitas, si ratio habeatur scut. 125., quæ seorsim parum prodesset, unita vero scut. 200. 47. modum suppeditarent ampliorem, et Parœciæ magis utilem comparandi fundum. Tandem hæc S. Congregatio plurimi facere solet Episcopi votum, qui hæc habet „ Etiam atque etiam adprecor, „ ut præfato Parocho facultas concedatur vendendi „ D. Magnani fundum, de quo agitur, ab aliis se„ junctum, cum hujusmodi contractus Ecclesiæ suæ „ sit valde utilis, cumque pertimescendi locus adsit, „ ne, si dictus contractus variis abhinc annis pen„ dens ulterius differatur, defuncti Magnani hæredes „ conventionibus ab eorum auctore statutis stare velint.

Erit nihilominus Eñorum Patrum definire

I. An sit supplicandum SSño pro approbatione transactionis in casu etc.

II. An sit concedendum Apostolicum beneplacitum pro alienatione fundi le Larghe in casu etc.

Ad I. et II. Affirmative juxta votum Episcopi.

BONONIEN. PRÆBENDÆ. Blasius Murarisi anno 1603. legatum reliquit scutatorum sexaginta quotannis exsolvendum *Doctori in S. Theologia eligendo per Archipresbyterum et Canonicos Collegiatæ S. Blasii Civitatis Censi, qui legere habeat in dicta Ecclesia lectiones casuum conscientiæ unam vel plures singula et qualibet hebdomada publice, modo, et forma prout videbitur et placuerit supranominatis Archipresbytero et Canonicis* =. Factum est autem, ut anno 1743., auctorante Vicario Generali Bononiensis Archiepiscopi, et assentiente Capitulo Centensi, legatum istud in Præbendam Theologalem fuerit conversum, atque ita permanserit ad superiores usque privatarum publicarumque rerum perturbationes. Quo tempore etiamsi Collegiata Centi violentum subierit bonorum spolium, nihilominus Præbenda Theologalis utpote a peculiari fundatore instituta, immunis evasit ab illo naufragio. Pace reddita Ecclesiæ, Canonici, qui adversis etiam tempestatibus in sancto proposito perseverarunt, suoque munere, nulla licet fruantur præbenda, etiam nunc summa cum laude, festis præsertim diebus, funguntur, alacriter ad Leonem XII. sa. me. preces dederunt, ut in pristinum canonicales praebendæ restituerentur; sed ob rei æconomicæ statum illud accidit, ut voti compotes fieri non potuerint. Interim supremum diem obivit Canonicus Donati theologalis præbendæ Rector, cumque de sufficiendo illi successore mens esset, nonnulla exorta sunt dubia. Quam ob rem hunc S. Ordinem adiit Archipresbyter Collegiatæ, sciscitaturus, an hujusmodi præbenda sit in præsentiarum tamquam residentiale beneficium habenda, et an jus ad illam nominandi penes Capitulum adhuc perseveret. *Sess. 25. cap. 9. de Reform.*

Emus Archiepiscopus, quem pro voto et informatione requisivi, in ea esset sententia „ che si provedesse „ alla nomina del Beneficio teologale, considerandolo „ come semplice beneficio, il quale divenisse residen„ ziale, qualora fosse canonicamente ripristinata quel„ la Collegiata. In questo caso mi sembrerebbe che

„ la nomina fosse devoluta all' Ordinario sopra una ter-
„ na da rassegnarsi dall' Arciprete medesimo ;„ Et quoniam beneficiis caret, quibus Clericis Sacris Ordinibus initiandis consulere valeat, ejusdem Beneficii Rectori hujusmodi cuperet constituere leges „ che l' investito
„ fosse intra annum insignito del Suddiaconato , e che
„ ipso jure ne fosse spogliato , qualora mancasse a que-
„ sta prescrizione ; che fatto Sacerdote , e compiti gli
„ Studj sacri , fosse tenuto a risedere in Cento per
„ prestarsi a servire quella Chiesa parrochiale di S. Bia-
„ gio coll' insegnare la dottrina , collo spiegare il Van-
„ gelo in assenza od impedimento dell' Arciprete Par-
„ roco , coll' ascoltare le Confessioni , quando fosse ap-
„ provato , e coll' assistere alle funzioni parrochiali ,
„ e che fosse soggetto ad una multa a comodo dell'
„ Amministrazione parrochiale , qualora fosse mancan-
„ te, per il che dall' Ordinario in concorso dell' Arci-
„ prete Parroco si decretasse una particolare conven-
„ zione „.

Canonicalem præbendam Murarisi residentiæ onere adhuc devinciri illud suadere posset , quod Capitulum Centense numquam fuerit legitima auctoritate dissolutum: ea enim quam Canonici exteris copiis clavum imperii tenentibus, passi sunt suppressionem , potius bonorum spolium , quam canonica dicenda est Collegiatæ suppressio , veluti animadvertunt Folia in *Maceraten.* 20. *Novembris* 1824., §. *Deficiente* , *et in Cæsenaten.* 16. *Junii* 1827. §. *Jam.* Hanc saue ob causam divinas ipsi laudes in choro turbulentissimis quoque temporibus celebrarunt , ac etiam in præsentiarum , festis potissimum diebus celebrare non prætermittunt . Spe insuper tenentur, futurum ut Canonicales præbendæ bonis denuo donentur; scribit siquidem Emus Archiepiscopus„ I Capitolari con pubblica edificazione e di-
„ sinteresse hanno costantemente adempite le funzio-
„ ni di coro e di uffiziatura , come praticano oggi lo-
„ devolmente nella calda fiducia che le loro suppli-
„ che per la reintegrazione della Collegiata possa-
„ no un giorno essere assecondate , la qual fidu-
„ cia sembra che sia ognora crescente ed opero-
„ sa , limitandosi essi a chiedere che vengano lo-
„ ro dimessi i pochi residui capitali fruttiferi che

„ ap-

„ appartenevano alla sostanza del loro Capitolo ,
„ perchè unite a questi le poche prebende padronali
„ e le liberalità , che si assicurano di avere da be-
„ nevoli , a quelli ch'essi stessi si propongono di pra-
„ ticare , sperano con questo tutto insieme di stabilir-
„ si una sufficiente dotazione „ Jam vero si Capitulum Centensis Collegiatæ suo adhuc stat robore, duo exinde consequuntur , scilicet possessorem Theologalis præbendæ , non minus quam ceteros Canonicos residentiæ lege obstringi ex Tridentina Synodo *Sess.* 24. *cap.* 12. *de reform.* , electionem vero Canonici Theologi minime devolutam esse ad Emum Archiepiscopum, sed ad Archipresbyterum et Canonicos , quemadmodum cautum est in fundationis tabulis , omnino spectare.

Sed quanquam bonorum spolium, quod Canonici perpessi sunt, haud legitimam pateat secumferre suppressionem ; attamen Centensis Collegiata tamquam extincta censenda est, donec saltem ab Apostolica Sede in antiquum statum restituatur : quum enim Pontifex, sacris publicisque pacatis rebus , votis Canonicorum Collegiatæ restitutionem , præbendarumque dotationem postulantium se morem gerere non posse respondisset , satis ostendit , ratam ac firmam se habere Collegiatæ suppressionem. Explorati autem juris est , Beneficiorum et Capitulorum suppressione cuncta perimi penitusque extingui onera , et jura. Igitur futurus Rector præbendæ Murarisi immunis erit a lege residentiæ , quoad ab Summo Pontifice aliter decernatur . Similiter qui Canonicorum titulo ante Collegiatæ suppressionem honestabantur , nunc sibi asserere nequeunt jus nominandi rectorem ad præbendam de qua est sermo, cum ipsi haud Collegium constituere valeant , veluti perpendit *Rot. decis.* 99. *n.* 7. *part.* 7. *recent.* , *et cor. Emerix decis.* 123. *num.* 6. , atque animadvertit meum votum in *Tiburtina Beneficii* 26. *Januarii* 1828. §. *At vero.*

Duo hic ad trutinam forent revocanda , utrum scilicet suppressa præbenda Theologali reviviscere debeat onus explicationis casuum moralium ab ipso fundatore im-

positum, et an extincto Canonicorum Collegio collatio præbendæ Murarisi jure devolutionis pertineat ad Emum Archiepiscopum, seu potius jus nominandi coaluerit in Archipresbytero Collegiatæ, qui una cum Canonicis jure eligendi fruebatur: sed hujusmodi quæstiones silentio prætereundas existimo, ne inutilia persequi videar. Si enim EE. VV. Collegiatam tamquam extinctam judicaverint, ac superstites Canonicos quovis jure nominandi destitutos arbitrati fuerint, id unum in præsens inquirere oportet, utrum ea, quæ de præbenda Murarisi, donec saltem Collegiata S. Blasii in pristinum fuerit restituta, suggerit Emus Archiepiscopus, vestra, Patres Emi, sint probatione digna.

Latet quippe neminem, justa intercedente causa, supremas decendentium voluntates commutari posse, *Trident. Synod. sess.* 22. *cap.* 6. *de reform.* Ea, quæ proponit Emus Archiepiscopus potius voluntati testatoris cohærere, quam adversari videntur, ac præterea ejusmodi sunt, quæ Archipresbyterum jure nominandi minime privare, pauperi Clerico titulum ordinationis suppeditare, et spirituali animarum saluti magis consulere facile conspiciuntur.

Sint

Dubia.

I. *An Præbendæ Murarisi sit adnexum onus residentiæ in casu etc.*

II. *An et ad quem spectet jus nominandi in casu etc.*

III. *An et quæ onera sint imponenda futuris ejusdem præbendæ rectoribus in casu etc.*

Non proposita cum sequenti.

FO-

FOROLIVIEN. TRANSLATIONIS LEGATI. Thomas Agostini patricius Foroliviensis supremo voluntatis suae elogio jussit, ut in Carmelitarum Ecclesia, quae Forolivii extat, ante aram B. Mariae Virginis ab Annunciatione suae hereditatis sumptibus perpetuo lampas arderet. Ab anno 1714, quo fato cessit testator, usque ad annum 1797 tam a primis heredibus, quam ab infirmorum et expositorum hospitali, quod hereditati postea successit, pia ejusdem testatoris mens expleta adamussim fuit. At publicarum divinarumque rerum ordine ob tristissimas superiorum temporum vicissitudines perturbato, et Regularibus ubique per vim a religiosis aedibus avulsis, etsi Carmelitarum Ecclesia eadem ac antea frequentia populi inviseretur, et secularium Sacerdotum cura sacrae in ea veluti antea peragerentur functiones; intermissa tamen aliquandiu est legati satisfactio, et pro ejusdem translatione in publicam hospitalis Ecclesiam e fundamentis nuper extructam oblatae Episcopo fuerunt preces ab Foroliviensi Municipio, a quo hospitalis bona administrabantur. Delatis precibus subscripsit Episcopus, ac die 30. Decembris 1797 memoratam decrevit translationem; ex quo factum est, ut triginta duobus ab hinc annis contra testatoris voluntatem in hospitalis Ecclesia injunctum legati onus expletum fuerit. Id autem cum aegre ferant Carmelitae supplices Sacram hanc adierunt Congregationem, ut latum ab Foroliviensi Episcopo de translatione legati decretum infirmetur. *Sess. 22. cap. 6. de Reformat.*

Preces pro informatione, et voto ad Vicarium Apostolicum ablegavi, ut, auditis praesertim hospitalis administratoribus, de bono Oratorum jure referret. Qui cum demisso sibi muneri plenissime satisfecerit, enarratam in primis rerum seriem confirmat, ac nonnulla insuper addit, quae ad verbum hic referre juvat. „ Episcopus vir quidem eximiae pietatis, et doctri-
„ nae omnibus rite perpensis, justisque de caussis
„ animum suum moventibus translationem decreto suo

mo-

„ mandavit derogando etiam testatoris voluntati, ea „ forte usus auctoritate apostolica, qua tunc tempo- „ ris harum provinciarum a S. Sedis dominio avulsa- „ rum fruebantur Episcopi. Quod si aliquo modo „ Praesulis mentem divinare fas esset, ea certe pu- „ tanda consulendi cultui Ecclesiae de novo a Xe- „ nodochio substructae, quae vel indotata, vel pro- „ pter inopiam pii loci, spectatis enormibus expen- „ sis, reditibus orbata relinquebatur. Neque improba- „ bile, eumdem timuisse, ne Carmelitarum Ecclesia „ in tanta bonorum ecclesiasticorum direptione, et „ temporum iniquitate aliquando vel divendita, vel „ occlusa divino cultui subtraheretur, sicque olei le- „ gatum extingueretur, cui jacturae decreto transla- „ tionis occurrere sibi in animum induxit. Rogati ho- „ spitalis moderatores enixe efflagitant, ne hoc bene- „ ficio Ecclesia eorum privetur. Si qua enim, ut „ enarrat Carmelitarum libellus, identidem a fideli- „ bus Ecclesiae provenit vel cerae, vel olei oblatio, „ neque magna, neque certa, sed eum in finem, ut „ continuo insumatur ante quamdam Salvatoris e cru- „ ce depositi statuam, quae magna devotione ibi co- „ litur, non ut lampadi infundatur, quae diu, noctu- „ que ante SS. Eucharistiae Sacramentum inibi per- „ petuo pro infirmis asservatum collucere debet. Quae „ cum ita sint, eam venio in sententiam, non esse „ hospitalis administratores beneficio a legitima aucto- „ ritate ipsis concesso privandos, et quo triginta duo- „ bus abhinc annis pacifice fruuntur „.

Hisce, quae facti erant praemissis, ea nunc rationum momenta, quae Patrum Carmelitarum causam tueri videntur expendenda breviter aggredior. Atque inprimis exploratissimum in jure est, supremas testatorum voluntates adeo religiose esse servandas, ut absque ulla necessitatis, aut utilitatis causa immutari nullo modo queant, *Leg.* 120. *ff de verb. signif.* Nihil enim est, quod magis hominibus debeatur, quam ut suprema voluntatis, postquam aliud velle non possunt, liber sit stylus, et licitum quod iterum non redit arbitrium, *Can. ultima voluntas caus.* 13. *Quaest.* 2., *Leg.*

Leg. 1. *Cod. de Sacrosanctis ecclesiis*, *et S. Congregatio in Novarien. Reductionis*, *et absolutionis*, 18. *Septemb.* 1824. §. *Servanda.* Qua ex re cum testatoribus jus sit, in quod maluerint opus, bona sua relinquere, necdum in æquale, sed nec etiam in melius immutari debent ultimae voluntates, *Clement. quia contigit de Religiosis domibus L.* 7. *Cod. de testament.*, *Gratianus discept. forens. Cap. Mos quidem de testament. n.* 35., secus fideles voluntatibus defunctorum vulnus infligi sentientes a legatis in pias caussas constituendis abducerentur, *Sac. Congreg. in Favent. Commutat. Voluntatis*, *applicationis*, *et sanationis* 22. *Februarii* 1823. §. *Et concinit.*

Jam vero nostro in themate non modo de testatoris voluntate apertissime constat, verum etiam nulla prorsus aut utilitatis, aut necessitatis caussa pro memorata legati translatione videtur adesse; nam ad Hospitalis Ecclesiae tam multae saepius et olei, et cerae oblationes a fidelibus deferuntur, ut ad asservandam ante Sacramentum Eucharistiae lampadem satis superque sufficiant. Insuper illud Carmelitae animadvertunt, quod in eorum Ecclesia eodem modo ac in Ecclesia hospitalis injunctum legati onus expleri possit. Atqui, si in ecclesia et altari a testatoribus designato impleri legata possunt, eorum translationem denegare suevit Sacra haec Congregatio *In Lucana Translationis* 26. *Augusti* 1820. §. *Inquirendum*, *in Tranen. Reductionis*, *et Commutationis onerum* 24. *Julii* 1824., *et in Lunen. Sarzanen. Commutationis voluntatis* 18. *Martii* 1826. §. *Praeterea.*

Verum etsi aliqua aut utilitatis, aut necessitatis caussa intercederet, Carmelitae tamen Foroliviensis Antistitis de legati translatione decretum infirmandum omnino esse contendunt. Quum enim Thomas Agostini testamento suo edixerit, ut in Carmelitarum Ecclesia ante aram B. Mariæ Virginis ab Annunciatione perpetuo lampas arderet, perspicuum profecto est, eamdem Ecclesiam certum obtinuisse jus, quo præfinitum a testatore legatum assequi valeat. Quæsitum igitur Ecclesiæ jus ob ejusdem legati translationem lædereturi,

si

si pia immutaretur testatoris voluntas. At constitutum a legibus est, et ab Sacra Congregatione sancitum, ut, si certum alterius jus lædatur, supremae testatorum voluntates, vel aliqua intercedente caussa nequeant immutari, *Rescripta* 7. *Cod. de precibus Imper. offer.*, *Monetæ de commut. Cap.* 11. *n.* 29. *Sac. Congr. in Spoletana Reductionis onerum* 2. *Augusti* 1823. §. *Testatorum.*

Quin imo, subdunt Carmelitæ, Episcopi decretum plane irritum est, nulliusque roboris. Et sane supremæ defunctorum voluntatis commutationes nonnisi ad Summum Pontificem spectare exploratissimi juris est. Extat enim hac de re notissima sanctio *in Clement. Quia contigit* 2. *de religiosis domibus, qua cavetur* „ *ea quæ ad certum usum largitione sunt destinata fidelium ad illum debeant non ad alium (salva quidem Apostolicæ Sedis auctoritate) converti* =. Ad quam celebris *glossa* est in verbo *Sedis Apostolicæ*: *nota per hanc literam solum Papam posse alterare usum illorum, quæ per fideles donata sunt, vel relicta.* Concinit Tridentina Synodus *Sess.* 22. *cap.* 6 *de reform. et Bened. XIV. de Synod. diœc. lib.* 13. *cap.* 25. *n.* 18. Cum igitur nostro in themate non Apostolicæ Sedis venia, nec ulla ejusdem delegationis facta mentione, sed arbitrio dumtaxat Episcopi concessa fuerit legati translatio, hinc apertissime patet, eam juxta præstitutas ab Ecclesia leges esse omnino irritam, ac proinde ab Eminentissimis Concilii Patribus infirmandam.

At hospitalis Administratores tum ex juris ecclesiastici constitutione, tum ex Sacræ Congregationis decisionibus aliter rem dijudicandam esse arbitrantur. Quamquam enim, inquiunt, defunctorum voluntates religiose servari debeant, nihilominus justa intercedente caussa immutari posse compertum est. Justam autem præbet caussam unius loci pii egestas *Layman in Sum. lib.* 4. *tract.* 2. *Cap.* 13. *N.* 16., *Amostaz. de Caussis piis lib.* 1. *Cap.* 14. *N.* 37., ac hospitalium præsertim, quorum caussa favorabilior est, cum levamen respiciat pauperum, pro quibus res Ecclesiæ, ipsaque vasa sacra alienantur, *Can. Aurum* 12. *quæst.* 2.,

Fagn.

Fagn. in Cap. Nulli n. 7. de rebus ecclesiæ non alienandis. Jam vero ex relatione Episcopi perspicue constat Foroliviensis hospitalis Ecclesiam, quæ tunc temporis e fundamentis excitata fuerat, ob ejusdem loci pii inopiam omni prorsus reditu destitui, adeo ut, si eidem legati beneficium adimeretur, eam, quæ ante Sacramenti aram collucere debet, servare amplius lampadem nequeat. Quod quidem cum grave nimis detrimentum hospitali afferat, ibi enim servari Eucharistia pro infirmis continuo debet, hinc ipsius hospitalis administratores non immerito sibi pollicentur fore, ut Emi Patres decreto Foroliviensis Episcopi de legati translatione subscribant.

Et revera Sacram Congregationem consuevisse hospitalium intuitu missarum onera suspendere, ac interdum etiam supprimere, evincitur cum multis in locis, tum præsertim *in Savonen. Reductionis Missarum* 18. *Augusti* 1792. §. *Multum.* Si igitur ex perpetua Sacræ Congregationis praxi adeo hospitalium inopiæ consulendum est, ut missarum etiam legata suspendi ac supprimi aliquando possint, multo magis, inquiunt Administratores, eandem ob caussam immutari, ac transferri legata poterunt, cum in legatorum translatione magis quam in suppressione supremæ serventur testatorum voluntates.

Nec quidquam sibi obesse putant, quod oggerunt Carmelitæ, hospitalis nimirum Ecclesiæ multas adesse a fidelibus oblationes, ac nulla Apostolicæ Sedis auctoritate, sed Episcopi tantum arbitrio factam fuisse legati translationem. Quod enim ad primum attinet, testatur in sua relatione Episcopus, memoratas olei, et ceræ oblationes, quæ nec tantæ sunt, neque adeo certæ, ut Patres Carmelitæ asserunt, eum dumtaxat in finem a fidelibus tribui, ut ante SSmi Salvatoris e cruce depositi imaginem insumantur. Timendum igitur est, ne, si pia offerentium mens non expleatur, eædem oblationes progressu saltem temporis sint defuturae. Quod vero spectat ad alterum, etsi absque immediata Apostolicæ Sedis auctoritate facta ab Episcopo fuerit legati translatio, irrita tamen dici nullo

modo potest. Cum enim summa temporum iniquitate Foroliviensis provincia ab Apostolicæ Sedis dominio avulsa fuerit, hinc Episcopus eadem delegata usus videtur auctoritate, qua ceteri Antistites ab Apostolicæ Sedis dominio avulsi utebantur.

Dubium

An decretum Episcopi sit confirmandum vel infirmandum in casu etc.

Die Sabbati 24. Julii 1830. in Palatio Apostolico Quirinali erit Sacra Congregatio Concilii, in qua præter alia proponentur infrascripta Dubia, juxta morem ejusdem Sacræ Congregationis de jure resolvenda.

BONONIEN. PRÆBENDÆ.

Sess. 25. Cap. 9. de Reform.

Dubia

I. *An Præbendæ Murarisi sit adnexum onus residentiæ in casu etc.*

II. *An et ad quem spectet jus nominandi in casu etc.*

III. *An et quæ onera sint imponenda futuris ejusdem præbendæ rectoribus in casu etc.*

Ad I. II. et III. Dilata.

FOROLIVIEN. TRANSLATIONIS LEGATI.

Sess. 22. cap. 6., de Reform.

Dubium

An decretum Episcopi sit confirmandum, vel infirmandum in casu etc.

Negative ad primam partem, affirmative ad secundam, prævia sanatione quoad præteritum.

*Sess.*25.*cap.*13. *de Reform.*

ROMANA SEPULTURÆ ET EMOLUMENTORUM. In Comitiis diei 22 Maji 1830 Capitulo S. Mariæ Trans-Tyberim suppliciter flagitanti, ut ad causam, de qua agitur, validioribus rationum momentis fulciendam aliqua sibi temporis impertiretur dilatio, unanimi EE. VV. consensione propitium prodiit rescriptum = *Dilata ad primam post proximam* = . Cui quidem S. hujus Ordinis responso inhærens Capitulum novas nuper animadversiones pro suorum jurium defensione proferre non distulit, adeo ut idem Vobis dubium super eadem controversia dirimendum hodierno die proponatur.

Canonicis S. Mariæ Trans-Tyberim id certum exploratumque est, Confratres S. Mariæ Orationis et Mortis suam omnem curam in eo tantummodo posuisse, ut legitimam Felicis Trulli de sepulcro electionem tum duorum testium fide, tum olographi, quod prædicant, testamenti robore evincerent. Atqui in themate utrumque rationis caput plane excidere Archiconfraternitati contendunt præfati Canonici. Etenim quod testes in primis spectat, juvat iterum notissima Edictalis Legis verba in medium adducere, quæ ad validam sepulturæ electionem probandam talibus omnino testibus opus esse præscribit, *niuno de' quali abbia alcuna aderenza colla Confraternita, a cui il tumulando sarà ascritto, o colla Chiesa, in cui vorrà esser sepolto*. Jam vero indubium est, Felicem Trulli, de cujus tumulatione disquiritur, inter Sorores Archiconfraternitatis S. Mariæ Orationis et Mortis jamdiu fuisse adscriptam: eidemque insuper Sodalitio addictos esse probat Capitulum ambos testes, tum scilicet Canonicum Petrum Grossi, cujus nomen in Confratrum Moderatorum albo jam inde ab anno 1806. typis edito legitur, tum Annam Felicem Biondi defunctæ fœminæ famulam, cujus autographum aggregationis actum diei 3. Novembris 1822. mihi exhibitum fuit.

Ita nimirum eversa duorum testium fide, eo se deinde vertunt Canonici S. Mariæ Trans-Tyberim, ut ex asserta olographi testamenti existentia nihil ad rem inferri posse propugnent. Ejusmodi siquidem testamentum

tum nunquam se vidisse aut legisse testatur Maria Aloisia Breviglieri, quæ Monasterii SS. Rufinæ et Secundæ Præses est, ac pluribus secum annis convictricem habuit Felicem Trulli defunctam; imo ne ipsi quidem Notario Joanni Tassi fuisse satis notum inquiunt Canonici, dum profitetur ac jurat Vincentius Cacurri, se suis certe auribus audivisse, *che detto Notaro alla presenza di due suoi Giovani dell' Officio Notarile, alle interrogazioni fattele dal Sig. Canonico Massa di S. Maria in Trastevere e da me relativamente al preteso testamento della defonta Felice Trulli rispose, che esso aveva veduto uno scritto presentatogli come proveniente da detta Trulli per formarne il Testamento, che poi non fu potuto fare per la morte della medesima; che questo scritto era a più riprese, cosicchè sembrava di caratteri diversi, ma che non rammenta cosa mai contenesse, e se fosse firmato dalla Trulli; come pure ignora, se lo stesso scritto fosse carattere della medesima, giacchè il Sig. Tassi disse di non conoscerla, e richiesto a contestare tali cose in scritto rispose non poterlo fare, perchè ai Notari è vietato.* Nullo igitur pacto constat in themate de olographi testamenti natura, ait Capitulum; ac nulla propterea vis ex hujusmodi ambiguitate potest pro testamenti valore emergere ad tradita *per Barthol. in Leg. Si ita ff. de condit. et demon., Angel. in leg. Asse toto ff. de hær. instit., Gozadin. Cons.* 3. *num.* 16., *Peregrin. Consil.* 32. *num.* 4. Quod si etiam de characteris identitate nulla foret suspicandi via, jam illud præsertim ab Archiconfraternitate S. Mariæ Orationis et Mortis apertissime probandum existimant Canonici S. Mariæ Trans-Tyberim, Felicem Trulli testamentariis ejusmodi tabulis certam suæ sepulturæ electionem reapse inseruisse. Quamvis enim electio sepulturæ in olographis testamentis sustineri velit, jure tamen cautum est, ut ipsa exploratissimis argumentis evincatur; quia nempe ne causæ quidem piæ licet contra factum jurisque sanctiones suffragari, uti egregie monet *Soccinus in lege* 2. *ff. de vulgari et pupill., Paullus de Castro in leg. cum*

sti-

stipulat. ff. de verborum obligat., Decius in leg. precibus Cod. de Impuber. Substitut.

Quum ita hæc sint, nihil plane sibi obesse putat Capitulum, quod unus ex Canonicis, qui porrectas huic S. Ordini preces e penu suo super controversia initio conscripsit, Confratrum S. Mariæ Orationis et Mortis assertionibus nimium quodammodo credulus exposuerit, defunctam Felicem Trulli reliquisse *un manoscritto dalla medesima firmato, dove fra le altre risoluzioni, e lascite eleggeva la sepoltura nella Chiesa di S. Maria dell' Orazione, e Morte di Roma.* Juri enim consonum apprime est, quod Emus ac Rmus Cardinalis Falzacappa tum Basilicæ S. Mariæ Trans-Tyberim Titularis, nunc Albanensis Episcopus, huic S. Congregationi pro informatione et voto rogatus rescripsit, *Parœcialem videlicet Ecclesiam, intra cujus fines et morabatur et diem obiit supremum Felix Trulli, intentionem in jure fundatam habere: Sodalitati vero, cui nomen a Morte et Oratione onus docendi incumbere, defunctam in ipsius Ecclesia sepulturam elegisse.*

Ad hæc convellenda Canonicorum argumenta nihil mihi adhuc exhibuerunt Sodales Orationis et Mortis. At ne meo muneri deesse videar, nonnulla animadvertere operæ pretium existimo. Jam vero dubitari non potest in eo folio, quod apud defunctam Felicem Trulli inventum est, supremam ejusdem contineri voluntatem, cum vel ipsi id fateantur Canonici. Et sane in allegatione ab ipsis scripto exhibita, et ab Emo Titulari ante superiorem causæ actionem transmissa inquiunt = Il foglio ritrovato presso la defonta, anzichè testamento deve riguardarsi come una carta di nessun valore. I trè documenti che si uniscono originalmente let. A. B. C. provano, che gli eredi non ex testamento, ma ex lege l'hanno considerato per tale, e non si sono creduti in obbligo di sodisfare per alcun modo alle disposizioni che conteneva neppure in quelle parti, le quali potevano sembrare ad pias causas = . Neque minus ex Canonicorum confessione colligitur, istiusmodi folium propria Felicis Trulli manu fuisse reapse conscriptum. Hoc enim apertissime innuitur in supplici li-

li-

bello, quem suborta statim controversia huic S. Ordini porrexit Capitulum; quin tamen unius ex Canonicorum numero scribentis consilio et velleitati id tribui posse videatur. Inter cetera siquidem testimonia, quibus memorata Capituli Allegatio innitebatur, unum profecto sub litera C. deprehenditur a Maria Aloisia Breviglieri Monasterii SS. Rufinae et Secundae Praeside exaratum, quo ipsa professa est, *che nella morte della Signora Felice Trulli in un Foglio trovato di suo carattere ad uso di Testamento fra le altre disposizioni voleva che il suo corpo divenuto cadavere si esponesse nella nostra Chiesa nel Monastero con un certo numero di lumi, finchè fosse stato trasportato alla chiesa tumulante* = .

Quod igitur ad rem maxime spectat, si olographi testamenti existentia in dubium vocari nequeat, id unum superesset, ut in eodem testamento certam suae sepulturae electionem a Felice Trulli insertam fuisse innotesceret. Quo sane in loco videant EE. VV., an huic dirimendae quaestioni sufficiant ipsa praecitati supplicis libelli verba, quibus omnium certe Canonicorum nomine de Testatrice expositum fuit, *che fra le altre risoluzioni e lascite eleggeva la sepoltura nella Chiesa di S. Maria dell' Orazione e Morte di Roma* = .

Denuo igitur proponitur

Dubium

An constet de valida electione sepulturae in Ecclesia Confraternitatis, ita ut sit locus restitutioni cadaveris et emolumentorum in casu etc.

Ex hactenus deductis non constare.

URBINATEN. CANONICATUS. Ceteras inter canonicales Praebendas in cathedrali templo Urbini erectas, quaedam adest, quam a fundatore Suanti appellant, cu- *Sess. 24. cap. 12. de Reform.*

cujusque patronatus, seu jus nominandi alternis vicibus ad Capitulum Cathedralis Ecclesiæ, et ad familiam Dionigi pertinere fertur. Rectori hujus Canonicatus, qui cunctis detractis oneribus fructum scutatorum septuaginta quotannis afferre dicitur, onus imminet sacros suscipiendi ordines, ac divinas alternis hebdomadis in choro persolvendi laudes. Vacantem præbendam, ad quam ex fundationis lege vocabatur, anno 1804 ab Archiepiscopo obtinuit Alexander Clericus Dionigi sexdecim annos natus, quin Apostolicæ Sedis veniam, ut ipse presbyteralem præbendam assequi posset, unquam impetratam fuisse appareat. Illud vero certum exploratumque est, quod memoratus Alexander die 18 Augusti ejusdem anni ab hoc Sacro Ordine indultum absentiæ *ad quinquennium arbitrio, et conscientiæ Archiepiscopi, amissis*, obtinuerit, ut in hac Urbe, ubi ortum duxerat, ac morabatur, studiorum curriculum perficeret. Jam ferme in exitu erat quinquennii venia, cum Clericus Dionigi tam gravi rheumatico morbo est affectus, ut uno et altero anno in lecto decumbere, et domi manere coactus fuerit. Sævientis itaque morbi caussa, ab Antistite Berioli, non reluctante Canonicorum Collegio, facultatem consecutus est Romæ morandi, donec ipse convalesceret. Ex quo factum est, ut Canonicus Dionigi semper morbi causam interponens nunquam suæ Ecclesiæ servitium præbuerit, nunquam sacris Ordinibus fuerit initiatus.

At morbi vim quum anno 1819 jam mitescere animadvertisset Archiepiscopus Ranaldi, et Canonici Dionigi, qui fidei professionem nondum emiserat, agendi rationem sibi minus probari intelligeret, qua voce, qua scripto eum monuit, ut Apostolicam Sedem adire non prætermitteret. Dictis tandem obediens Dionigius huic Sacro Ordini die 20 Junii 1829 supplicem obtulit libellum, quo cum se gravi adhuc morbo vexari affirmet, EE. VV. obtestatur, ut nedum absolutionem pro anteacto tempore, sed etiam veniam absentiæ in futurum sibi impertiantur.

Paulo post suas quoque apud hanc Sacram Congregationem

nem querelas in Canonicum Dionigi detulerunt Urbinates Canonici, ac eum in privationem fructuum, ipsiusque canonicalis præbendæ ob neglectam fidei professionem, ob delationem vestium laicalium, ob non susceptos sacros Ordines, et ob non servatam residentiæ legem incidisse arbitrantur, ideoque eumdem Canonicum pœnis a jure pontificio statutis subjici efflagitant.

Ad Archiepiscopum cum Dionigi, tum Canonicorum supplicibus libellis de more missis, ut ipse utriusque partis rationum momenta perpendens Sacram Congregationem omnibus de rebus certiorem faceret, suamque etiam sententiam diceret; is epistolis die 5 Februarii hujus anni ad hunc Sac. Ordinem datis sic loquitur „ Auditis tam Canonicis ex una parte, quam „ Canonico Dionigi ex altera, et ad examen in primis revocatis rationibus Canonici Dionigi, admiratione affectus fui ex eo quod asserat epistolarum „ commercium non extitisse inter Canonicum ipsum, „ et Archiepiscopum Ranaldi, quoniam ipse inficiari „ non potest, se accepisse ejusdem Archiepiscopi litteram sub die 24 Januarii 1822, qua ab ipso petebatur, ut exemptionem a servitio chorali proferret, et quatenus illam non obtinuisset, promptum „ haberet recursum ad S. Congregationem Concilii. „ Etenim Dionigius sub die 30 mensis ejusdem et „ anni remisit vulgatam Litteram Archiepiscopi Berioli, in qua ipsi facultatem impertiebatur, ut posset abesse a residentia et choro sub clausula et „ conditione „ donec convalescat „ simulque respon„ sum dedit = Quantoprima darò corso alla Supplica „ per ottenere dalla Congregazione del Concilio l'esen„ zione del Coro, e mi farò un dovere di renderla „ intesa del risultato. 2. Maggio 1822. = „

„ Ad conclusiones Capituli, quæ mihi jure meritoque „ rationabiles, ac maximi ponderis videntur, deve„ niam. Firmissime tenendum est, Præbendam Cano„ nicalem Suanti presbyteralem esse et residentialem, „ et per consequens quicumque velit a servitio Chori „ abesse, ipsi necessaria est permissio istius S. Con-

„ gregationis, sicuti quisquis velit suos facere fructus
„ beneficii debet professionem fidei intra duos men-
„ ses a die possessionis emittere. Dionigius possidet
„ Beneficium Presbyterale, et interim per annos ultra
„ vigintiquatuor, ex quibus percipit fructus non so-
„ lum Presbyter factus non est, sed ne incedit qui-
„ dem in habitu et tonsura juxta sac. canones. Quod
„ Dionigius autem nunquam emiserit fidei professio-
„ nem clarissime declaratur a suis conclusionibus, *di*
„ *non aver mai emessa la Profession della Fede*,
„ proferens ignominiosum prætextum *di non esser-*
„ *ne stato ignaro prima che glie ne parlasse Mon-*
„ *sig. Ranaldi, e di attenderne poi l'ordine da lui*
„ *per adempirla.*

„ Hæ omnes justissimæ considerationes, quæ Dionigium
„ prorsus damnant, ut ratione pollentes etiam reco-
„ gnitæ fuerunt ab ipso, quoniam cum ego epistolam
„ ad R. P. D. Vicesgerentem dedissem ad resciendum,
„ an Dionigius incederet in habitu et tonsura, il-
„ lum admonuit de obligatione residendi, et in ha-
„ bitu clericali incedendi. En responsum = esser tropp-
„ po giuste, e ragioneyoli, e che per rimediare al-
„ meno all' avvenire avrebbe a corso di posta manda-
„ to la rinuncia del Canonicato = „.

„ Renunciationem Canonicatus Dionigius emisit die 12.
„ Novembris 1829. sibi pensionem reservando in sum-
„ ma scutatorum vigintiquinque: Quæ res per me ad
„ Capitulum delata fuit, quod hujuscemodi renun-
„ ciationem consulto rejecit.

„ Hæc omnia non solum justitiam demonstrant petitio-
„ nis Capituli, sed etiam plenam Dionigi persuasio-
„ nem de injustitia, qua usque adhuc se gesserit in
„ tali negotio. Indubium est ex ejus absentia Eccle-
„ siæ servitium magnum pati detrimentum, non leve
„ pondus augeri Canonicis recurrentibus, ac tandem
„ testatoris mentem et piam voluntatem frustrari, qui
„ præbendam Suanti instituit pacto et conditione, ut
„ esset presbyteralis et residentialis.

„ Ut meam sententiam proferam, paucis me expediam
„ verbis. Dionigius libere resignet Canonicalem præ-

ben-

„ bendam, absque ullo onere, cum satis abunde con-
„ tentum se præbere ac quiescere queat de fructibus
„ per quinque lustra et ultra perceptis absque labore,
„ non dimissa tertia parte in Ecclesiæ commodum, non
„ emissa professione fidei, non receptis Ordinibus,
„ ac denique nulla habita ratione habitus et incessus
„ clericalis in fraudem et spretum ecclesiasticarum san-
„ ctionum „.

Cum autem Canonicus Dionigi Romæ continenter moratus esset, idcirco R. P. D. in Urbe Vicesgerentem audiendum censui, eumque rogavi, ut referret, an Canonicus Dionigi tam adversa laboret valetudine, quæ eumdem impediat, quominus in suam se conferat Ecclesiam, et causam significaret, ob quam Dionigius clericali habitu et tonsura non utatur, seseque sæcularibus immisceat negotiis. Eximius Antistes delato sibi muneri satisfaciens hæc respondit = Relate ad primum jurerurando etiam interposito artis medicæ „ peritus in ejusdem depositione quæ exhibetur, affirmat „ *Ho rilevato essere il sudetto Sig. Canonico „ in modo ridotto per grave sofferta malattia reumatica, che rendeglisi stentato ogni minimo esercizio „ nelle inferiori estremità, restando perciò stesso obligato ad inclinare molto il tronco in avanti quando „ deve esercitarsi nel moto progressivo* =. Quare concludit = *così essendo le cose giudico debbasi esentare dalle funzioni del Coro* =. En autem ratio = *dovendo in quello ascendere, discendere, sedere, e „ rimanersi in piedi, e la continuazione di cotesti „ quantunque alternativi movimenti, sarebbe, siccome io credo, impossibile* =. Ex his patet etiam legitima caussa, cur talari veste non incedat = *squilibrato in sì fatto modo*, ut idem pergit, *il centro „ di gravità, è costretto procurarsi un secondo punto „ di appoggio, senza del quale non potrebbe sostenersi.* „ Nulla tamen esse potest caussa, ob quam alterius „ generis clericalem habitum multoque magis tonsuram non deferat. Utrum autem Alexander noster „ sæcularibus negotiis, et præsertim causarum patrocinio se se immisceat, cognosci satis aperte non po-

„ test. Illud unum pro certo affirmare possum, alterius „ vices quandoque gerere, in iis tamen, quæ a Sa- „ cris canonibus non interdicuntur, quos vulgari no- „ mine *agenti* solent appellari. Quare ex hoc ipso in- „ ferendum est, res ejusdem æconomicas ad pauper- „ tatem omnino vergere, cum præter exiguos, quos ex „ hac unica, de qua constat, industria percipit, fru- „ ctus, nonnisi tenuissimo patrimonio potiatur. =

Adeo explorati juris est, Canonicum Dionigi in pœnam amissionis fructuum incidisse, ut vix ulla valeat excitari quæstio. Etenim neminem latet, Patres Tridentinos *sess.* 24. *cap.* 12. *de reform.* provisis omnibus de Canonicatu aut dignitate in ecclesiis cathedralibus legem dixisse, ut ad minus intra duos menses a die adeptæ possessionis non solum coram Episcopo, sed etiam in capitulo ortodoxæ suæ fidei publicam facerent professionem; *alioquin prædicti omnes provisi fructus non faciant suos, nec illis possessio suffragetur.* Cum igitur Canonicus Dionigi nunquam fidei professionem emiserit, pœnas a Tridentino Concilio statutas contraxisse omnino videtur. Neque ei ullo modo excusatio, quam affert, potest opitulari, nimirum, se obligationem illam ignorasse, antequam hac de re ei verba faceret Archiepiscopus Ranaldi; ignorantia enim juris neminem excusat *ad textum L. regula ff. de jur. et fact. ignorant.* Quocirca Bened. XIV *Instit. eccl.* 60 *num.* 13. ita disserit = Quod si Pa- „ rochus aliquis, aut Canonicus, qui eam professio- „ nem non emiserit, ignorantiam, imprudentiam, vel „ securitatem quandam animi pro caussa excusationis „ afferat, aut illud subjiceret, nullam declarationis „ sententiam præhabitam fuisse, tunc Episcopus iis „ verbis, quæ tradit Garzias uteretur = *Dicendum* „ *est non excusari in foro exteriori, quia est igno-* „ *rantia juris clari quæ non excusat*, nec ulla prævia „ declaratione opus esse, cum de conventione tantum, „ non de pœna lex indicatur.

Imo nedum fructus hactenus suos non fecit Dionigius, sed insuper in pœnam privationis canonicalis præbendæ ipso jure incidisse videtur. Cunctis sane perspectum est quam gravibus pœnis Concilium Tridentinum

num *sess.* 14. *cap.* 6. *de reform.* in eos animadvertendum edixerit, qui aliquo ecclesiastico præditi Beneficio tonsuram, et clericalem habitum non deferunt. Nec prætereundam reor Constitutionem Sixti V. quæ incipit *Cum sacrosanctum* 9. *Januarii* 1589. In ea enim Pontifex Canonicis omnibus, Beneficiatis, ac etiam pensionem ecclesiasticam gaudentibus vehementer legem jugiter deferendi tonsuram, et habitum clericalem commendavit, ac servari præcepit, inquiens eos, qui = *cum effectu non obediverint, præter alias pœnas contra eos inflictas, etiam quibuscumque dignitatibus Canonicatibus, præbendis, beneficiis .... nec non pensionibus ..... harum serie privamus, ac sine ulla monitione, citatione, judicis decreto, aut ministerio, ipso facto privatos declaramus.* Neque ab hujusmodi privationis pœna immunes sunt, qui tenui fruuntur beneficio, aut Canonicatu. Quanquam enim præfatus Pontifex per alteram Constitutionem *Pastoralis* 31. *Januarii* 1589. ejusmodi pœna liberasset illos, quorum pensiones valorem sexaginta ducatorum auri non excederent, attamen instituta quæstione utrum, hæc secunda Constitutio, quæ primam temperabat, eos pariter complecteretur, qui ex suis Beneficiis proventum sexaginta aureis minorem perciperent, hæc Sacra Congregatio respondit, de pensionibus tantum rem haberi, non autem de Beneficiis, quæ primæ Constitutioni subjecta remanent, quamvis aureos sexaginta non afferant. Ita Sacram Congregationem anno 1677. lib. 29. Decret. pag. 147. et 500. declarasse, atque huic sententiæ Romana Tribunalia in ferendis judiciis semper adhæsisse testatur *Bened. XIV. Instit. eccl.* 72. §. 12. *et Girald. expos. jur. pontif. par.* 2. *sect.* 48. *pag.* 859.

Ad hæc præterea gravissima accedit Benedicti XIII. Constitutio *Catholicæ Ecclesiæ*, ubi Pontifex ad eorum cohibendam impudentiam, qui vel sacris ordinibus inaugurati, vel beneficiis præditi laicali habitu incedunt, jubet in primis ordinarios locorum, juris ordine ceteroquin servato, *sententiam declaratoriam privationis obtentorum beneficiorum in ipsos ferre, et*

pro-

pronunciare ; dein subdit = statuimus et declaramus „ prædictis Clericis Beneficiatis in habitu laicali incedentibus minime licere percipere nec facere suos „ fructus et proventus quoscumque suorum beneficiorum, cujusque generis, speciei, qualitatis, et valoris „ existant, quin etiam expresse decernimus, et sancimus ejusmodi beneficiatos *ex mero facto incessus „ in habitu laicali*, quamvis nulla præcesserit ordinariorum sententia declaratoria privationis beneficiorum, quæ obtinent, imo etiamsi nulla citatio, monitio, vel alius judicialis actus in eos fuerit institutus, ipso jure amissionis fructuum prædictorum pœnam incurrere, ita ut illos, ullo modo percipere, nec „ perceptos retinere, vel facere suos possint, sed „ ipsos absque ulla prorsus diminutione ad commodum fabricæ Ecclesiarum, in quibus erecta sunt Beneficia, illico sub pœna lethalis culpæ restituere teneantur „ .

Quas quidem pœnas effugere nequit Canonicus Dionigi, cum Clericali habitu et tonsura per plures annos usus non fuerit, licet ab R.P.D. Vicesgerente sæpius admonitus. Infirmitas vero, qua ipse laborat, etiamsi eum impediat, quominus habitum gestet talarem ; nihilominus nullam eidem suppeditat justam causam, qua eximatur a deferenda tonsura et habitu clericali alterius generis, quemadmodum scribit memoratus Antistes, ac fassus est Canonicus Dionigi, qui propterea ad Canonicatus renunciationem se paratum exhibuit.

Esto autem Canonicus Dionigi, subdit Capitulum, canonicalis præbendæ privationem non contraxerit ; attamen petita Canonicatus dimissio cum reservatione pensionis foret penitus respuenda, eidemque Canonico terminus præfiniendus ad servandam residentiæ legem, et ad Sacros Ordines suscipiendos, vel ad præbendam sine ulla pensionis reservatione dimittendam. Hactenus injuria fructus percepisse explorati juris est : viginti quinque jam effluxi sunt anni, ex quo Canonicatum possidet, quin ullum unquam Cathedrali Ecclesiæ præstiterit servitium : eumdem Urbem circumire, ac aliena negotia gerere ajunt Canonici, ac propterea indignum

gnum esse, qui absentiæ indulto donetur: habitum et tonsuram clericalem deferre hactenus neglexit', ideoque tamquam de Ecclesia male meritus nullo pensionis præmio est afficiendus.

Verum Canonicus Dionigi se quavis objurgatione immunem, ac omni commiseratione dignum existimat. Jam inde enim ab anno 1809 tam gravi correptus est rheumatico morbo, ut etiam nunc vix pedibus stare valeat, atque idcirco sua procul culpa impar evasit choralibus obeundis muneribus, quemadmodum interposito jurejurando peritus in arte medica fidem perhibet. Hinc fructus hactenus perceptos jure suos fecisse contendit; si enim ipse abfuit a residentia, id accidit ob adversam valetudinem, ac annuente Archiepiscopo, et non refragante Capitulo; scitum autem est, infirmitatem justam præbere absentiæ causam, *cap. consuetudinem de cleric. non resident in* 6., et Episcopum eadem intercedente causa veniam abessendi a choro et a residentia tribuere posse, quin opus sit Apostolicæ Sedis indulto, *Fagnan. in Cap. Relatum n.* 135. *de praebend.*, *S. Congregatio in Terracinen.* 26. *Junii hujus anni* §. *Nihil.* Quod vero pertinet ad fidei professionem, eam quidem Dionigius numquam fecisse non denegat; verum id sibi non culpæ, aut malitiæ, sed inscitiæ vertendum esse affirmat. Jam vero hæc Sacra Congregatio quoties abest fraus et malitia, condonationem fructuum concedere solet, aliqua in Christi pauperes arbitrio Ordinarii erogata eleemosyna, *Benedict. XIV. inst. eccl.* 60., *S. Congregatio in Assisien. seu Maceraten. Professionis Fidei* 21. *Februarii* 1826 *ad II. Dub.* Nec etiam ulla subest causa, cur Canonici eidem Dionigio succenseant, si Ordines Sacros canonicali præbendæ adnexos suscipere prætermisit. Qui enim aliquo legitimo detinentur impedimento, quominus sacris ordinibus etiam volentes initiari valeant, nec dimidia quotidianarum distributionum parte, nec Beneficii privatione mulctandi sunt, veluti innuunt illa *in Clement. Ut ii de qualit. et ætat praefic.* interjecta verba = *justo impedimento cessante*, quamvis impedimentum longo tempore duraturum sit, aut

etiam

etiam perpetuum, *Benedict. XIV. de Synod. Dioeces. lib. 12. cap. 4. num. 6.* Præterea si quid etiam peccaverit Dionigius, ob vehementem, qua continenter afflictatur, infirmitatem dignus est, qui omnimoda donetur fructuum condonatione, ne afflicto nova addatur afflictio.

Eamdem ob causam Emos Patres sibi propitios futuros confidit, atque indultum absentiæ sibi concessuros. Ipse enim rei familiaris angustia premitur, et in morbum incidit, a quo convalescere non potest. Ipse ex patronorum genere originem trahit, et a fundatore ad fruitionem præbendæ canonicalis vocatur. Plura autem in thesauro resolutionum extant gratiarum exempla, quæ demonstrant, nihil huic Sacro Ordini fuisse solemnius, quam pauperibus patronis opem ferre modo Missarum reductione, modo voluntatis commutatione, modo nominationis suspensione, ceu videre est in *Asculana Dispensationis 20. Maii* 1786., *in Nucerina Capellaniae 26. Aprilis* 1828., *et in Montis Alti Capellaniae 9. Maii* 1829. §. *Huic.* Quocirca postulat, ut sibi indultum absentiæ indulgeatur, sin minus, pensio scutatorum vigintiquinque super dimittendo Canonicatu reservetur.

Erit nunc Emorum Patrum, qua præstant sacri juris disciplina, dirimere

Dubia

I. *An Canonicus Dionigi inciderit in poenam privationis fructuum in casu etc.*

Et quatenus affirmative

II. *An sit consulendum SSmo pro condonatione fructuum in casu etc.*

III. *An idem Canonicus inciderit in poenam privationis canonicalis praebendae in casu etc.*

Et quatenus negative

IV. *An eidem sit concedendum indultum absentiae a choro et a residentia in casu etc.*

Et

Et quatenus negative

V. *An sit admittenda renunciatio Canonicatus cum reservatione pensionis scut. 25. in casu etc.*

Non proposita cum reliquis.

VERULANA ET NULLIUS ATINÆ ORDINATIONIS. Marcus Bassi Acolytus Præposituræ Nullius Atinæ, quum annos viginti duos jam natus penes suum Ordinarium ob corruptos mores a sacro Subdiaconatus Ordine semel ac iterum repulsam attulisset, ad Verulanum Antistitem profectus est, et Vicarii Capitularis nomine affabre confictis, ac Verulano Episcopo exhibitis litteris dimissorialibus, nullo facto suæ scientiæ periculo, sine titulo patrimonii, ceterisque prætermissis, sacrum Subdiaconatus ordinem suscepit. Vicarius Capitularis Nullius Atinæ, ut primum detexit sacrilegum facinus, confestim Episcopo ordinanti illud patefecit, simulque eum percontatus est, utrum in collatione Ordinum denunciatio ejus nomine facta ab Archidiacono fuerit ad terrorem, aut cum intentione Ordines iis non conferendi, qui ex sacrorum canonum præscripto Ordinibus initiari vetantur. Inopinato hujusmodi nuncio perculsus, et animi perturbatione vehementer commotus Verulanus Antistes rescripsit.= L'Ordinazione fu tenuta secondo il solito, e con tutte le regole prescritte dalla Chiesa, come potrà ella rilevare dalla fede, che le è stata rilasciata da questa mia Curia. *La protesta non si fa ad terrorem, ma con intenzione di non conferire gli Or-*

Sess. 23. cap. 5. et 7. de reform.

dini a chi ne è immeritevole, o che non abbia i necessarj requisiti, o la licenza del suo Ordinario =. Quo factum est, ut Vicarius Capitularis, ne in re tanti momenti anceps hæreret, judicium hujus sacri Ordinis tam super ordinationis validitate, quam super poenis ecclesiasticis a Marco Bassi contractis sibi omnino duxerit exquirendum.

Rem omnem ad Verulanum Episcopum ablegandam censui, ut circumstantias peractæ Ordinationis singillatim referret, et præsertim an revera eidem defuerit intentio non conferendi Ordines indignis, et aliqua canonica censura irretitis. Quod accepi responsum hic integrum exscribo ac Eñorum Patrum oculis subjicio. „ Pre„ cibus huic Sacræ Congregationi a Vicario Capitu„ lari nullius Atinæ porrectis circa promotionem Aco„ lyti Marci Bassi ad sacrum Subdiaconatus Ordinem „ a me ipsi collatum, si de circumstantiis loqui de„ berem, nihil a me referendum esse arbitrarer, cum „ visis testimonialibus litteris, veras esse minime du„ bitaverim. Quapropter vere Marcus Bassi ad sacrum „ Subdiaconatus Ordinem fuit promotus, cum vere „ intentionem nequaquam revocatam habuerim omnes „ ad sacros ordines promovendi, qui antea fuerint a „ me debitis requisitis designati. Hinc nullibi dubium, „ quod non sit illius valida ordinatio, quia et mihi „ non defuit intentio, et illi, ut apparebat, dispo„ sitio, et ita in casu nihil omnino adversabatur. „ Quod autem spectat ad Archidiaconi verba in sacra „ ordinatione prolata, quis ignorat ea tantum juxta „ sacrorum canonum sanctiones ad terrorem esse pro„ ferenda? Enim vero ad supradictum Vicarium in „ genere tantum scripsisse fateor, nefas esse Episcopo „ in sacrorum Ordinum collatione sacrilegos et in„ dignos ordinare velle; quod in casu dici non po„ terat, dum de testimonialium falsitate nec leviter „ sum suspicatus. Et re quidem vera tanta animi com„ motione in legendis Vicarii Capitularis epistolis per „ nuncium celeriter expeditum missis responsum ef„ flagitantibus, et justa per summam Clerici nequi„ tiam indignatione inopinate perturbatus, intimeque

de-

„ deprehensus, tantoque perculsus facinore, scripsi
„ quod scripseram, referens indignum esse Episcopo
„ super hujus furfuris homines manus imponere; sed
„ scilicet certa scientia, et indignitatem subjecti ordi-
„ nandi animadvertendo, quod haud est in præsenti
„ casu dicendum. „

Attamen cum ad omnem eliminandam formidinem aliquid amplius desiderari videretur, eumdem rogavi Episcopum, ut formulam denunciationis ab Archidiacono emissæ proferret, habitamque intentionem in ordinatione Acolyti Bassi clarius enarraret. Mandatis paruit Antistes, responditque :, Copiam protestationis
„ transmitto emissæ ante ordinationem Marci Bassi,
„ quæ in Pontificali Romano habetur. Perspectis au-
„ tem epistolarum exemplis a sacro vestrum Conses-
„ su mihi remissis, omnibusque perpenso ponderi-
„ bus horrendo facinore ab Acolyto Marco Bassi te-
„ merario ausu perpetrato, nil aliud in Domino ex-
„ ponere mihi fas esse arbitror, quam quod ipse Mar-
„ cus fuerit certo ad sacrum subdiaconatus Ordinem
„ promotus, cum in sacri Ordinis collatione a me ve-
„ re habita fuisset ordinandi intentio. Non inficiari au-
„ deo litteras a me Vicario Capitulari Nullius Atinæ
„ esse remissas, quæ aliis S. Congregationi posteriori
„ tempore porrectis non respondisse videntur. At di-
„ xeram, quod summo animi dolore correptus, pe-
„ ractaque hujusmodi Acolyti vafritie perculsus, illo
„ inopinato Vicarii maxime commotus, nil perpendens
„ verba Archidiaconi proferenda esse ad terrorem,
„ quasi in genere scripsi, quod scripseram. Enim ve-
„ ro tum cum, Emi Patres, vestris epistolis fuerim
„ pacato animo de mea in sacris Ordinibus conferen-
„ dis intentione humanissime advocatus, meum in
„ Domino animum aperui, eamque pro conscientia
„ protuli sententiam, ipsum Marcum Bassi vere a
„ me ad sacrum Subdiaconatus Ordinem fuisse pro-
„ motum. „

Episcopi Ordines collaturi per Archidiaconum allocutionem habere solent, qua irregulares, suspensi, vel alio canonico impedimento irretiti vetantur, ne ad Ordi-

nes suscipiendos accedere audeant. Quaeri hinc solet, an valide fuerit ordinatus, qui canonico defectu implicatus ad sacram ordinationem contra Episcopi præceptum accedere non erubuerit. Jam vero si allocutio iis contineatur limitibus, qui in Pontificali Romano describuntur, certum exploratumque est, validam esse Ordinationem. Etenim verba Pontificalis Romani perpendenti perspicue apparet, eamdem allocutionem haud in Episcopo ordinante secumferre defectum intentionis conferendi Ordines, sed tantummodo continere comminationem excommunicationis in eos, qui cum aliquo laborent canonico impedimento, ad Ordines suscipiendos accedere non verentur; generalis siquidem ejusmodi prohibitio, et excommunicationis comminatio in quoscumque furtim sese intrudentes potius ad terrorem, quam ad alium finem expleta censetur, ut tradunt *Pirhing. jus canon. lib.* 5. *tit.* 30. *n.* 2., *Petra tom.* 5. *ad Constit.* 7. *Pii II. n.* 2., *Benedict. XIV. de Sacrif. Miss. lib.* 3. *cap.* 10. *n.*3., Et revera Alexander III. *in cap. Veniens* 1. *de eo qui furtiv. ordin.* minime jubet eum, qui, licet sub anathematis interminatione prohibitas, furtive Diaconatus ordinem suscepit, iterum ordinari, sed post peractam pœnitentiam, sublatamque censuram, suscepti ordinis functiones eidem exercere permittit. Nec aliter censuit hæc S. Congregatio. Quamvis enim Perusinus Antistes ante ordinationem palam edixisset sub excommunicationis poena, ne quis non descriptus, examinatus, approbatus, et nominatus auderet ad suscipiendos ordines accedere, nihilominus *in Perusina Ordinationis* 19. *Julii* 1732. validam fuisse respondit ordinationem Nicolai Ligi, qui furtim Ostiariatus Ordinem susceperat.

Verum si Episcopus Pontificalis Romani limites prætergrediatur, et per edictum vel alio modo declaret, sibi non esse intentionem ordinandi irregulares, censuris innodatos, carentes legitimo patrimonio, vel litteris dimissorialibus sui Ordinarii, invalida procul dubio judicanda est ejusmodi ordinatio, nisi ex Episcopi testimonio aperte liqueat, eumdem in actu Ordinationis

con-

contrariam revocasse intentionem, aut eo tantum suum spectasse allocutionem, ut ii, qui aliquo ex praefatis vitiis laborarent, ab ordinibus sacrilege suscipiendis deterrerentur, *Navarr. consil.* 1. *de eo qui furtiv.*, *Barbos. in cap.* 1. *de eo qui furtiv.*, *ibique Pirhing. n.* 5., *Schmalzgr. n.* 3., *et Bened. XIV. de Sacrific. Miss. lib.* 3. *cap.* 10. *n.* 5. *et* 7. Huic sententiae hanc Sacram adhæsisse Congregationem testatur *Bened. XIV. loc. cit.*, *et Fagnan. in cap. Tuae litterae n.* 15. *de cleric. per saltum promot.* Profecto die 23. Januarii 1586. rogata = *An ordinati ante aetatem legitimam ab Episcopo, qui ante Ordinationem in Ecclesia publico edicto protestatus est, quod non intendebat Ordines conferre, nisi iis, qui in aetate legitima erant constituti, receperint vacuam manus impositionem* = respondit = *Recepisse vacuam manus impositionem* =. Quod si post accuratam rei examinationem, ac post exploratam Episcopi mentem de sua in collatione Ordinum intentione, validitatem Ordinationis in ambiguo versari deprehendit, S. Congregatio censuit Ordines sub conditione esse iterandos, quemadmodum videre licet *in Aprutina Ordinum* 11. *Januari* 1710, *et in Ugentina Ordinum* 3. *Augusti* 1743.

Porro si hodierna quaestio foret definienda ex responso, quod Praesul Verulanus dedisse noscitur Vicario Capitulari Nullius Atinæ, ordinatio Marci Bassi irrita videretur, cum ab Episcopo Ordines collaturo allocutionem, quæ extat in Pontificali Romano, habitam fuisse pateret *non* quidem *ad terrorem*, *ma con intenzione di non conferire gli Ordini a chi ne è immeritevole*, *o che non abbia i necessarj requisiti*, *o la licenza del suo Ordinario*: Sed quoniam ex iteratis ejusdem Episcopi declarationibus, pacato ac tranquillo animo postea emissis, constat, ipsi minime defuisse intentionem conferendi Marco Bassi sacrum Subdiaconatus Ordinem, eo res adducta est, ut nulla videatur excitari posse dubitatio, validam fuisse Marci ordinationem; nulla enim subest ratio, cur Episcopo de sua intentione serio deponenti fides non sit adhibenda, nemo siquidem in re gravi animæ suæ jactu-

ram

ram inferre existimatur, *Mascard. de probat. conclus.* 359. *n.* 28., *S. Congr. in Melevitana Subdiaconatus* 26. *Novembris* 1791; §. *At.*

Quod spectat canonicas poenas a Marco Bassi contractas ob illicitam Ordinis susceptionem, eaedem ad censuram suspensionis cohibendæ esse videntur. Enim vero qui furtim ordinantur, in suspensionem ab exercitio susceptorum ordinum incidere post tex. *in cap. Innotuit de eo qui furtiv. ordin.* tradunt *Gonzal. ibid. verb. non debent*, *Barbos. de jur. eccles. lib.* 1. *cap.* 33. *n.* 171. Similiter eodem suspensionis vinculo irretitos esse clericos, qui non sufficienti vel conficto titulo Ordines suscipiunt, ac Episcopum ordinantem decipiunt, docent *Fagnan. in cap. Cum secundum de præbend. n.* 69., *Benedict. XIV. Inst. eccl.* 26. *n.* 16., *et S. Congr. in Visen. Dispensationis* 11. *Septembris* 1784. §. *Hæc et seq.* Denique falsificantes litteras Dimissioriales suspensionem ab officio et beneficio incurrere decrevit Innocentius III. *in cap. Tuam litteris* 33. *de testib.*, eamque Summo Pontifici reservatam scribunt *Barbos. de offic. et potest. Episcop. part.* 2. *alleg.* 8. *n.* 6, *S. Congr. in cit. Visen.* §. *Cum.* Marcus autem Bassi præter suspensionem postea contraxisse etiam irregularitatem, et infamiam ob plura crimina ab ipso perpetrata liquet ex relatione Vicarii Capitularis Nullius Atinæ, qui hæc scribit. „ Ejus crimine (furtivæ nimirum Ordinationis) statim detecto, jure meritoque a me fuit prohibitus in male suscepto Ordine ministrare: atque utinam pudore suffusus, et ductus poenitentia ad meliorem frugem se recepisset! Sed pudori nuntium remittens, otioque tabescens magis in diem perditorum hominum consuetudine, mulierum familiaritate, alearum ludo publicis etiam in locis, vitam pejeravit, atque in aliud crimen prolapsus, quo nonnullas ex honestis familiis mulieres, proposito famoso libello, maculare nitebatur, reus confessus et probatus judicis sententia in carcerem conjectus fuit, ubi ad biennium detinendus erat, nisi partis læsæ remissionem obtinuisset. Ex hac poena denique subtractus post

ali-

„ aliquot menses Romam se contulit. Adjuvet illum „ Deus, ne aliquo isthic novo scelere se obstringat „. Quod revera accidisse indubium est, cum tamquam concubinarius a Tribunali Emi Urbis Vicarii in carcerem fuerit detrusus, ac deinde merita poena damnatus.

Dubia

I. *An Marcus Bassi fuerit valide promotus ad sacrum Subdiaconatus Ordinem in casu etc.*

II. *An et in quas poenas idem Marcus inciderit in casu etc.*

LISBONEN. IRREGULARITATIS. Antonius Joachimus de Souza e Matos Portugallensis Diœceseos, et Ulysippone dudum commorans ecclesiasticæ militiæ nomen dare, ac etiam Sacerdotio initiari cuperet; sed cum ita læsum habeat dexteri brachii cubitum, ut illud ad sacram hostiam et sanguinem sumendum, nonnullosque alios explendos ritus flectere nequeat, idcirco dispensationem ab irregularitate enixis efflagitat precibus. *Sess. 24. cap. 6. de reform.*

Apostolicus Nuntius, cujus relationem et sententiam exquirendam censui, hæc edisserit „ Avendo fatto fa„ re la prova innanzi a due Sacerdoti periti nelle sa„ cre ceremonie, mi hanno essi concordemente rife„ rito, che il suddetto Antonio de Souza è impedi-

„ dito soltanto di poter fare esattamente le ceremo-
„ nie , che esiggono il piegamento del gomito verso
„ il proprio corpo, e perciò non può esattamente far-
„ si il segno della Croce, percuotersi il petto e be-
„ nedire il popolo , nè benedire l'oblata con tutta la
„ perfezione, e di niun modo può comunicarsi colla
„ mano destra , che non può assolutamente avvicina-
„ re alla propria bocca. Può peraltro fare l'offertorio,
„ l'elevazione , e tutto ciò che non esige il piega-
„ mento dello stesso braccio destro nel gomito , ma
„ solo col braccio disteso. Tutto ciò sembra che non
„ possa produrre grande ammirazione nel popolo, né
„ esporre a pericolo di far cadere l'Ostia ed il Cali-
„ ce. Il supplicante si trova nell' età di 22. anni : è
„ alquanto istruito soltanto nella grammatica latina ,
„ ma tuttora va continuando i suoi studj colla speran-
„ za di potersi ordinare : non manca di qualche ta-
„ lento ; mostra buona indole , ed i Parrochi della sua
„ patria e del suo attual domicilio informano favore-
„ volmente su i suoi buoni costumi , ed inclinazione
„ sempre mostrata per lo stato ecclesiastico „.

Quanquam antiqui Ecclesiæ canones potius mentis atque animi, quam corporis vitia spectari jusserint, nihilominus disciplina jampridem invaluit, quæ corpore vitiatos ab Altaris ministerio repellit , *can.* 3. *dist.*55., si nec secure propter debilitatem , nec sine scandalo propter deformitatem alicujus membri sacra munia obire queant, *cap. Presbyterum de cleric. egrot.*, *et cap. Thomas de corp. vitiat.* Huic disciplinæ nullo non tempore adhæsit S. Congregatio , licet aliquando supplicandum SSmo pro dispensatione existimaverit , prout nimirum defectus corporis , aut evidens Ecclesiæ utilitas exposcere videretur , *S. Congreg. in Cameracen.* 20 *Januarii* 1821 , *et in Bajonen.* 15 *Decembris* 1829 §. *Hujusmodi.* Eam tamen jugiter sequuta est regulam, quæ facilius promoto , quam promovendo suadet dispensationem esse concedendam , ut *in Comen.* 5 *Maji* 1775 , *in Firmana Irregularitatis* 24 *Maji* 1823 §. *Dipensatio*, *et in Catanien. Irregularitatis* 8 *Augusti* 1829 §. *Ne*,

In

In themate dispensationi viam sternerent probati mores Joachimi de Souza, ac etiam penuria Sacerdotum, de qua hisce temporibus plurimi conqueruntur Episcopi. Vitium præterea, quo afficitur Orator, haud ejusmodi videtur, quod gravem in populo pariat offensionem, aut periculum secumferat in re divina peragenda, quemadmodum monet Nuntius Apostolicus. Opus quidem foret, ut orator sacram hostiam et calicem sumeret ope manus sinistræ; verum actionem hujusmodi nihil quidquam præseferre indecori patet ex rubrica Ordinis Prædicatorum, qua edicitur = *De sinistra sumat ore sacrum Christi Corpus* = atque hunc communicandi usum ipsi Ordini esse coævum, ac misteriis plenum tradunt Marcellus de Cavaleriis in opere cui titulus *Stetera sacra pag.* 467. *et seqq.* ac Bzovius *annalib. ad ann.* 1313. Quare Sacra Congregatio *in Cosentina* 15 *Julii* 1725 dispensationem arbitrio Archiepiscopi respondit esse indulgendam cuidam Presbytero, qui flexibilitatis usum in destero brachio amiserat, ita ut brachium quidem elevare poterat, *sed quando vult se signare signo sanctæ Crucis, id facere non possit, nisi intercedente distantia unius circiter palmi a fronte, a pectore, utroque humero, et ab ore, et Missam celebrando sacram hostiam et sanguinem sumere non possit, nisi ope manus sinistræ, licet ceteras Missæ cæremonias rite ac recte adimpleat.* Imo aliquando ob peculiares, quæ suberant, circumstantias Sacerdotibus graviori defectu laborantibus, ac uno alterove brachio destitutis dispensationem largita est. Prostant exempla *in Baionen.* 15 Decembris 1827 §. *Ponderanda, et in Catanien. Irregularitatis* 8 *Agusti* 1829 § *Verum.*

Severiorem tamen se præbuit S.Congregatio cum Clericis aliquo nondum sacro Ordine insignitis, ac dexterum brachium ad sacras rite obeundas cæremonias adeo necessarium fere inutile habentibus. Etsane *in Albinganen. Irregularitatis* 21 *Januarii* 1797 dispensationem denegandam censuit Clerico Joanni Bertoluzzi, qui eum in dextero brachio contraxerat morbum, ut = alza il braccio fino alla fronte in distanza di quattro

dita. Egualmente non può avvicinare il braccio alla spalla sinistra, che nella distanza di un palmo, e quattro dita, niente lo può avvicinare alla dritta, restandogli solamente l'articolazione della mano. Per comunicarsi non può colla mano destra . . . non può consumare il Sangue nel Calice, se non colla mano sinistra, senza però deformità, ben vero però che non può porsi sotto il mento la patena. Egli è pure necessitato di passare dalla mano diritta alla sinistra il Calice per le due purificazioni =. Jam vero Orator eodem fere, quo Clericus Bertoluzzi, laborat defectu, ideoque videant Emi Patres an cetera adjuncta aliter suadere queant, ac definire dignentur

An sit supplicandum SSmo pro dispensatione ab irregularitate in casu etc.

Sess. 22. cap. 6. de reform.

FAVENTINA REDINTEGRATIONIS. In Comitiis diei 28 Aprilis 1827 inter Sodalitatem SS. Sacramenti et Institutum Charitatis Terræ Cotiniolæ acriter disceptatum est super administratione hæreditatis Gasparis Bolis. At quoniam hujusmodi controversia per id temporis ad trutinam revocari accidit, quo ad Faventinam regendam Ecclesiam a s. m. Leone XII designatus fuerat Præsul Tanara, Emi Patres respondendum duxerunt = *Dilata, et exquiratur votum novi Episcopi* =.

Mandatis Sacræ Congregationis obediens hodiernus Episcopus hisce verbis animi sui sententiam aperit „Cum

de

de precibus a SSmi Sacramenti Cotiniolæ Confratribus nonnulla bona reclamantibus, quæ olim sui juris erant, quæque nunc a Charitatis Instituto administrantur, EE. VV. Rmis iterum porrectis referre debeam, exponere mihi juvat, Charitatis Institutum non fuisse dicto Sodalitio speciali Apostolica auctoritate subrogatum, sed mihi videri, id generalium Pontificii Gubernii legum vi evenisse, in quibus cum omnes præteriti Italici Gubernii, a quo extinctarum Sodalitatum bona Demanio unita fuerunt, contractus confirmentur, earum extinctionem, antiquis juribus eas orbando, ratam habuisse arbitror. Quæ leges cum fuerint a Pio PP. VII. gloriosæ recordationis sanctæ, Extravaganti *Ambitiosæ*, aliisque contrariis Canonicis statutis derogatum fuisse, idque ipsum ab hujusmodi superioris ratihabitionis ratione confirmatum videtur, ut innumera videlicet jurgia, ac perturbationes evitarentur, peculiarium Sodalitiorum juribus, publica expostulante utilitate, derogando. Quod autem ob istius Sacræ Concilii Congregationis decretum Charitatis Congregatio nonnullos fundos sejunxerit, eosque alicui Pio Instituto, uti in adjunctis precibus exponitur, restituerit, mirandum non est; siquidem hujusmodi Institutum extinctum non fuit, sed aliis solummodo in Charitatis Congregatione adnexum; e contra Sodalitates extinctæ fuerunt, suisque bonis expoliatæ. Neque obstare videtur, quod aliqua Sodalitia nonnullos census ad ea olim pertinentes a Reverenda Camera Apostolica obtinuerint; cum enim iidem neque venditi, neque adsignati, aut alio modo dispositi fuerint, eos ipsis restituere Gubernium poterat, quin alicujus jura læderentur. Quod si qua ratio petenti Sodalitati faveret, pro hujusce Diœcesis bono ac pace EE. VV. Rmas etiam atque etiam adprecari debeo, ne quid innovationis ejusdem favore succedat; quoniam aliter omnes fere extinctæ Sodalitates, aut ad Ecclesias, nunc Parochiales, olim sui juris vindicandum, aut ad fundos Hospitalium utilitati adsignatos consequendum insurgerent; ex quo quis non videt maxima oritura esse dissidia, quæ sapientissimo

EE. VV. judicio præteriri haud poterunt. Mihi tandem videretur, si qua gratia petenti Sodalitio concedi vellet, posse ejusdem Prior inter Charitatis Instituti Administratores connumerari, et sic quodammodo pii testatoris Bolis menti satisfieret „.

Reliqua, quæ concedendæ, vel denegandæ redintegrationi viam sternere possent, fuse haurient Emi Patres ex folio 28 Aprilis 1827, quod denuo consulere dignabuntur, ut dirimere possint, quod rursus proponitur.

Dubium

An hæreditas Bolis atque administratio Orphanotrophii sit restituenda Sodalitati SSmi Sacramenti in casu etc.

Sess. 21. cap. 4. de Reform.

FIRMANA DISMEMBRATIONIS PAROECIÆ. In oppido Campopheudonis vetustissima extat Abbatia Sancto Bartholomæo nuncupata, quam titulo Commendæ nunc possidet Abbas Modestinus Eques Pellicani. Hujus Abbatiæ reditus quotannis pertingere feruntur ad scutata mille ac sexcenta, onera vero ad scutata pene quingenta. Cetera inter onera recensentur sumptus, qui necessarii sunt ad sarctam tectam servandam Ecclesiam S. Bartholomæi, et ad curam animarum totius oppidi, quæ Abbatiæ imminere noscitur, rite obeundam. Parochianorum numerum constituunt mille et quingenti incolæ, quorum non exigua pars hac illac per agros inhabitat. Paroeciæ præest Vicarius Curatus, eique suppetias ferre tenentur duo Capellani; atque isti non minus quam ille ad nutum pendent Abbatis Commendatarii, qui pro suo hactenus libitu modo majorem, modo minorem consuevit animarum curam exercentibus solvere pensionem. Ex hujusmodi methodo gerendi animarum curam, atque ex distantia parochianorum agros incolentium a parochiali Ecclesia S. Bartholomæi plura in populum redundare incommoda quum experientia didicissent muni-

ci-

cipes Campopheudonenses, iterum iterumque conquesti sunt penes Abbatem Commendatarium. Cumque suas ipsi querelas irritas fieri animadvertissent, hanc Sacram adierunt Congregationem, ac Paroeciae S. Bartolomæi dismembrationem, alteriusque in suburbana S. Patritii Ecclesia erectionem, effectum suum post obitum hodierni Abbatis Commendatarii habituram, postularunt, ita tamen ut quisque ex duobus Parochis utrique Ecclesiæ præficiendis duos habeat Capellanos, ac in dotationem unius alteriusque Paroeciæ Abbatiæ bona perpetuo erogentur.

Rogatus Emus Archiepiscopus, ut Sacram Congregationem, auditis iis quorum interest, instructam redderet, votumque suum pandere dignaretur, hæc refert. „ Ad multa sane milliaria portenditur territorium, „ quod habet abbatialis Ecclesia S. Bartholomæo sa„ cra in oppido Campopheudonis, magnusque est nu„ merus incolarum, quibus unica Paroecia illa com„ ponitur. Hinc fit, ut non sine gravissimo incommodo, „ vel parochiani ad Ecclesiam, vel ii, qui anima„ rum curæ administrandæ præsunt, ad diversas e„ jusdem territorii regiones accedere queant. Iter ve„ ro intercessum est a binis torrentibus, et hiberno „ tempore inundantur viæ, et impervius redditur ac„ cessus; proindeque senes, pueri, valetudinarii de„ stituuntur sacramentis et sacris; nec raro aliquem „ sine religionis subsidiis decessisse innotescit. Te„ nuior insuper plus æquo videtur esse merces, quæ ad „ nutum amovibilibus Vicario Abbatiali, ac duobus Ca„ pellanis constitui solet; primo enim quinquaginta, „ et aliis quadraginta scutata, annuatim Abbates „ pro tempore Commendatarii pensitare consueverunt; „ ad præsens vero scuta triginta ultra mensam et sto„ la utriusque incerta Vicarius consequitur: unus ex „ Capellanis scuta triginta et mensam, alter vero „ scuta tantum quinquaginta tenet. Ex hujusmodi emo„ lumentorum tenuitate frequenter accidit, ut Vica„ rius, vel alter ex Capellanis deficiat; et proinde „ minus idonei curam suscipiant, quod nunc eveni„ re testatur Vicarius Foraneus loci in sua relatione „.

Qui-

„ Quibus incommodis ut rectius prospiciatur, aptiorem
„ viam non video, quam erectionis duarum Paroe-
„ ciarum, unius intus, alterius extra Oppidum Cam-
„ popheudonis, præmissa proportionabili non animarum,
„ sed Territorii divisione. Neutra modo ex memoratis
„ in supplici libello Ecclesiis apta est ad populum
„ recipiendum, sed utramque ad id facile reduci pos-
„ se arbitror, si Communitas et homines loci, publi-
„ co sumptu ex nunc Ecclesiam propriam S. Patri-
„ tio Compatrono dicatam, et extra mœnia positam
„ ampliare, aliamque sub titulo S. Bartholomæi, cui
„ parochialitas a tempore Monachorum inhæret, pro
„ tunc, nempe secuto obitu moderni Abbatis Com-
„ mendatarii restaurare, expulire, et in elegatiorem
„ formam redigere sese obligarent, quod nec absonum
„ ab æquitate; nam Parochorum commodo ut fruan-
„ tur, opus est aliquid incommodi patiantur, et quod,
„ ni fallor, insensibili fere populi gravamine conse-
„ qui posset.

„ Verumtamen hujusmodi erectioni hodiernus obsistit
„ Abbas Commendatarius Modestinus Pellicani, qui in
„ argumento rogatus, prout in mandatis habui, contra-
„ riam obtulit opinionem. Ast quanti hæc facienda
„ sit comparata cum actuali populi Campopheudo-
„ nis rerum spiritualium statu, pro ea qua pollent EE.
„ VV. prudentia expenderint; equidem in ea sum sen-
„ tentia, ut Magistratus postulans, cujus preces obse-
„ quenter remitto, voti compos fieri debeat, modo
„ tamen ac forma Sacratissimo Patri ac Principi be-
„ nevisis quoad dotationem ambarum parochialium,
„ et assignationem congruæ Parochis, eorumque Ca-
„ pellanis super bonis Abbatialibus „.

Synodus Tridentina *sess.* 21. *cap.* 4. *de reform.* statuit, ut in iis locis, in quibus ob locorum distantiam, sive difficultatem, parochiani sine magno incommodo ad percipienda sacramenta, et divina officia audienda accedere non possunt, novæ Parochiæ, etiam invitis Rectoribus, constituerentur. Utramque in themate et distantiæ et difficultatis præsto esse causam ad novam in suburbiis erigendam Paroeciam, patet nedum

dum ex municipum precibus, atque ex Emi Archiepiscopi testimonio, sed etiam ex amplo territorio, quod plures inhabitant parochiani, ex duobus torrentibus ad Ecclesiam Abbatialem hiberno potissimum tempore accessum impedientibus, atque ex obitu quorumdam parochianorum, quin ipsis prius datum esset Sacramenta recipere. Hæc autem justam præbere dismembrationis causam tradunt quoque *Costantin. vot.* 343. *num.* 10., *Fagnan. in cap. Ad audientiam n.* 19. *de Eccles. ædific.*, *S. Congr. in Imolen. Dismembrationis Paroeciæ* 22 *Maji* 1830.

Neque spirituali animarum detrimento satis occurri posset „ unius Vicarii perpetui (ait Emus Archiepiscopus) deputatione, etiamsi eidem proportionabiliter augeatur congrua; semper enim persisteret locorum distantia, quæ Vicarium perpetuum quinque lapides percurrere cogeret, ut ad ultimos Paroeciæ fines perveniat; nec itineris asperitas illa temperaretur, quæ rusticanorum pluralitati ad unicam parochialem, præsertim in hyeme aditum præcludit; nec tandem urgentiæ compescendi deplorandam ignorantiam puerorum in rudimentis fidei propter defectum catechesis suppleretur „.

At novæ Paroeciæ erectioni adversatur hodiernus Abbas Commendatarius, licet Abbatiam, quoad ipse vitæ fruatur usura, nullam mutationem nullamque jacturam passuram sentiat. Initio enim monet, eo spectare Municipum preces, ut Abbatia grandi fructuum imminutione plane destruatur, ac Sedes Apostolica privetur collatione Beneficii, quod viris Cardinalitia dignitate fulgentibus pluries tributum fuisse monumenta testantur. Dein ad incolas mille et quingentos in spiritualibus regendos haud opus esse ait, ut duo animarum Curatores, et quatuor Capellani constituantur. Imo nec novæ Paroeciæ erectionem necessariam existimat; ubi enim alicujus loci populus ita frequens est, ut unus rector non sufficiat ecclesiasticis Sacramentis ministrandis, et cultui divino peragendo, haud antiquæ Paroeciæ dismembratio explenda; sed tot adjungendi sunt Sacerdotes, quot sufficiant ad animarum curam exer-

exercendam, quemadmodum decreverunt Patres Tridentini *sess.* 21. *cap.* 4. *de reform.* Jam vero in oppido Campophendonis præter Vicarium Abbatialem duo præsto sunt Capellani, qui Sacramenta ministrare ac divinum cultum peragere obstringuntur. Distantiæ autem ac viarum difficultati facile consuli potest, si alter ex Capellanis in suburbana Ecclesia S. Patritii moram ducere, fidelium confessiones excipere, sacris operari, ceterisque fidelium necessitatibus opem ferre adigatur, quo in casu minime ad paroeciæ dismembrationem deveniendum esse docet *Card. de Luca adnot. ad Trid. Conc. disc.* 16. *num.* 5., *S. Congr. in Ventimilien. Dismembrationis* 8 *Augusti* 1818 §. *Eo*, *et in Sipontina Dismembrationis Paroeciæ* 14 *Maji* 1825 §. *Enim.*

Nihilominus si EE. VV. novæ Paroeciæ erectionem decernendam duxerint, definiant quæso, utrum ad animarum curam utriusque porochiali Ecclesiæ regendam constitui debeant Vicarii amovibiles ad nutum Abbatis Commendatarii, vel potius perpetui, quemadmodum censuit hic Sacer Ordo *in Ravennaten.* 12 *Decembris* 1829; quot designandi Capellani, qui utrique Parocho in suis obeundis muneribus opitulentur; et quænam fructuum portio cuique tribuenda. Profecto Sacerdotibus, qui Ecclesiis noviter erectis sunt præficiendi, congruam portionem assignandam esse ex fructibus ad Ecclesiam matricem quomodocumque pertinentibus sanxerunt Patres Tridentini *cit. sess.* 21. *cap.* 4. Qui autem Parochis congruam vitæ alimoniam præbere tenentur, eam quotannis ex instituto hujus Sacri Ordinis repræsentent necesse est pecuniæ vim, quæ nec minor sit scutatis quinquaginta, nec major scutatis centum, *S. Congr. in Civitatis Castellanae* 24. *Novembris* 1821, *et in Tridentina* 27. *Aprilis* 1822.

Igitur proponuntur

Dubia

I. An et quomodo sit locus erectioni novæ Paroeciæ in Ecclesia S. Patritii, seu potius deputationi Capellani

ni Curati, qui penes eamdem Ecclesiam resideat, ibique Sacramenta ministret in casu etc.

Et quatenus affirmative ad secundam partem.

II. *An et quae congrua sit adsignanda Capellano Curato in casu etc.*

III. *An cura animarum in Ecclesia S. Partholomaei sit in posterum administranda per Vicarium perpetuum in casu etc.*

IV. *An et quae congrua sit eidem Vicario constituenda in casu etc.*

V. *An et quot sint deputandi Capellani in Ecclesia S. Bartholomaei, et quae pensio eisdem tribuenda in casu etc.*

MUTINEN. REDUCTIONIS ET COMMUTATIONIS. Ex pluribus religiosarum domorum bonis, quae post ipsarum suppressionem Mutinae in pium pauperum Opus a Serenissimo Duce Francisco III institutum conluerant, anno 1738 Hercules III ejusdem successor duas potissimum erigi jussit separatas Administrationes, quarum nomen *Albergo-Arti*, et *Ritiro*. Huic postremo Operi praeter omnes beneficientiae sumptus, quibus puellarum Mutinensium Collegium alii debet, annuum simul onus Missarum 1843 cum eleemosyna obol. ro $\frac{1}{2}$ monetae romanae pro qualibet plerumque Missa infixum est: atque ita quidem, ut, singulis testatorum elogiis prae temporis vetustate deperditis, nulla prorsus fundorum et legatorum distinctio habita fuisse comperiatur. Alterum autem pium Opus, cui titulus *Albergo Arti*, praeter ordinaria et extraordinaria pauperum subsidia quotannis distribuenda, manutenendi onere obstringitur non modo aliquas Ecclesias et Collegiatam in Hospitalis aegrotantium commodum, sed etiam biscentum circiter chronico laborantium morbo Hospitium, itidemque otiosorum hominum per pagos vagantium Xenodochium: quae duo Instituta sub annis 1812 et 1824 sine ullo redituum augmento novissime fundata sunt. Jam vero huic pio Operi *Albergo Arti* certum quoque Missarum onus ab anno 1783 adnexum fuerat; at ob notissimas rerum publicarum

Sess. 22. cap. 6. de reform.

perturbationes opus certe fuit anno 1821, ut ab Apostolica Sede aliqua ejusmodi onerum reductio ad decennium impertiretur, dum tamen ex parte pii Operis *Ritiro* integro Missarum 18432 numero rursum satisfieri jampridem cœptum est.

Hisce ad rem præjactis, hodierna Mutinensis Charitatis Congregatio, quæ in præsentiarum cunctis præest piis Mutinæ Operibus, nuper huic S. Ordini humillime exposuit, *che la pia Azienda nominata Albergo-Arti ora ritrovasi in gravissime angustie, e tali da dovere notabilmente scemare il numero dei cronici nel ricovero, e togliere in massima parte i sussidj ai poveri delle Parrocchie: non potendosi detrarre alle altre spese per mantenimento della Collegiata e Chiesa di S. Maria Pomposa in S. Agostino, e per servigio e disimpegno di amministrazione. Oltre a ciò in causa dei premessi oggetti di beneficenza sbilanciata essa Azienda è ridotta ad una deficienza annua di reddito, in confronto degli andati anni, eccedente in mille scudi Romani.* Quibus sane pii Operis incommodis quum nulla pateat in miserorum lenimen medendi via; supplices idcirco preces porrectæ sunt, ut ex Missarum numero, quibus celebrandis pium Opus *Ritiro* devincitur, tanta in perpetuum pars pro Apostolicæ Sedis indulgentia reducatur, quanta annuam scut. Rom. 1200 summam favore pii Operis *Albergo-Arti* erogandam conficere possit.

Mutinensis Vicarius Capitularis pro informatione et voto rogatus, ea quæ superius exposita sunt, veritati in primis congruere testatur. *Statim vero quidquid ad rem faceret, eo consilio*, inquit, *exquirendum curavi, ut quantum æquitas diversaeque indoles sinunt, necessitatibus tum pauperum tum Ecclesiarum et Sacerdotum æqua lance consuleretur.* Quapropter statu activo et passivo piorum Operum *Ritiro* et *Albergo-Arti* rite transmisso, hæc suis ipse literis addidit: *Evidenter constat tenuem summam omnibus deductis expensis, quæ in variis publicæ beneficentiæ objectis occurrunt, annuatim superesse, quamque pro extraordinariis expensis facillime contingentibus conservare convenit. Et hic animadverten-*

dum

dum puto, quod experientia plurium annorum docuerit, numerum tam infirmorum, quam chronico morbo laborantium singulis annis valde excedere; qua de causa redituum residuus insigniter minuitur. Nec insuper praetereundum, quod amplius haec Communitas, sive muuioipium solvere nequit ingentem summam quam antea praestabat pro auxiliandis pauperibus, quorum necessitas in dies profecto augetur. Quare petitam Missarum reductionem ad decennium concedendum esse arbitrarer. Sed considerandum quoque est, plurima Missarum onera variis hujusce Dioecesis Ecclesiis addicta praeteritis difficillimis temporibus extincta fuisse ac paucissimos esse, qui pia hodie legata relinquant, Inspecta igitur Ecclesiarum et Sacerdotum necessitate, cum earum Missarum eleemosyna in obolis 10 $\frac{2}{3}$ monetae romanae valde tenuis sit, adeo ut Missas, quae Ecclesiis assignantur ab Episcopo, ac in praesens a me vigore facultatis a Sancta Sede specialiter tributa ad regulam eleemosynae manualis, in qua hodie baj. 13. $\frac{1}{5}$ mon. rom. abeunt, reducere, oporteat; essem in voto quod pro singulis Missis, quae, si moderatio petita concedatur, supererunt, eleemosyna manualis praedicta obol. 14. $\frac{1}{5}$ detur, firma illa tamen remanente, quae manualem eacedit.

Oblatis precibus adversatur hujus Sacri Ordinis regula, quæ tradit non esse concedendam Missarum reductionem, quando reditus a piis testatoribus relicti pares sunt cunctis ferendis oneribus, ut in *Romana* 15 *Septembris* 1802, *et in Mazzarien. Reductionis* 14 *Decembris* 1822, *et in Lunen. Sarzanen. Commutationis voluntatis et reductionis* 22 *Aprilis* 1826 *ad V. dub.* Reditus autem legatorum, de quibus sermo est, satis superque sufficere cunctis implendis Missarum oneribus facili negotio elicitur ex tabulis accepti et expensi, quas misit Mutinensis Vicarius Capitularis, ac etiam colligitur ex supplici libello Congregationis Charitatis, ubi sub annis 1812 et 1824 duo pia Instituta sine ullo redituum augmento fundata fuisse narrantur. Illud insuper accedit, quod petita Sacrorum imminutio commutationem secumferat supremæ dece-

dentium voluntatis; ab hujusmodi autem commutatione, qua pontificiæ, qua cæsaraæ leges vehementer abhorrent, *can. ultima voluntas* 13. *qu.* 2, *Clement. Luia contingit de relig. domib.*, *L.* 1. *Cod. de SS. Eccles.*, *L.* 120. *ff. de V. S.*, cum nihil sit, quod magis hominibus debeatur, quam ut supremæ voluntatis, postquam aliud velle non possunt, liber sit stylus, et licitum, quod amplius non redit, arbitrium, *L.* 1. *Cod. de SS. Eccl.*, *S. Congr. in Novarien. Reductionis* 18. *Septembris* 1824., *et in Camerinen. Erectionis Ecclesiae Collegiatae* 17 *Maji* 1828 §. *Hisce.* Attamen publica suadente necessitate, vel majori intercedente utilitate ultimas hominum voluntates in alium pium usum ab Sede Apostolica commutari posse habetur *ex Clem. Quia cantingit de rslig. domib.*, *atque ex Trid. Synod. sess.* 22. *cap.* 6. *de reform.* Jam vero justam urgentemque in themata occurrere causam reducendi Sacrorum numerum, ac etiam commutandi piam defunctorum voluntatem suadet exiguitas redituum, quibus gaudet pium Opus *Albergo Arti*, adeo ut nisi petita indulgeatur Sacrorum imminutio, nulla eidem suppetat ratio, qua viris et fœminis chronico morbo laborantibus, aliisque miserabilibs personis prospicere valeat. Et revera hæc Sac. Congregatio probe sciens quam Deo accepta et a sacris canonibus commendata sint Hospitalia, in quibus pauperes infirmi medicaminibus curantur, cibo reficiuntur, ac etiam ad bene christianeque vivendum et moriendum adhortantur, nonnumquam, ut tenuis Nosocomiorum augeretur census, eisdem unionem concessit illorum bonorum, quæ in dotandas puellas, in Missas celebrandas, aut in alios pios usus ex fundatorum lege erant destinata, uti videre est *in Elnen.* 18 *Decembris* 1773, *in Faventina Commutationis voluntatis* 22 *Februarii* 1823., *et in Lunen. Sarzanen. Commutationis voluntatis* 28 *Martii* 1826 §. *Commutationem.*

Erit nihilominus Eminorum Patrum definire.

An et quomodo sit concedenda Missarum reductio in casu etc.

Die

Die Sabbati 28. Augusti 1830. in Palatio Apostolico Quirinali erit Sacra Congregatio Concilii, in qua præter alia proponentur infrascripta Dubia, juxta morem ejusdem Sacræ Congregationis de jure resolvenda.

BAREN COLLEGIATÆ. Utiliori Ecclesiarum, quas dicunt Receptitias, in Neapolitana Ditione citra Pharum extantium, procurationi opportune consulere cupiens sa. me. Pius VII, Apostolico sub die 13 Augusti 1819 edito Brevi, cujus initium *Inveniri*, mandavit, ut in posterum ad positiones suscipiendas in Ecclesiis receptitis, certus Ministrorum numerus cujusque Ecclesiæ rationibus accommodatus adsciscereturatque illi tantum admitterentur Sacerdotes et Clerici, qui ab Ordinariis locorum, rite peracto examine coram tribus saltem ex Synodalibus Examinatoribus, pietate ac doctrina commendatiores fuissent inventi. Apostolicæ Sedis mandata quum in Ecclesia Receptitia Oppidi Molunei executioni adamussim committere nuperrime decrevisset Isdierrus Berensis Archiepiscopus, illius Ecclesiæ Capitulares sui muneris esse putarunt sententiæ Archiepiscopi vehementer obsistere. Etenim animo recolentes suam vetustis temporibus Ecclesiam Sedis Episcopalis honore fuisse ornatam, eidemque postea Capitulares, non secus ac Canonici Collegiatarum, perpetim deserviisse, ac nunc etiam deservire, imo eamdem Ecclesiam vere ac proprie insignem Collegiatam existimantes, ad hunc Sacrum Ordinem confugerunt, ne ex decreto Archiepiscopi quidquam ipsi caperent detrimenti. *Sess. 22. cap. 3. de reform.*

Oblatas preces, prout in more positum est, ad Archiepiscopum abiegandas censui, ut Sacram Congregationem

nem instructam redderet, ac, suspensa interim decreti executione, animi sui panderet sensum. Dictis illico paruit Antistes, rationumque protulit momenta, quibus Moduneensem Ecclesiam veris Receptitiæ, non autem Collegiatæ characteribus præditam esse evinceret, ut infra suo loco patebit.

Ubi non constat de primitiva alicujus Ecclesiæ erectione in Collegiatam, aut de Apostolicæ Sedis privilegio, eam nihilominus esse Collegiatam, ex vehementibus conjecturis et argumentis satis comprobari posse tradunt *Fagnan. in cap. Postulasti de jurepatr.*, *Card. Petra ad constit.* 7. *Innocent. IV. sect.* 2. *num.* 19., *S. Congr. in Ferentina Residentiæ* 8. *Augusti* 1829. §. *Jam vero* In themate quamvis ob temporis diuturnitatem rerumque vicissitudines illud evenerit, ut instrumentum erectionis nunc proferri nequeat, nosque penitus lateat Apostolicum privilegium; attamen Capitulares gravia non deesse arbitrantur indicia, quæ Moduneensem Ecclesiam insignis Collegiatæ honore splendescere commonstrent.

Etenim Moduneum vetustis Ecclesiæ temporibus fuisse Episcopali Cathedra decoratum, illiusque Antistitem inter Suffraganeos Archiepiscopalis Ecclesiæ Barensis seu Canusinæ olim extitisse, binæ testantur Apostolicæ Bullæ. Primam, quæ incipit *Convenit*, quæque tribuitur Joanni XX., refert Ughellius in celebri opere *Italia Sacra tom.* 7. *pag.* 601. In ea Pontifex, vestigiis suorum Prædecessorum inhærens, *ut Archiepiscopus duodecim sub se ordinaret Episcopos*, se Præsuli Bisantio Angelico concedere seu confirmare profitetur Archiepiscopatum Canusinum *cum universis civitatibus et castellis*, scilicet *Bari*, *MEDUNEO*, *Juvenacio*, *Melficta*, *Bubo*, *Trane* ..... *donec impleatur duodecimus Episcopus*. Alteram edidit Urbanus II. die 9. Octobris 1089, quæ exorditur *Quia nostris temporibus*, ut videre licet in Bullario Romano *tom.* 2. *pag.* 64. Porro in eadem Bulla hæc habentur = *Absque præjudicio ergo justitiæ quarumlibet Ecclesiarum, sequentes tenorem, qui nostrorum continetur privilegiis Prædecessorum, Barensis sive Canusinæ Ec-*

Ecclesiæ possessiones, sive DIOECESES Tibi, tuisque Successoribus perpetuo possidendas, regendasque contra limus. Hæ autem sunt Canusinæ, Bitrictum, Litontum, MIDUNIUM, Juvinatium, Melficta, Eubum, Tranum etc.

Cum itaque Moduneum Episcopalis Sedis prærogativa quondam ornatum fuisse pateat, cumque Moduneensis Ecclesia posterioribus seculis ad hæc usque tempora Canonicorum Collegio numquam fuerit orbata, jam inde Capitulares aperte exurgere autumant suam Ecclesiam Collegialitatis honore esse præditam, adeo ut neque instrumentum erectionis, neque Apostolicum privilegium in medium afferre necesse sit, cum quælibet Ecclesia ad Cathedralis fastigium evecta gaudeat Collegialitatis præeminentia *ad text. in cap. novit, et cap. Quantum de iis quæ fiunt a Præl. sine consen. Capit.*, *Barbos. de Canonic. cap.* 2. *num.* 2., *Card. De Luca de præemin. disc.* 4. *num.* 15.

Hisce plura alia eaque univoca Collegialitatis signa addere nituntur Capitulares. Namque in Moduneensi Ecclesia eædem, quæ in Collegiatis, sacræ peraguntur functiones, frequens adest Capitularium numerus, plures extant Dignitates, Capitulum propriis regitur constitutionibus ab Archiepiscopo Barensi anno 1772 approbatis, Capitulares Canonicorum titulo nuncupantur, eorumque Ecclesia Collegiatæ titulo in Apostolicis provisionibus decoratur. Atque ut ea, quæ iidem Capitulares affirmant, probatione evincant, Apostolicas afferunt litteras, quibus Clemens XIII. anno 1759 Presbytero Josepho Pilolla conferens Archipresbyteratum ejusdem Collegiatæ inquit = *Cum itaque Archipresbyteratus secularis, et forsan insignis Collegiatæ Ecclesiæ Terræ Modunei Barensis Diœcesis, quia inibi Dignitas principalis existit, et cui cura dilectorum filiorum parochianorum dictæ Collegiatæ Ecclesiæ, quæ etiam parochialis existit, immineat* .... =. Ex communi autem et antiqua opinione, ex traditione historicorum, atque ex enunciativis instrumentorum ac Bullarum satis conjici posse Ecclesiæ Collegialitatem docent *Piton. discept. eccl.* 8. *num.* 12., *Alex. consil.* 74. *num.*

num. 4., S. Congr. in Civitatis Castellanæ Missæ Conventualis 16. Decembris 1786. §. In re.

At vero etiamsi Barensi Archiepiscopo satis compertum sit ad probandum alicujus Ecclesiæ Collegialitatem, latitante in tenebris antiquitatis Bulla erectionis, aut Apostolico privilegio, sufficere univoca signa et conjecturas: attamen Modunensem Ipse Ecclesiam omni Collegialitatis charactére plane destitutam esse demonstrat. = L' L'Archivio della mia Curia, e quello del mio Capitolo Metropolitano (alt Archiepiscopus) non contengono un processo, un registro, un documento qualsisiasi, in cui si legga attribuito alla Chiesa di Modugno il nome e la qualità di Collegiata o di Canonico a qualcuno dei Sacerdoti alla medesima ascritti. L'Archivio stesso del Clero Modugnese non offre delle prove all'oggetto. I libri parrocchiali che si conservano nella stessa Chiesa non offrono la benchè menoma congettura a favore della pretesa Collegiata, e di tanti e diversi Ecclesiastici che di tempo in tempo amministrarono il Battesimo, la Penitenza, l'Eucaristia, e l'Estrema Unzione, e che impartirono la benedizione nuziale agli sposi, o che trapassati vennero accolti nella ecclesiastica sepoltura, non ve n'è un solo che si legga decorato del nome di Canonico. Nei Sinodi diocesani non si scorge ombra di congettura, che possa far supporre un Collegio Canonicale in Modugno, nè alcuno de' suoi Preti, che di tempo in tempo furono deputati e presenti ai rispettivi Sinodi, fu decorato del titolo di Canonico, nell' atto che l' opposto si osserva costantemente praticato per le altre Chiese della Diocesi che godevano fin d' allora e godono tuttavia della prerogativa e del titolo di Collegiata ". Præterea Medunensi Ecclesiæ cetera quoque desunt Collegialitatis signa: Capitulares enim certo non utuntur sigillo, Missam Conventualem pro Benefactoribus in genere applicare prætermittunt, ex statutis anni 1772. residentiæ lege non obstringuntur, nec negocia capitularia more Collegiatarum definiunt; ideoque illa desiderantur signa, quæ ad judicium pro Collegialitate ferendum intercedant oportet ex sen-

ten-

tentia Doctorum, atque etiam hujus S. Congregationis, ut videre est *in Setina* 10. *Decembris* 1785., *in Auximana* 19. *Augusti* 1786., *in Nepesina* 16. *Maji* 1789. *et in Ferentina Residentiæ* 12 *Septembris* 1829. Denique tantum abest, ut Molunecnsis Ecclesia Collegiatæ nomine ac dignitate fulgeat, ut omnes ipsi potius conveniant Ecclesiæ Receptitiæ characteres, eam Receptitiam judicaverint Barenses Archiepiscopi, ac ejusmodi esse iidem Capitulares nullo non tempore confessi sint. Nimirum = per effetto di questa sua caratteristica (pergit Archiepiscopus) tutti i Sacerdoti naturali di Modugno infino all' epoca della pubblicazione del Breve *Impensa* ebbero il diritto di essere ammessi in quel Clero, e ciò avveniva per mezzo dell' accettazione di quel Clero medesimo senza che l' Ordinario vi prendesse alcuna ingerenza nè a valutarne i requisiti, nè ad approvarne l' ammissione. In questo senso medesimo il Clero fin dall' anno 1772. avendo formato i suoi statuti, anzichè attribuirsi la pretesa Collegialità, si qualificò per Civico Recettizio. Questa medesima intrinseca e naturale qualità del ridetto Clero rilevasi dalle relazioni dirette a codesta S. Congregazione dagli Arcivescovi miei Predecessori sullo stato di questa Archidiocesi. I Deputati del Clero stesso che nel 1819. intervennero nella mia Curia alla organizzazione di quella Chiesa, la qualificarono espressamente per parrocchiale Ricettizia, e l' intero Clero confermò lo stesso nel 1826. con dichiarazione adesiva alla natura de' suoi beni patrimoniali, ed avvalorata dal giuramento di tutti i suoi componenti, che in originale unisco alla presente. All' epoca ancora della sa. me. di Benedetto XIII. con Breve emesso da questo Pontefice ai 6. Ottobre 1724. a favore dei fratelli Larrone per essere ammessi alla partecipazione, la Chiesa di Modugno fù riconosciuta qual'era, come Chiesa Ricettizia, e viene replicatamente chiamata e qualificata per Recettizia, ed i suoi Preti sono qualificati coll' epiteto di Partecipanti senza che replica o contradizione siasi prodotta dal preteso Collegio Canonicale =. Similiter ubi coram hac S. Con-

gregatione *in Baren. Strenæ et Cathedratici* 20. *Decembris* 1732. quæstionem inter Archiepiscopum et Capitulum Modunei agitari contigit, Capitulum illud numquam Collegiatæ titulo insignitum legitur, sed tantummodo describitur nomine = *Capitolo di Modogno* = item = *Capitulum majoris Ecclesiæ Modunei* =; qui autem eidem Capitulo adscripti sunt, nominantur = *Presbyteri Capitulares* =.

Quæ cum ita sint, frustra Moduneenses Capitulares ad Bullas Joannis XX. et Urbani II. confugiunt. Esto enim Moduneum Episcopali Sede olim refulserit; postea tamen adeo a suo primævo splendore decidisse constat, ut nedum Cathedralitatis, sed etiam Collegialitatis honorem penitus amisisse dicendum sit. Irrito pariter conatu in medium proferunt Capitulares litteras Apostolicas Clementis XIII. Præterquam enim provisiones Apostolicæ nec aliorum lædunt jura, nec Beneficiorum statum immutant, quia numquam, nisi aperte liqueat, præsumitur, eam Pontifici insedisse mentem, ut statum Ecclesiæ verteret, *Piton. discept. eccles.* 8. *num.* 23. *et discept.* 17. *num.* 41., *Rot. in Compostellana Parochialium* 9. *Junii* 1752. §. 17. *cor. Figueroa*, *et in Urbevetana Jurispatronatus* 14. *Januarii* 1757. §. 21. *cor. Bussio*, illud etiam merito animadvertit Barensis Archiepiscopus, = che l' indizio della Bolla Apostolica sarebbe in verità poderoso, se fosse d' accordo con altri del pari concludenti a dimostrare la pretesa Collegialità; ma isolato da ogni altra congettura, addiviene a mio credere equivoco ed inconcludente =.

Restat itaque ut Emi Patres definire dignentur

An constet Ecclesiam Modunei esse Collegiatam, seu potius Receptitiam in casu etc.

Attenta deficientia tituli, et cujusque probationis suppletoriæ, negative ad primam partem, affirmative ad secundam.

URBI-

URBINATEN. CANONICATUS. In præcedentibus Comitiis diei 24. Julii ea fuit aliquarum Causarum gravitas, ut præ temporis angustiis hujusmodi controversia dirimi non potuerit. Ex hoc itaque dierum intervallo factum est, ut Urbinatense Capitulum supremas hac de re Testatoris tabulas ad hunc S. Ordinem transmiserit. Inde autem luculenter evincitur, Canonicalis Præbendæ juspatronatus activum ad familiam Dionigi nullatenus pertinere, sed alternatim tantummodo ad Urbinatensem Archiepiscopum, et Metropolitanæ Capitulum, ea sane conditione et lege, ut masculi descendentes ex familiis Vincentio Dionigi et Maximiliani Castellari, exclusis feminarum lineis, ad eum Canonicatum perpetuo nominarentur, dummodo tamen vacationis tempore aliquis ex præfatis descendentibus capax existeret; secus enim tum earumdem familiarum descendentes ex feminarum linea, tum his quoque deficientibus quemvis alium Clericum ad ejusdem Canonicatus institutionem nominari posse jussit Testator. Ita siquidem se habent ipsa testamenti verba = Voglio, e dispongo, che di detti miei beni ec. si erigga un Canonicato in detta Chiesa Metropolitana di capitale di scudi tre mila di moneta corrente di gius padronato, mero laicale, e mai soggetto a veruna regola di Cancelleria, ma di libera collazione ordinaria con facoltà a Monsig. Illmo e Rmo Arcivescovo *pro tempore*, ed Illmo e Rmo Capitolo della stessa Metropolitana di nominare presentare ec. alternativamente il Canonico al medesimo Canonicato da eriggersi, purchè sia sempre a quello nominato, presentato, eletto, e destinato respettivamente uno capace delle Famiglie e discendenti maschi nati dalli Signori Vincenzo Dionigi e Capitano Massimiliano Castellari, e quello che di dette due Famiglie in tempo di ciascuna vacanza sarà capace come sopra, esclusi sempre li figli, e discendenti nati dalle femmine, ancorchè discendenti da maschi; e quando mai si desse il caso della deficienza de' maschi discendenti da

Sess 24. *cap.* 12. *de reform.*

linea mascolina di ambedue le dette Famiglie, in tal caso venga nominato uno de' maschi discendenti dalle femmine capace come sopra. Quando poi non vi fossero maschi discendenti da maschi, nè maschi discendenti da femmine di dette due Famiglie, e capaci di essere nominati e presentati, e accadesse la vacanza di detto Canonicato, allora e in tal caso e per quella vacanza solamente sia nominato, presentato, e provveduto altro soggetto abile *ad nominationem* come sopra, purchè nelle susseguenti vacanze, e nomine essendovi uno capace delle suddette Famiglie nella forma sopradescritta venga poi quello nominato, presentato ec.

Rursus igitur describuntur

Dubia

I. An Canonicus Dionigi inciderit in poenam privationis fructuum in casu etc.

Et quatenus affirmative

II. An sit consulendum SSmo pro condonatione fructuum in casu etc.

III. An idem Canonicus inciderit in poenam privationis Canonicalis praebendae in casu etc.

Et quatenus negative

IV. An eidem sit concedendum indultum absentiae a residentia in casu etc.

Et quatenus negative

V. An sit admittenda renunciatio Canonicatus cum reservatione pensionis scut. 25. in casu etc.

Ad I. Affirmative.

Ad II. Facta prius renunciatione absque ulla reservatione pensionis, affirmative.

Ad III. IV. et V. Provisum in secundo.

VE-

VERULANA ET NULLIUS ATINÆ ORDINATIONIS.

Sess. 23. *cap.* 5. *et* 7. *de reform.*

Dubia

I. An Marcus Bassi fuerit valide promotus ad Sacrum Subdiaconatus Ordinem in casu etc.
II. An et in quas poenas idem Marcus inciderit in casu etc.

Ad I. Affirmative.
Ad II. Affirmative, et Subdiaconum Bassi incidisse in suspensionem, et irregularitatem.

LISBONEN. IRREGULARITATIS.

Sess. 24. *cap.* 6. *de reform.*

Dubium

An sit supplicandum SSmo pro dispensatione ab irregularitate in casu etc.

Negative.

FA-

Sess. 22. *cap.* 6. *de reform.*

FAVENTINA REDINTEGRATIONIS.

Dubium

An hæreditas Bolis atque administratio Orphanotrophii sit restituenda Sodalitati SSmi Sacramenti in casu etc.

Negative, adlecto tamen inter Administratores Instituti Charitatis Priore Sodalitatis juxta votum Episcopi.

Sess. 21. *cap.* 4. *de reform.*

FIRMANA DISMEMBRATIONIS PAROECIÆ.

Dubia

I. An et quomodo sit locus erectioni novæ Paroeciæ in Ecclesia S. Patritii, seu potius deputationi Capellani Curati, qui penes eamdem Ecclesiam resideat, ibique Sacramenta ministret in casu etc.

Et quatenus affirmative ad secundam partem.

II. An et quæ congrua sit adsignanda Capellano Curato in casu etc.

III. An cura animarum in Ecclesia S. Bartholomæi sit in posterum administranda per Vicarium perpetuum in casu etc.

IV. An et quæ congrua sit eidem Vicario constituenda in casu etc.

V. An.

V. An et quot sint deputandi Capellani in Ecclesia S. Bartholomæi, et quæ pensio eisdem tribuenda in casu etc.

Ad I. Affirmative ad primam partem in casu primæ vacationis Abbatiæ, constituto Vicario Curato perpetuo, qui ibi resideat, eidemque adsignata congrua scutatorum centum. Interim vero unus ex duobus Capellanis S. Bartholomæi resideat in supradicta Ecclesia S. Patritii cum stipendio scutator. octoginta solvendo ab actuali Abbate.

Ad II. Provisum in primo.

Ad III. Affirmative in casu vacationis ut supra cum congrua scutat. centum.

Ad IV. Provisum in præcedenti.

Ad V. Affirmative pro unico Capellano, adsignato in casu vacationis stipendio scutatorum octoginta, et notificetur Ministris Datariæ Apostolicæ.

MUTINEN. REDUCTIONIS ET COMMUTATIONIS. *Sess.* 22. *cap.* 6. *de reform.*

Dubium

An et quomodo sit concedenda Missarum reductio in casu etc.

Dilata, et exquiratur votum novi Episcopi, qui transmittat exemplum indulti reductionis diei 14. Julii 1821, et referat qua ratione in hypothesi tam amplæ reductionis Missarum populi commoditati, et Cleri sustentationi consuli possit.

FLORENTINA ET VOLATERRANA ORDINATIONIS. Aloisius Marzocchini Florentinæ Dioecesis, ejusque Uxor Maria Virginia Giusti, cum iis, quos *Sess.* 23. *cap.* 16. *de Reform. et sess.* 24. *Cap.* 1. *de Reform. Matrim.*

quos ex legitimo matrimonio susceperant, destituti liberis fuissent, sese ad perfectioris vitæ genus ineundum vocari senserunt. Quod quidem pietatis studium cum magis magisque in dies augeretur, et vir annum ageret quinquagesimum primum, mulier autem quartum supra quadragesimum, supplices adierunt Emum Zondadari Senarum Archiepiscopum, ut in ejusdem Curia juxta præstitutas ab jure ecclesiastico leges perpetuæ castitatis votum emitterent. Postquam igitur, annuente Archiepiscopo, ejusmodi se voto jam inde ab anno 1822 devinxerant, Aloisius Marzocchini in Volaterranam se contulit Dioecesim, ibique theologicis præsertim disciplinis operam navans, et Cathedrali Ecclesiæ inserviens, honestissimam vitæ rationem instituit, ita ut ab illius Dioeceseos Antistite ad primam clericalem tonsuram, et ad quatuor minores ordines, nullo quidem impetrato Summi Pontificis beneplacito, sed assentiente uxore, et cum dimissorialibus sui Ordinarii literis, promotus fuerit.

Aliquot vero post annis, ex quo incoeptum retinens vitae genus, ex Volaterrana in Fesulanam profectus fuerat Dioecesim, delatorumque sibi ordinum munia accuratissime expleverat, pro sacris ordinibus recipiendis Florentino Archiepiscopo preces obtulit. Verum oblatis annuere precibus Archiepiscopus renuit, quia oratoris uxor nondum religionem fuerat ingressa, ideoque Apostolicae sedis venia necessario imploranda videbatur. Quamobrem Clericus Morzacchini supplicem Sacrae huic Congregationi libellum dedit, rogans obtestansque, ut ad sacros ordines recipiendos opportuna sibi venia tribuatur.

Preces pro informatione, et voto ad Florentinum Archiepiscopum ablegavi, qui rogatus, an ullum adhuc in muliere adsit incontinentiae periculum, et an uterque conjux tam post emissum castitatis votum, quam antea honeste vitam traduxerit, retulit „ Mariam Vir„ giniam Giusti, quæ multis abhinc annis in civita„ te Senarum moram facit, jam annum agere quin„ quagesimum secundum, esse, et semper fuisse mu„ lierem bonis moribus praeditam, et probatae pie-

ta-

„ tatis, nullumque in ea periculum timeri posse in-
„ continentiae, et tandem plene se assentiri, ut vir
„ ejus sacros ordines suscipiat . . . . Clericum
„ vero Marzocchini ostendere veram vocationem pro
„ statu ecclesiastico, eumque jam prospexisse uxori
„ suae circa dotem, nunc agere annum quinquagesi-
„ mum octavum, ac tandem se duxisse vitam vere
„ probam et talem, qualem ecclesiasticum virum de-
„ cet ducere. Quapropter ille mihi videtur dignus,
„ qui obtineat a S. Sede facultatem, et petitam ha-
„ bilitationem recipiendi ordines sacros. Etenim mihi
„ clare constat, Oratorem ipsum, et uxorem ejus spon-
„ te vovisse perpetuam continentiam, et ultro sese
„ invicem sejunxisse, prout jam apud S. Sedem au-
„ thenticis documentis exhibitis probavere „.

Neutri quidem conjugum post matrimonii consummationem fas est sine alterius consensu Religionem ingredi, ibique solemnia vota nuncupare, *cap.* 1. *et* 3. *de convers. conjugat.*, multoque minus, invita uxore, licet viro ordines sive majores, sive minores, imo nec etiam clericalem tonsuram recipere, *cap. Conjugatus eod. tit.*, *cap. ult. de tempor. ordin. in* 6., *Extravag. Antiquæ Joan. XXII. de vot.*, *ibique Barbos. n.* 4. *ac Reiffenst. lib.* 3. *Decret. tit.* 3. *n.* 30. *et seqq.* Verum si conjuges communi consilio vitam continentem ducere decreverint, non prohibentur perpetuae castitatis votum emittere, *S. Gregorius lib.* 9. *epist.* 39. *ad Theot. Patriciam*, *ac S. Augustin. de consens. Evangel. cap.* 1.; sed tum demum potestas profitendi regulare institutum viro permittitur, cum uxor quoque monasticae vitae amplectendae cupidam se ostenderit. Etenim = *ignorare non debes* (inquiebat Alexander III. *in cap. Cum sis de convers. conjug.*) *Sanctorum Patrum contitutioni esse contrarium, ut vir, uxore sua, aut uxor, viro ejus non assumente Religionis habitum, debeat ad Religionem transire. Inde est quod auctoritate Apostolica prohibemus, ne in episcopatu tuo virum, vel uxorem, nisi uterque ad Religionem migraverit, transire*

permittas =. Nihilominus jure suo Episcopus alteri ex conjugibus veniam tribuere potest ingrediendi Religionem, quamvis alter monasticam vitam profiteri detrectet, dummodo iste castitatis voto se obstringat, ac in ea versetur aetate, vitaeque genere, ut immunis sit ab omni incontinentiae suspicione. Nimirum Pontifex in *cit. cap. Cum sis* subjungit = *Verum si uxor ita senex est, et sterilis, quod sine suspicione possit esse in sœculo, dissimulare poteris, ut ea in saeculo remanente, et castitatem profitente, ad Religionem transeat vir ejusdem.* =

Quod vero pertinet ad Ordinum susceptionem, interdicitur sane viri ordinatio, nisi uxor solemnia Religionis vota nuncupaverit, cum Pontifex *in cap. Conjugatus* 5. *de convers. conjug.* sanciverit = *Nullus conjugatorum est ad sacros Ordines promovendus, nisi ab uxore continentiam profitente fuerit absolutus* =. Imo si vir nec ætate grandævus, nec ob alias circumstantias incontinentiæ suspicione careat, exploratissimi juris est, non posse ad Ordines ascendere, nisi et ipse regulare institutum amplectatur; nam *can. Episcopus dist.* 77. cautum legitur = *Si conjugati juvenes consenserint ordinari, etiam uxorum voluntas ita requirenda est, ut sequestrato mansionis cubiculo, Religione promissa, postea quam pariter conversi fuerint, ordinentur* =. Ita etiam docet *Benedictus XIV. de Syn. dioeces. lib.* 13. *cap.* 12. *n.* 14., *et S. Congr. in Veronen.* 18. *Decembris* 1728. Utrum autem viro licitum sit sacris se initiari Ordinibus, et in sæculo manere, quando ejus uxor paratam quidem se exhibeat perpetuæ castitatis voto se devincire, sed in Monasterio Deo se devovere abnuat, vehemens inter Doctores fervet quæstio, quemadmodum videre est apud *Sanchez de matrim. lib.* 7. *Disput.* 39., *Gonzal. in comment. ad cap. Sane* 6. *de convers. conjug. n.* 6. *et S. Congregatio in Veronen.* 18. *Decembris* 1728. §. *At vero.* Attamen = *verior ac tutior* (scribit *Fanan. in cap. Conjugatus de convers. conjug. num.* 10.) *sententia est, si mulier sit senex et non suspecta de in-*

incontinentia, sufficere votum simplex castitatis in saeculo: sin autem sit suspecta de incontinentia, aut sit juvenis, sive sit suspecta, sive non, desiderari solemnem professionem = Atque huic quoque sententiæ adhæsisse videtur S. Thomas *in 4. dist. 37. quæst. 1. art. 2. ad 2.* scribens = *Uxorem, de cujus licentia vir ordinem Sacrum suscepit, teneri perpetuam continentiam vovere, non tamen teneri religionem ingredi, si sibi non timeat de incontinentiæ periculo* = Quin imo si Uxor est provectioris ætatis, nec suspecta de incontinentia, non vetatur cum viro cohabitare = *Volumus* (inquit *can. volumus dist. 81.*) *ne cum mulieribus conversentur, excepta dumtaxat matre, vel sorore, vel uxore, quæ casto regenda est* = Quem Canonem commentario illustrans Barbosa scribit = *Pro conciliatione distinguendum esse puto: vel conjuges suspecti sunt de incontinentia, et tunc nullatenus permittendi sunt cohabitare; vel suspecti minime sunt, et tunc possunt in eadem domo, sed non in eodem lecto, nec in eadem camera habitare* = Quæ autem ad majorum Ordinum susceptionem a sacris canonibus statuta sunt, eadem pro collatione minorum Ordinum, ac etiam Clericalis tonsuræ sancita esse tradunt *Gloss. in cap. conjugatus vers. ad sacros, Pirhing. de tempor. ordin. n. 2., Reiffenst. lib. 3. Decret. tit. 3. n. 33. et seq.*, ac decretum legitur *in cap. ult. de tempor. ordin. in 6.*, ubi sub pœna suspensionis prohibetur Episcopus *ne clericalem præsumat conferre tonsuram conjugato, nisi volenti Religionem intrare, aut ad Sacros Ordines promoveri, prout est sacris canonibus definitum* =

Hisce præjactis, inquirere oportet, utrum in themate ea præsto sint, quæ Clerico Marzocchini dispensationem suadeant concedendam, ut Sacris Ordinibus initiari valeat. Profecto memoratus Clericus non immerito sibi pollicetur, fore ut Emi Patres delatis pro sacrorum Ordinum susceptione precibus subscribant. Ipse enim, ejusque uxor ab omni incontinentiæ suspicione immunes videntur, cum dudum a corporum commixtione se-

sese abstinuerint, imo octo abhinc annis perpetuæ castitatis voto coram Emo Senarum Archiepiscopo sese obstrinxerint, fidemque summa laude perpetim solverint. Orator præterea ad Sacerdotalem gradum se a Deo vocari profitetur, in theologicas propterea disciplinas per plures annos incumbere non prætermisit, munere Sacristæ in Fesulana Parœcia fungitur, annum agit quinquagesimum octavum, ac propterea in ea versatur ætate ac vitæ ratione, quæ omnem propulsat libidinis suspicionem. Nec aliter subdit de sua uxore sentiendum, cum ex Archiepiscopi testimonio apertissime constet, eamdem jam annum natam esse quinquagesimum secundum, ac post emissum castitatis votum eximiæ probitatis specimen jugiter dedisse. Et sane ea apud Doctores invaluit opinio, ut mulier, quæ quinquaginta annos excessit, ad senilem pervenisse ætatem dicenda sit, *L. si minor Cod. de legitim. haered.*, *Sanchez de matrim. lib. 7. disp. 32. n. 16.*, *Fagnan. in cap. Cum sis de convers. conjug.*, *S. Congregatio in Panormitana 20. Maii 1752. §. Horum.*

Nec sibi putat Orator denegandam veniam adscendendi ad sacros Ordines inter sæculares Presbyteros, quia uxor sanctimonialium vitam non amplectitur. Utut enim se habeat quæstio inter Doctores nullo Pontificio rescripto aut constitutione definita; illud tamen certum exploratumque est, non deesse exempla similium dispensationum, quas hæc ipsa S. Congregatio nonnumquam impertiendas arbitrata est. Et sane in una *Parisien. 6. Maii 1645.* respondit = *Si SSmo Domino placuerit, dispensationem petitam suscipiendi Ordines Sacros de consensu uxoris concedendam esse Joanni de Monheron, in forma tamen commissaria, verificatis ætate ipsius sexaginta duorum annorum, et aetate uxoris quinquaginta octo annorum, quodque ipsa emiserit votum solemne castitatis in manu Archiepiscopi Parisiensis, et quod ex attestatione ejusdem in dicta uxore cesset omnis incontinentiae suspicio, et ipse sit benemeritus Sedis Apostolicae ob servitium*

prae-

praestitum Sacrae Congregationi de Propaganda Fide = lib. 17. decret. pag. 471. ter. Alia quoque dispensationum exempla referuntur *a Benedicto XIV. de Synod. Dioeces. lib. 13. cap. 12. n. 16., et a S. Congregatione in Panormitana 20. Maii 1752.*

Verumtamen quædam subesse videntur argumenta pro deneganda dispensatione ab Oratore petita, nisi ejus uxor monasticam vitam profiteatur; siquidem nec vir, nec uxor illius sunt ætatis, quæ omnem expellere possit incontinentiæ timorem. Enim vero senectus non est annorum numero computata, et jure cautum non habetur, quot anni exigantur ad senectutem, ut conjuges in sæculo manentes a quovis libidinis periculo, et incontinentiæ suspicione sint immunes, ideoque senectutem a valetudine, a viribus, ab anteactæ vitæ consuetudine, potius quam ab annorum dumtaxat numero patet esse æstimandam. *Fagnan. in cap. Cum sis de convers. conjug. num. 17. S. Congregatio in Barcinonen 28. Septembris 1765. §. Juristae* Senectus enim, inquit *Cajetan. in 2. 2. q. 147. art. 4. ad 1., non est evidenter omnibus una, sicut aetas augmenti; quoniam aetas augmenti determinatur ab ortu, qui certus est, ætas vero senectutis a naturali occasu, qui incertus est. Sunt enim quidam Sexagenarii ita fortes, ut alii quadragenarii, et unus altero habet multo plures circulationes coelestes* = Hisce instructa principiis S. Congregatio conjugum preces extra claustra castitatem vovere cupientium, ut Vir ad sacros Ordines promoveretur, modo penitus respuendas, ut in *Lucana 18. Julii 1795.*, modo dispensationem certis legibus circumscriptam indulgendam censuit. Ita *in Constantien. 31. Maii 1766.* rogata, *an et quomodo praevia Apostolica dispensatione ab irregularitate*, (functus erat Vir officio judicis criminalis) *sit concedendum Carolo Dominico Jûtz* (annos septuaginta jam nato), *ut ascendere possit ad Sacros Ordines in casu etc.* responsum dedit = *Consulendum SSmo pro dispensatione ab irregularitate, et pro facultate in casu de quo agitur ascendendi ad Sacros Ordines, emisso per Rosam* (in anno quinquagesimo con-

constitutam) *voto perpetuæ continentiæ, nec non permanentiæ usque ad obitum viri in aliqua religiosa domo sub approbatione Emi Archiepiscopi.* Similiter *Benedictus XIV. de Synod. Dioeces. lib. 13. cap. 10, n. 16.* refert se facultatem tribuisse spectato viro Ulysipponensi, licet ætate non admodum provecto, conscendendi ad sacros Ordines, dummodo uxor simplex castitatis votum nuncuparet, postquam tamen se in aliquod monasterium recepisset, cavissetque idonee se professionem emissuram, cum primum congruam dotem, Monasterio persolvendam, fuisset consecuta. Tandem in *Panormitana* 20. *Maji* 1752., ubi agebatur de Conjugibus, quorum neuter tum gravis ætatis annorum 67., tum habitualium, quibus laborabant, ægritudinum causa, claustra monasterii ingredi poterant, ideoque votum perpetuæ castitatis in sæculo emittere pollicebantur, dispensationem hic Sacer Ordo concedendam censuit, sub lege tamen = *dummodo habitent in separatis domibus* =

Videant nihilominus Emi Patres quid in præsenti casu sit decernendum, ubi agitur de viro prope sexagenario, de muliere quæ quinquagesimum secundum jam attigit annum, de conjugibus tandem qui octo abhinc annis continentem solent ducere vitam, ac insuper perpetuæ castitatis voto sese Deo dicarunt. Quæ quidem omnia ejusmodi sunt, ut omnem in conjugibus incontinentiæ suspicionem propulsare videantur.

Dubium

An et quomodo sit Clerico Marzocchini concedenda facultas ascendendi ad sacros Ordines in casu etc.

Non proposita cum sequenti.

Sess. 21. Cap. 4. de Reform.

IMOLEN. ERECTIONIS PAROECIÆ. Novam in territorio Balneariæ Parœciæ erectionem in comitiis diei 22 Maji 1830 probarunt Emi Patres: proposito enim dubio I. *An sit locus erectioni novae Paroeciae in Ecclesia Deiparae ab Auxilio in casu* etc. rescriptum prodiit = *Affirmative* =. Quum tamen ea super re tria

alia

alia ad trutinam vocata fuissent dubia, ut EE. VV. decernerent, quibus nova Paroecia foret legibus constringenda, responsum dedere = *Dilata et ad mentem: mens est ut scribatur Emo Episcopo ad effectum eumdem certiorandi, eam esse Sacrae Congregationis sententiam, ut ex bonis ad Capellaniam perpetuam spectantibus, domus tantum uniatur praebendae Archipresbyterali SS. Joannis Baptistae, et Andreae Apostoli, reliqua cedant novae Paroeciae: ex reditibus autem Ecclesiae B. Mariae Virginis ab Auxilio nuncupatae nihil tribuatur novo Parocho. Quod vero attinet ad jura et onera ab Emo Episcopo proposita satius duxisse S. Congregationem, ne dissensiones et jurgia inter animarum Curatores exardescant, rem ita componere, ut Rector novae Paroeciae honoris ergo singulis annis libram cerae albae praestet Archipresbyterali Ecclesiae, cui integrum sit praelationis jus in pulsatione Campanarum utroque Sabbato Sancto. Praeterea in suo robore maneat consuetudo asportandi S. Imaginem Deiparae ab Auxilio triduo tantum Rogationum, eam comitantibus tam Archipresbytero quam Parocho. Quae quidem S. Congregatio ad notitiam Emi Episcopi in antecessum perferri voluit, ut ipse resolutionum seriem agnoscens, Archipresbyterum moneat de necessitate moderandi conditiones ab eo propositas, ac de resultantibus certioret.* =

Huic S. Congregationis menti obsequens Emus Episcopus Balneariae Archipresbyterum arcessivit, ejusque literas transmisit, quae sic se habent = Allorchè l' Emza V. Rma esternò il desiderio di smembrare una porzione della mia Parrocchia, erigendone una nuova nella Chiesa della B. Vergine del Soccorso, credei di assecondarla per quanto era in me, giacchè conobbi l'Emza V. animata da vero spirito di carità pel bene di quelle anime che son le più lontane dall' Arcipretale, e per togliere nel tempo stesso i semi di discordia che potrebbero rinascere tra gli Arcipreti ed i Cappellani Curati. Come era mio dovere, umiliai all'E. V. Rma la nota dei danni che ne sarebbero venuti all'

Ar-

Arcipretale per tale smembramento, e mi limitai in fine a chiederle soltanto quel che poteva compensare tali danni, avuto anche riguardo che alla nuova Parrocchia da eriggersi rimaneva più della congrua stessa stabilita dai Canoni. Ora l' E. V. Rma mi fa conoscere che alla S. Congregazione del Concilio sembra pregiudicato l'interesse della nuova Parrocchia, ed esser però necessario diminuire le mie pretese. Sa l'E. V. Rma che si sono maturamente esaminati i danni dell'Arcipretale per tale smembramento, e che se io ottenessi compensi minori di quelli che ho umilmente richiesti, pregiudicherei notabilmente all'interesse dell'Arcipretale. Si degni quindi di permettermi che io le dica non potere nella minima parte diminuire le mie pretese, giacchè esaminate queste in tutti gli aspetti, le trovo appena proporzionate ai pregiudizj che ne vengono all'Arcipretale.

Emus tandem Episcopus, ut omnia, quæ ad rem opus essent, magis magisque elucescerent, hæc addit. „Nec ipsum (nempe Balneariæ Archipresbyterum) ad conditiones „ moderandas cogere mihi licuit, quum jus habeat „ ad se omnino indemnem servandum in casu ere„ ctionis novæ Parœciæ, de qua est sermo; cui in„ demnitati per acquisitionem domus dumtaxat ad Ca„ pellaniam spectantis haud satis consuleret. Si tamen „ Archipresbyteralis Præbenda nunc temporis Rectore „ careret, conditiones omnes, quibus ab initio con„ tradicere non potui, haud admisissem. Sed quoad „ nonnullas ex conditionibus, de quibus est sermo, „ Emas Vestras clarius instruere necesse arbitror. Ex „ facti enim specie, quam Vos Emi Patres ad me „ singulari benignitate misistis, perspexi inprimis, „ Emas Vestras duxisse annuos reditus Præbendæ Ca„ pellaniæ perpetuæ, detractis reditibus et emolumen„ tis ab Archipresbytero requisitis in casu erectionis „ novæ Parœciæ, scutata sexaginta vix excedere, eo „ quod in relatione ad EE. VV. missa dixerim, an„ nuum censum ejusdem Capellaniæ comprehensis „ emolumentis stolæ vix ad scutata decem supra cen„ tum pertingere. Ast scutata centum et decem Præ-

ben-

„ bendæ Capellaniæ perpetuæ singulis annis adtribui,
„ detractis jam expensis et bonis propositis ad sarcien-
„ dam Ecclesiæ Archipresbyteralis jacturam: unde
„ Præbendæ Capellaniæ perpetuæ in casu etiam ces-
„ sionis bonorum, ut supra, scutata centum et de-
„ cem singulis annis superesse non dubitandum, at-
„ tento præsertim judicio Francisci Spadoni publici
„ Periti S. Congregationis Propagandæ et Spoliorum,
„ qui currenti anno bona omnia ad prædictam Ca-
„ pellaniam spectantia inspexit ac æstimavit. Et sane
„ nisi congruam scutorum centum et ultra novo Pa-
„ rocho permanere arbitratus essem, ne Parœciæ qui-
„ dem erectionem EE. VV. proposuissem, quum me
„ non lateat, sæpius S. istam Congregationem hujus-
„ modi pro Parochis congruam decrevisse.

„ Ex prælaudata facti specie cognovi etiam, EE. VV.
„ in ea esse sententia, ut Baptismali Fonte nova non
„ privetur Parœcia, ne gravi subjiciantur incommo-
„ do pueri salutari lavacro abluendi; itemque ut Ar-
„ chipresbytero Balneariæ jus non reservetur Defun-
„ ctorum suorum exequias peragendi in Ecclesia S.
„ Mariæ ab Auxilio, ne ita jurgiis occasio detur.

„ Quoad sacrum Fontem, EE. VV. animadvertere non
„ non pigeat, non solum in hac Diœcesi, sed etiam
„ in finitimis illum perpaucis in Ecclesiis Parochiali-
„ bus haberi, et ut plurimum in Ecclesiis matricibus
„ et primariis tantum, ita ut in hac Diœcesi, quæ
„ centum et viginti Parœcias complectitur, quarum plu-
„ res in montibus asperis reperiuntur, in Ecclesiis
„ numero triginta dumtaxat Fons habeatur. Porro nul-
„ lum incommodum plebs novæ Parœciæ patietur ex
„ privatione salutaris lavacri in Ecclesia B. M. Virgi-
„ nis ab Auxilio, cum modica sit ejus distantia ab
„ Ecclesia Archipresbyterali, facilisque etiam in hye-
„ me accessus, et usque in præsens ad hanc pueros
„ baptizandos ducere Parochiani consueverint.

„ Ad Defunctorum tandem Exequias sermonem conver-
„ tens, EE. VV. significandum duco, quod cœmete-
„ rium Ecclesiæ Archipresbyteralis Balneariæ situm
„ sit ante Ecclesiam B. Mariæ Virginis ab Auxilio

„ novo Parocho cedendam, unde hæc loco Ecclesio-
„ læ, quæ in Cœmeterio desideratur, hactenus inserviit.
„ Occasione itaque Commemorationis omnium fide-
„ lium Defunctorum, qua die Archipresbyter consuevit
„ solemnia peragere in Ecclesia præfata, et inde ad
„ Cœmeterium transire pro absolutionibus complendis,
„ itemque casu quo alicujus defuncti Archipresbyterali
„ Ecclesiæ subjecti officium celebrandum foret in Ec-
„ clesia B.M. Virginis ab Auxilio, atque etiam quoties de-
„ functum intra fines Archipresbyteralis Ecclesiæ degen-
„ tem solemniter associari contigerit ad publicum cœme-
„ terium, Archipresbyter ne dum cupit, sed sibi re-
„ servat jus utendi Ecclesia B. M. Virginis ab Auxi-
„ lio. Ex hoc autem jurgiorum occasionem exoritu-
„ ram non arbitror; ceterum Archipresbytero neces-
„ sitatem inesse accedendi quandoque ad Cæmeterium
„ pro exequiis defunctorum in comperto est „.

Restat itaque, ut EE. VV. folium diei 22 Maji iterum consulere ac dirimere dignentur tria quæ rursus proponuntur

Dubia

I. *An, et quæ bona ad Capellaniam perpetuam spectantia sint unienda præbendæ Archipresbyteralis Ecclesiæ SS. Joannis Baptistæ, et Andreæ Apostoli in casu etc.*

II. *An, et quæ pars redituum Ecclesiæ Deiparæ ab Auxilio sit tribuenda novo ejusdem Ecclesiæ Parocho in casu etc.*

III. *An, et quæ jura ac honoris signa sint reservanda Archipresbytero Ecclesiæ SS. Joannis Baptistæ et Andreæ Apostoli in casu etc.*

Die Sabbati 20. *Novembris* 1830. *in Palatio Apostolico Quirinali erit Sacra Congregatio Concilii, in qua præter alia proponentur infrascripta Dubia, juxta morem ejusdem Sacræ Congregationis de jure resolvenda.*

FLORENTINA ET VOLATERRANA ORDINATIONIS.

Sess. 23. *cap.* 16. *de reform.*, *et sess.* 24. *cap.* 1. *de reform. matrim.*

Dubium

An et quomodo sit Clerico Marzocchini concedenda facultas ascendendi ad sacros Ordines in casu etc.

Affirmative, dummodo habitent in separatis domibus, et renovato per mulierem consensu et voto castitatis, antequam Orator ad Sacros Ordines promoveatur, per Breve facultativum.

IMOLEN. ERECTIONIS PAROECIÆ

Sess. 21. *c.* 4. *de reform.*

Dubia

I. *An et quæ bona ad Capellaniam perpetuam spectantia sint unienda praebendae Archipresbyteralis Eccle-*

siae SS. Joannis Baptistae et Andreae Apostoli in casu etc.

II. *An et quae pars reditnum Ecclesiae Deiparae ab Auxilio sit tribuenda novo ejusdem Ecclesiae Paroco in casu etc.*

III. *An et quae jura ac honoris signa sint reservanda Archipresbytero Ecclesiae SS. Joannis Baptistae et Andreae Apostoli in casu etc.*

Dilata et expectetur vacatio Curae Archipresbyteralis.

Sess. 24. c. 3. de reform. matrim.

NEAPOLITANA SPONSALIUM. Raphael Trani annos triginta septem jam natus, postquam per plures menses amore deperierat Mariam Rosariam Sarnatano annorum circiter triginta, eam in uxorem ducere meditabatur. Initio renuit mulier, quæ, se vestium sarcinatricem, nullaque prædita dote, hominem vero papyriorum negociatorem ac divitiis affluentem conspiciens, verebatur, ne ea, quam ipsi ingesserat Raphael, spe deinde frustraretur: postea tamen hominis munusculis et pollicitationibus illecta suum præbuit assensum. Quo factum est, ut ipsi communi consensu, et magna animorum jucunditate Sponsalia de futuro coram Parocho ac testibus sub die 10 augusti 1828 inierint. Id ubi primum resciverunt duo germani fratres, et avunculus Joannes Potner, quibuscum Raphaeli omnium bonorum est societas, excanduerunt, ac negotiorum bonorumque divisionem minati sunt, nisi Raphael Mariam Rosariam penitus desere-

servet. Consanguineorumque querimoniis et minis parumper restitit Raphael, qui omnia jam paraverat ad celebrandas nuptias, datamque fidem solvere capiebat, sed amicorum subinde consiliis permotus, universalis societatis dissolutionem pertimescens, et iracundiam Mariæ Rosariæ, quæ violentas in matrem fertur injecisse manus, indolem serum animo perpendens, a prefata muliere primum se abalienare cepit, mox matrimonium cum ipsa contrahere palam detrectavit. Maria Rosaria, quæ nonnullos jam fecerat sumptus, suamque artem ob futuras divitias jampridem omiserat, id gravate tulit, ac die 23 Octobris 1828 Archiepiscopalem adiit Curiam, ut Raphaël aliam feminam matrimonio sibi conjungere prohiberetur. Is ex adverso litem instituit pro dissolvendis sponsalibus, causamque tandem obtinuit. Vicarius enim Gen. die 8 Martii hujus anni sententiam protulit, qua *perpenso, quod ex rationabili causa non sit cogendus sponsus . . . perpenso quod justa et rationabilis causa sit dissensus parentum, quorum partes veniunt in re sponsalitia nedum genitores, verum quoque consanguinei, patruus et avunculus . . . perpenso quod etsi nullum damnum passa fuerit Sarnatano, adeo ut ejus honestas et fama, uti abunde ex actis constat, tamen deceat indemnem Sarnatano reddere saltem pro aliqua jactura in re familiari, maxime cum ipsemet Trani se submisit arbitrio et prudentiæ hujus Curiæ pro definienda summa in favorem Sarnatano, modo finis diuturno judicio imponatur*, decrevit memorata sponsalia *esse dissolvenda, ac impedimentum oppositum tollendum, prout dissolvimus ac tollimus, modo tamen ducata mille solvantur a Trani in favorem Sarnatano, servata forma ejusdem oblationis juxta judicium et prudentiam nostram, præter jam accepta, in solo casu, quo sententia hæc transitum faciat in in rem judicatam.*

Ab hac sententia ad Apostolicam Sedem provocavit mulier; cumque moras nectere cœpisset, ab hac Sacra Congregatione, postulante Tranio, litteræ datæ sunt Emo Archiepiscopo, ut actorum exemplar mitteret.

ac

ac Mariæ Rosariæ diem præfiniret ad jura sua coram Sacro Ordine deducenda. Muneris sui partes illico explevit Emus Archiepiscopus, Procuratoremque Mulier in Urbe constituit. Quæ cum ita se haberent, dubium ad trutinam vocandum adstantibus utriusque partis Defensoribus ex more concinnatum est, atque hæc jam inde a superiori mense Septembri indicta certaminis dies. Confestim Tranii Defensor jura deduxit sua, at Mulieris Patronus, quamvis eum monuerim, nihil mihi exhibendum existimavit, exhibiturus fortasse, antequam Emi Patres in Comitia conveniant.

Tametsi qui de matrimonio contrahendo pure et sine omni conditione fidem dederunt, eam observare teneantur, *cap. Præterea de sponsal.*, attamen sancta mater Ecclesia, ne inviti indissolubile ineant vinculum, censet sponsos potius monendos quam cogendos, *cum coactione difficiles soleant exitus frequenter habere*, ut respondit Lucius III. *in cap. Requisivit* 17. *eod. tit.* Quocirca sponsalia nedum mutuo dissolvi queunt contrahentium dissensu, sed etiam unus ex sponsis, altero etiam invito, potest a data fide resilire, si aliqua justa occurrat causa, *cap. Quemadmodum de jurejur.* licet contractus sponsalitius jurisjurandi firmitate fuerit roboratus, *cap. Ex litteris* 10. *de Sponsal. Rot. in recent decis.* 19. *in num.* 49. *part.* 10., *decis.* 185. *n.* 4. *part.* 14., *et cor. Molin. decis.* 979. *n.* 4. Quænam vero justæ ac rationabiles sint a sponsalibus recedendi causæ, eas ex prudenti judicis arbitrio pendere scribit *Bossius de Matrim. cap.* 11. *n.* 167., *et S. Congregatio in Forolivien. Sponsalium* 29. *Novembris* 1783. §. *Hunc*, *et in Urbinaten. Dissolutionis Sponsalium* 1. *Aprilis* 1786. §. *Sunt.*

Porro in præsenti casu, ubi agitur de sponsalibus nullo juramenti munimine firmatis, plures ac justas arbitratur Tranius præsto esse causas, cur sibi a promissis desciscere liceat. Primam collocat causam in conditionis disparitate: vir enim honestis prognatus natalibus, ac dives negociator in uxorem duceret feminam ignobilem, inopem, et sarcinatricis artem profitentem. Matrimonia autem, quæ inter conditione dispares con-

ci-

viliantur, infaustos ut plerumque sortiuntur exitus, *Sanchez de matrim. disp.* 10. *n.* 6., *Cosci de spons. vol.* 5. *n.* 56, *Menoch. cons.* 385. *lib.* 4. *n.* 6., praesertim si mulier rixosa sit atque iracunda, cum qua propterea devitanda ipsamet cohabitatio, *Proverb.* 21. *v.* 19. Succedit altera ob dissensum avunculi et fratrum ejusdem Raphaelis, quae gravem etiam secumferret bonorum jacturam. Eosdem quidem a nuptiis cum Sarnatano quam maxime abhorrere, ac societatis dissolutionem eam ob rem comminatos fuisse, imo avunculum sobole destitutum a communi domo ter divertisse, ac denunciasse, se rationis redditionem a nepote exacturum, fidem perhibent a Tranio inducti testes. Jam vero consanguineorum dissensus et indignatio, ubi praecipue bonorum jactura sit vehementer pertimescenda, rationabilem suppeditant causam recessus a sponsalibus, quae tacitam continent conditionem, si res in eodem statu permaneant, *Card. De Luca de matrim. disc.* 8. *n.* 11., *Cosci de Sponsal. vol.* 5. *n.* 61., *Rot. cor. Annaiis decis.* 77. *n.* 5., *S. Congr. in Urbinaten. Dissolutionis sponsalium* 1. *Aprilis* 1786. §. *Sunt.* Tertia denique accedit ex litis contestatione, et diuturna hujus causae actione, quae sicut animorum aversionem, imo odium, et inimicitias parere solet, ita ad vitanda graviora damna permittatur oportet, ut renuens a data fide resiliat, ac alteri nubat, *Rot. cor. Molines decis.* 979. *n.* 3., *et cor. Dunoz. decis.* 296. *n.* 9., *S. Congr. in Calaritana Sponsalium* 8. *Maji* 1824 §. *Itaque.*

Quod reliquum est de postrema sententiae parte, nihil Mariae Sarnatano ab se jam praestandum contendit Tranius. Is quippe declaravit, se soluturum eam summam, quam judex arbitratus fuisset, dummodo a lite recessisset mulier, ac sententiae pro dissolutione sponsalium acquievisset. Hac eadem sub conditione Vicarius Generalis mille ducata mulieri solvenda decrevit, addiditque = *quod si interposita fuerit appellatio ex parte Sarnatano, vel omni alio modo opposita fuerit, oblatio a Tranio facta, qua se arbitrio et prudentiae Curiae remisit pro summa definienda, habeatur*

tur tamquam non facta, nec memoratus Trani praedictam summam solvere teneatur =. At mulier nedum a Vicarii sententia provocandum cen suit, sed insuper Tranium nova causae actione, novisque impendiis vexare nititur. Cum itaque conditio ob lationi adhaerens jam penitus defecerit, onere liberandus est Tranius, et mulier, si quid passa est damni, litem pro damnorum refectione instituat.

Hæc enucleanda censui. Caetera habent Patres Emi in allegatione a Raphaelis Defensore circumferenda, ut dirimere possint

Dubium

An et quomodo sit locus dissolutioni sponsalium in casu etc.

Affirmative solutis a Tranio favore Mariæ Rosariæ ducatis mille.

Sess. 24. c. 9. et sess. 21. cap. 4. de reformat.

ASCULANA LITERARUM APOSTOLICARUM. Canonicorum Collegium Oppidi Ophidæ suam ducit originem a Pio IV, qui extincto sub anno 1552 in Ecclesia S. Mariae de arce veteri Benedictinorum Coenobio, eamdem Ecclesiam in Collegiatam erexit, variisque privilegiis condecoravit. Præter Beneficiatos, minoresque inservientes, Priore ac duodecim constabat Canonicis, quorum alter Theologi munere fungebatur, alter Pœnitentiarii partes explebat. Hisce piorum hominum largitate tres alii labentibus annis additi sunt, qui juri patronatus obnoxii, neque activam, neque passivam vocem in Capitulo habebant. Penes Canonicorum

corum Collegium animarum cura residebat, quam per Vicarium ad nutum amovibilem tum intra Oppidi ambitum, tum per finitimos agros gerebat. Sed aucto incolarum numero Episcopus Marana decreto sacræ visitationis anni 1753 eidem tres adjecit Capellanos, quorum singulis terrae regiones assignavit; atque alteri quae S. Venantii, alteri quae S. Lazari, tertio tandem quae S. Bassi appellatur, tradita est. Hi omnes uni Vicario-Curato plane subjiciebantur, cui opem potissimum ferebant in Sacramentorum administratione. Piceni provincia Apostolicae Sedis dominio erepta, et regno, quod Italici nomen tulit, addita, sicuti reliqua ecclesiastica instituta, ita et Ophidanum Capitulum extinctum, ejusque bona Napoleonis monti attributa fuerunt. Quod vero attinet ad animarum curam, quousque perduravit gallica occupatio, nihil sane immutatum est, ac solummodo, ut Capellani majorem congruam reciperent, eorum rurales Ecclesiae veluti succursales illius Sanctae Mariae habitae sunt. Tandem anno 1825 Leo XII. suis litteris in forma brevis Ophidae Capitulum, quibusdam tamen constrictum legibus, in pristinum restituit. Eo enim temporis intervallo, quod a Capituli extinctione ad ejus instaurationem intercesserat, ex duodecim antiquioribus Canonicis de massa vix quinque superextabant, ceterique omnes jam diem obierant supremum, aderant autem sex alii ecclesiastici viri, qui spe futurae Capituli redintegrationis ac Canonici honorarii titulo sibi Apostolicis literis tributo dumtaxat contenti defunctorum partes susceperant. Ex quo factum est, ut Sapientissimus Pontifex nonnulla in suis literis constituenda duxerit, quae in divini cultus decorem, et in fidelium bonum potissimum conferrent. Itaque decrevit qua ratione Capituli reditus administrari, ac dividi deberent, unam ex duodecim canonicalibus praebendis suppressit, ejusque bona Ecclesiae S. Augustini perpetuo addixit: de animarum autem cura haec sancivit „ Non „ solum Parochia S. *M*ariae intra oppidi ambitum con„ stituta, sed rurales etiam Parochiae S. Venantii, ac „ S. Lazari oneri erunt, ac curæ omnimodæ Ophi-

„ dano Collegio Canonicorum. Quod vero cum a No-
„ bis statuitur, simul statuimus, atque decernimus, ut
„ earum Parochiarum cura perpetua in posterum ha-
„ beatur, et a Canonicorum aliquo per se geratur,
„ non autem quod antea contigit per Vicarios ad nu-
„ tum amovibiles, ut dici solent. Hinc cessandum erit
„ ab omni pensitatione pecuniæ, quæ . . . ab Ærario
„ nostro fiebat earum Parochiarum Vicariis. Hinc etiam
„ irrita habebitur fundorum ac quorumvis bonorum
„ pro dote illarum Parochiarum datio, additio, do-
„ natio, eaque bona in jus ac dominium recidant Col-
„ legii Canonicorum, si quidem ab illo profecta sint...
„ Novis enim earum Ecclesiarum Pastoribus satis pro-
„ spectum est praebendis, quæ ad illos deferentur ex
„ iis Canonicatibus, qui Rectores veteres amiserunt,
„ nec novis sunt traditi. Postulat novus hic rerum
„ ordo, ut vetemus, quemadmodum vetamus, et inter-
„ dicimus, nequis Canonicatibus illis ornetur, de
„ cujus aetate, moribus, doctrina non antea cogno-
„ verit Episcopus, quemque idoneum esse Parochiali-
„ bus curis sua approbatione, ac testimonio non pro-
„ nunciaverit. Quod si nemo regendis Parochiis aptus
„ reperiatur, sine Rectore illi maneant, et ex eorum re-
„ ditibus Parochiarum æconomi alantur, quoadusque de-
„ tur Canonicatibus viros præficere parochiarum ration-
„ bus accomodatos. Parochiam SS. Philippi et Bassi, li-
„ cet ea quoque a jure et auctoritate Collegii Canonico-
„ rum pendeat, nolumus a veteri conditione et statu de-
„ cedere, quum adjectione ecclesiastici Beneficii cu-
„ jusdam captum jam fuerit opportunum ejus inopiæ
„ medendi consilium. "

Quum hac methodo in antiquum statum Ophidae Collegiata fuisset restituta, vacantes Canonicatus iis collati sunt, qui honorario titulo Ecclesiæ inservierant, ac tres eorumdem novissimi animarum curam obeundam susceperunt. Dum hæc ita se haberent, extremam clausit diem Carolus Tozzi senior ex veteribus Canonicis, illiusque canonicalem præbendam, nulla animarum curæ gerendæ facta mentione, jam inde ab die 25 Augusti 1826 assecutus est Sacerdos Dominicus Braccetti

ti. Expletæ collationis nuncium lætitia excepit senior ex tribus Canonicis, qui per illud temporis Parochi officio fungebantur, ac se jam omni exemptum onere existimans, illud in Canonicum Braccetti tamquam Canonicorum novissimum transferri majorem in modum institit: at cum sibi adversarium didicisset Canonicum Braccetti, quæstio hinc institui coepit, utrum animarum cura certis quibusdam adhæreret canonicalibus præbendis, adeo ut qui eatenus parochi munere functi erant, ipsi, eorumque in Canonicatu successores etiam in posterum defungi deberent, seu potius ita personis incumberet, ut parochialia munia obire tenerentur, qui novissime canonicales præbendas nacti essent, et an hujusmodi onus iis immineret, qui Canonicatus tempore instaurationis Collegiatæ vacantes obtinuerant, eorumque successoribus, vel etiam iis, qui ceteras canonicales præbendas adipiscerentur.

Has tamen controversias ut plane componeret Asculanus Antistes, preces obtulit huic Sacræ Congregationi, atque hanc methodum perpetuo servari, et Apostolica sanctione roborari expostulavit, nimirum

1. Che i tre ultimi de' nuovi Canonici debbano assumere l'incarico parrocchiale, ed esonerarne coloro che lo hanno sostenuto finora. E quello trà essi, che finquì non si è reso abile a tale ufficio, debba a suo carico farsi da altri rappresentare; non essendo giusto che fruisca di quelle rendite, cui venne imposto il peso parrochiale.
2. Che sebbene gli antichi canonici siano affatto esenti dalla cura dell'anime, nondimeno quelli che verranno investiti di tali prebende dopo la di loro morte, debbano essere soggetti all'incarico parrochiale.
3. Che ad ogni vacanza sia de' nuovi, sia degli antichi canonicati, il nuovo investito debba assumere l'ufficio di Parroco esonerandone in ogni futuro tempo il più anziano de' Canonici Curati, che trovasi in esercizio. E siccome gli odierni ultimi investiti della prebenda Canonicale anderebbero ad assumere simultaneamente l'incarico parrocchiale, perciò in questo caso dandosi luogo alla suespressa vacanza, debba es-

sere trà essi esonerato quello che prima ottenne la bolla canonicale.

4. Che i Canonici Curati allorchè si trovano al disimpegno degli esercizj parrocchiali, debbano godere dell' esenzione dal Coro e debbano essere esenti dalla Messa ebdomadaria Conventuale, dovendo invece celebrare quella *pro Populo*.

5. Che in caso d' infermità di uno, o più dei Canonici esercenti la cura delle anime l'ultimo o ultimi di coloro, che ne rimasero esonerati per le precedenti vacanze, debbano supplire durante l' infermità senza alcuno indennizzo, ma colla medesima esenzione dal Coro.

6. Dappoichè le Anime soggette alla giurisdizione parrocchiale della Collegiata di Offida alcune sono nell' interno della Terra, ed altre sparse per la campagna, e queste debbono essere assistite dai tre ultimi Canonici, che ne hanno la cura, così trovasi conveniente, che il Canonico Decano frà i tre Parrochi debba essere il Parroco dell' interno, e che gli altri due giuniori lo siano del Circondario esterno, secondo la distribuzione che se ne farà dall' Ordinario.

Opportunum duxi ejusdem Episcopi sententiam exquirere, ut audito Capitulo ceterisque omnibus quorum interest, S. Congregationem ea de re plenius instructam redderet. Is itaque in suis litteris hæc habet. „ Collegium Capitulare quindecim constat Canonicis, quorum primus ac prima Dignitas Prior nuncupatur. Hos inter adest unus, qui Theologales tenetur explicare Lectiones, et Canonicus Theologus appellatur. Tres alii sunt de jure Patronatus. Hinc in decem tantummodo ex iisdem Præbendis onera parœcialia fuisse imposita innotescit. Per tres vices quotidie Canonici omnes interesse Chorali servitio tenentur, servato tamen ordine vacationum. „

„ Annuus reditus cujuslibet Præbendæ a decennali calculo desumptus assignatur in scutatis quinquaginta et uno, obolisque 44, comprehensis distributionibus, et demptis oneribus etiam vectigalium. Prioralis et Theologalis tantum Præbendæ majori quidem, sed pere-

xi-

xiguo gaudent reditu. Missa Conventualis quotidie pro Benefactoribus applicatur; et hoc onus a supradicto reditu scutatorum 51. 44. demptum pariter fuit. Demum quolibet die festo, comprehensis reductis, Canonici, qui actu curam animarum exercent, missam *pro populo* tenentur applicare. „

„ Cum autem ipsius Collegiatæ Canonicos omnes tam seniores, quam juniores audierim super methodo per me in supplici libello exhibita, iidem capitulariter congregati in præfata methodo unanimiter consenserunt, excepto Canonico Braccetti. Ast in Capitulari resolutione propositum ab eodem Collegio fuit = Si mantenga salda l'unicità della Parrocchia Collegiata, e però il Parroco pro tempore della Chiesa matrice terrà i libri battesimali, amministrerà il Sacramento del Battesimo, rilascerà le fedi, terrà il suggello, assisterà ai matrimonj; ne farà le consuete pubblicazioni, e tutt' altro ch' è proprio dell' officio di primo Parroco, non dovendo i Parrochi di campagna godere di altri diritti all' infuori di quelli, di cui godevano i cessati Cappellani, cioè di amministrare i Sagramenti agl' infermi, e di fare la dottrina cristiana nei tempi stabiliti per la Santa Comunione. Essendo la Messa Conventuale che si celebra per turno frà li Signori Canonici annessa alla respettiva prebenda canonicale, non debbono li Canonici Curati pro tempore, niuno eccettuato, esserne esonerati, trovandosi in funzione, ma bensì potranno sostituire altri Canonici a loro grado, ed i Canonici Curati ne pagheranno l' elemosina secondo la tassa fissata, ed in vista della tenuità delle nostre prebende, le Messe, che si dicono *pro populo*, siano a carico quindi innanzi della nostra Sagrestia =.

„ Hoc tamen (pergit Episcopus) neque Apostolico Brevi consonum, neque spirituali animarum bono congruum existimo. Non enim Canonici illi extra Oppidum animarum curam exercentes amplius, uti Cappellani, seu Vicarii, ut antea, ad nutum amovibiles; sed veri Parochi juxta mentem præfati Brevis modo sunt instituti; neque rurales Incolæ spiritualibus omnibus juva-

ren-

rentur adjumentis præsertim in ministratione Baptismatis, si hiemali præcipue tempore ad Ecclesiam matricem intra oppidum positam cogerentur accedere. Idem dicendum de vigilantia, monitionibus, ac morum testimonialibus. Qua de re unumquemque ex iisdem Parochis divisum et liberum habere paræciale exercitium necesse puto; ita tamen ut Canonicus Parochus Ecclesiæ Matricis præter præeminentiam, ac primatum in honoribus habeat jus etiam celebrandi Matrimonia, et Cadavera omnia mortuorum associandi in Ecclesia Matrice; præmissis vero in primo casu proclamationibus in Ecclesiis ruralibus contrahentium faciendis; et in reliquis primus Parochus par ceteris sit habendus. „

„ A ratione, et æquitate absonum videtur, Canonicos Parochos, qui ob exercitium munerum paræcialium actu impediuntur, ad onus quoque Missæ Conventualis teneri, et per alios, soluta eleemosyna repræsentari; duplici namque onere eo modo gravarentur; et Ecclesia matrix cum ære alieno sit gravata, ad sustinenda onera Missarum *pro populo* minime par esset. Quod si Sacratissimi Principis providentia incrementum aliquod hujusmodi præbendis daretur, tunc cum majores fierent reditus earumdem, non abs re fortasse erit quod proposuerunt Canonici, modo tamen grave nimis ruralibus præsertim Parochis foret, onera omnia choralis exercitii, et curæ animarum eodem tempore sustinere. „

„ Quamobrem moderamina illa, quæ in supplici libello proposui, si placuerit S. V. Consessui juxta sensum, quem aperui, ut probentur rogo. „

Quamvis autem Canonicus Braccetti in capitularibus Comitiis aliorum Canonicorum sententiæ adhærere detrectaverit, attamen se a quavis judiciali contestatione recessurum nunc profitetur, dummodo ab hac Sac. Congregatione = si approvi il piano formato da Monsignor Vescovo, e l' atto Capitolare relativo. „

Prima quæstio in eo potissimum versatur, an parochialia onera perferre cogantur, qui possessionis ordine novissimi sunt inter Canonicos, an potius tot assigna-

ri

ri debeant præbendæ, ut quisquis illas obtineat, cujusque sit ordinis et antiquitatis Parochi munere nullo non tempore fungi teneatur. Antiquitus sane, et vel ab ipsa Collegii erectione animarum cura habitualiter penes Capitulum erat, quæ actu tamen exercebatur per Vicarium Curatum, et Capellanos tum intra Oppidi ambitum, tum per finitimos conterminosque agros. Literis vero sa: me: Leonis XII. nova methodus, ac novus ordo hac in re constitutus est; cavit enim Pontifex *ut Parochiarum cura perpetua in posterum habeatur, et a Canonicorum aliquo per se geratur, non autem quod antea contigit per Vicarios ad nutum amovibiles.* Jam vero etiamsi haud perspicuis verbis mandaverit Pontifex, a quibusnam Canonicis animarum cura foret in posterum gerenda; nihilominus cum parochialia munia per aliquos Canonicos, non autem per Vicarios ad nutum amovibiles obeunda præscripserit, ea fuisse videtur Pontificis voluntas, ut certis quibusdam canonicalibus præbendis onus ejusmodi immineret, et ab eorumdem possessoribus perpetuo deferretur. Si enim Parochorum officio perfungi deberent tres Canonici, qui possessione essent juniores, jam illa fere inveherentur incommoda, quibus Canonicos Vicariis amovibilibus sufficiendo remedium adhibere constituit Pontifex.

Verum plura in Apostolicis litteris præsto esse videntur argumenta, quæ animarum curam per juniores tantum Canonicos gerendam suadeant. In primis enim haud unius vel alterius Præbendæ possessori, sed *Ophidano Collegio Canonicorum* imminere voluit omnimodam curam Ecclesiarum Parochialium, ita tamen ut parochialia munia in qualibet Ecclesia a *Canonicorum aliquo per se* exercerentur. Dein cum vetuerit, ne Canonicatus deinceps cuiquam conferrentur, quem antea Episcopus *idoneum esse parochialibus curis sua approbatione ac testimonio non pronunciaverit*, a novissimis tantum Canonicis onus curæ perferendum esse non obscure declarasse videtur.

Hisce etiam argumentis Canonici, qui nunc animarum curam gerunt, profecto utuntur, ut evincant Parochi of-

officium esse exercendum a junioribus Canonicis, sive hi possideant alterum ex sex Canonicatibus, qui tempore instaurationis Collegiatæ nemini fuerant collati, sive altera gaudeant ex iis præbendis, quibus veteres Canonici per illud temporis potiebantur. Aliter tamen rem dijudicandam arbitratur Canonicus Braccetti. Si enim quæstio ex Apostolicarum Litterarum censura foret dirimenda, se ejusmodi onere plane exemptum habendum esse contendit. Et sane Pontifex sermonem instituens de novis Ecclesiarum parochialium pastoribus, eisdem satis prospectum esse dixit *præbendis, quae ad illos deferentur ex iis Canonicatibus, qui rectores veteres amiserunt nec novis sunt traditi.* Quibus quidem verbis satis luculenter innuit Pontifex, pastores animarum eos esse censendos, qui alterum ex vacantibus Canonicatibus forent assequuturi. Idque clarius elucescit ex iis, quæ illico subdit Pontifex, inquiens = Postulat novus hic rerum ordo, ut vetemus quemadmodum vetamus et interdicimus, ne quis *Canonicatibus illis ornetur* = qui ad parochialia munia obeunda non fuerit antea ab Episcopo pronunciatus idoneus. Haud itaque omnes, qui Canonicatus in Ophidana Collegiata exoptant, idoneos esse oportet ad animarum curam obeundam, sed illos tantum, qui ornari cupiunt *Canonicatibus illis*, nimirum iis, *qui veteres rectores amiserunt, nec novis sunt traditi*; dictio siquidem *illis* refertur solum ad nominatos in proximo superiori versiculo, ut post *Glos. in cap. Ut circa* §. 1. *vers. coram de elect. in* 6. monet *Barbos. tractat. var. dic.* 147. *n.* 1., *Alex. consil.* 204. 2. 4. *lib.* 2. Itaque Canonicus Braccetti, quippe qui nullo fruitur ex *Canonicatibus illis*, nec Episcopi indigeret approbatione ad animarum curam exercendam, nec officium Parochi exercere cogeretur. Verum omnis ea super re jam perpetuo sileret controversia, si EE. VV. Asculani Antistitis consilio, cui Canonici omnes, ac ipse Braccetti assentiuntur, adhærendum putarent.

Quæritur secundo loco, utrum tres sint Paroeciæ ac tres Parochi, quorum alter alteri minime subjiciatur in exercenda animarum cura, vel potius unica dumtaxat

sit

sit Paroecia, ita ut Parochus Ecclesiae Collegiatae tantummodo cunctis gaudeant parochialibus juribus, Rectores autem Ecclesiarum ruralium sint potius Coadjutores, quam veri Parochi, ac certis solum fruantur juribus, et graventur oneribus. Cuperent quidem Canonici omnes *che si mantenga salda l'unicità della Parrocchia Collegiata*, ne hujus Ecclesiæ jura ullam patiantur imminutionem, et Parochus iis potiatur prærogativis ac emolumentis, quibus antea fruebatur Vicarius. Sed rem ejusmodi Apostolicis litteris adversum tenere animadvertit Episcopus. Profecto tantum abfuit a Pontificis mente, ut unica tantum constitueretur Paroecia, ut nedum Ecclesiam S. Mariæ intra Oppidi ambitum, sed etiam rurales Ecclesias Parochiæ nomine nuncupaverit, ac etiam decreverit, ut *earum Parochiarum cura perpetua* haberetur, et a Canonicorum aliquo exerceretur. Quisque igitur ex tribus Parochis munus suum exercere debet sine ulla subjectione, cunctisque frui juribus, quæ animarum Curatorum sunt propria. Nihilominus æquitati consonum arbitratur Episcopus, ut Parocho Ecclesiæ Collegiatæ, præter honoris præeminentiam, sartum tectumque servetur privativum jus celebrandi matrimonia fidelium trium Parochiarum, ac etiam associandi cadavera eorumdem fidelium ad Ecclesiam Collegiatam S. Mariæ; Ecclesiæ enim matrici aliquem exhibendum esse honorem docent *Reiffenst. lib.* 3. *decret. tit.* 48. *n.* 18., *S. Congr. in Surrentina Processionum* 16. *Aprilis* 1825. §. *Profecto.* Verum perpendant quæso Patres Emi, ex Tridentina Synodo *sess.* 24. *cap.* 1. *de reform. matrim.* Parochis omnibus jus esse celebrandi matrimonia, et qui aliter quam præsente proprio Parocho connubium contrahunt, ii omnino inhabiles sunt ad sic contrahendum; proprius autem Parochus is dicitur, in cujus Parochia alter ex contrahentibus habet domicilium et habitationem, *Bened. XIV. in Constit. Paucis* 19. *Martii* 1758., *Reiffenst. lib.* 4. *Decret. tit.* 3. *n.* 55, *S. Congr. in Taurinen. Matrimonii* 29 *Julii* 1769. §. *Proprius*, non vero Parochus Ecclesiæ matricis, nisi alteruter sponsus intra

ejusdem Ecclesiæ limites domicilium, vel quasi domicilium collocaverit, vel saltem proprii Parochi, aut Ordinarii accesserit venia, *Concil. Trid. cit. loc.* Similiter jure tumulandi ex sacrorum canonum censura omnes gaudent parochiales Ecclesiæ, quin ullo peculiari indigeant Episcopi privilegio, *cap.* 1. *de Sepult.*, *S. Cong. in Ariminen. Funerum* 16. *Junii* 1827. §. *Parochi*, ac propterea, si EE. VV. voto Episcopi obsecundandum censuerint, id unum Parocho Ecclesiæ matrici tribuendum foret, ut ipsi jus sit associandi ad Ecclesiam S. Mariæ cadavera illorum, qui nulla electa sepultura ex hac vita migraverint cum a jure devium esset fideles privare facultate eligendi sepulturam in ea, quæ ipsis magis libuerit, Ecclesia, *cap.* 6. *et* 8. *de sepult.*

Restat nunc ut sermo instituatur de exemptione a choro, et de celebratione Missæ Conventualis. Nemini sane dubium, Canonicos, quibus ex fundationis lege, non autem ex Apostolica dispensatione onus inest sive in eadem Collegiata, sive in alia ejusdem civitatis et oppidi Ecclesia exercendi animarum curam ita exemptos esse a divinis laudibus in choro persolvendis eo tempore, quo animarum cura impediuntur, *Concil. Trident. sess.* 22 *cap.* 3 *de reform.*. *Constit. Cupientes* 65 *S. Pii V.*, ut nedum fructus præbendæ, sed quotidianas etiam lucrentur distributiones, *Benedict. XIV. Instit. eccl.* 107 *num.* 101, *S. Congr. in Montis Regalis Distributionum* 6 *Decembris* 1732, *in Venusina* 25 *Junii* 1763, *et in Cuneen Pontificalium* 12 *Decembris* 1829 §. *Aliter*. Et quamvis nec ipsis, nec aliis in evidentem Ecclesiæ utilitatem distentis, aut rude donatis datum sit emolumenta, quæ ex voluntate testatorum, aut benefactorum inter præsentes distribuuntur, unquam percipere, *Piton. discept. eccl.* 1. *num.* 35, *S. Congr. in Aquipendien. Indulti* 1 *Aprilis* 1719, *et in Terracinen. seu Privernen. Emolumentorum* 23 *Decembris* 1826. §. *Dein et seq.*, videant nihilominus Emi Patres, utrum Canonici Curati absentes a Choro, ut suo fungantur munere ad spiritualem procurandam fidelium salutem, frui debeant distri-

stributionibus et emolumentis, quæ certis anni festivitatibus, aut processionibus realiter interessentibus ex capitulari lege, aut consuetudine tribuuntur. Sane Canonici, qui ob adversam valetudinem statis illis diebus, aut processionibus interesse vetantur, ab ejusmodi arcentur emolumentorum delibatione. Etenim S. hæc Congregatio *in Savonen. Distributionum* 18 *Decembris* 1745 rogata = *An Canonicus Picconi tempore infirmitatis participare valeat de omnibus distributionibus tam ordinariis, quam extraordinariis, ac quibuscumque aliis emolumentis et obventionibus prout participant ceteri Canonici interessentes in casu* = responsum dedit = *Affirmative, exceptis iis, quæ sive ex voluntate Testatoris, sive ex statuto, et consuetudine Ecclesiæ debentur tantum actu interessentibus.* = Concinunt rescripta *in Aquilana Indulti* 13 *Februarii* 1745 *ad II. dub.*, *et in Praten. Indulti* 23 *Junii* 1746, ac traditur *in Dubia Indultorum* 6 *Maji* 1820 §. *Indulta.*

Quod vero pertinet ad cantum et applicationem Missæ Conventualis pro benefactoribus in genere, ne Canonicos quidem Curatos ab ejusmodi onere immunes esse declaravit Benedictus XIV. in encyclica *Cum semper oblatas* §. 17, præcepitque ut a Canonicis in eadem vel alia Ecclesia actualem animarum curam exercentibus Missa Conventualis applicaretur, atque alter Sacerdos sufficeretur, qui ipsorum loco Missam pro populo celebret, et applicet. Id ipsum sensit hæc S. Congregatio *in Fesulana Missæ parochialis* 16 *Junii* 1770 §. *Quo*, *in Brugnaten. Missæ Conventualis et pro populo* 28 *Maji* 1796, *et in Ariminen. Servitii Chori* 18 *Augusti* 1827. Ne tamen Canonici Curati, qui tenui, non secus ac reliqui Canonici, fruuntur præbenda, duplici ejusmodi onere graventur, censet Episcopus eosdem ab applicatione Missæ Conventualis esse liberandos. Renuunt vero Canonici, atque ut lenimen aliquod Parochis tribuatur, paratos se potius exhibent ad eleemosynam Missarum pro populo, ubi contigerit a Parochis alium Presbyterum subrogari, ex Sacrarii reditibus exsolvendam. Cujusnam sententiæ Episcopi

scilicet, vel Capituli, sit adhærendum, decernere dignabuntur Emi Patres. Illud hic unum silentio non prætermittam, nimirum a jure devium non esse, ut onus Missæ pro populo ab iis perferatur, qui habituali dumtaxat potiuntur animarum cura, ceu videre est *in Camerinen. Missæ pro populo* 16 *Decembris* 1820, *et in Verulana Massæ Communis et Missæ pro populo* 12 *Decembris* 1829 *ad II. Dub.*

Sint

Dubia

I. *An et a quibus Canonicis sit exercenda animarum cura in casu etc.*

II. *An et quot sint Paroeciæ in casu etc.*

III. *An et quæ jura sint reservanda Canonico Curato Ecclesiæ matricis S. Mariæ in casu etc.*

IV. *An et quæ distributiones ac emolumenta percipere possint Canonici Curati absentes a chorali servitio pro exercenda animarum cura in casu etc.*

V. *An Canonici Curati teneantur canere et applicare Missam Conventualem in casu etc.*

Et quatenus affirmative

VI. *An et cujus sumptibus sit tribuenda eleemosyna Sacerdoti Missam pro populo celebranti in casu etc.*

Ad I. Affirmative a tribus Canonicis, qui actu curam gerunt, et ab eorum in respectivis Canonicatibus Successoribus, facto verbo cum SSmo.

II. Affirmative, et tres esse Parœcias inter se independentes.

III. Affirmative quoad præcedentiam tantum, addita oblatione unius libræ ceræ albæ quolibet anno ab unaquaque ex duabus Parœciis.

IV. Affirmative quoad omnes distributiones et emolumenta, exceptis iis, quatenus non intersint, quæ ex voluntate testatorum debentur tantum actu præsentibus.

V. Affirmative quoad Parochum S. Mariæ, negative quoad Parochos rurales, facto verbo cum SSmo.

VI. Negative, cum Missa pro populo sit onus Parochi.

AU-

AUXIMANA JURIS TUMULANDI. In Ecclesia SSmæ Trinitatis nuper e fundamentis fere constructa, ac intra limites Præposituralis Paroeciæ Philoptrani posita sub die 17 Martii 1823 auctoritate Ordinarii erecta est Sodalitas Sacrorum Stigmatum S. Francisci, quæ die 12 Decembris ejusdem anni Archiconfraternitati Urbis sub iisdem auspiciis institutæ aggregari meruit. Postulantibus sodalibus die 23 Augusti 1826 Vicarius Apostolicus veniam memoratæ Sodalitati concessit = di acquistare con contratto di compra il sotterraneo spettante al Ven. Monastero di S. Chiara, esistente sotto l' area della Chiesa della SSma Trinità = eidemque insuper facultatem tribuit = *di convertire* il sotterraneo suddetto *in due sepolcri soltanto per i defonti fratelli e sorelle* della medesima Confraternita, quali sepolcri siano decentemente costrutti e benedetti . . . . osservate le leggi ecclesiastiche generali e sinodali, ed in particolar modo quelle che si leggono nel Rituale Romano nel titolo de sepulturis, et exequiis, e *salvi altresì i diritti parrocchiali, e la quarta funerale ai Parrochi dovuta anche per lodevole consuetudine della Città* = . Ubi alicujus dein Confratris vel Consororis accidit obitus, Præpositus Ecclesiæ matricis justa persolvit in Ecclesia SSmæ Trinitatis, ac omnia sibi quæsivit funerum emolumenta; at demum Sodales, rati juribus Confraternitatis hac ratione jacturam inferri, quartam dumtaxat emolumentorum pro funeribus quatuor Confratrum, qui anno 1829 ex hac vita migraverant, Parocho solvere nisi sunt. Confratrum conatibus vehementer restiterunt tum Præpositus, tum reliqui Parochi, ac nihil ea super re innovandum postularunt: cumque numquam fieri potuisset, ut alterutra pars a sua resiliret sententia, sodales, annuente etiam Emo Episcopo, ad hunc Sacrum Ordinem confugiendum putarunt. *Sess. 25. cap. 13 de Reform.*

Emus Episcopus, prout in more positum est, rogatus, ut Sacram Congregationem instructam redderet, votumque suum aperire dignaretur, utriusque partis rationum momenta transmisit, animique sui sententiam Parochis propitiam hac methodo pandit ac tuetur.

„ Quod

„ Quod jus tumulandi et funerandi juxta canonicas san-
„ ctiones solis Parochis competat, ex priscis Ecclesiæ sta-
„ tutis et praxi in dubium revocari non potest, et id
„ demonstrare appositis auctoritatibus EE. VV. sapien-
„ tiæ injuriosum esset. Ad magistralem tantum me
„ referam decisionem Rotæ apud Mantiss. tom. 4. de-
„ cis. 7. lib 14. sup. mater. de Regul., in qua eo us-
„ que evehitur jus Parochorum, ut etiam pro fune-
„ re non facto illis tribuantur funerum emolumenta.
„ Generalis tamen hæc regula limitatur vel ex parti-
„ culari consuetudine, vel ex generali privilegio huic
„ vel alii ordini Regulari tributo. Sic, quum Con-
„ fraternitates Urbis a parochiali jurisdictione exemptæ
„ sint, jus funerandi Parochis non competit, sed so-
„ la quarta funerali, ratione administrationis Sacramen-
„ torum, ipsi dimittuntur.

„ Sane Sacrarum Stigmatum Confraternitas Philoptrani
„ erecta Ecclesiam sive Oratorium acquisivit pro suis
„ exercendis functionibus, et sepulcra in hac Eccle-
„ sia erigi posse, ut decedentes Confratres ibi sepe-
„ liantur, obtinuit. Jus istud illis factum pro sepul-
„ tura Fratrum, qui in eadem Ecclesia sepulturam ele-
„ gissent, eo extendi non posse videtur, ut sua fa-
„ ciant emolumenta, quæ jus commune solis Paro-
„ chis tribuit. Perlegant quæso EE. VV. num. 23 cit.
„ decis., ut mecum conveniant, ibi = *secundam ra-*
„ *tionem petierunt Domini ex ipsius juris communis*
„ *censura, juxta quam emolumenta funeraria recen-*
„ *sentur inter jura parochialia, solisque Parochis*
„ *exercentibus curam animarum tributum est jus il-*
„ *la petendi, non ratione laboris in corporibus fide-*
„ *lium humandis adhibiti, sed in compensationem*
„ *oneris officii Curati, et administrationis Sacramen-*
„ *torum. Decet enim Presbyteros, qui populum præ-*
„ *dicatione instruunt, divina celebrant officia, nocte*
„ *dieque Sacramenta ministrant, precesque pro po-*
„ *pulo effundunt, inter alias obventiones necessarias*
„ *pro illorum congrua et decenti sustentatione reci-*
„ *piant etiam istam emolumentorum funeralium* „.

„ Sequi exinde videtur, quod dicta Confraternitas Phi-

lo-

„ loptrani , cum nullum privilegium in medium pro
„ se afferre possit , quo jus Parochorum in similibus
„ coerceatur , frustra illa contendere sibi blandiatur.
„ Consonant huic meæ opinioni , quæ sequuntur , ver-
„ ba prædictæ decisionis numer. 24 = *Posito autem*
„ *quod jus sepeliendi , ac funerandi , exigendique fu-*
„ *neris emolumenta de jure communi spectet ad Pa-*
„ *rochum , et nonnisi ex privilegio , et Sedis Aposto-*
„ *licæ concessione competat Ecclesiis non parochiali-*
„ *bus , et regularibus , sequitur de plano , quod ubi*
„ *non constet de privilegio concesso Ecclesiis non pa-*
„ *rochialibus sepelientibus consequendi funerale . . . .*
„ *istud citra illam ambigendi rationem debetur Pa-*
„ *rocho juris assistentia suffulto . . . . et allegans pri-*
„ *vilegium debet illud probare , et taliter ut de eo*
„ *hæsitari non possit* „ .

„ Quæ cum ita sint, pro Parochis hac in controversia
„ stat mea sententia, quam tamen sapientissimis EE.
„ VV. consiliis subjicio „ .

Ad exortam controversiam probe dirimendam in primis animadvertere reor , latum maximumque intercedere discrimen inter jus tumulandi et funerandi alicui Ecclesiæ concessum , ac veniam condendi cadavera in aliquo ejusdem Ecclesiæ sepulcro , potiusquam in publico sepulcreto , vel in parochiali Ecclesia . Secundo quidem casu , cum Ecclesia non gaudeat jure sepeliendi seu funerandi , etiamsi ex suprema defuncti voluntate , atque ex Episcopi venia cadavera ibidem exponantur , ac tumulo mandentur , omnia funerum emolumenta ad parochialem Ecclesiam , non autem ad Ecclesiam tumulantem pertinere scribunt *Pignat. consult. can.* 88 *num.* 8 *tom.* 6 , *Pirhing. jus canon. lib.* 3 *tit.* 28 *num.* 32 , et respondit *S. Congreg. in Romana Emolumentorum* 28 *Julii* 1731 , *in Senogallien. Juris sepeliendi* 24 *Januarii* 1739 *ad III. Dub.*; *et in Fabrianen. Funerum* 20 *Martii hujus anni ad I. et II dub.* At primo casu , quando nimirum parentalia persolvuntur , et cadavera ex defunctorum voluntate tumulantur in Ecclesia , quæ legitime polleat jure sepeliendi seu funerandi , universa emolumenta

ad

ad eamdem Ecclesiam spectare adeo explorati juris est, ut Parochus defuncti quartam solummodo canonicam sibi asserére valeat, quemadmodum post textum *in cap. Ex parte de sepult. et Clem. Dudum eod. tit.* sæpe numero decrevit hic Sacer Ordo, ac præsertim *in Senen. Jurium parochialium* 19 *Augusti* 1730, *in Asculana Jurium et functionum* 29 *Augusti* 1733, *et in Viterbien. Jurium parochialium* 16 *Septembris* 1826 *ad IV dub.*, *et in Tiburtina Juris tumulandi* 17 *Martii* 1827 *ad I et II dub.*

Jam vero quamvis jure communi Ecclesiæ tantum parochiales gaudeant jure tumulandi; quælibet tamen Ecclesia jus illud ex privilegio assequi potest, *Murga de sepult. tom.* 1 *tract.* 3 *conclus.* 5 *num.* 36, *Card. Petra ad Constit.* 3 *Celestin. III sect.* 1. *num.* 19., *Sac. Congr. in Tiburtina Juris tumulandi* 27 *Januarii* 1827 §. *Haud*. Ubi autem aliqua subsit pietatis aut congruentiæ causa, nedum Apostolica Sedes, sed etiam Episcopi, aliique Prælati inferiores juribus episcopalibus præditi jus sepeliendi ac funerandi Ecclesiis licet Sodalitatum tribuere non vetantur, *S. Congr. in Valven. seu Sulmonen.* 10 *Maji* 1727, *in Senogallien. Juris sepeliendi* 24 *Januarii* 1739 *ad I dub.*, *in Ravennaten. Funerum* 17 *Martii* 1781 §. *Licet*, *et in Terracinen. seu Privernen.* 19 *Decembris* 1789. Verum si Ecclesiis Sodalitatum jus tumulandi fuerit impertitum pro solis Confratribus aut Consororibus, non omnium quidem, sed illorum dumtaxat Sodalium cadavera ibidem sunt exponenda, ac humo condenda, quos in eisdem Ecclesiis sibi legitime sepulturam elegisse compertum fuerit. Ita docent *Pignat. consult. can.* 17 *num.* 18 *tom.* 1, *et consult.* 216 *tom.* 4, *S. Congreg. in Nuscana Sepulturæ* 19 *Novembris* 1735 §. *Secus vero*, *et in Senogallien. Juris sepeliendi* 24 *Januarii* 1739 *ad III. dub.*

Hisce, quæ juris erant, præjactis, illud inquirere oportet, utrum Vicarius Apostolicus, qui episcopalibus fruebatur juribus, jus tumulandi et funerandi concesserit Ecclesiæ SS̃mæ Trinitatis, seu potius veniam solum tribuerit Sodalibus Sacrorum Stigmatum, ut eorumdem cadavera post exequiales ritus in sepulcris Confra-

fraternitatis, potiusquam in publico cæmeterio, vel in parochiali sepultura tumulo traderentur. Jus quidem sepeliendi et funerandi impertitum fuisse acriter inficiantur Parochi. Etenim Sodales, nulla juris tumulandi, vel funerandi facta mentione, illud unum ab Vicario Apostolico postulasse constat, ut sibi facultatem indulgeret *di convertire in sepolcri* conclave Ecclesiæ SSmæ Trinitatis subjectum. Precibus consonum prodiit rescriptum, ac venia tributa est *di convertire il sotterraneo suddetto in due sepolcri soltanto per i defonti Fratelli, e Sorelle*. Porro si jus tumulandi ne memorare quidem ausi sunt Confratres in supplici libello Vicario Apostolico porrecto, si eorum preces eo spectasse noscuntur, ut sodalium cadavera in subjecto conclavi tumulo mandarentur, jam perspicuum exploratumque arbitrantur Parochi, Ecclesiam SSmæ Trinitatis numquam donatam fuisse jure sepeliendi, secus id a Vicario Apostolico datum impertitumque dicendum foret, quod ipsi Confratres nec petierant, nec concupiverant.

Præterea adeo a veritate alienum existimant Parochi, Vicarium Apostolicum Ecclesiæ Sodalitatis tribuere voluisse jus tumulandi, ut Parochorum jura sarta tecta aperte servaverit. „ Noverat enim (ita Emus Episco-
„ pus) sapiens ille Episcopus canonum non ignarus,
„ quod super hac re a sacris quidem canonibus sanci-
„ tum erat, adeoque in suo decreto concessionis se-
„ pulcri sarta tecta vult jura parochialia, asserens *sal-*
„ *vis juribus parochialibus*, funerandi scilicet, et
„ emolumenta suscipiendi. Neque ejusmodi verba, il-
„ lorumque sensus ab sequentibus decreti destruuntur
„ *salva quarta funeris etc.* Id enim ex abundantia po-
„ tius quam ex necessitate additum ab ipso fuit, vel
„ dictum esse arbitror, quia putabat, quartam tan-
„ tum ex consuetudine Parochis deberi, quæ tamen
„ consuetudo nullo modo Philoptrani viget, cum hæc
„ prima sit Confraternitas, quæ sepeliendi privilegium
„ obtinuerit; neque enim illis verbis aliquid a se de-
„ cerni volebat, ut decretum legenti patet. Sed dato
„ etiam, quod quartam decernere voluerit, poterat id

„ præstare Episcopus non auditis, ut par erat, inte-
„ resse habentibus, neque Parochis ipsis, et quidem
„ in re, quam Summorum Pontificum constitutiones,
„ sacrorumque canonum sanctiones extra dubii aleam
„ ipsis concedant? His accedit ipsorum Confratrum
„ consensus, qui ab decreti die et anno usque ad
„ diem 28 Julii anni elapsi 1829 facto comprobarunt
„ non quartam, sed omnia jura funeris Parochis esse
„ adjudicanda illorum, qui ad citatam usque diem in
„ suo sepulcro positi fuere „.

At Confratres ex Vicarii Apostolici decreto jus sepeliendi et funerandi sibi quæsivisse contendunt, et facultatem sibi tributam quam longe ab ea distare tuentur, quam Sodales SSmi Cordis Jesu nacti sunt *in Fabrianen. Funerum* 20 *Martii hujus anni*. Etenim ad rectam legum decretorumque interpretationem haud verborum cortici adhærendum est, sed vis ac potestas perpendenda *ad text. in leg. Scire ff. de leg.*, *num.* 88. *J. in* 6. Jam vero neque ex precibus Vicario Apostolico oblatis, neque ex aliis rerum adjunctis, colligitur eosdem Confratres veniam postulasse, ut Sodalium cadavera post persoluta funebria officia tumularentur in sepulcris Ecclesiæ SSmæ Trinitatis potius quam in publico sepulcreto, ut *in cit. Fabrianen.*, sed illud rogasse constat, ut in conclavi Ecclesiæ subjecto extruerentur sepulcra pro humandis Confratribus et Consororibus, seu ut eadem Ecclesia frueretur jure tumulandi, non quidem pro omnibus, sed pro Sodalibus ibidem sepulturam sibi eligentibus. Quod sane perspicue elici autumant, si vis ac ratio decreti perpendatur: ea enim sub lege Vicarius Apostolicus privilegium sepulturæ Confratribus impertitus est, ut iidem quartam funeralem Parocho defuncti solverent. Quartam autem persolvere nequit Ecclesia, quæ non polleat jure sepeliendi, seu funerandi, cum quarta funeralis sit portio quædam emolumentorum, quæ occasione funeris obveniunt Ecclesiæ tumulanti et exponenti, *Benedictus XIII. in constit. Romanus Pontifex*, *S. Congreg. in Asculana Jurium et functionum parochialium* 29. *Augusti* 1733, *in Faventina Præcedentiæ et Funeris* 7. *Ju-*

Junii 1760, *et in Viterbien. Emolumentorum funeralium* 28. *Januarii* 1764. Igitur si Vicarius Apostolicus quartam dumtaxat emolumentorum partem Parochis incolumem voluit, si reliqua emolumenta non ad Parochum, sed ad Ecclesiam SSmæ Trinitatis pertinere edixit, certum exinde exploratumque est, eamdem Confratrum Ecclesiam jure sepeliendi et funerandi gaudere.

Frustra autem Parochi ex illis decreti verbis *salvis juribus parochialibus* conjicere nituntur, eam fuisse Vicarii Apostolici mentem, ut omnia ad Parochum defuncti pertinerent funerum emolumenta. Et sane ubi humanda sunt eorum cadavera, qui alibi quam in Ecclesia parochiali sibi elegerint sepulturam, Parochi jura consistere statutum est in jure peragendi funebre officium super cadaveribus in Ecclesia tumulante, quando sepeliendi sunt subjecti Parocho, intra cujus fines sita est Ecclesia tumulans, nullaque pollens exemptione, *Sac. Rituum Congreg. in decret. Urb. et Orb.* 10. *Decembris* 1703 *ad XX dub.*, *in Novarien.* 5 *Julii* 1727, *et in Viterbien. Jurium parochialium* 16 *Septembris* 1826 *ad V dub.*, atque in exactione quartæ funeralis, *Clem. Dudum de sepult.*, *Concil. Trid. Sess.* 25 *cap.* 13 *de reform.*, *Sac. Congreg. in Asculana Jurium* 29 *Augusti* 1733, *et in Viterbien. Emolumentorum* 28 *Januarii* 1764, etiamsi Episcopus alicui Sodalitatis Ecclesiæ tribuerit privilegium sepulturæ *salvis juribus parochialibus*. Prostant exempla *in Nuscana Sepulturæ* 19 *Novembris* 1735 §. *Hinc*, *in Senogallien. Juris sepeliendi* 24 *Januarii* 1739 *ad III dub.*, *in Tiburtina* 17 *Martii* 1827 *ad II dub.*, ac præsertim *in Terracinen. seu Privernen.* 19 *Decembris* 1789. Cum enim Terracinensis Antistes Sodalitio mortis et orationis concessisset facultatem *utendi sepultura pro Confratribus tantum . . . . salvis tamen juribus Parochi S. Benedicti, et aliorum respective Parochorum, et quartæ ipsis debitæ*, Capitulum autem Privernense impugnaret Societati jus tumulandi *veluti parochialibus et regularibus Ecclesiis reservatum*, ac omnia funerum emolumenta sua esse conten-

deret, proposito dubio = *An et in qua quantitate competant Capitulo Cathedralis Priverni emolumenta in casu etc.* = responsum prodiit = *Affirmative in quarta parte ad formam Benedictinæ* =.

Neque Parochi, subdunt Confratres, subsidium sibi quærere possunt ex præscriptione, aut ex defectu consensus Parochorum, quorum intererat, ne Sodalitas sacrarum Stigmatum jure sepeliendi donaretur. Latet quippe neminem, ad præscribendum alicui juri legitime quæsito haud satis esse trium annorum acquiescentiam, sed longissimi temporis lapsum expostulari *ad text. in L. Sicut Cod. de præscript.* 30 *vel* 40 *annor.*, *cap.* 4 *de præscript.* Nec Episcopus ad impertiendum jus sepeliendi Oratoriis Sodalitatum, vel aliis Ecclesiis indiget Parochorum consensu, cum ipsorum jura nullum exinde patiantur detrimentum, quemadmodum post *text. in can. Ecclesias* 13 *quæst.* 1 tradunt *Passerin. de stat. homin. tom.* 2 *quæst.* 187 *art.* 4 *num.* 367, *Rot. in Romana Oratorii* 13 *Januarii* 1698 §. *Nullum cor. Priol.*, et firmat hæc Sac. Congregat. *in Valven. seu Sulmonen.* 10 *Maji* 1727. Concinit etiam resolutio *in Nuscana Sepulturæ* 28 *Januarii* 1736, cum enim Vicarius Generalis decrevisset = *Licitum sit Confratribus Societatis SSmi Rosarii erectæ in parochiali Ecclesia S. Nicolai Terræ Montellæ construere sepulcrum pro ipsis Confratribus tantum, adeo ut in eo nemo præter Confratres ad sepulturam recipi valeat; salvis tamen juribus parochialibus ita, ut per præsens beneplacitum nullum præjudicium intelligatur illatum prædictis juribus parochialibus*, Capitulum vero Collegiatæ S. Mariæ sibi incumbere contenderet universi oppidi animarum curam, ac sine suo consensu invalidam fuisse sepulcri erectionem, Sac. Congregatio concinnato dubio = I. *An pro constructione novæ sepulturæ per Confratres Societatis SSmi Rosarii oppidi Montellæ factæ in parochiali Ecclesia S. Nicolai satis fuerit licentia Episcopi, vel potius requireretur expressa licentia Capituli Ecclesiæ Collegiatæ S. Mariæ* =, respon-

sponsum dedit = *Ad I. Affirmative quo ad primam partem, negative ad secundam* =.

Erit nunc Eñorum Patrum definire

Dubia

I. *An Ecclesia Societatis Sacrarum Stigmatum Philoptrani gaudeat jure sepeliendi seu funerandi pro Confratribus et Consororibus sepulturam ibidem sibi eligentibus in casu etc.*

Et quatenus affirmative

II. *An et quæ funerum emolumenta spectent ad eamdem Ecclesiam in casu etc.*

Ad I. Affirmative.

II. Affirmative, excepta quarta pro Parocho defuncti ad formam consuetudinis.

FOROSEMPRONIEN. PRÆBENDÆ POENITENTIARIÆ. Sciscitanti mihi in comitiis 22 superioris mensis Maji, utrum ad exiguos Pœnitentiariæ Præbendæ in cathedrali templo Forosemproniensi erectæ augendos reditus foret concedenda quorumdam Beneficiorum unio, ac indulgenda Missarum reductio et translatio, responsum datum est = *Ad* I. II. et III. *Dilata, et scribatur Episcopo, qui referat, an sit alia ratio ad tramites Constitutionis Benedicti XIII providendi absque diminutione Missarum*. Cumque præterea Eños Patres quarto loco rogassem, an et in quem usum essent erogandi fructus Beneficiorum eatenus non percepti, rescriptum prodiit: *Ad* IV. *Affirmative in celebrationem Missarum juxta votum Episcopi.* *Sess. 24. cap. 8. de reform.*

Hujus Sac. Ordinis mandatis illico obsequens Episcopus hæc retulit „ Constitutionem sa. me. Benedicti XIII. „ jam perpenderam, Eñi Patres, antequam meam re- „ lationem emitterem. Verum quia nec in Cathedrali „ ulla Præbenda, nec in Diœcesi hac ullum simplex „ Beneficium aderat, sicut nec adest modo, quod Pœ-

„ ni-

„ nitentiariæ absque divini cultus detrimento, et sa-
„ crorum onerum imminutione uniri posset, ideo unio-
„ nem Beneficiorum in meis precibus enunciatorum ad
„ augendos Præbendæ hujus Pœnitentiariæ fructus ex-
„ cogitavi „.

„ Pro admittenda Missarum reductione juxta meum vo-
„ tum duo præcipue consideranda censeo. 1. Quod
„ fructus censuum ad dicta simplicia Beneficia perti-
„ nentes, non absque gravi difficultate ob debitorum
„ qualitatem exigi minime queant, ut hodiernus quo-
„ que spoliorum Subcollector testatur, ita ut multa-
„ rum Missarum celebratio adhuc desideretur. 2. Quod
„ cum eadem simplicia Beneficia ob nimiam eorum
„ redituum tenuitatem nemo acceptare velit, et ob id
„ jamdiu vacent necessario, Missarum satisfactio fere
„ penitus inadimpleta remaneret. Posita igitur horum
„ Beneficiorum unione, ac Missarum juxta meas pre-
„ ces reductione, tantum abest, quod ultimis Funda-
„ torum voluntatibus vulnus inferretur, ut potius ea-
„ rumdem voluntatum observantiæ, et executioni eo,
„ quo fieri potest, modo consuleretur „.

Quare Emos Patres iterum consulere precor Folium diei 24 superioris mensis Aprilis, ubi hujus prostat causæ species, ac definire ea, quæ denuo proponuntur

Dubia

I. *An sit concedenda unio Beneficiorum in casu etc.*

II. *An et quomodo sit concedenda Missarum reductio in casu etc.*

III. *An concedenda sit Missarum translatio in casu etc.*

Ad I. Affirmative juxta votum Episcopi.

II. Affirmative ad Missas centum juxta votum Episcopi, et ponatur in tabella.

III. Affirmative pro translatione ad Ecclesiam Cathedralem juxta votum Episcopi, celebrata unica Missa quotannis in singulis Ecclesiis, in quibus sacrificia erant litanda, facto verbo cum SSmo quoad omnia.

FER-

FERRARIEN. COMMUTATIONIS VOLUNTATIS. *Sess. 22. cap. 4. de reform.*

Supremis tabulis anni 1823 Ludovicus Turola omnium bonorum suorum usumfructum legati titulo reliquit uxori suæ Theresiæ Verri ; heredes autem proprietarios nuncupavit Alphonsum Turola , ac filios Aloisii Turola . In animæ vero suæ expiationem præter Sacrificia illico post testatoris obitum litanda hoc scripsit legatum = Lascio alla Sagrestia della Metropolitana di questa città di Ferrara scudi ottanta romani all' anno da pagarsi in una o due rate da' miei Eredi proprietarj , cominciando a decorrere il primo anno del pagamento dal giorno stesso della morte della detta mia moglie o dal giorno stesso , in cui passerà ad altre nozze , e così in seguito in perpetuo , e quest' annua pensione dev' essere erogata per una parte nella celebrazione di una Messa quotidiana in suffragio dell' anima mia nella Chiesa Metropolitana in questa città avanti ad un' Altare privilegiato colla elemosina di bajocchi venti per ogni Messa , cominciando questo suffragio nel giorno successivo alla morte, ò al passaggio ad altre nozze della detta mia moglie , e l'avanzo servirà in compenso del consumo delle supellettili , ed a benefizio della fabbrica del Duomo . Resta poi incaricato il mio esecutore testamentario a destinare lo stabile o gli stabili di mia ragione , sopra quali sarà assegnato il legato , prestando fino da questo momento l'opportuno assenso per l'ipoteca da prendersi sopra lo stabile o stabili = . Testamentarias hujusmodi tabulas aliqua ex parte dein censuit immutandas , conscriptisque die 22 Maji 1822 Codicillis hæc sanxit = Avendo in tale testamento lasciata usufruttuaria universale la di lui amatissima consorte Signora Teresa Verri Vedova Lodi , moderando questa disposizione , lascia alla suddetta per ragione di legato vita di lei durante scudi otto mensili . Per la stessa ragione sarà lei restituita la sua dote in somma ricevuta di scudi cento cinquanta , e fino a che effettivamente non l'abbia conseguita , le si dovrà pagare il frutto dell' otto per cento = .

Lucrum aliquod ex adita hereditate cum beneficio legis

et

et inventarii sibi pollicebantur heredes scripti, at expunctis rationibus facile patuit, vix ac ne vix quidem aliquid ex ea compendii post uxoris mortem fore sperandum. Etenim bonorum æstimationem vix ad scutata 2353. 24, nominum autem ac legatorum vim ad scutata usque 2365. 43 pertingere innotuit, annuos autem hereditatis fructus constare ex scutatis 135. 62, debita vero solvenda, et legatum Uxori præstandum quotannis conficere summam scut. 124. 74 Imo si ædes, quibus fere universa coalescit hereditas, necessariis instaurationibus tempestive non reficiantur, valde timendum est, ne annui fructus in dies decrescant, et inquilini pensionem solvere jure detrectent.

Ex his luculenter erui animadvertunt heredes, nedum in præsens nullo se frui hereditatis compendio, sed nec etiam fruituros, postquam ex hac vita migraverit TheresiaVerri Turola, si pium ipsi legatum annuum scutatorum octoginta cumulate implere obstringerentur. Heredes igitur, qui gravi premuntur rei familiaris angustia, quosque testatorem, dum eos sibi heredes proprietarios scripsit, maximo prosequutum esse amore indubium est, enixis precibus efflagitant, ut memoratum legatum in Anniversarium quolibet anno celebrandum convertatur;

Archiepiscopus, quem rogavi de informatione, et voto, Oratorum precibus annuendum putaret, inquiens „ Oratores vere miserabiles esse, et hujus Ecclesiæ „ Capitulum libenter petitioni assentiri. Quo vero ad „ meritum negotii, dicam, hereditatem a debitis absorberi usque dum vivat uxor vidua, cum ipsa gaudeat reditu scut. 108 pro pretio ususfructus. Ea vero defuncta, remanent libera prædicta scutata 108. „ At si legatum integre sumatur, tenuissimum erit „ Oratoribus hereditatis compendium, et nihil omnino, quando necesse erit reparationes agere. Cum „ vero pauperes et miserabiles existant, aliquid merentur ex conjunctione sanguinis uti nepotes ex fratribus, et uti ab ipso testatore honorati. Qua de „ causa non incongruum videtur, si legatum ad Anniversarium triginta annuarum Missarum tantum redigatur „.

Ora-

Oratorum preces tum juris dispositioni , tum testatoris voluntati adversum tenent . Etenim qua pontificiæ , qua cæsareæ leges jubent decedentium voluntates religiose esse servandas , et adamussim implendas, *can. ultima voluntas caus.* 13. *quæst.* 2. , *L.* 1. *Cod. de SS. Eccles.* , *S. Congr. in Tolentinaten. Com. vol.* 22 *Aprilis* 1826 , *et in Camerinen. Erectionis Ecclesiæ Collegiatæ* 17 *Maji* 1828 §. *Hisce* . Testator vero adeo cupidum sollicitumque se præbuit de legati , quod in animæ suæ expiationem scripserat , accurato implemento , ut annuam ejus præscripserit præstationem , ac præterea bona stabilia in eam causam adsignanda a reliquis fundis hereditariis secerni jusserit . Nec quidquam facessere videtur , hæredibus scriptis , etiam post Viduæ obitum , aut nullam , aut vix aliquam utilitatem ex adita hereditate fore percepturos : præter quam enim Oratorum paupertas , et annuus hereditatis valor tum demum inspici deberet , cum heres usufructuaria supremam obierit diem ; illud quoque accedit, quod ea est causæ piæ , seu expiationis animæ testatoris vis ac ratio , ut heredibus , licet omni ipsi destituantur lucro , minime jus sit deducendi falcidiam ex legatis ad pias causas relictis *ad text. in Auth. Similiter ad L. Falcid.*

Verum justa et rationabili intercedente causa ultimas defunctorum voluntates commutari posse docet *Trid. Syn. sess.* 22 *cap.* 6 *de reform.* , et S. Congregatio modo denegandam , modo impertiendam censuit voluntatis commutationem, prout rerum adjuncta postulare visa sunt , quemadmodum traditur *in Romana Commutationis Voluntatis* 27 *Februarii* 1734 §. *Commutationes* . Porro justam ac urgentem , vel ex præsumpta testatoris voluntate , suppeditat causam gravis heredum paupertas , eorumque cum testatore sanguinis conjunctio ad tradita per S. Congr. *in Bononien. Commutationis Voluntatis* 17 *Septembris* 1791 , *et in Nullius S. Benigni* 26 *Junii* 1792 § *Misericordiæ* . Nullum autem excitari posse dubium neque de Oratorum consanguinitate , nec de gravi eorum egestate aperte eruitur ex rerum serie , atque ex Archiepiscopi relatione . Nec

etiam ulla subesse posse videtur dubitatio de exiguo hereditatis censu, licet testator eum fortasse ampliorem putaverit ; nam Executor Testamentarius Vincentius Gandini ab Archiepiscopo interrogatus hæc scribit = Gli annui pesi del patrimonio Turola ammontano a scudi 124. 74, e l'annua rendita che nel 1824 era circa scudi 135, in oggi è ridotta a scudi 130, essendo diminuiti gli affitti per essere la maggior parte degli effetti che compongono detto patrimonio, piccole case di vecchia costruzione ed in pessimo stato, che non possono affittarsi che a povere persone che spesso non pagano le pigioni, e che fanno invece incorrere in spese giudiziali, sempre con grave danno del patrimonio, ed anche molte volte rimangono inaffittate ; motivi tutti che diminuiscono grandemente la rendita in modo tale che non solo gli eredi del Testatore nulla percepiscono della fatta eredità, ma si è anche dovuto lasciare insoluto il mensile assegno della Vedova Turola per mancanza di mezzi, la quale a tutto il corrente mese rimane creditrice verso gli eredi della vistosa somma di scudi 120 50, oltre essere io stesso creditore della somma di scudi 68 31. Perlochè sempre più si rende peggiore la condizione di questo miserabile patrimonio = .

Itaque Emi Patres definire dignabuntur

An et quomodo sit annuendum precibus Oratorum in casu etc.

Dilata, et recurrant post obitum Viduæ.

IMO-

IMOLEN. DIGNITATUM. Capitulum Imolensis Cathedralis Ecclesiæ ante publicarum privatarumque rerum perturbationem, octo constabat Dignitatibus, et duodecim Canonicis, quorum unus Præbendam Theologalem obtinebat, alter Poenitentiarii fungebatur munere, alius tandem Parochi officia obire tenebatur. Illæ super Canonicos omnes præeminentia ordine suo gaudebant, hi vero praecedentia inter se ex possessionis antiquitate fruebantur. Anno autem 1806 Pro-Vicarius Apostolicus necessariis a sa. me. Pio VII instructus facultatibus memoratum Capitulum, quod bonis omnibus fuerat expoliatum, redintegravit, illudque ea forma, temporis ita suggerentibus circumstantiis, digessit, ut præter octo veteres Dignitates jurispatronatus obnoxias novem tantum instaurarentur Canonicales Præbendæ, et qui Parochi, Theologi, ac Poenitentiarii munere defungerentur, Dignitatis prærogativa gauderent, itemque super reliquos dumtaxat sex Canonicos præeminentia potirentur. Quo factum est, ut Imolense Capitulum undecim coalesceret Dignitatibus, et sex Canonicis. Rem hujusmodi quum ægre ferant Capitulares, in Comitiis diei 17 Aprilis hujus anni majoribus suffragiis decreverunt, supplicem huic Sacro Ordini offerre libellum, ut Capitulum in antiquam formam restituatur, servato tamen præcedentiæ ac dignitatis honore hodiernis Parocho, Poenitentiario, et Canonico Teologo, hujusque cum futura successione Canonico Coadjutori, donec ipsi vitam vixerint. *Sess. 24. cap. 12. de reform.*

Oblatas preces ablegandas censui Emo Episcopo, ut auditis iis, quorum interest, votum suum aperire dignaretur. Delato sibi munere functus idem Emus hæc retulit.

„ Capitulum canonice adunatum sub die 2 sexitis cur-
„ rentis deliberationem jam a die 17 Aprilis captam con-
„ firmavit. Canonicus Parochus vero, et Canonicus Theo-
„ logus dissensum suum circa supplicem libellum nomi-
„ ne Capituli exhibitum omnino mihi significarunt. Qui-
„ bus tamen non obstantibus arbitror magis opportunum
„ et conveniens, quod Capitulum ad antiquam for-
„ mam restituatur . . . . . ac insimul deprecor, ut

„ quemadmodum Paroeciis hujus civitatis ad novam „ formam redire proxime elapso anno favore EE. VV. „ permissum fuit, eamdem Capitulo Oratori concede„ re dignentur gratiam „.

Illis, quæ bene constituta sunt, contrariis ordinationibus non est detrahendum, clamant Curatus ac Theologus ex Tridentina Synodo *sess.* 25. *cap.* 5. *de reform.*, nisi urgens justaque ratio, et major quandoque utilitas aliter postulaverit, *cit. sess. cap.* 18. Tres autem Dignitates, de quibus sermo est, bene constitutæ sunt; nam Dignitates in Ecclesiis præsertim Cathedralibus ad conservandam augendamque ecclesiasticam disciplinam eriguntur, *Concil. Trid. sess.* 24. *cap.* 12. *de reform.* Et quamquam Decretales recenseant potissimum inter Dignitates Archidiaconum et Archipresbyterum, *cap.* 1. *de offic. Archid.*, *et cap.* 1. *de offic. Archipr.*, attamen nullibi cautum reperitur, ne aliæ quoque præbendæ ad Dignitatem evehantur; hinc idem non est in omnibus Ecclesiis Cathedralibus et Collegiatis Dignitatum numerus et ratio, totumque conficit vel fundationis lex, vel peculiaris locorum consuetudo, *Rigant. ad Reg. Cancel.* 18. §. 1. *n.* 20., *Devot. Instit. canon. lib.* 1. *tit.* 3. *sect.* 8. §. 67. Quamobrem etiamsi ex canonum jure neque Theologus, neque Pœnitentiarius Dignitatis prærogativa fruatur, et unusquisque sedeat in choro servato ordine possessionis, cum merum officium exerceant, ut respondit *S. Congr. in Murana* 12 *Aprilis* 1699., *et in Senen. Pœnitentiariæ* 16 *Aprilis* 1691, nihilominus in quibusdam locis utrumque eorum Dignitatem habere, vel novissimum inter Dignitates locum obtinere testantur *Concil. Mediol. XI tit. monit. exec. decret. pag.* 415., *Rot. decis.* 353. *num.* 14. *cor. Ansald.*, *S. Congr. in Mediolanen. Præcedentiæ* 19 *Septembris* 1761. Nihil igitur mirum si in frequenti Imolensi Capitulo inter alias Dignitates recenseantur tam Canonicus Curatus, quam Canonici Theologus ac Pœnitentiarius. Præterea hic non agitur de novis erigendis Dignitatibus, sed de erectis, et ab Apostolica Sede jam approbatis, ac proinde ad illarum suppressionem justa atque urgens causa inter-

ce-

cedat necesse est. Porro ex ejusmodi Dignitatum suppressione nullam sive in veteres Dignitates, sive in ceteros Canonicos, sive in Ecclesiam redundare utilitatem satis exploratum censent iidem Curatus et Theologos, quemadmodum earumdem conservatio atque integritas nemini ullam irrogat jacturam. Igitur si eædem Dignitates bene constitutæ sunt, nullaque urgens ac justa eas supprimendi subest causa, Capituli preces respuantur oportet.

Verum in primis animadvertunt Canonici, præfatas Dignitates anno 1806 erexisse Vicarium Apostolicum, ac probasse Sanctam Sedem non quidem ad conservandam augendamque ecclesiasticam disciplinam, et ad domus Dei decorem promovendum, cui satis superque consultum perspiciebatur octo Dignitatibus jamdiu institutis, sed ad ea vitanda incommoda, quæ ex temporum calamitate erant fortasse pertimescenda. Cujus sane rei rationem quum jam penitus evanuisse constet, non abs re futurum videtur, si Capituli forma in eum, a quo per suppressionem deciderat, denuo restituatur statum. Neque justas insuper arbitrantur Canonici deesse causas supprimendi memoratas Dignitates, imo iis innixi Eminos Patres petitam suppressionem e vestigio decreturos confidunt. Quænam sint hujusmodi causæ, eas in Capituli sententiam concedens enucleat Eminus Episcopus, dum ait: „ In hanc „ Capituli sententiam sequentes me inclinant ratio„ nes. Primam mihi exhibet jus canonicum; hoc „ enim præbendas Theologalem et Pœnitentiariam, „ idemque dicendum de Parochiali, inter officia, non „ vero inter dignitates cujuscumque Capituli adscri„ bit. Ergo contra jus canonicum præbendæ paro„ chialis, theologalis, et pœnitentiaria ad Dignitatum „ honorem evectæ fuerunt, id exigentibus illis tem„ poribus numquam satis deflendis. Alteram rationem „ mihi suppeditat qualitas peculiaris, imo vere unica „ et singularis hujus Capituli: cum enim in eo octo „ jam dignitates ex jurepatronatus existant, si tres „ eliæ, de quibus nunc quæritur, addantur, Capitu„ lum ex undecim dignitatibus, et sex tantum Cano-

ni-

„ nicatibus constaret; quod absurdum, imo fere mon-
„ struosum esse videtur. Addo quod Parochus, Theo-
„ logus et Pœnitentiarius titulum dignitatum cum
„ præeminentia super reliquos Canonicos dumtaxat
„ obtinent: de reliquo omnia, quæ a Canonicis com-
„ plentur munia, eadem omnino a tribus Dignitariis
„ supra dictis adimpleri debent. Nec prætereundum
„ arbitror, quod Canonicus Parochus inter Dignitates
„ hujus Capituli amplius adnumerari non debet, cum
„ in litteris in forma Brevis sa: me: Pii VII. sub die
„ 16 Decembris 1818 hæc sancita fuerint = *Motu*
„ *proprio* (sunt verba Brevis) *et ex certa scientia*,
„ *deque Apostolicæ potestatis plenitudine*, *quod ex*
„ *nunc deinceps perpetuis futuris temporibus Archi-*
„ *presbyteratus Curatus prædictus nec inter Digni-*
„ *tates dictæ Ecclesiæ adnumeretur*, *nec illum pro*
„ *tempore obtinens Archipresbyter nuncupetur*, *sed*
„ *solummodo Canonicus Curatus reipsa sit*, *et ita*
„ *nominetur*, *illumque pro tempore obtinens anima-*
„ *rum ipsius Ecclesiæ parochianorum curam exercere*
„ *ac primus in ordine Canonicorum majoris Eccle-*
„ *siæ prædictæ censeri*, *primumque post Dignitates*
„ *in ea*, *ut præfertur*, *obtinentes stallum in choro*,
„ *ac locum in processionibus*, *cæterisque actibus pu-*
„ *blicis et privatis habere debere perpetuo statuimus*,
„ *et declaramus* =.

Erit nunc Eñorum Patrum ea, qua fulgent, sacri juris disciplina decernere

An sit annuendum precibus Capituli in casu etc.

Non proposita cum sequenti.

AL;

ALBINGANEN. REDUCTIONIS MISSARUM. Hujus causæ speciem Emi Patres haurire dignabuntur ex folio diei 26 Januarii 1828. Tribus autem tunc propositis dubiis : *I. An et quomodo sit locus reductioni Legati Sebastiani Pastorelli in casu etc. II. An et quomodo sit reducendum Legatum Joannis Baptistæ Pastorelli in casu etc. III. An et quomodo sit consulendum Sanctissimo pro absolutione quoad præteritas omissiones in casu etc.* responsum datum est in comitiis diei 15 insequentis mensis Martii : *Ad I. affirmative ad tot Missas ad taxam manualem pro scutis decem auri in auro ad formam testamenti Sebastiani Pastorelli. Ad II. affirmative ad annuas Missas decem, et ordinarius curet fieri inscriptionem idonei fundi pro implemento utriusque Legati. Ad III. affirmative, celebratis quatuor Missis pro omnibus omissionibus.* Hujusmodi S. Congregationis judicium et suæ conscientiæ stimulis sedandis impar, et suis juribus infensum existimans Marchionissa Maria Antonietta Spinola Pastorelli, preces denuo offerendas censuit, ut controversia ad trutinam revocaretur. Atque ut EE. VV., quænam fuerit suprema Joannis Baptistæ voluntas, plane innotesceret, integras ejusdem testamentarias tabulas exhibuit, in quibus hæc ad rem, de qua sermo instituitur, profecto leguntur = Accresce ed aumenta il Legato che già fece il fù spettabile Sebastiano Pastorelli suo Padre di Messe tre basse la settimana, e vuole che sia di una Messa quotidiana perpetua . . . . quali Messe sette la settimana si dovranno far celebrare sempre in perpetuo per uno o più Religiosi come più piacerà e parrà a detto suo Erede e Successore, ed in quei luoghi che esso vorrà. E per la servitù del presente Legato, ossia disposizione della Messa quotidiana, sin d'ora le assegna e lega e dichiara il suo fondo, lasciandoli Luoghi otto di Monti di quelli che esso nobile Testatore ha e sono descritti in sua testa credito e disposizione nella Città di Roma . . . . quali Luoghi otto di Monti vuole ed ordina che stiano sempre in perpetuo per fon-

Sess. 21. cap. 5. de Reform.

fondo di detto Legato, nè possano mai per qualsivoglia tempo pretesto o caso vendersi, alienarsi, nè obligarsi, nè di essi farsi alcuna traslazione o atto, ed in caso di redenzione ed estrazione, od estinzione di detti Monti o parte di essi vuole ed ordina che il prezzo loro si debba di nuovo rinvestire in altrettanti Luoghi di Monti Camerali, e così sempre e quando seguirà il caso suddetto, li quali parimenti servino per fondo di detto legato e restino inalienabili, nè si possano obbligare, nè traslatare o credere come sopra . . . . con espressa dichiarazione che nel suddetto impiego e fondo de' luoghi otto di monti vi restino compresi gli scudi dieci d' oro stampe lasciati ed ordinati dal detto fu Sig. Sebastiano Pastorelli suo padre nel suo ultimo testamento per quelle tre Messe che lasciò la settimana, de' quali sopra si è fatta menzione, come anche nel suddetto impiego legato e fondo de' suddetti luoghi otto di monti restino compresi quelli scudi cento d' oro stampe, quali la suddetta Signora Giulia sua sorella nel suo ultimo testamento ha disposto, che per esso nobile testatore si dovessero investire ad effetto che il reddito loro si dovesse pagare a quel Sacerdote che celebrasse una Messa la settimana per l'anima sua a segno che tutto resti compreso nel suddetto fondo de' suddetti luoghi otto de' monti, e caso che per altro tempo detta Signora Giulia revocasse la suddetta sua disposizione e legato di scudi cento d' oro stampe a segno ch' esso nobile testatore o suo erede dovesse pagare detti scudi cento d' oro stampe o ad essa Signora Giulia o al suo erede, vuole e dichiara che in tal caso si deducano e levino dal suddetto impiego di luoghi otto; nel qual caso non ostante quel che sopra ha disposto, vuole che si possano vendere tanti de' suddetti luoghi otto de' monti, quanto basterà per cavarne detti scudi cento d' oro stampe, ed in tal caso la servitù delle Messe sette la settimana si ridurrà a sei sole, levandone quella del Martedì, e si pagherà al celebrante il residuo de' proventi suddetti per la rata delle restanti sei Messe = .

Jam

Jam vero Oratrix ex supremis hisce Joannis Baptistæ Pastorelli tabulis perspicue erui arbitratur, ita Loca Montium octo in dotem trium legatorum fuisse tradita, ut quavis sese familia Pastorelli liberaverit obligatione, ideoque, imminutis locorum Montium fructibus, reducere oporteat legatorum onera, quin familia Pastorelli ad alterius fundi subrogationem compelli possit. Sin autem EE. VV. eamdem familiam ad integrum legati Sebastiani implementum obstrictam putent, Oratrix *si sottopone volentieri alla soddisfazione del detto legato ai Sebastiano con beni patrimoniali, ma in questo caso crede dover appartenere alla famiglia Pastorelli una porzione dell'attual rendita dei LL. di MM.*, cum ex prælatis testamenti verbis pateat *che Gio. Battista costituì per fondo li otto LL. di MM., in quanto che colla loro rendita si dovesse adempire anche il legato di Sebastiano*. Dein postulat, ut EE. declarent, *che colle Messe ordinate per l'adempimento del legato di Gio: Battista s'intenda soddisfatto anche il legato di Giulia, e non sia obbligata ad altra applicazione di Sacrificj; come ancora che le quattro Messe ordinate per le passate omissioni siano per le trasgressioni di tutti tre li legati.*

Precibus ad Vicarium Capitularem pro informatione et voto remissis, eoque rogato ut referret *de resultantibus ex resolutione S. Congregationis diei* 15 *Martii* 1828, hoc accepi responsum. „ Num Joannes Bapti-
„ sta quondam Sebastiani seipsum potuerit, suosque
„ heredes ab onere decem scutorum auri annuatim
„ solvendorum, quo ab ejus patre obstrictus erat,
„ exonerare, substituendo octo loca Montium, itaut
„ ex ipsorum proventibus specialiter in testamento
„ designatis tria illa legata, veluti in unum conjun-
„ cta, adimplerentur, definire non auderem. Verum
„ equidem apparet bona fide, optimoque fortasse etiam
„ consilio supradictam trium legatorum unionem, di-
„ ctamque locorum Montium substitutionem a Joan-
„ ne Baptista Pastorelli, factam fuisse; verum nam-
„ que est, locorum Montium proventus tunc tempo-
„ ris tutiores reputatos fuisse. Si igitur aliquid bonæ

„ fidei dicti Joannis Baptistæ, rectæque ejus intentio-
„ ni concedatur, mihi videtur non absque aliquo ju-
„ re supradictam Oratricem novam exposcere mode-
„ rationem „ .

Ne actum agere videar, silentio prætereundam reor quæstionem illam, utrum legatum Sebastiani Pastorelli sit a ceteris legatis penitus secernendum, et cumulate implendum, quamvis loca Montium subierint fructuum imminutionem; nam quod ea super re videbatur adnotatu dignum, id fuse descripsi in folio 26 Januarii 1828. At si EE. VV. haud a decisis in primo dubio recedendum censeant, inquirere oportet, an et quæ pars sortis et fructum locorum Montium ad familiam Pastorelli pleno jure pertineat. Certum sane exploratumque est, a Joanne Baptista Pastorelli ideo octo tradita fuisse loca Montium, ut nedum suum, et sororis Juliæ, sed etiam Sebastiani legatum ex annuis illorum fructibus impleretur, ac propterea si Joannes Baptista prospexisset futurum, ut fructus locorum Montium imminueretur, suaque familia ex reliquis bonis hereditariis legato Sebastiani satisfacere compelleretur, illum tantummodo locorum Montium adsignasset numerum, ac fructum, qui et sui et sororis legatis implendis satis esset. Cujns quidem rei perspicuum suppeditant argumentum vel ipsæ Joannis Baptistæ testamentariæ tabulæ, quemadmodum eas legenti facile innotescit.

Verum huic Oratricis petitioni jam satis consultum quisque intelligit, qui hujus Sacri Ordinis rescriptum diei 15 Martii 1828 parumper perpendere velit. Quanquam enim ex rerum serie liquido constaret, fructus locorum Montium ad januenses libellas quindecim et solidos octo nunc annuatim ascendere, eodemque annuo fructu sexdecim procul dubio Sacra quotannis celebrari posse, attamen S. Congregatio pro implemento legati Joannis Baptistæ decem tantummodo Missas quolibet anno celebrari jussit, probe sciens familiam Pastorelli adigi non posse tum ad legatum Sebastiani ex bonis hereditariis cumulate implendum, tum ad integros locorum Montium fructus in Missarum ce-

lebrationem exigendos. Quæ autem necessaria est eleemosyna ad Missas decem quolibet anno litandas, ea æquare videtur quatuor ex septem partibus fructuum locorum Montium, ideoque videant Patres Emi, an sit standum vel recedendum a decisis in secundo dubio, ubi decem Missarum numerus præfinitur, et hypothecaria inscriptio pro implemento earumdem Missarum fieri præcipitur.

Nec hujusmodi decem Missarum numerus augeri posse videtur, quia in precibus initio ab Oratrice oblatis nulla facta est mentio legati Juliæ Pastorelli. Etenim in legato quatuor Missarum quæ in singulis hebdomadis ex testamento Joannis Baptistæ Pastorelli forent celebrandæ, legatum quoque Juliæ contineri palam eruitur ex supremis ipsius Joannis Baptistæ tabulis. Dum itaque Sacra Congregatio decem Missas pro implemento legati Joannis Baptistæ quotannis celebrari voluit, Missas quoque ex legato Juliæ proficiscentes in eisdem comprehensas fuisse indubium est.

Nec alia denique absolutione pro anteactis Missarum omissionibus indiget Oratrix. Dubium enim quod hanc respicit absolutionem, adeo generalibus patet concinnatum fuisse verbis, ut quaslibet complectatur omissiones, sive vetustis istæ, sive novissimis contigissent temporibus, sive ex legato Juliæ, sive ex aliis duobus scaterent legatis, cum in legato Joannis Baptistæ legatum quoque Juliæ contineatur.

Erit nihilominus Emorum Patrum, qua præstant, sacri juris peritia definire.

Dubia

I. *An sit standum vel recedendum a decisis in primo dubio in casu etc.*

Et quatenus in decisis

II. *An, et quæ pars sortis et fructuum octo locorum Montium pertineat ad Oratricem in casu etc.*

III. *An decem Missæ pro implemento legati Joannis Baptistæ complectantur onera ex legato Juliæ proficiscentia in casu etc.*

IV. *An Oratrix nova indigeat absolutione pro præteritis legati Juliæ omissionibus in casu etc.*

IN-

INDEX
RESOLUTIONUM
QUÆ PRODIERUNT IN CAUSIS IN S. CONGR. CONCILII ANNO 1830 PROPOSITIS.

A

Indultum *absentiæ* a Choro et residentia ob infensissimam æstivi aeris inclementiam Præposito et Canonicis Cathedralis Ecclesiæ Grossetanæ jam ab anno 1820 per hunc S. Ordinem ad decennium concessum, Emi Patres eamdem ob causam ad aliud decennium prorogarunt, facto verbo cum SSmo, *in Grossetana Servitii Chori 24. Aprilis.*

Optimam fidem Canonicorum Collegiatæ Ecclesiæ S. Michaelis Archangeli in Oppido Panicalis, qui, præter S. hujus Congregationis rescriptum, etiam diebus dominicis et festis de præcepto sese ob præbendarum tenuitatem ab applicatione Missæ Conventualis omnino immunes aliquo tempore arbitrati sunt, dignam censuerunt Emi Patres, ut decernerent, consulendum esse SSmo pro *absolutione* a præteritis omissionibus, celebratis duabus Missis et Officiis juxta votum Episcopi, *in Civitatis Plebis 24. Aprilis ad III. Dub.*

In evidentem utilitatem Parochialis Ecclesiæ S. Mariæ in Merlaschio Faventinæ Diæcesis, S. Congregatio Apostolicum beneplacitum concedendum esse respondit *pro alienatione* fundi *le Larghe*, *in Faventina Alienationis 26. Junii ad II. Dub*

C

Quum *Capitularis Constitutio* in Terracinensi Ecclesia Cathedrali usque ab anno 1705 condita, et privatione fructuum unius anni plectens eos Canonicos, qui per aliquos menses sine indulto absint residentia, nimiam sapere severitatem visa fuerit, eam quidem temperandam censuerunt Emi Patres, et idcirco scribendum jusserunt Vicario Apostolico Terracinensi, ut audito in scriptis Capitulo re-

ferret super modo, *in Terracinen.* 30. *Januarii ad II. Dub.*

Sed flagitantibus Canonicis Terracinensibus, ut hujusmodi *Capitularis Constitutio* ad Chorale servitium æstivo præsertim tempore assidue præstandum primitus invecta, suo in posterum robore pro summa Ecclesiæ et Divini cultus utilitate stare pergeret, S. Congregatio animadvertens, pœnas a jure communi inflictas posse ab Episcopis rationabiliter exasperari, eam ipsam Constitutionem servandam jussit, recedendo a decisis, *in Terracinen.* 26. *Junii ad II. Dub.*

Collationem Cappellaniæ S. Joannis Evangelistæ ab Episcopo Albinganensi factam favore Joannis Baptistæ Vivaldi dissentiente majori patronorum parte ac præsertim Sacerdote Simone Revellio, qui passivo insuper jurepatronatu pollebat, revocandam esse respondit S. Congregatio, definiens in decisis standum esse et amplius, *in Albinganen. Capellaniæ* 20. *Martii ad IV. Dub.*

Meduneensem Ecclesiam in Neapolitana ditione Archiepiscopali Sedi Barensi subjectam, quam ipsius Capitulares ex quibusdam indiciis et argumentis ad Collegiatæ honorem fuisse antiquitus evectam propugnabant, S. Congregatio ex defectu tituli et suppletoriæ cujusque probationis non esse *Collegiatam*, sed potius Receptitiam definivit, *in Baren. Collegiatæ* 28. *Augusti*

Preces hæredum Ludovici Turola, quæ supremæ ejusdem voluntatis *commutationem* nonnisi in posterum defuncta Vidua Trulli exequendam respiciebant, intempestivas esse censuit S. Congregatio, adeoque rescripsit, Dilata, et recurrant post obitum viduæ, *in Ferrarien. Commutationis Voluntatis* 20. *Novembris.*

Canonicis Cathedralis Ecclesiæ Ipporegiensis, quibus immemorabilis quidem, sed improbata tamen a SS. Canonibus consuetudo fuerat, ut absentes a Choro vacationum tempore distributiones quotidianas lucrarentur, S. Congregatio optimam Oratorum fidem perpendens, *condonationem* ejusmodi distributionum ex audientia SSmi impertiendam putavit, erogata in pauperes aliqua eleemosyna arbitrio Episcopi, in *Ipporegien. Servitii Chori* 20. *Martii ad III. Dub.*

Consuetudinem, qua Canonici etiam Coadjutores aut proprietarii a territorio civitatis absentes, at intra Diœcesim commorantes, sese invicem in chorali servitio substituere consueverint, sustinendum non esse jussit S. Congregatio, *in Asculana Servitii Chori* 16. *Junii ad III. et VI. Dub.*

Super Apostolicis literis Sa. Me. Leonis XII., quibus Ophidanum Capitulum anno 1825. in pristinum restitutum est, exorto dubio, utrum animarum *cura* geri debeat a tribus junioribus Canonicis, qui trium canonicalium præbendarum possessionem novissime nanciscantur, an potius certis quibusdam præbendis ita immineat, ut ab earum posses-

soribus perpetuo sit obeunda, Emi Patres prospicientes obnoxiam fore Christi fidelium saluti Parochorum amovibilitatem, decreverunt exercendam esse animarum curam a tribus Canonicis, qui actu eam gerunt, et ab eorum in respectivis Canonicatibus successoribus *in Asculana Literarum Apostolicarum* 20. *Novembris ad I. Dub.*

Habitualem Parochialis et Collegiatæ Ecclesiæ S. Bartholomæi *Curam*, de qua in Oppido Avejani Abbas et Canonici secum acriter dimicabant, penes Capitulum esse decrevit S. Congregatio, *in Marsorum Jurium Parochialium* 30. *Januarii ad I. Dub.*

Animarum *curam* in Ecclesia S. Bartholomæi Oppidi Campopheudonis Firmanæ Diœcesis, cujus dismembrationem in casu primæ vacationis Abbatiæ ad novam Paræciam in Ecclesia S. Patritii erigendam ejusdem Oppidi Municipes impetraverant, ipso vacationis casu administrandam esse in posterum per Vicarium perpetuum cum congrua scut centum definivit S. Congregatio, ibidemque unicum deputandum fore Capellanum, adsignato stipendio scut. octoginta rescripsit *in Firmana Dismembrationis Paroeciæ* 28. *Augusti ad III. IV. et V. Dub.*

D

Ordinarii *decreta* pro novo examine Parochi Trapani in oppido Metæ Surrentinæ Diœcesis legitime lata, S. Congregatio ex SS. Canonum disciplina et S. Rotæ decisionibus confirmanda esse rescripsit, *in Surrentin. Examinis et Suspensionis* 26. *Junii ad I. Dub.*

Sacræ Visitationis *Decretum*, quo per sequestrationem reddituum suppressi Cœnobii Minorum conventualium legitime mandaverat Tuscanensis Antistes, ut ex mente Sa: Me: Pii VII. Collegium S. Antonii eorumdem Cœnobitarum in Urbe existens Ecclesiam S. Francisci Tuscaniæ sitam idonea restauratione reficeret, Emi Patres servandum esse præscripserunt, *in Tuscanen. et Ordinis Minorum Conventualium Restaurationis Ecclesiæ* 22. *Maji.*

Quum Reatinus Episcopus *decretum* edidisset in S. Visitatione, quo, adjecta etiam mulctae poena, omnes vetabantur sive Monialium, sive Confraternitatum, sive aliarum Ecclesiarum Rectores, ne diebus festis campanas pro accersendis ad Missam Christifidelibus pulsarent nisi duas ante horas, quam id ipsum a respectivis Paræciis fieri soleret, S. Congregatio decretum ejusmodi omnino servandum esse jussit, *in Reatina* 24. *Aprilis.*

Postulantibus Campopheudonensis Oppidi Municipibus in Firmana Diœcesi, ut ad avertendam populi incommoditatem ex locorum distantia viarumque difficultate proficiscentem nova erigeretur Paræcia in Ecclesia S. Patritii per *dismembrationem* Paroe-

ciæ S Bartholomæi, ubi Abbas Commendatarius Vicario Curato ac duobus Capellanis animarum cnram exercentibus pensionem suo nutu solvere hucusque consueverat, Emi Patres ex Emi Archiepiscopi informatione rescripserunt locum fore novæ ejusmodi Paræciæ erectioni in casu primæ vacationis Abbatiæ, constituto Vicario Curato perpetuo, qui ibi resideat, eidemque adsignata congrua scut.centum: interim vero jusserunt, unum ex duobus Capellanis S. Bartholomæi residere in præfata Ecclesia S. Patritii cum stipendio scut. octoginta solvendo ab actuali Abbate, *in Firmana Dismembrationis Paræciæ* 28. *Augusti ad I. et II.Dub.*

S. Congregatio ex Archiepiscopi Lucensis voto agnoscens æquitati congruum esse, et Ecclesiæ utilitati opportunum, ut Antonius Bonifazi Parochus Ecclesiæ Chifenti per aliquod saltem temporis spatium Canonicatum adiret in Ecclesia Collegiata S. Alexandri a patruo suo Aloisio novissime erectum, decrevit supplicandum SSmo pro *dispensatione* incompatibilitatis ad triennium, impletis oneribus Canonicatus per temporarium Coadjutorem, *in Lucana Incompatibilitatis* 24. *Aprilis ad II. Dub.*

Clerico Hieronymo Saracinelli Urbevetano, qui licet ex fundatoris genere descenderet, et media patronalium vocum parte frueretur, passivo tamen patronatu carebat, neque Sacerdotali fulgebat prærogativa ab ipso Testatore præscripta, S. Congregatio Sacerdotem Lauretum Annoni æquo nominationis jure pollentem præferens, *dispensationem* super ætatis defectu ac super pluralitate beneficiorum denegandam censuit *in Urbevetana Dispensationis* 22. *Maji.*

Antonio Joachimo de Souza e Matos Portugalliensis Diœcesis, qui ita læso erat dexteri brachii cubito, ut illud ad sacram Hostiam et Sanguinem sumendum aliosque explendos Sacrificii ritus flectere nequiret, S. Congregatio *dispensationem* ab hujusmodi irregularitate ad Sacerdotii viam ineundam denegavit, *in Lisbonen. Irregularitatis* 28. *Augusti.*

Joanni Provvedi Rectori Ecclesiæ Parochialis S. Michaelis ad Ranzam in Diœcesi Collensi, qui præ apoplexiæ morbo ob nimiam linguæ hæsitantiam et plane amissum dexteri brachii usum, sacrificio rite offerendo ceterisque sacris peragendis functionibus omnino impos evaserat, Emi Patres *dispensationem* super irregularitate a SSmo implorandam non esse decreverunt, in *Collen. Irregularitatis* 26. *Junii*

Canonicis Curatis Capituli Ophidani absentibus a Chorali servitio pro exercenda animarum cura, Emi Patres peculiaribus rerum momentis adducti rescripserunt percipiendas fore omnes *distributiones* una cum omnibus emolumentis, exceptis iis, quatenus non intersint, quæ ex voluntate testatorum debentur tantum actu præsentibus, *in Ascu-*

lana Literarum Apostolicarum 20. *Novembris ad IV. Dub.*

Distributiones quotidianas ex præscripto Tridentinæ Synodi *sess.* 24. *cap.* 12. *de reform.* concedendas non esse Canonicis a Choro et a residentia tempore vacationum absentibus, responderunt Emi Patres *in Ipporegien. Servitii Chori* 20. *Martii ad II. Dub.*

Antonio Pascucci Canonico Collegiatæ Ecclesiæ SS. Donati et Martini in Oppido Amandulæ Firmanæ Diœcesis, qui se immunem crediderat ab onere adscendendi ad ordinem Presbyteratus Canonicatui suo tum ex diuturna observantia tum ex lege fundationis injunctum, censuit S. Congregatio infligendam non esse pœnam privationis dimidiæ partis quotidianarum *distributionum*, sed potius supplicandum SSmo pro condonatione, ea nempe de causa, quod ille nunquam in mora constitutus fuerit, neque ulla eidem pœna per Canonicas monitiones juridice indicta sit, *in Firmana Canonicatus* 26. *Junii ad II. Dub.*

Familiam Petri Paulli Andreucci, qui Romæ non ex Hieronymo Bielli, sed ex ejusdem Sorore Lucia originem ducit, decreverunt Emi Patres nullo pollere jure nominandi puellam ad subsidium *dotale*, cujus conferendi potestatem Testator Bielli post suæ sororis obitum, ac deficientibus Caroli filii sui descendentibus, ad Societatem SSmi Sacramenti in Ecclesia S. Laurentii in Lucina erectam pertinere jusserat, *in Romana Subsidii Dotalis* 22. *Maji ad I. Dub.*

Eidem tamen Petro Paullo Andreucci, utpote pauperi ac Testatoris consanguineo, concessum est ab hoc S. Ordine, ut in filiæ favorem locus fieret cumulo *dotali* usque ad summam scutatorum centum juxta votum Emi Protectoris, facto verbo cum SSmo: quoad vero duas ipsius Oratoris neptes responsum fuit, ut post triennium recurrat, et providebitur, *in eadem ad II. et III. Dub.*

Jubilio Putignani quibuslibet fortunæ bonis carenti ac trium filiarum alimonia gravato, qui una cum Archiconfraternitate S. Hieronymi Charitatis nominandi jure fruitur ad subsidia quædam dotalia ab Alphonso Putignani consanguineo suo instituta, S. Congregatio, assentientibus Confratribus, annuendum censuit pro cumulo duarum *dotium* juxta votum Emi Protectoris usque ad summam scutatorum trecentorum pro spirituali tantum matrimonio ex mente Testatoris, facto verbo cum SSmo *in Romana subsidiorum Dotalium* 22. *Maji*

E

Electionem sepulturæ, quam a Felice Trulli Romana pro Ecclesia Confraternitatis S. Mariæ Orationis et Mortis valide peractam fuisse tuebantur Confratres adversus Capitulum S. Mariæ

Trans-Tyberim, luculentioribus rationum momentis probandam censuerunt Emi Patres rescribentes, Dilata ad primam post proximam, *in Romana Sepulturæ et emolumentorum 22. Maji*

At ex novis Capituli animadversionibus vix aguitum fuit, duos prolatos testes ad comprobandam Felicis Trulli sepulturæ *electionem* pro Eccl. Confraternit. S. Mariæ Orationis et Mortis, eidem pio Sodalitio addictos esse, adeoque nihili ea de re faciendam esse eorum fidem ad tramites edictalis Legis Sa. Me. Pii VII., S. Congregatio de ejusmodi electionis validitate ex hactenus deductis non constare respondit, latitante præsertim olographo, quod asserebatur, ipsius mulieris testamento, *in eadem 24. Julii.*

Emolumenta funerum Antonii Ciampè et Hieronymi Stelluti Fabrianensium, quorum ambo Sodales Societ. SSmi Cordis Jesu in peculiari sepulcro ex Apost. indulto Sa. Me. Pii VII. Confratribus concesso tumulati fuerant, spectare ad Parochos rescripserunt Emi Patres, quum ejus Sodalitatis Ecclesiam jure sepeliendi seu funerandi carere decrevissent, *in Fabrianen. Funerum 20. Martii ad II. Dub.*

Funerum *emolumenta* in Ecclesia Societatis Sacrorum Stygmatum Philoptrani in Auximana Diæcesi, utpote quæ gaudet jure sepeliendi seu funerandi pro Confratribus et Consororibus sepulturam sibi ibidem eligentibus, spectare ad ipsam Ecclesiam definivit S. Congregatio, excepta quarta funeraria pro Parocho defuncti ad formam consuetudinis, *in Auximana Juris Tumulandi 20. Novembris ad II. Dub.*

Ne duorum Canonicatuum *erectio* in Collegiata Ecclesia S. Nicolai Oppidi Montis Prandonum, Episc. auctorante et quibusdam assentientibus Canonicis ad mentem Aloisii Aloisi Institutoris confecta, post ejusdem obitum vel irrita fieret, vel adversis fundationi legibus consisteret, S. Congregatio censuit confirmandam esse Curiae Episcopalis sententiam juxta modum, dempta nimirum voce activa et passiva in iis negotiis, quæ primæ tantum erectionis Canonicos respiciunt et amplius, facto verbo cum SSmo *in Ripana erectionis Canonicatuum 30. Januarii.*

Ut plurium parochianorum commoditati consuleretur, atque omnia in posterum sedarentur dissidia, quæ in territorio Balneariæ Imolensis Diæcesis inter Capellaniæ perpetuæ Rectorem et Archipresbyterum Ecclesiæ SS. Joannis Baptistae et Andreæ Apostoli sæpe exardescere solebant, novam Paroeciam in Ecclesia Deiparæ ab Auxilio, dum ejusmodi vacaverat Capellania, *erigendam* decrevit S. Congregatio; sed in efficienda novæ hujus Paroeciæ *erectione* quum quæsitum fuisset, an et quæ bona ad Capellaniam perpetuam spectantia unienda forent præbendæ Archipresbyterali Ecclesiæ SS. Joannis Baptistæ et Andreæ Apostoli; quæ pars redituum Ecclesiæ Deiparæ ab Auxilio tribuenda novo ejusdem Ec-

clesiae Perocho ; quæ demum jura ac honoris signa reservanda prælato Archipresbytero , eadem S. Congregatio respondit , Dilata et ad mentem, *in Imolen. Erectionis Paroeciæ ad I. II. III. et IV. Dub.* 22. *Maji*.

Refectionem *expensarum* litis , quam defunctus Capellanus Viticchi nedum in suam , sed etiam in Capellaniæ Alegi utilitatem adversus Viduam Testatoris uxorem instituerat , decreverunt Emi Patres faciendam non esse ex bonis ejusdem Capellaniæ , at potius imminutione eorum fructuum , qui ad tramites Apostolici Rescripti Sa. Me. Pii VII. post ipsius Viduae obitum Testatoris consanguineis deberentur , facto verbo cum SSmo, *in Callien. et Pergulana Expensarum* 20. *Martii ad I. et II. Dub.*

F

Sex Capellaniarum *fructus* , qui in earumdem vacatione pro annis præteritis nondum percepti fuerant , Canonico Poenitentiario Cathedralis Ecclesiæ Forosemproniensis exiguis præbendæ reditibus instructo concedendos jussit juxta votum Episcopi S. Congregatio , ea nimirum lege, ut ad taxam Synodalem totidem Missae in praefata Ecclesia ab eodem Canonico celebrarentur , *in Forosempronien. Præbendæ Pœnitentiariæ* 22 *Maji ad IV. Dub.*

Canonicatus *fructus* , quibus Alexander Dionigi in Urbinatensi Cathedrali Canonicus ob diu neglectam tonsurae et clericalis habitus delationem omnino privandus fuisset , eidem Dionigio diuturna corporis infirmitate laboranti ex Apostolica indulgentia condonandos esse censuerunt Emi Patres , facta prius renunciatione Canonicatus absque ulla reservatione pensionis , *in Urbinaten. Canonicatus* 28. *Augusti ad II. III. IV. et V. Dub.*

H

Ne quid novi in Terra Cotiniolae Faventinae Diaecesis contingeret ex quo maxima deinde jurgia facile orirentur , S. Congregatio censuit , Hereditatem Bolis una cum Orphanotrophii administratione relinquendam esse penes Institutum Charitatis , neque idcirco restituendam Sodalitati SSmi Sacramenti , adlecto tamen inter Administratores praefati Instituti Priore Sodalitatis juxta votum Episcopi, *in Faventina Redintegrationis* 28. *Augusti*.

Ad ea , quae huic S. Ordini proposita fuerant de condonatione fructuum ad *Hospitium* S. Marthae pertinentium Sororibus de Malavoltis impertienda , itidemque pro sanatione non modo contractuum emphyteuticorum eorumdemque bonorum venditionis , quam Oratrieum consanguinei præpostere peregerant ,

sed etiam pro absolutione a censuris, quascumque illae incurrissent, et pro reddenda quotannis Archiepiscopo Administrationis ratione, Emi Patres peculiaribus adducti rerum momentis rescripserunt, Dilata et scribatur Archiepiscopo ad mentem, *in Senen. 24. Aprilis ad I. II. III. IV. V. et VI. Dub.*

I

Canonicatum a Sacerdote Aloisio Bonifazi in Collegiata Ecclesia S. Alexandri in Civitate Lucensi erectum, et residentiae onere tum ex ejusdem Collegiatae consuetudine, tum ex Tridentinae Synodi praescriptionibus nullatenus exemptum, Emi Patres *incompatibilem* esse declararunt cum Paroecia Ecclesiae Chifenti, *in Lucana Incompatibilitatis 24. Aprilis ad I. Dub.*

Canonicam *institutionem* Beneficii S. Petri in Brigemna Melitensis Dioecesis dandam esse Sacerdoti Josepho Calleja a quibusdam patronis rite nominato, non autem Antonio Bonavita, qui majore licet vocum parte instructus, praeter suspicionem simoniae ab ejus Patre admissae, legitima carebat aetate, nec ad primam adhuc tonsuram initiatus fuerat, decrevit iterum S. Congregatio, respondens standum esse in decisis et amplius, *in Melevitana Beneficii 20. Martii.*

Sed Sacerdoti etiam Simoni Revelli, qui jure patronatu passivo ad Capellaniam S. Joannis Evangelistae in Dioecesi Albiganensi pollens, et a majori patronorum parte nominatus, suam ipse praesentationem ad Episcopum expleverat, canonicam ejusdem Capellaniae *institutionem* dandam esse rescripsit S. Congregatio, confirmans standum esse in decisis et amplius, *in Albinganen. Capellaniae 20. Martii ad I. et III. Dub.*

J

Inter Abbatem et Canonicos Parochialis et Collegiatae Ecclesiae S. Bartholomaei in oppido Avejani exorta controversia, utrum *jus baptizandi* pueros et *retinendi Claves Baptisterii et Olei Sancti* Capitulo reservatum foret, S. Congregatio affirmative respondit ad formam consuetudinis, dummodo per Abbatem referantur baptismata in parochialem librum, et eidem Abbati tradatur altera ex clavibus Olei Sancti, *in Marsorum Jurium Parochialium 30. Januarii ad II. Dub.*

Itidem, quum in praefata Ecclesia S. Bartholomaei reservatum esse constaret Canonico Hebdomadario *jus benedicendi* Cadavera Parochianorum, antequam ex domibus extrahantur; Procuratori Capituli *jus associandi* Cadavera Parvulorum ad Ecclesiam; eidemque Capitulo *jus benedicendi* parochianorum do-

mos in die Sabbati Sancti, ejusmodi consuetudinem servari jussit S. Congregatio, *in eadem ad III. et IV. Dub.*

Ipsam quoque consuetudinem omnino servandam decrevit quoad *jus canendi* Missam et Vesperas solemnes in diebus Paschatis Resurrectionis, Pentecostes, B.M.V. in coelum Assumptae, Dedicationis Ecclesiae, et S. Protectoris, *in eadem ad V. Dub.*

Denique *jus convocandi* Capitulum, quo in Ecclesia Collegiata ejusdem Oppidi ab immemorabili consuetudine deprehendebatur functum fuisse ipsius Capituli Procuratorem, huic vel in posterum fore integrum rescripsit, *in eadem ad VI. Dub.*

De *Jurepatronatu* passivo ad Capellaniam S. Joannis Evangelistae Sacerdotis Simonis Revelli, qui ex gente Revellia activo etiam jure praedita existit, constare iterum decrevit S. Congregatio, atque eidem propterea Sacerdoti dandam esse institutionem confirmavit, rescribens standum esse in decisis et amplius *in Albinganen. Capellaniae* 20. *Martii ad III. Dub.*

Ecclesiam Societatis SSmi Cordis Jesu in Civitate Fabrianensi, firmo remanente Indulto Sa.Me: Pii VII. quoad peculiare Confratrum sepulcrum, pro iisdem tamen Confratribus minime gaudere *jure sepeliendi* seu *funerandi* respondit S. Congregatio, in *Fabrianen. Funerum* 20. *Martii ad I. Dub.*

Ex verborum contextu, quibus Vicarius Apostolicus Auximanus die 23. Augusti 1826. rescripserat precibus Confratrum Sacrorum Stygmatum Philoptrani in Auximana Dioecesi, Emi Patres decreverunt ejusdem Societatis Ecclesiam gaudere *jure sepeliendi* seu funerandi pro Confratribus et Consororibus sepulturam ibidem sibi eligentibus, *in Auximana Juris Tumulandi* 20. *Novembris ad I. Dub.*

M

Ex notissima Encyclica Benedicti XIV. *Cum semper oblatas*, atque ex constanti hujus S. Ordinis praxi, quoniam *Missa Conventualis* praecipua est divini Officii pars: ad eamque potissimum horae Canonicæ ordinantur, Emi Patres exemptionem ab ejus Missae applicatione etiam diebus dominicis et Festis de praecepto Canonicis Collegiatae S. Michaelis Arcangeli in oppido Panicalis concedere noluerunt, *in Civitatis Plebis Missæ Conventualis* 24. *Aprilis ad I. Dub.*

S. Congregatio decrevit obstrictum esse onere canendi et applicandi *Missam Conventualem* Canonicum Curatum Ecclesiae Matricis S. Mariae in Oppido Ophidae, duos vero alteros Canonicos Parochos ruralium Ecclesiarum S. Venantii et Lazari, quibus præ incommoda Paræciarum statione majores ob animarum curam labores impendent, ab ejusmodi onere censuit liberandos, facto verbo cum SSmo,

in Asculana Literarum Apostolicarum 20. *Novembris ad V. Dub.*

Quoniam autem *Missa pro populo* onus est Parochi, hoc quidem onere in eodem oppido Ophidæ neque Canonicum Curatum Ecclesiæ Matricis S. Mariæ, neque alteros duos Parochos ruralium Ecclesiarum S. Venantii et S. Lazari eximendos decrevit S. Congregatio, *in eadem ad VI. Dub.*

N

Sacerdotis Simonis Revelli *nominationem* ad Capellaniam S. Joannis Evangelistæ ex patronalium vocum pluralitate tempore habili confectam, probato præsertim ejusdem jurepatronatu passivo S. Congregatio legitimam esse confirmavit, eique institutionem dandam esse jussit, dum rescripsit standum esse in decisis et amplius, *in Albinganen. Capellaniæ* 20. *Martii ad I. Dub.*

Hinc quoad præfatam Capellaniam locum amplius non esse Patronis deveniendi ad aliam *nominationem* censuit iterum S. Congregatio, definiens standum quoque in decisis et amplius, *in eadem ad II. Dub.*

O

Ob amplissimam cessionem, quam de Subdiacono Baldereschi e patria sua extorre, et in Collensi Civitate et Seminario per quatuor circiter annos degente acceperat Collensis Antistes ab Episcopo S. Miniatis illius Ordinario, S. Congregatio ex gratia decrevit, eumdem Subdiaconum ab ipso Episcopo Collensi absque literis dimissorialibus et testimonialibus Episcopi S. Miniatis *ordinari* posse, facto tamen verbo cum SSmo, *in Sancti Miniatis et Collen. Ordinationis* 24. *Aprilis ad I. et II. Dub.*

Canonicatui Jannetti apud Collegiatam Ecclesiam SS. Donati et Martini in Oppido Amandulæ Firmanæ Diæcesis, nedum experenni consuetudine, sed ex mente etiam Fundatoris, qui eam præbendam iisdem subjecit oneribus, quibus alii Canonici ibidem obstringuntur, adnexum esse onus adscendendi ad sacrum *Ordinem* Presbyteratus respondit S. Congregatio; adeoque præfiniendum esse Clerico Antonio Pascucci hodierno possessori, atque unum et triginta annos nato terminum unius anni ad sacros ordines suscipiendos juxta votum Emi Archiepiscopi, *in Firmana Canonicatus* 26. *Junii ad I. et III. Dub.*

Ex iteratis Verulani Episcopi literis, quibus in promovendo ad S. Subdiaconatus *Ordinem* Marco Bassi Nullius Atinæ debitam sibi intentionem non defuisse profitebatur, S. Congregatio de validitate ordinationis Subdiaconi Bassi constare rescripsit, *in Verulana et Nullius Atinæ Ordinationis* 28. *Augusti ad I. Dub.*

Clerico Marzocchini prope sexagenario, qui jam octo abhinc

annis emisso castitatis voto, una cum conjuge sua duos et quinquaginta annos nata continentem vitam duxerat, S. Congregatio per Breve facultativum decrevit concedendam esse facultatem ascendendi ad Sacros *Ordines*, dummodo habitent in separatis domibus, et renovato per mulierem consensu et voto castitatis ante viri ordinationem, *in Florentina et Volaterrana Ordinationis* 20. *Novembris*.

P

Quod ad novam *Paroeciam* ex vacantis Capellaniæ bonis in Ecclesia Deiparae ab Auxilio erigendam spectabat, ut hic S. Ordo decerneret, quænam bona ejusdem Capellaniæ unienda forent Archipresbyterali Ecclesiæ SS. Joannis Baptistæ et Andreæ Apostoli; quæ redituum pars ad Ecclesiam Deiparæ ab Auxilio pertinentium tribuenda novo ipsius Parocho; et quæ demum jura ac honoris signa Archipresbytero præservanda, Emi Patres sententiam suam protelantes rescripserunt, expectandam esse vacationem curæ Archipresbyteralis, *in Imolen. Erectionis Paræciae* 20. *Novembris ad I. II. et III. Dub.*

Dissentiente Parocho S. Mariæ Magdalenæ in Civitate Ravennatensi, ne urbanarum *Paræciarum* limites novarentur, quia nempe paræciali exinde jurisdictione super Palatio Apostolico invitus destitueretur, Emi Patres nullam jusserunt habendam esse rationem ejusmodi dissensus et ad mentem: quæ fuit, ut præfatus Parochus exercere pergat parochiale jus super Palatio Apostolico, durante ejus vita, juxta votum Archiepiscopi, *in Ravenaten. Paræciarum* 24. *Aprilis*

Quum in Apostolicis Literis Sa. Me. Leonis XII. non modo Ecclesiam S. Mariæ intra Oppidi Ophidani ambitum sitam, sed rurales etiam Ecclesias SS. Venantii et Lazari Paræciarum nomine nuncupatas fuisse constaret, S. Congregatio respondit eas Ecclesias esse tres *Paræcias* inter se independentes, *in Asculana Literarum Apostolicarum* 20. *Novembris ad II. Dub.*

Clerico Joanni Baptistæ Stefani, qui super Beneficio suo in Archipresbyterali Riparum Ecclesia erecto *pensionem* scutatorum viginti motu proprio et ex mera liberalitate Sa. Me. Pii VII. Vincentio Celebrini concessam, de obreptionis et subreptionis vitio plane immerito incusabat, locum non esse aperitioni oris, nec ejusmodi pensionem delendam rescripsit S. Congregatio, *in Verulana Pensionis* 20. *Martii ad I. et II. Dub.*

Marcum Bassi Nullius Atinæ, qui confictis Literis Dimissorialibus se a Verulano Episcopo ad S. Subdiaconatus Ordinem furtim promoveri curaverat, et pluribus deinde criminibus hac illac perpetratis, a Tribunali Emi in Urbe Vicarii detrusus in carcerem, ac merita demum pœna damna-

tus fuerat, respondit S. Congregatio incidisse in *pœnam* suspensionis et irregularitatis, in *Verulana et Nullius Atinæ Ordinationis* 28. *Augusti ad II. Dub.*

Alexandrum Dionigi, qui in Urbinatensi Cathedrali Canonicus professionem fidei numquam emiserat, et absens per plures annos residentia, tonsuram et clericalem habitum deferre neglexerat, Emi Patres ex Tridentinæ Synodi Sanctionibus et Summorum Pontificum Constitutionibus decreverunt in *pœnam* incidisse privationis fructuum, *in Urbinaten. Canonicatus* 28. *Augusti ad I. Dub.*

Etsi præbendæ *pœnitentiariæ* tenuitas in Cathedrali Forosemproniensi legitimam præberet causam ad impertiendam Beneficiorum unionem, Missarumque reductionem et translationem, harum tamen concessionum necessitas ut magis magisque elucesceret, S. Congregatio rescribendum censuit, Dilata, et scribatur Episcopo, an sit alia ratio ad tramites Constitutionis Benedicti XIII. providendi absque diminutione Missarum, in *Forosempronien. Præbendæ Pœnitentiariæ* 22. *Maij ad I. II. et III. Dub.*

Quum Canonici Collegiatæ Ecclesiae Civitatis Centi, spe ducti eamdem Collegiatam quam cito in pristinum statum fore restituendam, flagitassent, ne S. Congregatio nunc decerneret, an *Præbendæ* Canonicali Murarisi ob spolium bonorum, Gallis dominantibus, Collegiatæ illatum immineat onus residentiæ, cui potissimum jus nominandi conveniat, et quænam onera futuris rectoribus essent imponenda, voti compotes facti sunt rescripto Dilata, *in Bononien. Præbendæ* 24. *Julii ad I. II. et III. Dub.*

Canonico Curato Ecclesiae Matricis S. Mariæ in Oppido Ophidæ *præcedentiam* tantummodo super duobus aliis Parochis ruralium Ecclesiarum S. Venantii et S. Lazari reservandam esse putavit S. Congregatio, addita oblatione unius Librae Cerae albae ab unaquaque ex duabus praefatis Paroeciis matrici Ecclesiae quotannis facienda, *in Asculana Literarum Apostolicarum* 20. *Novembris ad III. Dub.*

Præsentationem, qua Simon Revelli nominationem a majori patronorum parte sibi peractam ad Capellaniam S. Joannis Evangelistae modo ac tempore habili exhibuit Episcopo Albinganensi, legitimam esse rursum definivit S. Congregatio, eique idcirco institutionem dandam esse agnoscens, jussit standum esse in decis et amplius, *in Albinganen. Capellaniæ* 10. *Martii ad I. Dub.*

R

Reductionem applicationis Missæ Conventualis non ad dies tantum Dominicos, uti exoraverat Capitulum Brugnatensis Ecclesiae Cathedralis, sed ad dies festos etiam reductos ob summam canonicalium redituum tenuita-

tem ex gratia concessit S. Congregatio ad decennium, *in Brugnaten. Missæ Conventualis* 26. *Junii.*

Antequam S. Congregatio quidquam reseriberet precibus Mutinensis Congregationis Charitatis, quae super Missarum oneribus Pio Operi Albergo-Arti ex Testatorum voluntate adnexis amplam admodum *reductionem* efflagitaverat, respondendum censuit Dilata, et exquiratur Votum Novi Episcopi, qui exemplum transmittat indulti reductionis diei 14. Julii 1821. simulque referat qua ratione in hypothesi tam amplae reductionis Missarum consuli posset populi commoditati et Cleri sustentationi, *in Mutinen Reductionis et Commutationis* 20. *Augusti.*

Missas quorumdam Beneficiorum, quae in Cathedrali Forosemproniensi praebendae pœnitentiariae unienda decreverat S. Congregatio, Emi Patres ob maximam redituum tenuitatem *reducendas* censuerunt ad centum tantummodo juxta Votum Episcopi, facto verbo cum SSmo, *in Forosempronien. Præbendæ Pœnitentiariæ* 20. *Novembris ad II. Dub.*

Capellano Camillo Sassi, qui ad reficiendos sumptus litis pro suae Capellaniae utilitate ab Antecessore suo susceptae nullam redituum imminutionem pertulerat, opus non esse Missarum *reductione* respondit S. Congregatio, *in Callien.*, *et Pergulana Expensarum* 20. *Martii ad III. Dub.*

Canonicis Collegiatae Ecclesiae S. Michaelis Arcangeli in oppido Panicalis, qui exiguis instructi praebendis, et assiduo chori servitio obstricti quotidianis carent distributionibus, S. Congregatio aliquata juxta votum Episcopi censuit concedendam esse earum Missarum *reductionem*, quae ex fundatorum voluntate unicuique praebendae incumbunt, *in Civitatis Plebis Missae Conventualis* 24. *Aprilis ad II. Dub.*

Contendenti Canonico Ferdinando Sessa, plane immerito a Capitulo Terracinensi sibi inflictam fuisse unius anni fructuum privationem ex lege capitulari, quam etsi legitime latam in absentes, suo tamen exitu quoad nonnullos Canonicos proxime elapsis annis caruisse significabat, Emi Patres, deficiente legis poenalis constanti observantia, Canonicatus fructus *restituendos* rescripserunt, solutis tamen punctaturis pro tempore absentiae, dempto tempore infirmitatis, *in Terracinen.* 30. *Januarii ad I. Dub.*

Verum a Capitulo Terracinensi appellatione interposita, quum ad abrogandam legitimam peculiaris Collegialitatis Constitutionem adversa proferri debeat consuetudo rationabiliter tum actuum frequentia tum quadraginta saltem annorum diuturnitate praescripta, S. Congregatio adversus Canonicum Ferdinandum Sessa rescripsit recedendum esse a decisis, eidem scilicet non *restituendos* esse Canonicatus fructus,

quos in poenam diuturnae absentiae pro anno 1827. ex Capitulari statuto amiserat, *in Terracinen.* 26. *Junii ad I. Dub.*

S

Dissolutionem *Sponsalium*, quae Raphael Trani cum Maria Rosaria Sarnatano inierat, ac nullo jurisjurandi munimine firmaverat, S. Congregatio concedendam censuit prae evidenti non modo conditionis disparitate et acerrima in Tranium consanguineorum indignatione, sed prae gravissima etiam contrahentium aversione secum invicem ob diuturnam litis contestationem suscepta solutis tamen a Tranio favore Mariae Rosariae ducatis mille, quibus illata eidem mulieri damna rependerentur, *in Neapolitana Sponsalium* 20. *Novembris.*

Canonicos Asculanae Ecclesiae Cathedralis intra civitatem ejusque territorium degentes S. Congregatio mutuae *substitutionis* beneficio in chorali servitio frui posse rescripsit, dummodo substitutiones nimium frequentes non sint, nec ipse substitutus eodem die in chorum venire debeat; idque ex Apostolico Indulto etiam Coadjutoribus concessit, *in Asculana Servitii Chori* 26. *Junii ad II. et VII. Dub.*

Ejusmodi *substitutionis* beneficium Canonicis a territorio Civitatis absentibus, sive intra Diœcesim commorentur, sive praetereant Diœcesis limites S. Congregatio ex gratia impertiendum censuit, *in eadem ad IV. et V. Dub.*

Precibus Clerici Dominici Boncristiani annorum quatuordecim, qui bonis indutus moribus et ex patronorum genere originem ducens, gravi rei domesticae angustia premitur, annuendum censuit S. Congregatio pro *suspensione* collationis Canonicatus praesbyteralis ad septennium juxta votum Episcopi Hortani, facto verbo cum SSmo, idque significandum jussit Ministris Datariae Apostolicae, *in Hortana Canonicatus* 20. *Martii.*

Suspensionem ab exercitio munerum Parochialium Parocho Trapani in Oppido Metæ Surrentinæ Diœcesis inflictam ob compertam ejusdem contumaciam adversus Episcopi jussa, qui eum novo examini subjiciendum jure decreverat, Emi Patres una cum Aeconomi deputatione servandam judicarunt *in Surrentina Examinis et Suspensionis* 25. *Junii ad II. Dub.*

T

Transactionem die 16. Augusti 1827. inter Antonium Zambrini et Parochum Ecclesiae S. Mariæ in Merlaschio Diœcesis Faventinæ initam, qua, auctorante Vicario Generali, conventum fuit, subscribendum non esse venditionis contractum quorumdam prædiolorum ad eam Ecclesiam pertinentium, et ad

resarcienda ejusdem Ecclesiæ damna numerandam esse a Zambrinio summam scut. 125. quæ per præfatum Rectorem investimento collocaretur, S. Congregatio Apostolica approbatione dignam putavit juxta votum Episcopi, *in Faventina Alienationis* 26. *Junii ad I Dub.*

Ne onus pio Legato Agostini injunctum, ut Forolivii in Ecclesia Carmelitarum ante aram B. M. V. ab Annuntiatione perpetuo lampas arderet, diutius in posterum adversus Testatoris voluntatem in Hospitalis Ecclesia expleretur, S. Congregatio, instantibus PP. Carmelitis, infirmandum jussit Episcopi Foroliviensis Decretum de ejus legati *translatione*, prævia sanatione quoad præteritum, *in Forolivien. Translationis Legati* 24. *Julii.*

Missarum onus, quæ simplicibus quibusdam Beneficiis Pœnitentiariæ præbendae uniendis in Civitate Forosemproniensi imminebant, rescripsit S. Congregatio *transferri* posse ad Ecclesiam Cathedralem juxta votum Episcopi, celebrata unica Missa quotannis in singulis Ecclesiis, in quibus sacrificia erant litanda, *in Forosempronien. Præbendæ Pœnitentiariæ* 20. *Novembris ad III. Dub.*

U

Agnoscentes Patres Emi ad Senogalliensis Ecclesiæ et Capituli bonum maxime conducere, ut nonnulla bona, quæ antea uni Archipresbytero tradita fuerant, capitulari in posterum massæ unirentur, hujusmodi quidem *unionem* in omnibus juxta Episcopi votum perficiendam decreverunt *in Senog dllien. Mensæ Capitularis* 30. *Januarii.*

Simplicium Beneficiorum *unionem* pro augendis præbendæ pœnitentiariæ reditibus in Cathedrali Forosemproniensi propositam, S. Congregatio in evidentem Ecclesiæ utilitatem concessit juxta votum Episcopi, in *Forosempronien. Præbendæ Pœnitentiariæ* 20. *Novembris ad I. Dub.*

V

Capitulo Cathedralis Ecclesiae Ipporegiensis ob hodiernam præbendarum tenuitatem, et ob imminutum Capitularium numerum ampliandas esse *vacationes* ad tres menses conciliares juxta votum Episcopi indulsit S. Congregatio, proviso tamen ne unquam deficiat servitium Chori, *in Ipporegien. Servitii Chori* 20. *Martii ad I. Dub.*

Chorales *vacationes* centum amplius abhinc annis ad duos circiter menses in Cathedrali Asculana haberi quotannis solitas, S. Congregatio ad tres Conciliares menses ampliandas non esse decrevit, quum ipsa Tri-

dentina Synodus peculiarem longioris servitii consuetudinem omnino servandam indixerit, *in Asculana Servitii Chori* 26 *Junii ad I. Dub.*

Oblationes *vigesimæ* pro emptione medicamentariae officinae ad Augustinianorum Eremitarum Coenobium S. M. V. de Populo spectantis a Joanne Pilotti tempore habili datam, idonea licet satisdatione intra præscriptos dies non munitam, sua quidem pollere validitate decreverunt Emi Patres, ita tamen ut Vincentio Parboni priori deliberatario integrum adhuc foret prælationis jus, atque idcirco praefiniendus novus terminus ad deliberandum, *in Ordinis Eremitarum S. Augustini Deliberationis* 30. *Januarii ad I. II. et III. Dub.*

FINIS

INDEX CONCLUSIONUM

Quæ adnotatæ sunt in foliis Causarum Anni 1830.

ABSENTIA

Canonicis impertitur indultum absentiæ ad certum tempus, impletis oneribus Canonicatus per temporarium Coadjutorem, *pag.* 117. §. *Ad II.*

Abesse non dicuntur, qui degunt intra civitatis territorium, *pag.* 185. §. *Ex.*

Injuria absentes nedum privationem quotidianarum distributionum, sed etiam graviores pœnas a constitutionibus inflictas contrahunt, *pag.* 177. §. *Denique.*

Justam præbet absentiæ causam infirmitas, corporis necessitas, ac evidens Ecclesiæ utilitas, *pag.* 176. §. *Nihil.*, *et pag.* 215. §. *Verum.*

Quo casu satis est venia Episcopi, *pag.* 176. §. *Nihil.*

Nec opus est Apostolico indulto, *ibid.*, *et pag.* 215. §. *Verum.*

Altera ex eisdem intercedente causa, absentes lucrantur quotidianas distributiones, et immunes sunt a pœna a Constitutionibus statuta, *pag.* 176. §. *Verum.*

Secus vero ceteri, *ibid.*

ABSOLUTIO

A præteritis omissionibus conceditur absolutio intercedente bona fide, et præbendarum tenuitate, *pag.* 109. § *Quod.*

ACTUS FACULTATIVI

Actus facultativi nullam inducunt consuetudinem, *pag.* 5. § *Ad munus*, *et pag.* 161. §. *Ab.*

Nisi appareat, præivisse prohibitionem, ac longævam postea successisse acquiescientiam, *pag.* 5. § *Ad munus.*

Vide *Venia*

ÆTAS

Nemo est promovendus ad præbendam, qui ordine eidem adnexo non sit insignitus, *pag.* 32. §. *Verum.*

Aut in tali ætate constitutus, ut eo infra annum initiari valeat, *ibid.*, *et pag.* 60. §. *Qui.*

Tonsura, ac aetas quatuordecim annorum necessaria est ad assequenda ecclesiastica Beneficia, *pag.* 67. §. *Tertium.*

Ac etiam Canonicatus Collegiatarum, *pag.* 161. §. *Ab.*

Nisi fundator aliter caverit, *pag.* 68. §. *Altera.*

Quam pœnam contrahant non suscipientes Ordinem præbendæ annexum, traditur *pag.* 160. §. *Qui.*

Aliquando conceditur ætatis dispensatio, *pag.* 31. §. *Plurima.*

At pueri etiam sexennes possidere possunt laicales Capellanias, *pag.* 67. §. *Tertium.*

ALIENATIO

Bona ecclesiastica alienantur, cum evidens præsto est Ecclesiæ utilitas, *pag.* 191. §. *Similiter.*

Vide *Emptio.*

AMENTIA

In dubio homines præsumuntur sanæ mentis, *pag.* 65. §. *Pergit.*

AXIOMATA JURIS

Quisque suis potius quam extraneis benefacere velle præsumitur, *pag.* 60. §. *Idem.*

Provisiones Apostolicæ numquam aliorum lædunt jura, *pag.* 242. §. *Quæ.*

Ex venia aliis personis concessa probatur jus privativum in eo, cujus exquiritur consensus, *pag.* 4. §. *Præterea.*

BAPTISMUS

Jus baptizandi præscribi potest, *pag.* 10. §. *Jam.*

BAPTISTERIUM

Ad eum spectat custodia clavium Baptisterii et Olei Sancti, cujus est administratio Sacramentorum Baptismatis et Extremæ Unctionis, *pag.* 4. §. *Præterea.*

Privativum jus baptizandi probatur ex licentiis aliis personis concedi solitis, *ibid.*

Aliter suadere posset perceptio emolumentorum in iis, qui veniam impetrarunt, *pag.* 10. §. *Jam vero*, *et pag.* 13. §. *Ad II.*

BENEFICIUM

Beneficium, non autem Capellania laicalis dicitur, si Episcopus institutionem tribuere soleat, *pag.* 67. §. *Munus.*

Ad consequenda Beneficia etiam simplicia requiritur ætas quatuordecim annorum, *pag.* 67. §. *Tertium.*

Nisi fundator aliter caverit, *pag.* 68. §. *Altera.*

Ac præterea necesse est, ut prima tonsura sit initiatus, *pag.* 68. §. *Hæc.*

Beneficia residentialia sunt incompatibilia, et uno eodemque tempore retineri nequeunt, *pag.* 112. §. *Hisce.*

Canonicatus incompatibilis est cum Parœcia, *pag.* 116. §. *Præterea.*

Aliquando conceditur venia retinendi ad tempus utramque præbendam, *pag.* 117. §. *Ad II.*

Impletis oneribus Canonicatus per temporarium Coadjutorem, *ibid.*

Si unum atque alterum Beneficium non sufficiat ad vitæ sustentationem, Sedis Apostolicæ est impertire veniam tertium assequendi, *pag.* 126. §. *At si.*

Beneficii locus dicitur oppidum, Civitas, ac Diœcesis, ubi illud erectum fuerit, *pag.* 184. §. *Nihilominus.*

Provisiones Apostolicæ statum Beneficiorum numquam immutant, *pag.* 242. §. *Quæ.*

CAMPANÆ

Episcopo jus est decernendi, ne certis horis in Ecclesiis non parochialibus Campanæ pulsentur, *pag.* 119. §. *Jam vero.*

CANONICATUS

Nova Canonicatuum erectio probanda est in Capitularibus Comitiis rite indictis, *pag.* 18. §. *Plura*, *et pag.* 22. §. *Neque.*

Secus nulla pollet validitate, *pag.* 19. §. *Nec.*

Nec Episcopo fas est a Capitulari resolutione desciscere, *ibid.*

Licet conditiones irrationabiles respuere valeat, *ibid.*

Conditio ut Canonici secundæ erectionis Supranumerariorum titulo nuncupentur, et novissima in choro occupent stalla, jure non reprobatur, *pag.* 20. §. *Ergo.*

Quando ex Beneficiorum fundatione qualitates aliquæ requiruntur, non est eis derogandum, *pag.* 32. §. *Verum.*

Nisi urgens occurrat, ac justa causa, *ibid.*

Canonicatuum reditus ii sint oportet, qui sustinendo Canonicorum gradui pro loci et personarum qualitate sufficiant, *pag.* 108. §. *Verum.*

Tenues dicuntur, si, cunctis subductis oneribus, scutata 30. aut 40. non supersint ad ferendum chorale servitium, *ibid.*, *et pag.* 116. §. *Ceterum*

Canonicatus incompatibilis est cum Parœcia, *pag.* 116. §. *Præterea.*

Aliquando indulgetur utramque retinendi præbendam, *pag.* 117. §. *Ad II.*

Impletis oneribus Canonicatus per temporarium Coadjutorem, *ibid.*

Vide *Ætas*, *Residentia.*

CANONICI

Nemo ad Canonicatum est promovendus, qui ordine, quem requirit præbenda, non sit insignitus, *pag.* 32. §. *Verum.*

Aut in tali ætate constitutus, ut infra annum eo initiari valeat, *ibid.*, *et pag.* 160. §. *Qui.*

Qui negligit Ordines suscipere intra annum, amittit ipso facto mediam quotidianarum distributionum partem, *pag.* 160. §. *Qui.*

Imo potest Episcopus extorrem plectere privatione Beneficii, *pag.* 160. §. *Qui*, *et pag.* 215. §. *Verum.*

Adhibitis tamen prius Canonicis monitionibus, *pag.* 160. §. *Qui.*

At Parochi, negligentes Ordines intra annum suscipere, ipso jure incidunt in pœnam privationis Parœciæ, *ibid.*

Verumtamen si Canonici Ordinibus non initientur ob justum aliquod impedimentum, quotidianis distributionibus non privantur, *pag.* 215. §. *Verum.*

Nec privatione Canonicatus multantur, *ibid.*

Quamvis impedimentum sit perpetuo duraturum, *ibid.*

Canonici in sacris non constituti carent voce in capitulo, *pag.* 161. §. *Ab.*

Per se ipsos Capitulares choro interesse, et divina officia obire tenentur, *pag.* 162. §. *At*, *et pag.* 184. §. *Disceptandum.*

Possunt tamen Capitulares sese invicem substituere, *pag.* 184. §. *Disceptandum.*

Dummodo substitutus ad chorum eodem tempore venire non debeat, *ibid.*

Id frequenter non contingat, *ibid.*

Subrogans in civitate vel suburbiis versetur, *ibid. et seq.*

Subrogatus vero sit e gremio Capituli, *pag.* 184. §. *Disceptandum.*

Non autem Coadjutor, *ibid.*

Nec Canonicus honorarius, *pag.* 185. §. *Ex.*

Qui extra civitatem, aut suburbia commorantur, substitutionis privilegio carent, *pag.* 185. §. *Ex.*

Jure cautum non est, quo se protrahant suburbia, *pag.* 185. §. *Ex.*

Sed villas et ædificia intra civitatis territorium existentia comprehendere videntur, *ibid.*

Qui in aliquo Diœcesis castro commorantur, absentes dicuntur, *pag.* 185. §. *Ex.*

Et contrariam consuetudinem tamquam abusum reprobare solet S. Congregatio, *ibid.*, *et pag.* 189. §. *Ad III.*

Imo ne ex gratia quidem eisdem substitutionis beneficium indulsit, *pag.* 189. §. *Ad IV.*

Peculiaribus tamen intercedentibus causis substitutionis beneficium aliquando tribuit iis, qui a Diœcesi non absunt, *pag.* 186. §. *Nihilominus.*

Quia Beneficii locus ille censetur districtus ubi Beneficium situm est, Oppidum nempe, Civitas, ac Diœcesis, *ibid.*

Coadjutores substitui ac substituere nequeunt, quamvis contraria inoleverit consuetudo, *pag.* 187. §. *Attamen.*

Ac opus est Apostolico privilegio, *ibid.*

Quod tribui solet peculiaribus occurrentibus circumstantiis, *pag.* 189. §. *Ad VII.*

Canonici Curati a choro eximuntur eo tempore, quo animarum cura impediuntur, *pag.* 274. §. *Restat.*

Sive in eadem, sive in alia ejusdem loci Ecclesia exerceant animarum curam, *ibid.*

Adeo ut absentes nedum fructus præbendæ, sed quotidianas etiam lucrentur distributiones, *ibid.*

Imo cetera omnia emolumenta, *pag.* 276. §. *Ad IV.*

Iis exceptis dumtaxat, quæ ex voluntate testatorum debentur actu præsentibus, *ibid.*

Canonici, qui ex Apostolica dispensatione parochiale beneficium, et Canonicatum obtinent, non gaudent quotidianis distributionibus, *pag.* 274. §. *Restat.*

Canonici infirmi lucrantur distributiones omnes, iis exceptis, quæ sive ex voluntate testato-

rum, sive ex statuto, et consuetudine Ecclesiæ debentur tantum actu interessentibus, *pag.* 274. §. *Restat.*

Emolumenta ex voluntate benefactorum inter præsentes distribuenda non percipiunt nec jubilati, nec absentes in evidentem Ecclesiæ utilitatem, *ibid.*

Canonici absentes a choro tempore vacationum amittunt quotidianas distributiones, *pag.* 52. §. *Si Emi.*

Canonicis secundæ erectionis vox activa et passiva in iis negotiis, quæ primæ tantum erectionis Canonicos respiciunt, denegatur, *pag.* 23. §. *Affirmative.*

Vide *Capitulum*, *Distributiones*, *Fidei professio*, *Ordines*, *Residentia*, *Tonsura*, *Vacationes.*

CANONICUS COADJUTOR

Gaudet honoribus et privilegiis, quibus Coadjutus, *pag.* 187. §. *Quod.*

Non sunt tamen veri Canonici, sed ficti, *pag.* 187. §. *Attamen.*

Nec propterea gaudent substitutionis privilegio, *ibid.*

Nulliusque roboris est contraria consuetudo, *ibid.*

Aliquando ex Apostolico privilegio id eis tribuitur, *ibid.*, *et pag.* 189, §. *Ad VII.*

Coadjutor exilio perpetuo mulctatus decidit ipso jure a Coadjutoria, in *Romana* inter supplices libellos relata die 20. Novembris.

Quia causa finalis Coadjutoriæ est servitium Ecclesiæ, *ibid.*

Ac propterea Coadjutoria in eum incidit casum, a quo incipere non poterat, *ibid.*

Coadjutoria autem non beneficium, sed officium est, *ibid.*

Aliquando impertitur venia retinendi Parœciam cum Canonicatu, *pag.* 117. §. *ad II.*

Impletis tamen oneribus per temporarium Coadjutorem, *ibid.*

CANONICUS HONORARIUS

Canonici honorarii stallum dumtaxat habent in choro, *pag.* 13. §. *Et Sane.*

Nulla gaudent præbenda, *ibid.*

Nec quotidianas lucrantur distributiones, *ibid.*

Neque residentiæ lege obstringuntur, *ibid.*

CAPELLANIA

Si Episcopus soleat institutionem tribuere, conjicitur Capellaniam verum esse Beneficium, *pag.* 67. §. *Munus.*

Capellania laicalis non subest legibus Tridentini Concilii, *pag.* 67. §. *Tertium.*

Eamque assequi possunt etiam pueri, *ibid.*

CAPITULUM

Penes Capitulum residet habitualis animarum cura, si ejus exercitium non uni, sed pluribus committi consuevisse probetur, *pag.* 8. §. *At.*

Ex Tridentina Synodo per Vicarium Curatum exercenda est animarum cura, *pag.* 9. §. *Ex.*

Ad eum inter Capitulares spectat jus canendi Vesperas, et Missam solemnem in præcipuis anni festivitatibus, qui ceteros dignitate præstat, *pag.* 6. §. *Non.*

Jus illud pertinere potest ad Canonicum Hebdomadarium, *pag.* 12. §. *Quod.*

Præsertim si adsit consuetudo, *pag.* 13. §. *Ad V.*

Convocatio quoque Capituli spectat ad primam Dignitatem, *pag.* 6. §. *Non.*

Sed minime pugnat, ut jus ex statuto, vel consuetudine alteri ex Capitularibus sit reservatum, *pag.* 12. §. *Denique*, *et pag.* 13. §. *Ad VI.*

Vide *Cura.*

CLAVES

Vide *Baptisterium.*

COADJUTOR

Vide *Canonicus Coadjutor.*

COLLEGIATA

Quælibet Ecclesia ad Cathedralis fastigium evecta gaudet Collegialitate, *pag.* 239. §. *Cum.*

Collegialitas probatur enunciativis instrumentorum, antiqua opinione, atque historicorum traditione, *pag.* 239. §. *Hisce.*

Quænam requirantur signa ad Collegialitatem probandam, traduntur *pag.* 240. §. *At vero.*

CONGRUA

Parochorum congrua attingere debet scutata centum, *pag.* 140. §. *Illud.*

Qui Parochis congruam vitæ alimoniam repræsentare tenentur, eam pecuniæ vim solvere debent, quæ nec minor sit scutatis 50., nec major scutatis 100., *pag.* 232. §. *Nihilominus.*

CONSTITUTIO

Servanda est capitularis Constitutio jurejurando firmata, et ab omnibus Canonicis perpetim executioni commissa, *pag.* 175. §. *Diuturnam.*

Nisi postea contrariam ac rationabilem probetur inolevisse consuetudinem, *ibid.*

Suis stat viribus constitutio pœnam Capitularium absentium exasperans, *pag.* 177. §. *Denique.*

Et Canonicos per aliquot menses absentes privat omnibus illius anni fructibus, *pag.* 179. § *Ad I. et II.*

Nullius ponderis est constitutio juri communi adversa, *pag.* 177. §. *Denique.*

CONSUETUDO

Immemorabilis observantia stat loco instrumenti fundationis, *pag.* 3. §. *Præterea.*

Talis præsumitur Beneficiorum fundatio, qualis observantia, *ibid.*, *et pag.* 163. §. *Accedit.*

Centenaria quemlibet suppeditat titulum, ac etiam jus baptizandi præscribit, *pag.* 10. §. *Jam.*

In dirimendis præeminentiarum quæstionibus plurimum defertur annosæ consuetudini, *pag.* 12. §. *Denique.*

Ad abrogandam legem requiritur actuum frequentia, *pag.* 175. § *Diuturnam.*

Ac saltem quadraginta annorum diuturnitas, *ibid.*

CONVERSIO CONJUGATORUM.

Post matrimonii consummationem neutri conjugum fas est ingredi Religionem, et solemnia vota nuncupare. *pag.* 249. §. *Neutri.*

Multoque minus licet viro, invita uxore, Ordines recipere, *pag.* 249. §. *Neutri.*

Imo nec etiam Tonsuram. *ibid.*

Verum castitatis votum in seculo emittere non prohibentur, *ibid.*

Si communi consilio id egerint, *ibid.*

Viro regulare institutum profiteri licet, si uxor Religionis habitum assumat. *ibid.*

Nihilominus Episcopus alteri conjugum jure suo permittit ingressum in Religionem, quamvis alter monasticam vitam non profiteatur, *ibid.*

Dummodo iste castitatis voto se obstringat, ac in ea versetur ætate, vitæque genere, ut immunis sit ab omni incontinentiæ suspicione, *ibid.*

Interdicta est viri ordinatio, nisi uxor solemnia nuncupet Religionis vota, *pag.* 250. §. *Quod.*

Imo si vir juvenis sit, ad Ordines promoveri non potest, nisi, et ipse regulare institutum amplectatur, *ibid.*

Quæstio tamen est, utrum viro liceat se initiari Ordinibus, et in seculo manere, quando uxor perpetuam vovet castitatem, sed Monasterium ingredi detrectat, *ibid.*

Verior sententia docet, licere, si uxor sit senex, et non suspecta, *ibid.*

Quo casu vir potest cum uxore in eadem domo manere, *ibid.*

Ut ut autem se habeat quæstio inter Doctores, non desunt dispensationum exempla, *pag.* 252. §. *Nec.*

Aliquando tamen S. Congregatio preces respuendas, vel dispensationem certis legibus circumscriptam indulgendam censuit, *pag.* 253. §. *Veruntamen.*

Mulier, quæ annos excessit quinquaginta, in senili versatur ætate, *pag.* 251. § *Hisce.*

Jure cautum non est, quot anni requirantur ad senectutem, *pag.* 253. §. *Veruntamen.*

Et potius ex valetudine, et viribus æstimanda est, *ibid.*

Quæ pro susceptione sacrorum Ordinum servanda sunt, eadem custodire oportet in collatione minorum, ac etiam Tonsuræ, *pag.* 250. §. *Quod.*

CURA

Animarum cura penes Capitulum habitu residere probatur, si non uni, sed pluribus commissum sit curæ exercitium, *pag.* 8. §. *At.*

Item si Capitulum gaudeat decimis, ac funerum emolumentis *pag.* 9. §. *Ex.*

Nec non si Canonici Missam pro populo celebrent, ac necessaria pro animarum cura suppe-

ditent Curato, atque hic Capituli utatur sigillo, *pag.* 9. §. *Ex.*
Curæ exercitium uni Vicario est committenda, *pag.* 9. §. *Ex.*
Vel certis peculiaribus præbendis, *pag.* 276. §. *Ad I.*
Non autem Canonicis possessione junioribus, *pag.* 270. §. *Prima.*

DECIMÆ

Decimæ, ac funerum emolumenta ejus sunt propria, cui animarum incumbit cura, *pag.* 8. §. *At.*

DEVOLUTIO

Elapso quadrimestri, jus nominandi ad Beneficia laicalis patronatus devolvitur ad Episcopum, *pag.* 55. §. *Quum.*
Nisi patroni sint legitime impediti, *ibid.*
Ad impediendam devolutionem præter nominationem necessaria est præsentatio, *pag.* 54. §. *Arbitratur.*
Quadrimestre tempus elabitur a die habitæ notitiæ vacationis, *pag.* 59. §. *Neque.*
Vel a die, qua proclamata est nominationis nullitas, *pag.* 59. §. *Hisce.*
Devolutio traducit in Episcopum solam facultatem nominandi, *pag.* 61. §. *Facili.*
Ideoque omnia secum fert onera, et qualitates Beneficio inhærentes, *ibid.*
Nec ullam inferre potest jacturam passive vocatis *ibid.*
Vide *Nominatio.*

DICTIO

Dictio *illi* refertur ad nominatos in proximo superiori versiculo, *pag.* 271 §. *Hisce.*

DIGNITAS

Dignitates in Ecclesiis præsertim Cathedralibus ad conservandam augendamque ecclesiasticam disciplinam eriguntur, *pag.* 292. §. *Illis.*
Inter Dignitates potissimum recensentur Archidiaconus, et Archipresbyter, *ibid.*
Jure tamen non præfinitur Dignitatum numerus, ac ratio, *ibid.*
Totumque conficit lex fundationis, aut Ecclesiarum consuetudo, *ibid.*
Ex sacrorum canonum jure Pœnitentiarius ac Theologus inter dignitates non recensentur, *ibid.*
Et unusquisque in choro sedet servato ordine possessionis, *ibid.*
Cum merum officium exerceant, *ibid.*
In quibusdam nihilominus Ecclesiis Dignitate potiuntur, *ibid.*
Vel novissimum inter Dignitates obtinent locum. *ibid.*

DISTRIBUTIONES

Canonici absentes a choro amittunt quotidianas distributiones, *pag.* 52 §. *Si Emi*, *et pag.* 176. §. *Nihil.*
Etiamsi absint tempore vacationum, *pag.* 52. §. *Si Emi*,
Nec quidquam prodest contraria consuetudo, *ibid.*

Nihilominus Sedes Apostolica quibusdam Capitulis concedit privilegium lucrandi distributiones tempore vacationum, *ibid.*

Distributiones ceteraque emolumenta lucrantur Canonici Curati absentes a choro pro obeunda animarum cura, *pag.* 276. §. *Ad IV.*

Iis exceptis, quæ ex voluntate testatorum debentur actu præsentibus, *ibid.*

Vide *Canonici.*

ECCLESIA

Ex veteri disciplina populus ad Ecclesiam parochialem diebus festis convenire deberet, *pag.* 118. §. *Si vetus.*

Ut inibi Missam Parochi, et fidei rudimenta addiscere valeat, *ibid.*

Ex novissima autem disciplina fideles sunt tantummodo hortandi, ut sacris functionibus in Ecclesia parochiali intersint, *ibid.*

Episcopo fas est decernere, ut in publicis Oratoriis et Ecclesiis non parochialibus Missa diebus festis celebretur statuta dumtaxat hora, *pag.* 119. §. *Itaque.*

Pro locorum tamen et adjunctorum varietate, *ibid.*

Atque ea lege, ut Missa parochialis offeratur hora opportuna, *ibid.*

Licet quoque Episcopo interdicere, ne in Ecclesiis non parochialibus Campanæ certis horis pulsentur, *pag.* 119. §. *Jam vero.*

Qui gaudet Ecclesiæ bonis, ipse tenetur illam instaurare, *pag.* 143. §. *Ex. et seq.*

Episcopus etiam per sequestrationem fructuum præcipere potest, ut Ecclesiæ quomodocumque exemptæ reparentur, *pag.* 144. §. *Quamobrem.*

ELECTIO

In canonica electione subscribenda et publicanda sunt electorum vota, *pag.* 54. §. *Arbitratur.*

Illegitima est electio concussionibus et minis extorta, *ibid.*

Omnes electores rite sunt evocandi, *ibid.*

Scrutinium semel expletum revocari nequit, *pag.* 57. §. *At Sacerdos.*

Vide *Nominatio.*

EMOLUMENTA

Funerum emolumenta ejus sunt, cui incumbit animarum cura, *pag.* 8. §. *At.*

Vide *Sepultura.*

EMPTIO VENDITIO

Ubi meliori oblatori rite adjudicata fuerit res alienanda is dominium acquirit, nisi intra præfinitum tempus fiat Vigesimæ oblatio, *pag.* 25. §. *Probat.*

Ad metiendam meliorem oblationem nedum major pecuniæ oblatæ summa, sed etiam personarum et cautionum ratio spectanda est, *pag.* 26. §. *Tuetur.*

Primo deliberatario jus est prælationis, si vigesimam et ipse velit offerre, *pag.* 26. §. *Tuetur.*

Elapso termino ad offerendam Vigesimam præfinito, permittitur ejus oblatio, *pag.* 27. §. *At.*

Quia Ecclesiæ et Loca pia gaudent privilegio addictionis in diem, *ibid. et seq.*

Imo etiam beneficio restitutionis in integrum, seu oblationis Sextæ, *pag.* 28. §. *Hisce.*

Ad legitimam Sextæ oblationem requiritur, ut ejus pecuniæ vis sextam jam oblati pretii partem saltem exæquet, ac intra trium mensium spatium exhibeatur, *pag.* 28. §. *Hisce.*

Jure cautum non est, satisdationem dandam esse intra tempus pro vigesimæ oblatione præstitutum, *pag.* 29. §. *Denique.*

Imo etiam post obsignatas venditionis tabulas sponsor accedere potest, *ibid.*

Exceptio non præstitæ cautionis proferri potest a venditore, non autem a deliberatario, *pag.* 29. §. *Denique.*

EPISCOPUS

Nequit leges juri communi adversas edere, *pag.* 177. §. *Denique.*

Licet pœnas a jure communi inflictas valeat exasperare, *ibid.*

EXAMEN

Qui semel examen subiit, probatusque fuit, nequit amplius ad novum examen revocari, *pag.* 169. §. *Decretum.*

Nisi supervenerit causa, quæ illum ineptum declaret, *ibid.*

Quia sæpe contingit, ut idonei postea inhabiles et indocti evadant ob intermissa studia, *pag.* 171. §. *At vero.*

At Episcopus successor potest Parochis ab antecessore approbatis novum pro suo lubitu indicere examen, *pag.* 171. §. *At vero.*

Ac nulla etiam imperitiæ accedente causa, *ibid.*

Etiamsi Parochus præbendam possideat patronatui laicali obnoxiam *pag.* 172. §. *Nec.*

Illumque se examini subjicere renuentem suspensione jure suo plectit Episcopus, *pag.* 173. §. *Constituto.*

EXPENSÆ

Litis expensæ detrahuntur ex bonis ac reditibus Beneficii, si hujus utilitatem spectet patrocinium litis, *pag.* 37. §. *Jam.*

Etiamsi Rectores, seu administratores causa ceciderint, *ibid.*

Dummodo non constet, istos injuria litigasse *ibid.*

FALCIDIA

Non deducitur ex legatis piis, *pag.* 289. §. *Oratorum.*

Licet hæredes omni destituantur lucro, *ibid.*

FIDEI PROFESSIO

Dignitates et Canonici Ecclesiarum Cathedralium fidei professionem emittere tenentur, *pag.* 212. §. *Adeo.*

Ad minus intra duos menses a die captæ possessionis, *ibid.*

Tam coram Episcopo, quam coram Capitulo, *ibid.*

Alioquin non faciunt fructus suos, *ibid.*

Quin ulla opus sit declaratione, *ibid.*

Nec eos ignorantia excusat, *ibid.*

Verum si absit fraus, fructuum condonatio indulgeri solet, *pag.* 215. §. *Verum.*

Aliqua tamen in Christi pauperes erogata eleemosyna, *ibid.*

FUNCTIONES

Benedictio cadaverum, eorumque associatio inter functiones parochiales recensentur, *pag.* 4. §. *Nullo.*

Item benedictio domorum in Sabbato Sancto, *pag.* 5. §. *Ad munus.*

Nisi contrarium suadeat consuetudo, vel pactio cum Capitulo, *pag.* 13. §. *Ad II. III. et IV.*

FUNDATIO

Qualis est observantia, talis præsumitur Beneficiorum fundatio, *pag.* 3. §. *Præterea.*

Consuetudo fundationi proxima plurimi facienda, *pag.* 56. §. *Jam.*

Fundationis lex potis est derogare juris communis sanctioni, *pag.* 162. §. *Imo.*

Fundatoribus licet quascumque leges in limine fundationis adjicere, *pag.* 21. §. *Longe.*

Etiam juri communi contrarias, *ibid.*

Dummodo nec turpes sint, nec Beneficii naturæ adversentur, *ibid.*

Latente fundatione, Beneficium præsumitur liberæ collationis, *pag.* 56. §. *Jam vero.*

Observantia facultativa nominandi personas certi generis haud coactivam secumfert qualitatem, *pag.* 56. §. *Jam.*

Leges fundationis religiose sunt servandæ, *pag.* 21. §. *Jam.*, *et pag.* 32. §. *Verum.*

Nec est eis derogandum, nisi urgens occurrat causa, *pag.* 32. §. *Verum.*

Patronis nefas est Beneficii statum immutare, et onera augere, *pag.* 56. §. *Jam vero.*

Vide *Ordines.*

FUNUS

Quænam funebres functiones recenseantur inter jura parochialia, habentur *pag.* 4. §. *Nullo.*

Ad hæredes defuncti pertinet jus vocandi ad funus quot, et quos maluerint, *ibid.*

Funerum emolumenta ejus sunt, cui incumbit animarum cura, *pag.* 8. §. *At.*

Funus recto tramite ad Ecclesiam tumulantem ducendum, *pag.* 42. §. *At.*

Quamvis antea ad Ecclesiam parochialem duci consuevisset, *ibid.*

Nisi defunctus, vel heres aliter indixerit, *ibid.*

ILLEGITIMUS

Illegitimi utpote irregulares ad Ordines promoveri nequeunt, *pag.* 84. §. *Præterea.*

Ordinibus tamen minoribus rite initiantur ex Episcopi dispensatione, *ibid.*

INFAMIA

Fornicationis crimen infamiam juris non irrogat, *pag.* 81. §. *Quoad.*

Infamia facti oritur ex enormi crimine, *ibid.*, *et pag.* 222. §. *Quod.*

Tollitur tamen constanti et publi-

ca trium annorum emendatione, *pag.* 81. §. *Quoad.*

IRREGULARITAS

Irregulares dicuntur, qui ex injustis orti sunt natalibus, *pag.* 84. §. *Præterea.*

Isti ex Episcopi dispensatione ad Ordines minores rite promoventur, *ibid.*

Irregularitatem quoque contrahunt infames tam juris quam facti, *pag.* 81. §. *Quoad*, *et pag.* 222. §. *Quod.*

Irregulares ex defectu corporis arcentur a sacris peragendis functionibus, *pag.* 180. §. *Parochum*, *et pag.* 224. §. *Quamquam.*

Ab illis tamen, quas ipsi ob deformitatem aut debilitatem exercere prohibentur, *pag.* 180. §. *Parochum.*

Secus vero ab illis, quas sine periculo et scandalo obire queunt, *ibid.*

Cæci, aut manum ineptam habentes Missam celebrare vetantur, *ibid.*

At confessiones excipere, sermonem ad populum habere, et alia id genus peragere queunt, *ibid.*

Dispensatio ab irregularitate conceditur prout corporis defectus, et Ecclesiæ utilitas exposcere videtur, *pag.* 224. §. *Quamquam.*

Facilius tamen promoto, quam promovendo solet indulgeri, *ibid.*

Dispensationi viam sternunt probati mores Oratoris, ac penuria Ministrorum, *pag.* 225. §. *In.*

Gravem haud parere videtur deformitatem sumptio Corporis et Sanguinis J. C. ope manus sinistræ, *ibid.*

Quemadmodum eruitur ex rubrica Ordinis Prædicatorum, *ibid.*

Concessa fuit dispensatio Parocho pauperi, qui dexterum brachium amiserat, *pag.* 181. §. *At.*

Item alteri Presbytero, qui dextero brachio uti nequibat, *pag.* 225. §. *In.*

Parocho, qui dexteri brachii usum amiserat, et linguæ hæsitantiam contraxerat, denegatur facultas celebrandi Missam, aliasque peragendi sacras functiones, *pag.* 181. §. *Negative in omnibus.*

Similiter S. Congr. minime dispensationem concedendam censuit Clerico, qui eum in dextero brachio contraxerat morbum, ut sacras cæremonias rite obire prohiberetur, *pag.* 225. §. *Severiorem*, *et pag.* 245. §. *Lisbonen.*

Vide *Infamia*,

JUS

Provisiones Apostolicæ aliorum jura numquam lædunt, *pag.* 242. §. *Quæ.*

JUSPATRONATUS

Ex jurepatronatu activo exurgit præsumptio passivi, *pag.* 60. §. *Idem.*

Præsertim ubi centenaria accedat observantia, *ibid.*

Latente fundatione, Beneficium præsumitur liberæ collationis, *pag.* 56. §. *Jam vero.*

Plurimi facienda est observantia

passivæ vocationis, *pag.* 60. §. *Idem.*
Aliquando tamen coactivam haud secumfert qualitatem, *pag.* 56. §. *Jam vero.*
Extincto Capitulo, Beneficia ejusdem patronatui obnoxia evadunt liberæ collationis, *ibid.*
Deficiente linea prædilecta, jus nominandi puellas ad subsidia dotalia devolvitur ad substitutum, *pag.* 155. §. *Verum.*
Vide *Nominatio.*

JUS PRIVATIVUM

Ex venia aliis personis concessa probatur jus privativum in eo, cujus exquiritur consensus, *pag.* 4. §. *Præterea.*
Vide *Venia.*

JUS SEPELIENDI

Vide *Sepultura.*

L E X

Nullius ponderis est lex Episcopi, quæ juri communi adversatur, *pag.* 177. §. *Denique.*
Secus tamen, quæ pœnas a jure communi inflictas exasperat, *ibid.*
Ad rectam legum interpretationem, vis ac potestas perpendatur oportet, *pag.* 282. §. *At.*
Legibus bene constitutis non est derogandum, *pag.* 292. §. *Illis.*
Ad abrogandam legem proferri debet consuetudo rationabilis et legitima, *pag.* 175. §. *Diuturnam.*
Vide *Consuetudo*, *Fundatio.*

LICENTIA

Vide *Venia.*

LITTERÆ DIMISSORIALES ET TESTIMONIALES.

Falsificantes litteras dimissoriales in suspensionem incidunt, *pag.* 222. §. *Quod.*
Vide *Ordinatio.*

MANDATUM

Qui a debitore mandatum ad exigendum accepit, in mandantem, non sequuta solutione, agere potest, *pag.* 37. §. *In themate.*

MATRIMONIUM

Coram Parocho, in cujus Parœcia alter ex sponsis habet domicilium et habitationem est contrahendum, *pag.* 272. §. *Quæritur.*
Secus sponsi inhabiles sunt ad contrahendum, *ibid.*
Nisi proprii Parochi, aut Ordinarii accesserit venia, *ibid.*

M I S S A

Episcopus jure suo decernit, ut Missa in Ecclesiis non parochialibus statuta dumtaxat hora celebretur, *pag.* 119. §. *Itaque.*
Ad augendos tenues Canonicatuum reditus conceditur Missarum, aliorumque onerum reductio, *p.* 108. §. *Verum.*
Tenues dicuntur reditus, si ad chorale servitium perferendum,

sentata 30. aut 40. ceteris subductis oneribus, non supersint, *ibid.*
Vide *Reductio.*

MISSA CONVENTUALIS

Missa Conventualis præcipua est pars divini officii, *pag.* 108. §. *Immerito*, *et pag.* 166. §. *Quum.*
Et ad illam ordinantur horæ canonicæ, *pag.* 108. §. *Immerito.*
Omnibus Canonicis Cathedralium et Collegiatarum Ecclesiarum onus incumbit applicationis Missæ Conventualis pro benefactoribus in genere, *pag.* 107. §. *Onus.*
Atque etiam illis, quibus imminet animarum cura, *pag.* 107. §. *Onus*, *et pag.* 275. §. *Quod.*
Etiamsi nullum ipsi in Collegiatæ erectione sibi quæsierint compendium, *pag.* 107. §. *Onus.*
Nec ab illo eos eximit redituum tenuitas, *pag.* 107. §. *Onus.*
Aut immemorabilis consuetudo, *ibid.*
Vel peculiaris fundatio sub lege certum celebrandi Missarum numerum, *ibid.*
Ob redituum tenuitatem conceditur Missarum aliorumque onerum reductio, *pag.* 108. §. *Verum.*
Vel reducitur onus applicationis ad dies festos etiam reductos, aut solum de præcepto, *pag.* 166. §. *Quum.*
At denegatur exemptio ab applicatione Missæ Conventualis, *pag.* 109. §. *Ad I.*
Canonici Curati ob redituum tenuitatem aliquando eximuntur ab onere canendi et applicandi Missam Conventualem, *pag.* 276. §. *Ad V.*

NOMINATIO

Ad legitimam nominationem omnes patroni rite sunt evocandi, *pag.* 54. §. *Arbitratur.*
Vel omnes adesse debent, ut nominatio collegialiter fiat, *ibid.*
Et nec concussionibus, nec minis extorquenda, *ibid.*
Ad nominationem explendam quatuor mensium spatium tribuitur patronis laicis, *pag.* 55. §. *Quum.*
Quadrimestre tempus elabitur a die habitæ notitiæ vacationis, *pag.* 59. §. *Neque.*
Quadrimestri elapso, jus nominandi devolvitur ad Ordinarium, *pag.* 55. §. *Quum.*
Ad impediendam devolutionem satis non est nominatio, sed insuper requiritur præsentatio facienda, coram Ordinario *pag.* 54. §. *Arbitratur.*
Eaque, antequam elabatur quadrimestris terminus, *ibid.*
Præsentatio nominationis fieri potest etiam per Procuratorem, *pag.* 54. §. *Arbitratur.*
Mandatum vero in actis Curiæ exhibere tenetur, *pag.* 54. §. *Arbitratur.*
Præsentatio fieri potest per litteras, ac etiam voce, *pag.* 47. §. *At Sacerdos.*
Nominatus potest Episcopo præsentationem exhibere, *pag.* 47. §. *At Sacerdos.*
Quia ad procuratoris munus censetur constitutus, *ibid.*
Legitime impedito haud elabitur

qui trimestris terminus, *pag.* 55. §. *Quum.*

Secus illis, qui propria culpa impedimenta avertere negligunt, *ibid.*, *et pag.* 59. §. *Hisce.*

Exclusa patronorum negligentia, quadrimestre tempus exorditur a die, qua nominationis nullitas proclamatur, *pag.* 59. §. *Hisce.*

Et nova patronis convenit nominandi facultas, *ibid.*

Ille nominatus intelligitur, in quem major convenerit patronorum pars, *pag.* 47. §. *At.*

Is inter nominatos, qui æquo censentur jure, est præferendus, qui dignior perspicitur, et prærogativa a fundatore præstituta donatur, *pag.* 126. §. *Verum.*

Nemo potest se ipsum nominare, *pag.* 54. §. *Arbitratur.*

Ejus denunciatio coram episcopali Curia, qui ad Beneficium passive vocatur, veluti expressa sui nominatio et præsentatio habetur, *pag.* 59. §. *Hisce.*

Ex jure patronatu activo exurgit præsumptio passivi patronatus, *pag.* 60. §. *Idem.*

Ultimus status observantiæ centenariæ cohærens passivum jus luculenter probat, *pag.* 60. §. *Idem.*

Plurimi facienda est centenaria observantia passivæ vocationis, *pag.* 60. §. *Idem.*

Et vel ipsum fundationis sensum detorquere potest, *ibid.*

Deficiente linea ad nominandum vocata, jus nominandi puellas devolvitur ad substitutum, *pag.* 155. § *Verum.*

Non autem ad consanguineos testatoris ex prædilecta linea minime descendentes, *ibid.*

Aliquando indulgetur, ut pueri patronorum filii nominentur ad Beneficia, *pag.* 31. §. *Plurima*, *et pag.* 152. §. *Eoque.*

Vide *Patronus*, *Vicarius Curatus*

ORDINATIO

Nulli Episcopo licet quempiam sibi non subditum ad Ordines promovere, *pag.* 82. §. *Verum.*

Subditus autem quisque efficitur aut ratione originis, aut domicilii, aut beneficii, aut familiaritatis, *ibid.*

Ad acquirendum domicilium requiritur decennalis habitatio, *ibid.*

Vel considerabile tempus cum instructis ædibus, ac translatione bonorum, *ibid.*, *et pag.* 79. §. *Duo.*

Ac præterea in utroque casu juramentum ibidem perpetuo manendi, *pag.* 82. §. *Verum.*

Ut Episcopus extraneum ordinare queat, indiget litteris dimissorialibus proprii Episcopi, *pag.* 83. §. *Et.*

Secus Ordinans et Ordinatus incidunt ipso facto in suspensionem, *ibid.*

Ille a collatione Ordinum per annum, *ibid.*

Hic a susceptorum Ordinum exercitio, donec proprio Episcopo videbitur, *ibid.*

Dimissoriales litteræ nuncupantur, quæ facultatem exprimunt, ut alter Episcopus valeat extraneo Ordines conferre, *pag.* 83. §. *Neque.*

Litteræ proprii Episcopi, ut suus subditus cooptari possit inter Clericos alterius Diœcesis, non

sufficiunt pro Ordinum collatione ab hujus Diœcesis Episcopo peragenda, *pag.* 83. §. *Neque, et pag.* 89. §. *Ad I.*

Episcopus domicilii ad conferendos Ordines indiget litteris testimonialibus Episcopi originis, *pag.* 84. §. *Præterea.*

Episcopus vero Beneficii iisdem indiget litteris tam Episcopi originis, quam domicilii, *ibid.*

Testimoniales litteræ dantur, ut Episcopo Ordinanti innotescant integri mores, idonea ætas, et legitimi natales, *pag.* 81. §. *Nec, et pag.* 84. §. *Præterea.*

Atque eæ tantum nuncupantur, quæ fidem perhibent, Clericum dignum esse, cui tales Ordines conferantur, *ibid.*

Reliquæ autem litteræ nulla facta mentione de Ordinibus conferendis, minus pares sunt pro Ordinum collatione, *ibid.*

Interdicta est viri ordinatio, nisi uxor solemnia emittat Religionis vota, *pag.* 250. §. *Quod.*

Imò vir ordinibus, nec prima tonsura nequit initiari, nisi et ipse religiosam vitam amplectatur, *ibid.*

Valida est ordinatio eorum, qui furtive Ordines suscipiunt, *pag.* 219. §. *Episcopi.*

Quamvis Episcopus utens verbis Pontificalis Romani prohibuisset, ne quisquam indignus ad Ordines recipiendos accederet, *ibid.*

At si aliis utatur verbis, ac declaret, sibi non esse intentionem ordinandi irregulares, aliosque indignos, invalida est ordinatio, *pag.* 220. §. *Verum.*

Nisi ex Episcopi testimonio liqueat, suam ipse ante ordinationem revocasse intentionem, *ibid.*

Eique hac super re omnino fides adhibenda, *pag.* 221. §. *Porro.*

Ubi autem res in ambiguo versetur, reiteranda est Ordinatio sub conditione, *pag.* 220. §. *Verum.*

Qui furtive ordinantur, incidunt in suspensionem ab exercitio susceptorum Ordinum, *pag.* 222. §. *Quod.*

Vide *Conversio Conjugatorum.*

ORDINES.

Ad Canonicatum in Ecclesia Collegiata assequendum satis est Tonsura ac ætas quatuordecim annorum, *pag.* 161. §. *Ab.*

Nisi aliter lege fundationis aut consuetudine cautum fuerit, *pag.* 162. §. *At.*

Quando autem conjiciatur, fundatorem Ordines majores in Canonico postulasse, traditur *pag.* 162. §. *At, et seq.*

Non requiritur, ut Canonicus sit actu Presbyter, si fundator vocaverit Presbyterum, seu futurum Clericum, *pag.* 163. §. *Quin.*

Parochus intra annum Presbyteratum recipere negligens incidit ipso jure in pœnam privationis Paræciæ, *pag.* 160. §. *Qui.*

Secus Canonici, *ibid.*, *et pag.* 215. §. *Verum.*

Vide *Canonici.*

PAROCHUS

Una Parœcia duos habere nequit veros Parochos, *pag.* 8. §. *At.*

Ad Parochum spectat jus benedicendi cadavera parochianorum, *pag.* 4. §. *Nullo.*

Item benedictio domorum in Sabbato Sancto, *pag.* 5. §. *Ad munus.*

Nisi obstet consuetudo vel pactio cum Capitulo, *pag.* 13. §. *Ad I. et II. III.*

Parochus tenetur intra annum a die adeptæ possessionis Presbyteratum suscipere, *pag.* 160. §. *Qui.*

Secus ipso jure privatur Parœcia, *ibid.*

Parochus semel probatus non debet ad novum examen ab eodem Episcopo revocari, *pag.* 169. §. *Decretum.*

Nisi accedente imperitiæ suspicione, *pag.* 171. §. *At vero.*

Secus dicendum de Episcopo successore, *ibid.*

Qui novum pro suo lubitu potest Parocho indicere examen, *pag.* 171. §. *At vero.*

Quia ipsi numquam constitit de Parochi scientia et moribus, *ibid.*

Parochis illiteratis Vicarium constituere possunt Episcopi, *pag.* 173. §. *Constituto.*

Illumque, si renuat, suspendere queunt, *ibid.*

Vide *Ecclesia.*

PAROECIA

Una Parœcia duos habere nequit veros Parochos, *pag.* 8. §. *At*

A Parœciarum unione et dismembratione abhorrent sacri canones, *pag.* 139. §. *Nonnulla.*

Et ad novæ Parœciæ erectionem non est deveniendum, si per Capellanum, qui administret Sacramenta in Ecclesia succursali, fidelibus satis prospici queat, *ibid.*, *et pag.* 231. §. *At.*

Nova Parœcia erigitur ob locorum distantiam sive difficultatem, *pag.* 138. §. *Novæ*, *et pag.* 230. §. *Synodus.*

Alterutra tamen sufficit, *pag.* 138. §. *Novæ.*

Jure cautum non est, quanta esse debeat distantia, *ibid.*

Ea tamen satis habetur, quæ in secundo consistit lapide, *ibid.*

Nova Parœcia ex reditibus Ecclesiæ matricis dotanda, *pag.* 232. §. *Nihilominus.*

Parœciæ dismembrationem passæ exhibendus est aliquis honor, *pag.* 139. §. *Nihilominus*, *pag.* 272. §. *Quæritur.*

Ex veteri disciplina populus ad Ecclesiam parochialem convenire deberet, *pag.* 118. §. *Si vetus.*

Hodie potius hortandus, quam compellendus, *ibid.*

Quo tempore celebratur Missa parochialis, in aliis Ecclesiis Missa licite offertur, *pag.* 119. §. *Itaque.*

Nisi Episcopus aliter decreverit, *ibid.*

Vide *Cura*, *Ecclesia.*

PATRONUS

Sacra Congregatio benignam se præbet erga Beneficiorum patronos, *pag.* 31. §. *Plurima.*

Hinc nonnumquam indulsit, ut pueri ad Beneficia nominarentur, *ibid.*

Vel saltem ut suspenderetur collatio, donec legitimam attingerent ætatem, *ibid.*, *et pag.* 125. § *Et sane.*

Ac interea fructus bonorum in proprium levamen, vel studiorum causam insumerent, *pag.* 31 §. *Plurima.*

Imo aliquando concedit suspensionem collationis, quamvis nominatus inopia non prematur, sed adsit Sacerdotum penuria, *pag.* 32. §. *Videant*, *et pag.* 216. §. *Eamdem.*

Ad nominationem collegialiter faciendam omnes patroni sunt evocandi, *pag.* 54. §. *Arbitratur.*

Patronis laicis quadrimestre tribuitur ad explendam nominationem, *pag.* 55. §. *Quum.*

Patronis nefas est immutare fundationem, et onera augere, *pag.* 56. §. *Jam vero.*

Deficiente linea ad nominationem vocata, jus nominandi puellas devolvitur ad substitutum, *pag.* 155. §. *Verum.*

Non autem ad consanguineos testatoris ex prædilecta linea minime descendentes, *ibid.*

Vide *Nominatio.*

PENSIO

Pensiones sine justa causa non sunt imponendæ, *pag.* 74. §. *Nihilominus.*

Et Clerico inopi, aut de Ecclesia benemerito concedendæ, *ibid.*

Sed moderatæ esse debent, *ibid.*

Ut Beneficiatus suæ tuitioni prospicere, et onera sustinere valeat, *ibid.*

Sedes Apostolica super quibuscumque Beneficiis pensionem imponere potest, *pag.* 73. §. *Notissimæ.*

Atque etiam super Beneficiis tam activo, quam passivo patronatui subjectis, *ibid.*

Quin opus sit patronorum consensu, *ibid.*

Nec derogatione patronatui, *ibid.*

Ac sufficit, Pontificem non ignorasse qualitatem activi et passivi patronatus, *ibid.*

Tonsuram et habitum clericalem deferre non tenentur illi, quorum pensio annua ducata aurea sexaginta non excedit, *pag.* 212. §. *Imo.*

PRÆBENDA POENITENTIARIA, ET THEOLOGALIS.

Ad tenues augendos earumdem præbendarum fructus permittitur Beneficiorum unio, *pag.* 122. §. *Sacri*, *et pag.* 286. §. *Ad I.*

Etiam post illarum erectionem, *pag.* 122. §. *Sacri.*

Exigui dicuntur reditus, qui, comprehensis quotidianis distributionibus, saltem ad scutata sexaginta non ascendunt, *ibid.*

Deficientibus Beneficiis simplicibus conceditur Missarum reductio, *pag.* 123. §. *At*, *et pag.* 286. §. *Ad II.*

Canonicus Theologus et Pœnitentiarius officium exercent, *pag.* 292. §. *Illis.*

Atque ex sacrorum canonum jure nulla gaudent præeminentia, vel dignitate, *ibid.*
Vide *Dignitas.*

PRÆEMINENTIA

In dirimendis præeminentiarum quæstionibus plurimum defertur consuetudini, *pag.* 12. §. *Denique.*
Vide *Capitulum.*

PRIVATIO

Beneficiis privantur qui Tonsuram et habitum clericalem non deferunt, *pag.* 212. §. *Imo.*
Item privantur Coadjutoria, qui ob admissa crimina perpetuo exilio mulctantur, *in Romana 20. Novembris inter supplices libellos relata.*

PROCURATOR

Præsentatio nominationis Episcopo intra quadrimestre facienda rite expletur per procuratorem, *pag.* 54. §. *Arbitratur.*
Ipse nominatus censetur procurator constitutus ad peragendam præsentationem, *pag.* 47. §. *At Sacerdos.*

PROVISIONES APOSTOLICÆ

Provisiones Apostolicæ nec aliorum lædunt jura, nec Beneficiorum immutant statum, *pag.* 242. §. *Quæ.*

REDUCTIO

Denegatur Missarum reductio, si reditus pares sint cunctis ferendis oneribus, *pag.* 235. §. *Oblatis.*
Conceditur, si reditus pares non sint cunctis ferendis oneribus, *pag.* 123. §. *At.*
Item ad exiguos augendos Canonicatuum reditus, *pag.* 108. §. *Verum, et pag.* 123. §. *At.*
Quinam dicantur exigui reditus, traditur *pag.* 108. §. *Verum*, *et pag.* 122. §. *Sacri.*
Ad augendos Hospitalium reditus Missarum onera reducuntur, *pag.* 201. §. *Et, pag.* 236. §. *Attamen.*
Ac etiam supprimuntur, *pag.* 201. §. *Et.*
Vel eisdem hospitalibus uniuntur bona in dotandas puellas, aut in alios pios usus relicta, *pag.* 236. §§. *Attamen.*

RELIGIO

Conjugibus aliquando licitum est solemnia Religionis vota nuncupare, *pag.* 249. §. *Neutri.*
Vide *Conversio Conjugatorum.*

RESIDENTIA

Canonici honorarii residentiæ lege non obstringuntur, *pag.* 113. §. *Et sane.*
Secus veri Canonici Collegiatæ Ecclesiæ, *pag.* 114. §. *Verum.*
Etiamsi Collegiata non sit insignis, *ibid.*

Dummodo non sit ruralis, prorsus destituta, et adsit consuetudo non residendi, *ibid.*

Ad residentiam non tenentur Canonici exiguum fructum ex beneficio percipientes, *pag.* 114. §. *Denique.*

Contrarium traditur *pag.* 114. §. *Verum.*

Residere dicuntur, qui in civitate, vel in suburbiis degunt, *pag.* 185. §. *Ex.*

Vel intra civitatis territorium commorantur, *ibid.*

SENECTUS

Senectus annorum numero non est computata, *pag.* 253. §. *Verumtamen.*

Ac potius ex valetudine et viribus æstimatur, *ibid.*

SEPULTURA

Cunctæ Ecclesiæ parochiales gaudent jure sepeliendi, *pag.* 47. §. *Tandem*, *pag.* 128. §. *Tota*, *et pag.* 272. §. *Quæritur*

Reliquæ Ecclesiæ jus illud adipiscuntur ex privilegio Sedis Apostolicæ, *pag.* 47. §. *Tandem*, *et pag.* 280. §. *Jam.*

Aut venia Episcopi, vel ejus, qui ordinaria gaudet jurisdictione, *pag.* 47. §. *Tandem*, *et pag.* 280. §. *Jam.*

Ex jure sepeliendi alicui Ecclesiæ impertito duo consequuntur, *pag.* 42. §. *Jam vero.*

Primum quod cadavera recto tramite ad Ecclesiam tumulantem sint deferenda, *ibid.*

Quamvis antea ad Ecclesiam parochialem deferri consuevissent, *ibid.*

Alterum, quod omnia funeris emolumenta ad Ecclesiam sepelientem spectent, *ibid.*, *et pag.* 279. §. *Ad.*

Deinpta quarta pro Parocho, *pag.* 42. §. *Jam vero.*

Jura enim Parochi defuncti posita sunt in exactione quartæ funeralis, *pag.* 42. §. *Jam vero*, *et pag.* 283. §. *Frustra.*

Ac in funebri officio in Ecclesia tumulante peragendo, *pag.* 42. §. *Jam vero.*

Dummodo defunctus esset eidem Parocho subjectus, *pag.* 42. §. *Jam vero*, *et pag.* 283. §. *Frustra.*

Et Ecclesia, vel Oratorium sepeliens positum sit intra limites Parœciæ ipsius Parochi, *pag.* 42. §. *Jam vero.*

Nullaque a parochiali jurisdictione polleat exemptione, *ibid.*

Hæc vim suam obtinent, etiamsi Episcopus jus sepeliendi Ecclesiæ sodalitatis concesserit, salvis juribus Parochialibus, *pag.* 42. §. *Jam vero*, *pag.* 283. §. *Frustra*, *et pag.* 285. §. *Ad I. et II.*

Latum intercedit discrimen inter jus tumulandi, et veniam Episcopi, ut cadaver post funebres ritus in aliqua potius Ecclesia, quam in publico sepulcreto tumulo condatur, *pag.* 44. §. *Verum*, *et pag.* 279. §. *Ad.*

Primo quidem casu omnia ad Ecclesiam, quæ ejusmodi gaudet jure, spectant funeris emolumenta, atque alia jura, quæ Ecclesiarum sepelientium sunt pro-

pria, *pag.* 44. §. *Veram*, *et pag.* 279. §. *Ad.*

Secundo autem casu omnia funeris emolumenta pertinent ad Parochum defuncti, *pag.* 44. §. *Secus*, *et pag.* 70. §. *Fabrianen. ad II.*

Etiamsi corpus in eadem Ecclesia exponatur, *pag.* 44. §. *Secus.*

Quartam funeralem persolvere nequit Ecclesia, quæ caret jure sepeliendi, *pag.* 282. §. *At.*

Quia quarta est portio emolumentorum, quæ Ecclesiæ tumulanti obveniunt occasione funeris, *ibid.*

Ubi funus peractum non fuerit in Ecclesia tumulante, emolumenta non pertinent ad Ecclesiam sepelientem, *pag.* 44. §. *Verum.*

Neque ad Ecclesiam exponentem, *ibid.*

Sed ad Ecclesiam Parochialem defuncti, *ibid.*

Jus tumulandi aliquando Ecclesiæ conceditur pro sodalibus tantum, *pag.* 45. §. *Porro*, *et pag.* 128. §. *Tota.*

Tunc autem non omnium sed illorum tantum sodalium cadavera ibidem tumulantur, qui sibi in eadem Ecclesia sepulturam elegerint, *pag.* 45. §. *Porro*, *et pag.* 280. §. *Jam.*

Cuique licet eligere sibi sepulturam in quacumque Ecclesia, *pag.* 128. §. *Tota*, *pag.* 131. §. *Sed*, *et pag.* 272. §. *Quæritur.*

Dummodo eligens in legitima sit ætate constitutus, nec ullo jure prohibeatur, *pag.* 128. §. *Tota.*

Et Ecclesia gaudeat jure sepeliendi, *ibid.*

Electio sepulturæ rite probanda est, *pag.* 129. §. *Porro.*

Fieri potest etiam per nutus et signa, *pag.* 131. §. *Sed.*

Satis probatur per duos testes, *ibid.*, *et pag.* 132. §. *Præterea.*

Ac per scripturam ipsa morientis manu scriptam, vel subscriptam, *pag.* 131. §. *Sed.*

Verum satis non est, morientem expressisse suum votum coram testibus, *pag.* 130. §. *Ceterum.*

Sed explicitus requiritur deliberatæ voluntatis actus, *ibid.*

Ex edictali lege Emi Urbis Vicarii electio sepulturæ fieri debet per publica acta, *pag.* 129. §. *Jam.*

Vel coram duobus testibus, *ibid.*

Quorum neuter pertineat ad Ecclesiam tumulantem, *ibid.*

Sed per ejusmodi edictum non improbatur electio sepulturæ, per testamentum olographum, *pag.* 132. §. *Neque*, *et pag.* 207. §. *Ex hactenus.*

Licet invalidum, nullisque solemniis munitum, *pag.* 132. §. *Neque.*

Ubi invalida est sepulturæ electio, defunctus tumulari debet in Ecclesia parochiali, *pag.* 130. §. *Quamobrem.*

Adeamque pertinent omnia funeris emolumenta, *pag.* 130. §. *Quamobrem.*

Imo cadaveris exhumationi locus est, *pag* 133. §. *Si.*

Licet aliquando Sac. Congregatio aliter decreverit, *ibid.*

Ne defunctorum ossa vexentur, *ibid.*

SERVITIUM CHORI

Ob aeris inclementiam reducitur servitium Chori æstivo tempore, *pag.* 86. §. *Grossetana.*

SIMONIA

In dubio standum est pro exclusione simoniæ, *pag.* 66. §. *Ad.*

Aliquod munusculum non probat simoniam, *ibid.*

Socii criminis et muneris nullam merentur fidem, *ibid.*

In Capellania laicali locum non habet simoniæ crimen, *pag.* 67. §. *Munus.*

SODALITAS

Vide *Sepultura.*

SPONSALIA

Qui fidem de matrimonio contrahendo dederunt, eam servare tenentur, *pag.* 262. §. *Tametsi.*

Si tamen pure et sine omni conditione Sponsalia contraxerint, *ibid.*

Sed mutuo consensu dissolvi possunt, *ibid.*

Imo, ubi aliqua occurrat causa, unus ex sponsis, altero invito, potest à data fide resilire, *ibid.*

Licet sponsalia jurejurando fuerint roborata, *ibid.*

Prudentis judicis est perpendere, quænam sit justa causa, *ibid.*

Disparitas conditionis, dissensus consanguineorum, ac gravis bonorum jactura rationabilem suppeditant causam, *pag.* 262. §. *Porro.*

Litis quoque contestatio, et inimicitiæ inter justas causas enumerantur, *ibid.*

Quia Ecclesia potius monet, quam cogit sponsos invitos, *pag.* 262. §. *Tametsi.*

Aliquando vero renuens vir, ut reparet jacturam, quam pertulit sponsa, damnatur ad aliquam eidem pendendam pecuniæ vim, *pag.* 263. §. *Quod.*

STATUTUM

Statutum Cleri Romani haberi solet pro lege, et normam Episcopis tribuere debet, *pag.* 44. §. *Verum.*

SUBSIDIA DOTALIA

Dotes pro nuptiis spiritualibus relictæ non sunt tribuendæ matrimonium carnale inire cupientibus, *pag.* 150. §. *Si.*

Multoque minus cumulus dotium concedendus *ibid.*

Etiamsi agatur de puellis cum testatore sanguine conjunctis, *ibid.*

Aliquando tamen Sacer Ordo indulgentia usus est cum puellis, *pag.* 151. §. *Verum*, *et pag.* 156. §. *Animadvertere.*

Si ipsæ essent consanguineæ testatorum, pauperes, et ad subsidia dotalia incertæ puellæ vocarentur, *pag.* 151. §. *Verum.*

Idque ex ordinata charitate, et præsumpta testatorum voluntate, *pag.* 151. §. *Verum.*

Imo nonnumquam concessit cumulum, quamvis puellæ in tenera versarentur ætate, *pag.* 152. §. *Eo minus.*

Et quamvis matrimonium carnale forsitan essent celebraturæ, *pag.* 152. §. *Eoque minus.*

Ex verosimili testatoris voluntate puellæ consanguineæ sunt extraneis præferendæ, *pag.* 156. §. *Animadvertere.*

Deficiente linea prædilecta, jus nominandi puellas ad subsidia dotalia devolvitur ad substitutum, *pag.* 135. §. *Verum.*

SUBURBIA

Suburbiorum nomine veniunt continentia et aedificia civitati contigua *pag.* 185. §. *Ex.*

Imo in favorabilibus etiam villae, quae intra territorii ambitum continentur, et magistratu civitatis reguntur, *ibid.*

SUPPRESSIO

Ea, quam Gallorum tempore passa sunt Capitula, suppressio, potius bonorum spolium, quam vera suppressio dicenda est, *pag.* 194. §. *Canonicadem.*

Secus vero, si eam ratam habuerit Sedes Apostolica, *pag.* 195. §. *Sed.*

Et beneficia patronatui Capituli obnoxia evadunt liberae collationis; *ibid.*

SUSPENSIO

In suspensionem incidunt, qui furtive ordinantur, *pag.* 222. §. *Quod.*

Item qui conficto, vel non sufficienti titulo ordinem recipiunt *ibid.*

Nec non falsificantes litteras dimissoriales, *ibid.*

TESTAMENTUM

Dubia testamenti existentia nullum parit effectum, *pag.* 204 §. *Ita*

Et ne causae quidem piae suffragatur, *ibid.*

TESTIS

Socii criminis nullam merentur fidem, *pag.* 65. §. *Ad.*

TONSURA

Beneficio praediti tonsuram et habitum clericalem gestare tenentur, *pag.* 212. §. *Imo.*

Et qui cum effectu non obediunt, ipso facto privantur beneficio, et pensione, ipsa Constitutionis Sixtinæ serie, *ibid.*

Quin ulla alia opus sit monitione, aut judicis decreto, *ibid,*

Et fructus nec suos facere, nec eos retinere possunt, *pag.* 213. §. *Ad hæc:*

Hujusmodi nihilominus poenas non contrahunt, qui gaudent pensione ducata aurea sexaginta quotannis non excedente, *pag.* 212 §. *Imo,*

Secus vero, qui tenui Canonicatu, aut Beneficio fruuntur, *ibid.*

TRANSACTIO

Transactio super re dubia versatur, *pag.* 191. §. *Ea.*

Ab utraque parte aliquid remitti debet, *ibid.*

TRANSLATIO

Justa intercedente causa, tribuitur Missarum translatio, *pag.* 123. §. *Translatio.*

Idem animabus obvenit suffragium sive in una, sive in altera Ec-

clesia incruentum offerantur Sacrificium, *pag.* 123. §. *Translatio.*

Denegatur translatio, si in altri et Ecclesia a testatore designata impleri legata possint, *pag.* 199. §. *Jam vero.*

Irrita est translatio legati sine Apostolicae Sedis venia, *pag.* 201. §. *Nec*

TUTOR

Litium impendia suo ære reficere tenentur tutores et curatores, qui injustas tuentur pupillorum lites, *pag.* 37. §. *Jam vero.*

U N I O

Sacri canones abhorrent a Beneficiorum unione, *pag.* 122. §. *Sacri*, *pag.* 139. §. *Nonnulla*

Ne divinus Ecclesiarum cultus imminuatur *pag.* 122. §. *Sacri.*

Nisi tamen adsit rationabilis causa *ibid.*

Rationabilem præbet causam tenuitas redituum præbendae Pœnitentiariæ, aut Theologalis, *ibid.*

VACATIONES CHORALES

Tridentini Patres trium mensium vationes a choro et a residentia cunctis Canonicis indulgent, *pag.* 51. §. *Attamen.*

Nisi constitutiones longius servitii tempus requirant, *ibid. et pag.* 177. §. *Denique.*

Aut contraria vigeat consuetudo, *pag.* 51. §. *Oratorum*, *et pag.* 183. §. *S. Concilium.*

Servanda est constitutio, quæ graviorem illegitime absentibus pœnam infligit, quam quæ a Tridentinis Patribus præscribitur, *pag.* 177. §. *Denique.*

Eosque privat omnibus ejusdem anni fructibus, *pag.* 179. §. *Ad I. et II.*

Sacra Congregatio trium mensium vacationes justa intercedente causa concedere solet, *pag.* 51. §. *Verum*, pag 183. §. *Sed.*

Imo aliquando indulget, ut Canonici per alternas hebdomadas inserviant, *pag.* 51. §. *Verum.*

Justam præbet causam æris insalubritas, ac redituum imminutio, *ibid.*

Ne tamen intempestiva Canonicorum absentia divinus cultus aliquid patiatur detrimentum, quædam præscribuntur conditiones, *pag.* 51. §. *Verum.*

Ac præsertim ne Canonici eodem tempore absint ultra tertiam partem *ibid.*

Et ne vacationes contingant tempore Adventus, vel Quadragesimæ, *ibid. et pag.* 184. §. *Sed*

Qui tamen absunt etiam tempore vacationum, amittunt quotidianas distributiones, *pag.* 52. §. *Si Emi.*

Vide *Distributiones.*

VENIA

Ex licentia alicui personae impertita conjicitur privativa possessio in eo, cujus exquiritur consensus, *pag.* 4. §. *Itaque.*

Contrarium aliquando suadere posset perceptio emolumentorum in iis, qui veniam impetrare

consueverunt *pag.* 10. §. *Jam vero*, *et pag.* 13. §. *Ad II.*

VICARIUS CURATUS

Vicarii Curati instituendi sunt ad nominationem illorum, quorum Beneficio, vel Collegio parochiales Ecclesiæ reperiuntur unitæ, *pag.* 3. §. *Præterea.*

Coadjutores, et Vicarii nuncupantur, si pluribus commissa sit unius Parœciae cura, *pag.* 8. §. *At.*

Vel alia praesto sint argumenta, de quibus *pag.* 9. §. *Ex.*

VIGESIMA

Vide *Emptio.*

VISITATIO

Episcopo licet visitare Ecclesias quomodocumque exemptas, *pag.* 144. §. *Quamobrem.*

Et opportunis juris remediis providere, ut reparentur, *ibid.*

Etiam per sequestrationem fructuum, *ibid.*

VOLUNTAS

Testatorum voluntas est religiose servanda, *pag.* 21. §. *Jam pag.* 124. §. *Verum*, *pag.* 198. §. *Hisce pag.* 235. §. *Oblatis*, *et pag.* 289. §. *Oratorum.*

Nec est eis derogandum, *pag.* 32. §. *Verum*, *et pag.* 196. §. *Latet.*

Aut in æquale, vel in melius immutandæ, *pag.* 198. §. *Hisce.*

Præsertim si commutatione alterius jus læderetur, *pag.* 199. §. *Verum.*

Secus fideles a piis legatis scribendis abducerentur, *pag.* 198. §. *Hisce.*

Nisi justa aut urgens subsit causa, *pag.* 32. §. *Verum. et pag.* 289. §. *Verum.*

Justam præbet causam gravis heredum paupertas, eorumque cum testatore consanguinitas, *pag.* 289. §. *Verum.*

Item egestas loci pii, *pag.* 200. §. *At.*

Præcipue Hospitalium, *ibid.*

Quia spectat levamen pauperum, pro quibus ipsa alienantur vasa sacra, *ibid.*

Ad levamen Hospitalium reducuntur Missæ; ac etiam supprimuntur, *pag.* 201. §. *Et.*

Piæ defunctorum voluntates commutari nequeunt, nisi ab Sede Apostolica, *pag.* 290. §. *Quin.*

Voluntatis commutatio modo denegatur, modo conceditur, prout postulant rerum adjuncta *pag.* 280. §. *Verum.*

VOTUM

Castitatis votum emittere conjuges non prohibentur, *pag.* 249. §. *Neutri.*

Si communi consilio id egerint, *ibid.*

Vide *Conversio Conjugatorum.*

V O X

Canonici in sacris non constituti carent voce in Capitulo, *pag.* 161. §. *Ab.*

F I N I S

THESAURUS
RESOLUTIONUM
SAC. CONGREGATIONIS
CONCILII

QUÆ CONSENTANEE AD TRIDENTINORUM PP. DECRETA, ALIASQUE CANONICI JURIS SANCTIONES

MUNUS

SECRETARII EJUSDEM SAC. CONGREG.

OBLUNTE USQUE AD DIEM 30 SEPTEMBRIS

EMO ET RMO DOMINO

CARD. JOSEPHO ANTONIO SALA

DEINDE VERO

R. P. D. PAULO POLIDORIO

PRODIERUNT IN CAUSIS SUB ANNO 1831

PROPOSITIS

EPISCOPIS, EORUMQUE VICARIIS, CAUSARUM PATRONIS AC ALIIS IN ECCLESIASTICO FORO VERSANTIBUS APPRIME UTILIS ET NECESSARIUS

TOMUS XCI

TRIPLICI

INDICE LOCUPLETATUS

ROMÆ MDCCCXXXII

Ex Typographia Rev. Cam. Apostolica

THESAURUS
RESOLUTIONUM
SUÆ DOMINATIONIS
CONSILII

INDEX

ALPHABETICUS CAUSARUM

Quæ in Sacra Congregatione Concilii propositæ fuerunt anno 1831 per diœceses dispositus.

A

Alatrina Servitii Chori 3 Decembris pag. 319.

Albanen. Servitii Choralis 18 Junii pag. 180, et 30 Julii pag. 187.

Alben. Commutationis Voluntatis 3 Decembris pag. 299.

Albinganen. Reductionis Missarum 26 Martii pag. 2.

Amerina Decimarum 23 Aprilis pag. 72.

Arboren. Condonationis 18 Junii pag. 171.

Arboren. Pensionis 18 Junii pag. 168.

Aretina Condonationis 14 Maji pag. 131.

Ariminen. Suppressionis Parœciæ et Erectionis Canonicatus 17 Septembris pag. 288, et 3 Decembris pag. 297.

Asten. Incompatibilitatis 17 Septembris pag. 279.

B

Bobien. Canonicatuum 14 Maji pag. 108.

Bononien. Capellaniæ 23 Aprilis pag. 82.

Bononien. Transactionis 30 Julii pag. 204.

Brictinorien. Pensionis 27 Augusti pag. 237.

Brugnaten. Reductionis 27 Augusti pag. 247, et 17 Septembris pag. 252.

C

Calaritana Onerum 17 Septembris pag. 266.

Casalen. Reductionis et Commutationis Voluntatis 26 Martii pag. 59.

Caven. Unionis 27 Aprilis pag. 79.

Civitatis Castellanæ Reductionis et Dispensationis 30 Julii pag. 213, et 27 Augusti pag. 223.

Cæsenaten. Legati Pii 23 Aprilis pag. 91.

F

Fabrianen. Jurium et Emolumentorum 30 Julii pag. 188.

Fabrianen. Canonicatus 3 Decembris pag. 310.

Ferentina Sacræ Visitationis 27 Augusti pag. 227.

Firmana Canonicatus 23 Aprilis pag. 87.

Firmana Transactionis 14 Maji pag. 127.

Florentina Vacationum 18 Junii pag. 176, et 30 Julii pag. 187.

Forosempronien. Capellaniæ 26 Martii pag. 51.

I

Januen. Reductionis 23 Aprilis pag. 100, et 14 Maji pag. 107.
Imolen. Dignitatum 26 Martii pag. 1.
Imolen. Prioratus 26 Martii pag. 44.
Ipporegien. Servitii Chori 26 Martii pag. 65, et 23 Aprilis pag. 71.

L

Lucana Incompatibilitatis 23 Aprilis pag. 96, et 14 Maji pag. 107.
Lunen. Sarzanen. Reductionis 17 Septembris pag. 293, et 3 Decembris pag. 297.

M

Maceraten. Mediæ Annatæ 14 Maji pag. 143, et 18 Junii pag. 151.
Maceraten. Reductionis Missarum 14 Maji pag. 147, et 18 Junii pag. 151.
Maurianen. Servitii Chori 18 Junii pag. 164.
Melevitana Obsequiorum Matrimonialium 18 Junii pag. 152.
Mutinen. Reductionis et Commutationis 26 Martii pag. 69, et 23 Aprilis pag. 71.

N

Neapolitana Nullitatis Ordinis 17 Septembris pag. 252.
Nepesina Legati Pii 26 Martii pag. 26.
Nullius S. Martini Suspensionis Nominationis et Absolutionis 30 Julii pag. 209.

P

Perusina Subsidiorum Dotalium 17 Septembris pag. 283.
Pontis Curvi Reædificationis Ecclesiæ 3 Decembris pag. 315.

R

Recanaten. 17 Septembris pag. 262.
Regien. Beneficii 3 Decembris pag. 324.
Romana seu Montis Politiani Legatorum 18 Junii pag. 157.
Romana et Januen. Legati 26 Martii pag. 2.

S

Senen. 27 Augusti pag. 242, et 17 Septembris pag. 251.
Senogallien. Reductionis Canonis 27 Augusti pag. 230.
Sorana Suspensionis Nominationis 3 Decembris pag. 304.
Spoletana Missæ pro Populo 14 Maji pag. 135.
Suessana Condonationis 30 Julii pag. 219, et 27 Augusti pag. 224.

T

Tarentina Reductionis Missarum 30 Julii pag. 215, et 27 Augusti pag. 224.
Terracinen. et Privernen. Capellaniæ 30 Julii 197.

U

Urbinaten. Canonicatus 27 Augusti pag. 225, et 3 Decembris pag. 298.

V

Verulana Pensionis 14 Maji pag. 141.

Die Sabbati 26. Martii 1831. in Palatio Apostolico Quirinali erit Sacra Congregatio Concilii, in qua præter alia proponentur infrascripta Dubia, juxta morem ejusdem Sacræ Congregationis de jure resolvenda.

Quod universus catholicus orbis effusis quotidie precibus a Deo Optimo Maximo suppliciter expetebat, ut amplissimi S. R. E. Cardinales, sacro Novendialium ritu erga sa. mem. Pium VIII. idibus Decembribus elapsi anni de more perfuncti, atque una simul ad Quirinales Ædes postridie in Conclave ingressi, Catholicam Ecclesiam optata novi Pontificis creatione in tanto temporum rerumque discrimine ex tristissima viduitate relicerent; id quinquaginta post dies, divino quidem afflante Spiritu, atque ipsa favente B. M. V. in suæ Purificationis festo tot beneficiorum memoria in hac alma Urbe celebratissimo, donatum Sedi Apostolicæ concessumque fuit in auspicatissima SSmi Domini Nostri Gregorii XVI. exaltatione, cujus fausto sub nomine et suprema auctoritate dum Conciliaria hujus S. Ordinis Comitia iterum haberi juvat, longissimam felicium annorum seriem communia eidem vota adprecantur.

IMOLEN. DIGNITATUM.

Sess. 24. cap. 12. de Reform.

Dubium

An sit annuendum precibus Capituli in casu etc.

Affirmative ad formam resolutionis capitularis, facto verbo cum SSmo, et ad Datariam Apostolicam pro expeditione Brevis.

Sess. 21. *cap.* 5. *de Reform.*

ALBINGANEN. REDUCTIONIS MISSARUM.

Dubia

I. *An sit standum vel recedendum a decisis in primo dubio in casu etc.*

Et quatenus in decisis

II. *An et quæ pars sortis et fructuum octo Locorum Montium pertineat ad Oratricem in casu etc.*

III. *An decem Missæ pro implemento Legati Joannis Baptistæ complectantur onera ex legato Juliæ proficiscentia in casu etc.*

IV. *An Oratrix nova indigeat absolutione pro præteritis Legati Juliæ omissionibus in casu etc.*

Ad I. In decisis.

Ad II. Affirmative, et pertinere quidquid ex fructibus Locorum Montium superest post impletum onus decem Missarum.

Ad III. Affirmative.

Ad IV. Negative.

Sess. 22. *cap.* 6. *de Reform.*

ROMANA, ET JANUEN. LEGATI. Supremæ Marchionis Vincentii Justiniani preces cum S. Rotæ Tribunal, tum Sacrum hunc Ordinem pluries defatigarunt. Redituum autem imminutione, ac temporum vicissitudine factum est, ut quæ olim provido consilio constituta fuerant, eadem postea minus apta evaserint, et Familia Justinianea supplicibus nuper oblatis libellis quasdam alias leges ab Sacra Congregatione ferri postulaverit. Preces hujusmodi cl. me. Cardinalis Cristaldi, quem rogaveram, ut animi sui sensum pandere dignaretur, sapienter perpendit, remque valde implexam non minus fuse quam docte ita digessit, ut omnia scitu necessaria duplici suo Voto, quod integrum mox exscribendum reor, complexus fuerit, et quæ ad rectam

etam Legati administrationem, fructuumque inter Justinianeos æquam partitionem edicenda sint, plane apernerit.

„ Interrogatus ab hac Sacra Congregatione super Legato, quod scripsit Marchio Vincentius Justiniani Januensis pro illis, qui ad suam Gentem pertinerent, speciatim vero ut meam sententiam aperiam super rationibus nondum a Sacra Congregatione approbatis, super erogatione redituum ejusdem Legati, nec non super alienatione, quæ proponitur, aliquorum Fundorum ad idem Legatum pertinentium, ut pretium in alium fundum, seu reditum convertatur, equidem censeo altius remeandum esse: censeo nimirum e re nostra esse, ut cognoscamus, *quæ Lex a Testatore* præscripta fuerit erogationi redituum, *qui modus a Benedicto XIV.* suo Motu proprio anni 1741 superinductus fuerit, *quæ denique innovatio superaccesserit per concordiam* initam anno 1815 inter Justinianeos, qui Januæ sunt, et illos, qui ab Insula Scio Romam commigrarunt. *Hinc emerget*, quæ *methodus in posterum servanda sit*, ut quo propius fieri possit accedamus ad eam, quam Testator suis tabulis præscripserat, quamque Summus Pontifex suo Motu proprio pro temporum vicissitudine aliquantulum temperando declaraverat. *Hinc pariter emerget*, quæ norma statuenda sit, *ut rationes præteriti temporis* ad examen revocentur, et a Sacra Congregatione aliquo modo approbari valeant. *Hinc tandem* et argumenta emergent, quæ Nobis *propositam venditionem*, vel approbandam, vel rejiciendam persuadeant.

„ Atque ut initium ducam ab iis, quæ *Marchio Vincentius Justiniani de hoc Legato præscripserat*, reliquit ille Legatum scut. centum mille, non illico tamen ab hærede solvendum, sed post alterius Legati, atque æris alieni solutionem, paulatim conflandum lapsu quadraginta annorum, ex totidem annuis præstationibus scutorum 2500., augendumque ex fructibus eorumdem, quæ vix ab hærede solutæ in LL. MM. tunc tempore vigentibus erant collocandæ, ut legere est in §. 36. testamenti, ibi „ Lascio scudi 100 mila

„ da pagarsi alla Congregaziane, e Governatori della
„ Famiglia Giustiniani di Genova nel modo forma, e
„ tempo, e per l'effetto come siegue, cioè voglio,
„ che il mio Erede universale, o suoi successori, do-
„ po che saranno sodisfatti i miei creditori, ed il
„ Sig. Cavalier Massimi in sc. 50 mila per il Legato di
„ sopra espresso, sieno obligati pagare in ciascun an-
„ no scudi 2500. alla nobile Famiglia Giustiniani di
„ Genova, ossia alla Congregazione, e Governatori
„ di essa Famiglia, o loro Deputati in Roma *fintan-*
„ *tochè restino intieramente sodisfatti, ed abbiano im-*
„ *borsato l'intiera somma di sc.* 100 *mila nello spazio*
„ *di* 40. *anni* e voglio, che siano obligati in ciascun'
„ anno d'investire, e far compra di tanti LL. di MM.
„ Camerali, o altre entrate caute al possibile, e che
„ con effetto rinvestino, e comprino detti MM., ed
„ entrate, e che poi vadano seguitando ad investire
„ ogni anno successivamente, secondo che anderan-
„ no riscuotendo dette annue partite di scudi an-
„ nui 2500. finchè abbiano finito d'imborsare, ed in-
„ vestire la somma di scudi 100 mila in Monti Came-
„ rali, o in altre entrate caute, in difetto de' Monti.
„ *De' frutti poi*, che si acquisteranno, e si riscuote-
„ ranno dall' investitura annua delli sc. 2500, e del
„ ritratto, che si farà di essi voglio, ed ordino, che
„ annualmente si faccia impiego, e compra di altri
„ LL. di MM. Camerali, ed in difetto di altre en-
„ trate caute, e che vadano continuamente, e suc-
„ cessivamente in aumento, e moltiplico, fino a tan-
„ to che resterà finita tutta l'investitura in più parti-
„ te degli sc. 100 mila per lo spazio di 40. anni, ed
„ in 40. paghe, intendendo io, che detti frutti va-
„ dano sempre aggiunti, e moltiplicati, ed impiega-
„ ti in aumento di detto moltiplico, *e così anche i*
„ *frutti de' frutti*, che annualmente maturano, e che
„ si devono riscuotere da tutte le suddette Investitu-
„ re, si dei scudi 100 mila, si anche de' frutti, e dei
„ frutti de' frutti, e delle continue investiture, che
„ si dovranno fare in Roma, e non in altri luoghi
„ per *tutto lo spazio di* 40. *anni*.

„ Ela-

„ Elapso vero quadraginta annorum curriculo, confe-
ctoque multiplico, *il quale* (ut verbis Testatoris utar)
si trovi così accresciuto, e migliorato al suo dovere
disposuit de eo, quod vellet; disposuit nimirum =
„ *che finito, che sarà da farsi il detto Moltiplico*
„ de' detti scudi 100 mila, e di tutti i frutti da impie-
„ garsi secondo che anderanno maturando nel modo
„ detto di sopra, *e passato che sarà lo spazio de'*
„ *sudetti* 40. *anni*, ordino, che la metà, e scudi cen-
„ to di più, alla quale ascenderanno i frutti di tutto
„ il detto Moltiplico, e di tutte le investiture, ed
„ impieghi che resteranno eseguiti, in conformità dell'
„ ordine di sopra dato, *sia investita, e s' impieghi*
„ *in LL. di MM. Camerali, o altre entrate come*
„ *sopra, e questa investitura si vada continuando in*
„ *ciascun anno in perpetuo*, con crescere, ed in-
„ grandire l'impiego, secondo che annualmente sem-
„ pre dovrà anche crescere la detta somma de' frutti
„ del Moltiplico, e conseguentemente la metà con li
„ cento più dovrà andar crescendo, e questa investi-
„ tura della metà con scudi cento più, da farsi co-
„ me ho ordinato, voglio che risulti, e che vada in
„ aumento di detto Moltiplico, ed investitura, *ac-*
„ *ciocchè* col tempo vada continuamente *crescendo*,
„ *ed acquistando miglioramento per maggiore onore*,
„ *e beneficio* della Famiglia Giustiniani; E l' *altra*
„ *metà* con scudi cento meno, alla quale ascenderan-
„ no i frutti, e proventi del sudetto moltiplico per
„ la terza parte sia spesa in beneficio, ed onore del-
„ la Serenissima Repubblica di Genova, e le altre
„ due terze parti della metà de' frutti, e scudi cento
„ meno di tutto il detto Moltiplico, ed Investitura
„ sudetta, voglio, che siano libere della detta Fa-
„ miglia Giustiniani di Genova, e che la Congrega-
„ zione, e Governatori di essa Famiglia Giustiniani
„ possano disporre in quelle occasioni, e congiuntu-
„ re, che in coscienza loro giudicheranno essere, e
„ risultare *di maggior beneficio, ed onore della Fa-*
„ *miglia de' Giustiniani, ed in usare carità con le*
„ *persone bisognose di essa.*

Quod

„ Quod vero Testator disposuit de duabus partibus medietatis fructuum Multiplici erogandis pro Familia, excepta parte eroganda pro Serenissima Republica Januensi, id voluit servari pro integra medietate, si Reipublicæ Dominatio subiret vicissitudines, quas Testator prævidit, quæque reapse evenerunt „ ibi „ in tal caso ordino, che non si debba pagare la detta terza parte de' sopradetti frutti, nè altra cosa veruna, mà la detta Famiglia disponga a suo beneplacito di tutti i frutti della metà del Moltiplico con i cento scudi meno, e la Famiglia Giustiniani sudetta li vada tutti distribuendo *più conforme alla mia intenzione, che parerà, ed alla mia inclinazione, la quale in parte qui sotto accennerò.*

„ Tandem Testator innuere volens, ac declarare quid magis suæ voluntati congrueret, postquam generatim dixerat „ La Congregazione, e Governatori di essa Famiglia Giustiniani ne possano disporre in quelle occasioni, e congiunture, che in coscienza loro giudicheranno essere, e risultare *di maggior beneficio, ed onore* della Famiglia de' Giustiniani, *ed in usar carità colle persone bisognose di essa* = et alibi = *più conforme alla mia intenzione, che parerà, ed alla mia inclinazione, la quale in parte qui sotto accennerò* = speciatim addidit = Solo ricorderò, che sarà di gran carità rimettere ogni anno alla Città di Scio, da distribuirsi da persone fidate, da deputarsi dalla Congregazione, e Governatori della Famiglia Giustiniani in Genova, scudi cento a povere persone della Famiglia Giustiniani, dimoranti nella detta Città di Scio. Pare anche occasione onorata mantenere Giovani robusti, e coraggiosi nell' esercizio militare, i quali si esercitino nelle guerre, nelle quali si esercitano atti di ostilità, e fazioni contro Eretici, ed Infedeli, tanto in terra, quanto per mare, ma che non stiano solamente in guarnigione, onde imparino il mestiere, con darli scudi 20. al mese per ajuto di costa. Sarà anche bene mantenere Giovani inclinati alle lettere negli studj, dozzine, e Seminarj, massime

„ sime nella Città di Roma, nella quale mantenere
„ anche qualche Prelato di Mantelletta con scudi 50,
„ al mese di ajuto di costa. Pare a proposito, e lo
„ dico solo per ricordo, rimettendomi alla prudenza
„ dei Signori di detta Congregazione della Famiglia
„ Giustiniani, li quali secondo la varietà de' tempi,
„ e la necessità delle varie occasioni si potranno go-
„ vernare, e risolvere in sovvenire alle persone più
„ bisognose della Famiglia, ed altro, che gli parrà in
„ proposito.

„ Ex hac dispositione emergit, Testatorem, dum Legatum scripsit scut. centum mille, eaque una cum fructibus quadraginta labentibus annis multiplicari jussit, eo præcipue spectasse, ut honori, atque necessitatibus Familiæ Justinianeæ, sive eorum, qui ad eandem pertinerent, consuleret; quod ut facilius assequeretur, illud addidisse, ut elapsis quadraginta annis, ac primo Multiplico confecto, medietas redituum quotannis illi *perpetuo* superadderetur, non ut hoc aliud Multiplicum inoperosum perpetuo maneret, sed imo ut annuis redditibus auctis, *per eorum dimidium perpetuo auctum, et augendum*, et honori, et necessitatibus uberius prospici posset = ut repetere juvat Testatoris verbis = „ acciocchè col tempo vada continuamente
„ *crescendo, ed acquistando miglioramento per mag-*
„ *giore onore, e beneficio della Famiglia Giusti-*
„ *niani.*

„ Cum ita se haberet *Marchionis Vincentii Justiniani dispositio*, ambigi sane nequit, quin ejus voluntas initio, ac multis etiam labentibus annis, fuerit impleta, cum sciamus acquisita fuisse 3000. circiter LL. MM., quæ saltem valebant sc. 360,000, et annua reddebant scuta 9000. circiter; sed postea temporis valde neglecta fuit, fortasse propter vicissitudines, quæ supervenerunt, quasque longum nimis esset hic enumerare. Dicam tantum quæ sint exortæ quæstiones jam inde ab ineunte sæculo XVIII., quid super illis decreverint Tribunalia, quid a Summis Pontificibus, sed præsertim ab immortali Benedicto XIV. postremo loco statutum fuerit. Ut brevis sim, satis erit adire

The-

Thesaurum Resolutionum Sacræ Congregationis Concilii anni 1725. T. 3. pag. 165., ubi ea referuntur, quæ tunc husque evenerant „ ibi „ Cum super intellígentia celebris relicti a cl. mem. Marchione Vincentio Justiniano pauperibus suæ Familiæ aliqua adesset discrepantia inter hanc Sacram Congregationem, et Rotæ Auditorium: Sacra hæc etenim Congregatio admittendos esse putabat ad Legati participationem Justinianos Chienses, et Rotæ Auditorium in ea erat opinione, ut hi non possent, nisi de quadam modica Summa (cioè degli scudi cento dal Testatore destinati per sovvenire i poveri Giustiniani di Scio) participare, et quod ad pingue Legatum (degli scudi 100 mila) non essent admittendi, nisi Justiniani Januenses. Deputata tandem fuit a S. M. Clemente Papa XI. particularis Congregatio composita ex nonnullis EE. PP. huic Sacræ Congregationi adscriptis, et ex nonnullis Sacræ Rotæ Auditoribus, et me Secretario, prædictaque Congregatio particularis diei 13. Septembris 1720. *plene auditis*, et discussis rationibus, tum Familiæ Justinianæ Januensis, tum Justinianorum Chiensium, sententiam tulit, in qua pronuntiavit, *Justinianos Chienses* non commorantes in Insula Chiensi, et probantes suam descendentiam a Familia Justinianorum Januæ, mediante descriptione vel propria, vel alicujus ex Progenitoribus in libro aureo Reipublicæ, esse admittendos ad participationem Legati Marchionis Vincentii, ita ut modica illa annua summa, ad quam solam Rota senserat esse vocatos Justinianos Chienses, dicta sit spectare debere ad Justinianos Chienses, et in Insula Chiensi degentes, *et quod Justiniani Chienses extra dictam Insulam degentes*, et qui qualitates haberent supra recensitas, excludi non deberent a participatione pinguis Legati relicti a Marchione Vincentio pauperibus Familiæ Justinianæ, *et hæc sententia fuit a Collitigantibus acceptata.*

„ Non dissimulandum utique, quod Remjudicatam anni 1720, de qua modo meminimus, relatam in Thesau-

ro

ro Sacræ Congregationis Concilii, Benedictus XIII. suo Motu proprio revocavit, sed hunc Motum proprium Clemens XII. ejusdem Successor extortum, ac nullius roboris declaravit. *Revixit itaque Resjudicata pro Justinianis Chiensibus extra Insulam Chii commorantibus*, ac prærogativa originis, et nobilitatis præditis, per dictam Remjudicatam Justinianis Januensibus æquiparatis; Eademque Resjudicata majus robur adepta est per Motum proprium 28. Martii 1741., quo *Benedictus XII.* illam confirmavit, et in ævum servandam mandavit. Nam primum *in parte narrativa* §. 3. mentionem fecit Reijudicatæ sive sententiæ anni 1720. „ ibi „ La particolare Congregazione *dopo di avere maturamente esaminate le ragioni d'ambe le parti* virilmente dedotte *pronunziò* sotto „ il 7. Ottobre 1720. per sentenza definitiva = Justinianos Chienses non commorantes in Insula Chiensi, et probantes suam descendentiam a Familia Justinianorum Januæ, mediante descriptione vel propria, vel alienjus ex eorum Progenitoribus in Libro Aureo Nobilitatis Januæ, fuisse, et esse de comprehensis sub dicto Legato, et ad illius participationem admittendos, *ac si editi forent in lucem, et essent domiciliarii Januæ* „ Tum vero in parte dispositiva, ac speciatim *in* §. 12. ejusdem Motus proprii expresse, ac definitive imperavit „ *Che la sentenza* della Congregazione particolare come sopra „ emanata ai 7. di Ottobre 1720., *già passata in giudicato*, in cui si dispone, che sieno compresi „ in detto Legato *i Giustiniani di Scio*, non commoranti in detta Città, i quali proveranno concludentemente la loro discendenza dalla Famiglia Giustiniani di Genova, o per mezzo della propria loro iscrizione nel Libro d'Oro di quella Republica, „ ovvero de' Loro Progenitori, *debba onninamente, e perpetuamente eseguirsi, ed osservarsi*, pel quale effetto Noi ancora colla Suprema Nostra Autorità *approviamo, confermiamo, e vogliamo, che abbia sempre il suo pieno vigore, e perpetua esecuzione.*

„ Non inficior equidem in §. 15. ejusdem Motus proprii hæc legi „ Interpretando Noi nelle circostanze pre- „ senti la volontà del Testatore, e quando faccia di „ bisogno derogando in questa parte alla medesima, „ ordiniamo, che gli assegnamenti da darsi come so- „ pra ai Giustiniani di Scio, e che costituiscono la „ somma di annui scudi 2472. si debbano dedurre „ dalla parte de' frutti destinati pel moltiplico, tal- „ mente che da qui innanzi debba impiegarsi per il „ detto moltiplico quella rata di frutti, che sopra „ vanzeranno, dedotti li sudetti assegnamenti, con „ che però la detta rata moltiplicanda debba andarsi „ aumentando, *secondo che di tempo in tempo an-* „ *deranno cessando detti assegnamenti per morte de-* „ *gli Assegnamentarj.* „ Veruntamen hæc dispositio aperta fronte pugnaret cum præcedenti Articulo 12. quo cautum vidimus „ che la Sentenza della Congre- „ gazione particolare del 7. Ottobre 1720, già pas- „ sata in giudicato, con cui si dispone, che siano „ compresi nel sudetto Legato *i Giustiniani di Scio*, „ non commoranti in detta Città ec. *debba onnina-* „ *mente, e perpetuamente eseguirsi, ed osservarsi* „ Quomodo enim perpetuo servari, ac plenam perpetuamque executionem nancisci videretur, si vix defunctis Justinianis Chiensibus assignamentum actu percipientibus, eorum descendentes in eadem conditione positi, eisdemque requisitis pollentes, ut assignamentum sibi retinerent, extorres omnino evaderent? Ne itaque evidens adeo contradictio locum habeat, censendum potius est, Pontificem sensisse de ultimo ex descendentibus assignamentariis, sive ad assignamentum idem jus, quod Progenitores, habentibus, qui moreretur; ita quidem ut ultimo deficiente ejus portio multiplico accresceret; et si alii Justiniani Chienses supervenirent, hi novum assignamentum assequerentur, non amplius ex portione *multiplicanda*, sed ex portione *distribuenda*, quin per enormem absurditatem, et contradictionem censerentur ab assignamento extorres, postquam jus eorum a par-

particulari Congregatione judicatum, a suprema auctoritate Summi Pontificis Benedicti XIV. in eodem Motu proprio comprobatum, et confirmatum ita fuerat, *ut plenam, ac perpetuam executionem obtineret.*

„ Huic interpretationi *favet ipsemet Thesaurus Sac. Congregationis Concilii* in loco superius citato, quo quidem loco animadvertendum est Folium Sacræ Congregationis, quod ibi refertur editum in Causa Romana, seu Januen. Legati An. 1725. (nimirum in Causa hujusmet Legati Justiniani) editum fuisse ab ipsomet Benedicto XIV., qui tunc erat a Secretis Sacræ Congregationis, cujus proinde sensus (non secus atque Congregationis particularis) optime noverat. *Favet etiam Folium Sacræ Congregationis* in alia causa Romana, seu Januen. ejusdem Legati *An.* 1741. editum a Præsule Cavalchini, paucis post mensibus a publicatione Motus proprii Benedicti XIV., cujus proinde litteram, ac sensum ignorare non poterat, et nihilominus testatus est observantiam præcedentis Reijudicatæ = *ad cujus tramites hodie proceditur* , = ut verbis apertissimis expressit. *Favent denique Resolutiones Sacræ Congregationis Concilii in aliis posterioribus causis* super eodem Legato editæ, quæ cum omnes conformes sint Reijudicatæ, conformes propterea evadunt interpretationi Motus proprii superius a Nobis datæ, qua procul Resjudicata destrueretur per eundem Motum proprium, per quem approbata, et confirmata fuit, nec non perpetuæ executionis clausulis munita.

„ Emergit hinc evidentissime idem jus esse super Legato, de quo agimus, *omnibus Justinianis, tum Januensibus in Civitate Januæ degentibus*, tum Chiensibus originem ducentibus, atque probantibus a Familia Justinianorum Januæ, *sed extra Insulam Chii commorantibus.* Quin discrimen facere possit quod addidimus, nimirum post obitum horum Chiensium, qui assignamento fruebantur super multiplico, assignamentum eorum descendentibus, aliisque, qui supervenirent, potius ex portione distribuenda, quam ex multiplicanda desumi debere. Hoc enim ex dispositione

pii Testatoris etiam Januensibus commune est. Sed quoniam *ex vicissitudinibus temporum* factum est, ut reditus longe imminuti assignamentis impares evaderent; quoniam rursus immortalis *Benedictus XIV.* temporum vicissitudines prospiciens Sacræ Congregationi potestatem fecit „ di decidere, e risolvere „ Se „ tali futuri assegnamenti *secondo le circostanze dei* „ *tempi*, *e delle persone* debbano accrescersi, e ri- „ spettivamente diminuirsi, siccome ancora se debba- „ no secondo le rispettive circostanze farsi *dalla par-* „ *te moltiplicanda*, *o distribuenda*, derogando anche „ in questa parte, quando faccia di bisogno, alla volon- „ tà del Testatore „. Hinc sequitur, quod *et Januensi-bus*, *et Chiensibus* ex eorum Familia descendentibus, atque extra Insulam commorantibus, hoc refugium ad Sacram Congregationem Concilii, ut nimirum multiplici participes fiant, *indiscriminatim* pateat.

„ Quæ quidem et ipsimet Justiniani Januenses apprime cognoverunt, quippe qui jam inde ab anno 1815 concordiam ineuntibus cum Justinianis Chiensibus Romæ commorantibus = Stabilirono di adottare un nuovo si- „ stema, il quale come fondato sulle basi della più „ stretta equità, non può che produrre un' ottimo ef- „ fetto ec. *e riconobbero ne' Signori Giustiniani di* „ *Roma egual diritto ad essi medesimi ec.*, ed in „ conseguenza per base fondamentale di ogni divisio- „ ne frà li Signori Giustiniani di Genova, ed i Sigg. „ Giustiniani di Roma si procederà a questa sul nu- „ mero degl' individui maschi esistenti in Genova, „ ed in Roma, riconosciuti, ed ammessi alla parte- „ cipazione del reddito di detto pio Legato. Ed es- „ sendo il numero attuale de' Sigg. Giustiniani maschi „ dimoranti in Genova, o che hanno diritto di asse- „ gnamento in Genova quarantaquattro, e quelli de' „ Signori Giustiniani dimoranti in Roma, o che han- „ no diritto di assegnamento in Roma ventiquattro, „ così dal totale netto fruttato di redditi del Legato „ in ogni 68 unità, 44 si accorderanno ai Sigg. Giu- „ stiniani di Genova, e 24 ai Sigg. Giustiniani di „ Roma = Ut in eadem transactione legere est. =

Quod

Quod quidem et in posterum optaverunt pro majori, vel minori numero, quem Romæ, vel Januæ decennio post ab inita concordia supputare datum fuisset. = ibi = Questa base di divisione sarà fissata per un „ decennio, dopo del quale ciascuna delle Parti avrà „ diritto di rinvenire sopra la suddetta divisione, „ *quando il numero fosse proporzionatamente accre-* „ *sciuto o diminuito in alcuna delle suddette Città* =. Quin in pretio habenda sint, quæ forte ad liberalitatem ostentandam Justinianis Januensibus Januæ stipulantibus pro suo arbitrio exciderunt enunciativa verba = Quantunque unicamente, ed espressamente chia- „ mati dal Testatore (nimirum Justiniani Januenses) „ alla percezione del detto Legato pio = Non enim quod enunciatum, sed quod dispositum est in pretio haberi debet ad cognoscendum quid reapse senserint, quidque voluerint contrahentes, nec ceteroquin contra ea, quæ superius enucleavimus, illorum verborum additio consistere potuisset.

„ Sive igitur ex voluntate pii Testatoris, sive ex sententia Sacræ Congregationis Concilii, sive ex rejudicata Congregationis particularis a partibus acceptata, sive ex Motu proprio Benedicti XIV et ex recta ejusdem interpretatione, sive denique ex concordia inter Justinianos, quantumvis nondum a Sacra Congregatione approbata, emergit *jus omnium æquale*, *ut pii Legati participes sint*. Difficultas est *in Legati inopia*, quæ propter temporum vicissitudines in dies aucta est. Difficultas est *in obligatione conficiendi multiplicum*, quod jampridem intermissum fuit. De præsenti Legati inopia ambigi nequit. Antiquitus enim annuus illius reditus fere attingebat sc. 9000. pro numero LL. MM. circiter 3000. Nunc vero vix attingit sc. 3500. E contra pro communi temporum miseria multo plures hodie, quam antea sunt, qui reditus distribuendi participes fiant. Ex quo factum est, ut integer reditus, deductis administrationis sumptibus, distribuatur, nec tamen satis sit. Quin imo juxta ratiocinatoris calculos, si distributio, ut modo fit, ita et in posterum progrederetur, deessent quotannis sc. 116,

et

et fortasse etiam 200, quando locum haberent nonnullæ extraordinariæ impensæ, quas Eques Rempyeci Procurator generalis jam prævidit, ac necessarias existimat. En ergo duplex necessitas, *et reparandi nimirum quod deest* rationibus quotannis æquandis, et *redintegrandi multipl cum*, quod adeo impense tam pius Institutor testamento suo, quam Benedictus XIV suo Motu proprio inculcavit.

„ Equidem *post tot*, ac tantas temporum vicissitudines, *post* immutatam jampridem erogationis methodum, *post* imminutos Legati reditus, *post* longam possessionem *illos omnes* distribuendi inter Justinianos Januenses, ac Romanos, et longam vicissim possessionem illos omnes percipiendi, non auderem huic Sacræ Congregationi proponere, ac suadere, ut pii Legati administrationem, et erogationem ad tramites Testamenti, ac Motus proprii integre, ac protinus revocaret, iterum præscribendo multiplicum super dimidio totius reditus, et plures expoliando qui possident, vel partem ab eis subtrahendo, sed potius in eam sententiam venirem, ut Sacræ Congregationi proponerem, *servari adhuc methodum*, quæ transactione anni 1815 quantumvis minus legitime statuta fuit, quin aliquid immutetur, vel assignamentum imminuatur, *eorum detrimento*, qui modo illud percipiunt; *ast eis obeuntibus*, eorumque portionibus vacantibus, multiplicum aliquod paulatim instaurari: Nimirum quoniam reditus tenuitas amplius multiplicum non permittit, *quartam partem* cujuslibet portionis vacantis multiplico asservarem, usque dum illud *quadrantem totius reditus* attigerit: tres vero cujuslibet vacantis assignamenti partes in eos, qui supervenissent distribuerem juxta ordinem antiquitus servatum. Hoc modo bellum universale non indicitur, quemadmodum indiceretur, si singulis modo fruentibus assignamento illud decurtaretur. Nemini prorsus injuria, nec ulla quidem justa querimoniæ causa infertur, cum omnes ad obitum usque retineant, quod modo possident, assignamentum. Post obitum vero uniuscujusque, nec successoribus quidem injuria, nec justa querimoniæ causa afer-

fertur, si aliquid minus assequerentur propter multiplicum, cujus imo detrimento tam Romæ, tam Januæ assequi inciperent, quod assequi non deberent. Industria tamen Administratorum, quæ initio subtrahitur portiuncula, in posterum superaddi valebit; si non amplius in distribuendo arbitrio utantur, si in posterum non conferant assignamenta in eos, qui subsidio non indigent, si præsertim puellis indigentibus non diu duraturum conferant, quam per nuptias spirituales, vel temporales eorum cesset egestas. Facilius etiam, ac citius Justiniani vere indigentes, qui supervenient, quod minus initio acceperunt, Administratorum industria obtinere poterunt, si pingue assignamentum sc. 600. Præsuli Justiniani concessum, non quidem modo, sed postquam Cardinalis evaserit, revocaverint, quod utique sine injuria fieri posset, *tum quia* a pio Testatore assignamentum illud nuncupatum *ajuto di costa* Prælatis quidem, non Cardinalibus indultum fuit; *tum quia* Cardinalibus, præsertim vero qui Legationibus addicti fuerunt, S. Sedes providere solet, nisi forte etiam in hoc casu Sacræ Congregationi placeret aliquid Præsuli Justiniano remunerationis causa reservare.

„ Solum multiplicum est illud, quod hac instaurata methodo longe imminueretur ab eo, quod a pio Testatore præscriptum fuerit. Veruntamen si mente recogitemus multiplicum illud a longa ætate penitus prætermissum fuisse, si cogitemus duplicem fuisse illius prætermittendi rationem, scilicet tenuitatem reditus longe imminuti, et egestatem Justinianorum non parum auctam, si cogitemus denique utramque rationem adhuc permanere, nec spem affulgere, ut alterutra ex eis, vel utraque evanescat, non displicere debebit Sacræ Congregationi, quod a me proponitur, scilicet redintegrari multiplicum, sed redintegrari eo modo, qui imminutis redditibus, et auctæ egestati respondeat. Quin imo eo libentius in hoc convenire poterit Sacra Congregatio, quia ab immortali Pontifice Benedicto XIV inter cæteras facultates, eam quoque obtinuit = di de-
„ cidere, e risolvere, se tali futuri assegnamenti se-
„ condo *le circostanze de' tempi, e delle persone* deb-
„ ba-

„ bano accrescersi, e rispettivamente diminuirsi, co-
„ me pure se debbano, secondo parimenti le circo-
„ stanze, farsi *dalla parte distribuenda, o dalla mol-*
„ *tiplicanda*, derogando anche in questa parte, quan-
„ do faccia di bisogno alla volontà del Testatore = ut
videre est in dicto Motu proprio, qua facultate decur-
tandi, vel retardandi multiplicum, cum donata sit
Sacra Congregatio, ut illa utatur *secondo le circostan-*
ze de' tempi, e delle persone, nemo negaverit, quod
modo propter imminutos reditus, et auctam egesta-
tem rectissime eadem uti valeat; hoc tamen cavendo,
quod si aliquo anno, exhaustis ejusdem anni distribu-
tionibus, aliquid superesset, id omne multiplico su-
peraddatur, *quodque* præterea reditus omnes ejusdem
multiplici ipsimet multiplico augeantur, ex quo fiet,
ut illud per fructus auctum eo facilius progredi, ac
citius portionem distribuendam æquare possit juxta pii
Testatoris votum.

„ Cum satis huc usque dixerim, quod primum proposue-
ram, quodque methodum in posterum servandam re-
spiciebat, tum quoad multiplicum, tum quoad redi-
tuum erogationem, progrediar modo ad illud, quod
secundo loco mihi propositum erat, quod respicit ni-
mirum rationes redditas vel reddendas huic Sacræ Con-
gregationi quoad tempus præteritum. Equidem in-
venio rationes ad totum annum 1807, et redditas ab
Administratoribus, et a Sacra Congregatione approba-
tas fuisse, de quo sane dubitare non debeo, cum re-
scriptum fuisse legatur ab Emo Præfecto *pro appro-*
batione. Nihil ergo usque ad illud tempus animadver-
tendum puto. Ab anno vero 1808 ad annum usque
1829 de redditis, vel reddendis rationibus inquiren-
dum est. Cumque agatur de pluribus annis, deque
multiplici, atque involuta administratione, quæ inte-
rim multas vicissitudines subivit, Peritum ex officio
deputandum censui, scilicet egregium ratiocinatorem
Antonium Scifoni, qui omnia inspiceret, ac referret.
Hic distinxit tres epochas, scilicet ab anno 1808 ad
annum 1810, ab anno 1811 ad annum 1814, ab an-
no denique 1815 ad totum annum 1829. *Mediam il-*
lam

lam epocham ab anno 1810 ad annum 1814 extorrem fecit a sua relatione quoad erogationem redituum, quia nihil eo tempore exactum, nihil solutum est, et illius epochæ rationem tantum habuit quoad statum Legati, liquidationem LL. MM., et adjudicationem LL. MM., et adjudicationem fundorum. Quoad priorem epocham nullas invenit exhibitas rationes ab Advocato Monti Administratore, qui interim defunctus est. Invenit tamen, quod ille utens ministerio Sacræ Ædis, seu Nummulariæ Sancti Spiritus, in ea pro sua honestate, ac diligentia singula recensuerat *quæ exegerat*, *quæque solverat*, quodque hæc adamussim respondebant, excepto discrimine obolorum quinquaginta, quæ superfuerant, quæque adhuc ibidem deposita reperiuntur. Descendens autem ad postremam epocham ab anno 1815 ad totum annum 1829, quo labente tempore jugiter administravit in Urbe honestissimus, ac diligentissimus Eques Augustinus Rempicci qua Procurator Congregationis Justinianæ, veræ Administratricis Januæ residentis facile ei fuit redditas rationes ad examen revocare, easque ad usum artis redigere, ut demonstraret, eas veritate egregie respondere, ac tantummodo erratum fuisse in sc. 17, quæ summa adeo tenuis respectu ingentis summæ scutorum 55000 circiter administratæ lapsu quindecim annorum, probat imo, quam diligenter administratio gesta sit; ut latius videre est in relatione, ac peritia Ratiocinatoris a me ex officio deputati.

„ Una tantum difficultas subesse valeret, quod scilicet rationes redditæ neque *pii Testatoris tabulis*, neque *Litteris Benedicti XIV in forma Motus proprii editis* respondeant, cum neque multiplico, neque erogationi redituum, prout præscriptum fuerat, satisfactum sit. Sed quoniam respondent *transactioni* anni 1815, eaque licet legitima auctoritate suffulta non appareat, reapse tamen plenam habuit executionem, *quoniam rursus* ea transactio adeo æquitati consona visa est, ut et ego proponens methodum in posterum servandam, ab ea non recesserim, ita mihi et æquum videtur, eam quoque retinendam esse, qua basem ad-

ministrationis interim gestæ et rationum huc usque redditarum. Quod si et huic Sacræ Congregationi placeat, nihil aliud restat, nisi ut rationes redditas ad totum usque annum 1829 approbare dignetur; nisi potius placeat illas maturius expendendas, approbandasque committere Emo Præfecto, cum R. P. D. a Secretis.

„ Reliquum nunc est, ut quod tertio in partitione posui, breviter agam. Quæritur nimirum, utrum utile sit, quod jamdiu proposuerat Congregatio Administratrix Familiæ Justinianæ Januensis, vendi nimirum nonnulla Prædia, quæ in Territorio Viterbiensi, et quatuor Ædiculas, quas Romæ acquirere oportuit tempore invasionis Gallicæ, ut aliqua Locorum Montium compensatio obtineretur. Jam primo non levis momenti est, quod hæc venditio, seu permutatio proponatur ab ipsamet Congregatione Januensi, penes quam est pii Legati administratio, tum voluntate Testatoris, tum auctoritate Benedicti XIV in ejusdem Motu proprio expressa. E contra vero pauci sunt, qui contradicunt, eorumque contradictio judicio Congregationis prævalere non potest. Cæterum si res in se ipsa spectetur, quæ proponebatur modo permutatio dictorum Fundorum cum publico reditu, quem vocant *Consolidato*, ea quidem magis congruere videbatur *pii Legati naturæ*, *ac Testatoris voluntati*, prætereaque et *majorem utilitatem* præseferre. Congruit quidem *naturæ Legati*. Illud enim initio constituendum erat, ac reapse constitutum fuit in Locis Montium. Multiplicum quoque ad illud augendum præscriptum in LL. MM. consistere debebat. Ipsæmet pagellæ vulgo *Rescrizioni*, quæ fundis illis urbanis, ac rusticis acquirendis loco pretii fuerunt, proficiscebantur a LL. MM., antiquis LL. MM. suffectus nunc est *il Consolidato*. Hic enim præsefert publicum reditum, quemadmodum et præseferebant LL. MM. Reque vera ulteriorem compensationem, quam æquitatis gratia ad pium Legatum reparandum S. M. Pius VII concessit, utique in eo reditu, seu in *Consolidato* concessit.

„ Quid vero, quod *Testator ipse* tanto in pretio habuit publicum reditum in Urbe, seu in Ditione Pontificia,

ut

ut non solum in illo collocari jusserit, quidquid esset collocandum, sed imo præscripserit, ut in aliis fundis, seu reditibus nihil unquam collocaretur, nisi *in difetto de' LL. de MM. Camerali*? Quid quod et ipse Testator, si forte LL. MM. alicujus speciei extinguerentur, voluit collocari pretium in aliis LL. MM., eoque tantum in casu, quod omnia deficerent, permisit in Censibus, aliisve fundis collocari? Id punctim in ejus Testamento legimus = ivi = investire, ed im-
„ piegare in LL. de' MM. Camerali, o in altre en-
„ trate *caute* a loro giudizio, *in difetto de' Monti*
„ *Camerali* = Itemque, et infra = ibi = si faccia im-
„ piego e compra di altri LL. di MM. Camerali, *ed*
„ *in difetto* di essi di altre entrate caute ec. =, et inferius = ibi = *Ed in evento*, che li Monti, o Cen-
„ si di tutte le investiture di tutti i moltiplici, che si
„ anderanno acquistando si estinguessero, o riduces-
„ sero, o il prezzo di essi si restituisse, voglio, e
„ comando, che subito restituito detto prezzo si tor-
„ ni ad investire, ed impiegare *in altri simili Mon-*
„ *ti*, *ed in difetto de' Monti* in Censi, o Beni stabi-
„ li, o altre entrate caute al possibile, = ut legere est in *præfato Testamento*. Est ergo evidens quod Testator præferebat publicum reditum LL. MM., quibus tantum deficientibus, aliis investimentis annuebat. Quod cum Benedictus XIV suo Motu proprio non immutaverit, eo magis tenendum est. Quod si per Leges publicas, extinctis LL. MM., necesse fuit acquirere Fundos, quos illæ exhibebant, nunc si propitia offeratur occasio hos alienandi, et iterum acquirendi publicum Reditum, id cum pii Testatoris voluntati maxime congruat, neque per Summi Pontificis Motum proprium immutatum sit, non inepte quidem peragendum proponitur.

„ Tandem et utilitas quoque evidentissime idipsum persuadet, sive res ipsa spectetur, sive reditus cum reditu conferatur. Si enim res ipsa spectetur, quis negaverit administrationem valde simpliciorem esse, et in ipsa simplicitate utiliorem, si quater exigatur quotannis, eisdemque semper mensibus, semper idem con-

stantissimus, atque tutissimus reditus, nullis sumptibus, nullique imminutioni subjectus, idemque unico, et eodem numero in rationum codice inscribatur; quam si administrantur Fundi pluribus subjecti sumptibus, non eundem semper reddentes fructum, præsertim vero in longinquis, ac dissitis Regionibus, ubi peculiaribus gestoribus, ac procuratoribus opus sit? Eoque magis, cum agatur de administratione, quæ sit penes corpus morale, sive penes Congregationem alibi residentem. Eoque etiam magis in nostro themate, cum Congregatio Administratrix Januæ resideat, eorum Procurator sit in Urbe, Fundi vero præcipui in Territorio Viterbiensi. In hoc imo themate, cum oporteat locare, cum Conductores in dissitis territoriis sub oculis haberi nequeant, cum sæpe remorentur pensiones, et sæpius etiam Fundos conductos deteriores reddant, nemo sane huic plaudet investimento, *sed publicum Reditum utiliorem censebit*.

„ Quod si reditus cum reditu conferatur, res adhuc evidentior evadet. Nam aliquot ante annos, consuetis programmatibus palam editis, plures apparuerunt Oblatores Viterbienses, vel qui forte ante invasionem illorum Fundorum Domini fuerant, vel qui limitrophi, vel qui in proprio Territorio, et facile vigilare, et industriam in illis exercere possent, iique exhibuerunt pretium, quod conversum *in Consolidato*, reditum sane auxisset, eumque ab omni onere, sumptu, et cura prorsus immunem. An iidem oblatores iterum modo ad licitationem venirent, equidem nescio. Scio tamen, et ex intima animi sententia teneo, quod iterum programmata sint edenda (quandoquidem qui tunc apparuerunt non amplius obligari volent), quodque si sors arrideat, et pretium offeratur, ex quo idem, vel major reditus obtineri possit, nec hæsitandum quidem sit, sed res protinus concludenda. Quod si de Fundis Rusticis in Viterbiensi Territorio dico, multo magis tenendum est de Ædiculis in infimis fere Urbis nostræ Regionibus sitis, præsertim vero cum magna indigeant reparatione, pensiones vero valde tenues, ac parum tutas reddant.

Non

„ Non tamen ego dissimulo publicum reditum, quem vocant Consolidato, paucis abhinc mensibus, minus pretiosum evasisse, et publica opinione non ita, ut antea suffultum esse. Quapropter et ego annuerem, *ut firma remanente proposita alienatione*, aliud investimentum non minus utile, magisque ex publica opinione tutum præferretur. Semper tamen abhorrerem a Censibus, quia longa experientia edoctus sæpissime vidi, *vel* fundos censitos propter omissam hypothecam, ejusve renovationem in auras abire, *vel* propter neglectam culturam adeo deteriores evadere, ut neque sorti principali, neque fructibus rependendis amplius respondeant, *vel* denique fructus sive a Comunitatibus, sive a Familiis debitricibus, non statis temporibus, sed tantum ad extremum solvi, eo quod cum sors irrepetibilis sit, non vereantur ex mora ea pericula, vel damna, quæ nisi alia debita solvant, vel alias susceptas obligationes non impleant, sibi imminere plerumque sentiunt.

„ Exclusis itaque censibus, præferrem equidem vel credita frugifera, quorum sors repeti possit (optimis tamen cautelis adhibitis), vel potius Canones per emphyteuticos contractus satis caute stabiliendos. Quod credita etiam pecuniaria, etiam frugifera statui possint, præsertim pro Causis piis, nemo negaverit. Nam pecunia Causæ piæ ejus est indolis, et privilegii, ut cum investimento sit destinata, qui eandem accipit, et retinet, fructus rependere debeat loco illorum, qui ex alio investimento percipi possent, ac deberent: præsertim vero si intercedant requisita, quæ vocant castrensia, per quæ fructus *loco damnorum*, *et interesse*, ut ajunt percipi possunt. Reque vera non solum a Tribunalibus laicis, et instantibus laicis, sed etiam a Sacris Congregationibus, instantibus Causis piis, et Ecclesiis, hujusmodi contractus approbari vidi.

„ Nihilominus præferrem potius Canones per contractus emphyteuticos, etiam perpetuos comparandos; præsertim vero si statuantur super ipsismet fundis, de quorum alienatione agitur, iique tutiores reddantur

per

per hypotecam super aliis quoque fundis inscribendam. Jam primum libertas eorum fundorum, quæ per auctionem publicam Justinianeo Legato addicta fuerunt, per ejusdem auctionis publicam fidem ineluctabilis est; et post diuturnam possessionem ineluctabilior adhuc evasit. Tum vero eorum fructus, qui rependendo Canoni pares esse deberent, superiores longe evaderent per hypothecam super aliis fundis frugiferis rependendam. Denique et illi, qui licet nulla ratione suffulti ægre ferunt propositam fundorum alienationem, ferent minus ægre emphyteusis contractum, per quem saltem directum illorum dominium servatur, nec non et regressus ad utile dominium, si propter moram, aliamve causam, devolutioni locus fiat.

„ Ex omnibus huc usque dictis habet Sacra Congregatio quid de singulis sentiam. Quid sentiam scilicet de rationibus huc usque redditis, quid sentiam de erogationis methodo, sive de redditibus in posterum erogandis, et pro aliqua parte multiplicandis: quid denique de proposita Fundorum alienatione sentiam. Nunc Sacræ Congregationis erit statuere, quod magis decere, et expedire censuerit, dum ego EE. PP. manus sincero animi sensu, et obsequio deosculor.

„ Dum aliæ pendebant in hoc Sacro Consessu quæstiones legatum Marchionis Vincentii Justiniani respicientes, quæ mihi commissæ fuerant pro Voto, quod hoc ipso die judicio Vestro EE. PP. subjicio, alius superaccessit supplex Libellus, qui recentem continet familiæ deliberationem, quique pariter ad me transmissus est ex Sacræ Congregationis rescripto, ut scilicet „ novam quoque Familiæ Oratricis deliberationem per„ pendere dignetur „ Eam itaque, Emi PP. perpendi, et vidi, *priores duos* ejusdem deliberationis articulos *eo spectare*, ut extorres faciat a legati compendio, qui extra Italiam, et Insulas ei adjacentes commorentur (excepta tantum Insula Scio, cujus Testator expressam mentionem habuit), donec probent stabile domicilium in Italiam, vel adjacentes Insulas transtulisse; *tertium vero*, seu postremum *eo*

te-

spectare, ut qui Legati participes sunt, et esse debent, teneantur quolibet anno præsentes adesse, saltem per legitimum Procuratorem, ut eis tuto solvi possit quidquid debeatur; quod si biennio neglexerint, vere subsidio non indiguisse videantur, nihilque proinde pro eo tempore solvi, sed beneficio administrationis, seu Legati administrati cedere debeat.

„ Utrumque, ut ingenue dicam quod sentio, et *voluntati* Testatoris, et *rectæ administrationi* congruit. Voluntati quidem Testatoris congruit, quod prioribus articulis continetur, scilicet participes non fieri pii Legati qui extra Italiam, atque Insulas adjacentes, excepta Insula Scio, domicilium habeant. Enim vero eo ipso, quod Testator expressam habuit mentionem Insulæ Scio, videtur utique aliarum, quæ non sunt Italiæ adjacentes, aliarumque exterarum Regionum rationem habere noluisse.

„ Eoque sane magis, quia et ipsismet Incolis Insulæ Scio, quantumvis Patriæ et Familiæ suæ, ex pinguissimo Legato non aliud reliquit, quam annua scuta centum. Eam tamen limitationem adjicerem, ut si quis extra Italiam, ac præfatas Insulas jam moraretur, dum ei subsidium annuum concessum fuit, hoc adhuc in posterum, dum in humanis fuerint, perfrui possint.

„ Nec repugnat vero Testatoris voluntati, quin imo rectæ administrationi Legati Congregationi, et Gubernatoribus Familiæ ab eodem commissæ, apprime congruit, quod qui Legati participes sunt, et esse debent, teneantur quotannis præsentes adesse, saltem per legitimum Procuratorem, ut solvi tuto valeat quod eis debeatur. Id sensu suo quisquis intelligit; id ratio ipsa suadet; id generalis consuetudo confirmat. Idemque dicas de adjecta conditione, quod si biennio, saltem per Procuratorem, adesse neglexerint, ut subsidium peterent, hoc non indiguisse censeantur, nec amplius obtinere pro eo tempore possint. Eo ipso enim quod agitur de subsidio, indigentibus debetur: indigere autem non videtur qui cum facile illud, etiam

etiam per Procuratorem petere possint, tamen non petant. Satius ergo est illud pro eodem tempore cedere beneficio Legati administrati, et eorum favore qui Legati subsidio revera indigeant. Attamen hic quoque limitationem adjicerem, nisi nimirum, vel impedimentum probent, vel gravem necessitatem, in qua et versati sint, et versentur adhuc aperte demonstrent; quod quidem a Sacræ Congregationis judicio pendere deberet, ut in syncrono voto hujus diei proposui. Hic cum sit animi mei sensus, non aliud mihi reliquum est, quam Vestras manus eo, quo par est, obsequio humillime deosculari.

Hactenus Votum. Hinc proponuntur

Dubia

I. *An et quomodo sit probanda transactio anni* 1815 *super erogatione fructuum Legati a Marchione Justiniani instituti in casu etc.*

II. *An et quomodo sit redintegrandum multiplicum in casu etc.*

III. *An assignamenta sint iis in posterum conferenda, qui subsidio non egent in casu etc.*

IV. *An puellis indigentibus post religiosam professionem, vel post initas nuptias sit solvendum assignamentum in casu etc.*

V. *An assignamentum Præsuli Justiniani concessum, postquam Cardinalis evaserit, sit revocandum vel imminuendum in casu etc.*

VI. *An commorantes extra Italiam et Insulas adjacentes sint privandi Legati compendio in casu etc.*

VII. *An qui participes sunt Legati, quolibet anno saltem per legitimum procuratorem præsentes adesse teneantur in casu etc.*

VIII. *An subsidium biennio petere negligentes, pro ejusdem temporis intervallo sint illo privandi in casu etc.*

IX. *An sit probanda rationis redditio usque ad annum* 1829 *in casu etc.*

X. *An*

X. *An sit probanda ædium ac prædiorum alienatio, et quomodo eorum pretium investimento collocandum in casu etc.*

Ad I. Affirmative ad vitam eorum, qui legato nunc fruuntur, juxta votum Emi Relatoris.

Ad II. Affirmative juxta votum Emi Relatoris.

Ad III. Negative juxta votum Emi Relatoris.

Ad IV. Negative, et in casibus particularibus providebitur ab Emo Præfecto.

Ad V. Esse revocandum favore sive alterius Prælati, sive multiplici.

Ad VI. Negative.

Ad VII. et VIII. Affirmative juxta votum Emi Relatoris.

Ad IX. Ad Emum Præfectum.

Ad X. Affirmative, et ad Emum Præfectum, qui provideat in casibus particularibus.

Sess. 22. *cap.* 8. *et* 9. *de reform.*

NEPESINA LEGATI PII. Supremis, quibus decessit, tabulis Christophorus Chiatti ab Oppido Campaneani Nepesinæ Diœcesis, postequam aliquot legata instituisset, ita de ceteris patrimonii sui rebus die 9 Maji 1818 præscriptum reliquit „ *In tutti gli altri e singoli miei beni ..... istituisco, nomino, e voglio, che siano miei Eredi Fiduciarj il Capitolo in specie di questa Chiesa Collegiata di S. Giovanni Battista, cioè il Sig. Arciprete ed i quattro Canonici di prima erezione, alla fiducia de' quali io mi rimetto, pregandoli a ben amministrare ed erogare le rendite della mia eredità in soddisfare i pii legati annessi alla medesima, ... e nel sollievo delle orfane ed orfani, e al mantenimento di qualche Giovane allo studio; ben inteso, che sempre siano di Campagnano, ed anche figli di due conjugi Campagnanesi; e come ad essi miei eredi fiduciarj parrà espediente, ed a seconda delle rendite di detta mia eredità. Voglio inoltre, che li medesimi non debbano per conto alcuno esser molestati; ed a sostenere detta mia eredità contro qualunque aliena pretenzione o lite si servano delle rendite di essa, anche con sospendere, richiedendolo il bisogno, i sussidj di carità da me ordinati, non lasciando peraltro di soddisfare i pii legati, e che detti miei eredi fiduciarj non debbano e non possano esser obbligati a verun rendimento di conti a chicchesia per qualunque causa o mendicato colore, e se a ciò fossero costretti, li nomino, dichiaro, e voglio, che siano miei eredi proprietarj, giacchè così mi è piaciuto ed ho voluto disporre de' miei beni* „. Ex hac testatoris mente Archipresbyter Julius Cæsar Cappelli, et Canonici Thomas Gori, Bernardinus Cappelli, Paullus Orlandi, Benedictus Cappelli die 13 Novembris ejusdem anni fiduciam jurisjurandi fide munitam explicarunt, asserentes *che li beni della bo. mem. di Cristofaro Chiatti devono amministrarsi da essi semplicemente, senza potersene prevalere, avendo essi il solo peso di bene amministrare ed erogare l'intiero prodotto de' beni in soddisfare prima i pii legati, e pagati gli altri pesi ordi-*

dinarj , il residuo deve interamente e direttamente impiegarsi in sussidj caritatevoli in favore degli orfani ed orfane , e nel mantenimento di qualche giovane allo studio , ben inteso peraltro che sì gli uni che gli altri siano del ceto de' poveri , e che abbisognino del sussidio caritatevole della bona memoria di Cristofaro Chiatti , la di cui intenzione è stata di lasciare l'intiero prodotto de' suoi beni in sussidj di carità in favore degl' individui di Campagnano , giacchè chi ne gode deve esser nativo di Campagnano e figlio di due Conjugi Campagnanesi.

Hereditatis Chiatti administratione ab heredibus fiduciariis vix suscepta , factum est , ut inter quemdam Stephanum Pisani et heredes ipsos acerrima quæstio de cujusdam fideicommissi jure efferbuerit. Ad hanc itaque dirimendam Pontificium prodiit Chirographum die 4 Decembris 1818 a sa. mem. Pio VII. impetratum , quo , peculiaribus inspectis rerum adjunctis , Emus ac Rmus Cardinalis Cristaldi , tunc SSmi Auditor , Judex Executor specialiter electus ac deputatus est , ut , omnibus antea solutis legatis , integram bonorum omnium medietatem , quibus fideicommissum constabat , tradendam Stephano Pisani , eique perpetuo possidendam decerneret . Illud præterea Judicis Executoris curæ et sollecitudini in eo chirographo commendatum fuit , ut altera ejusdem fideicommissi medietas *unitamente agli altri beni rinvenuti nella eredità ..... a seconda della disposizione del Testatore debba essere e sia onninamente ed interamente riserbata agli usi pii prescritti dal Testatore medesimo da erogarsi sotto la prudente esatta amministrazione del soprindicato Arciprete e quattro Canonici di prima erezione della Collegiata di Campagnano* . Atque ita demum se habuit prælaudatus Pontifex : *Comandiamo che il nominato Arciprete e quattro Canonici nell' amministrare i sopradetti beni , e nell' erogarne le somme , che ne provengono , nelle pie opere prescritte dal Testatore , siano e debbano essere sempre pronti ad ogni ordine di Monsignor Vescovo di Sutri e Nepi , o di qualunque successore a renderne un' esatto conto tanto della detta*

amministrazione che della erogazione indicata. Lo che pure verrà dichiarato e decretato dal Giudice Esecutore solennemente.

Emus ac Rmus Cristaldi, ut credito sibi munere rite fungeretur, idoneas facultates contulit hodierno Episcopo Sutrino et Nepesino Anselmo Basilici, qui decreto suo bonorum omnium ad fideicommissum spectantium medietatem in Stephani Pisani dominium ac potestatem transferret. Id autem ex præcitati Chirographi vi omnino expressum indixit Archipresbytero et Canonicis heredibus fiduciariis, ut *administrationis erogationisque redituum ad omne mandatum R.P.D. Episcopi rationem reddere teneantur*. Hisce positis, præfatus Sutri et Nepetes Antistes delatas ejusmodi partes illico explere aggressus est, tantoque in primis studio ad rem fideicommissi perficiendam incubuit, ut Apostolicis fretus facultatibus post varia ac longa tractationum discrimina omnem litem die 10 Martii 1820 inter patrimonium Chiatti et Stephanum Pisani composuerit. Postea vero atque eodem anno, quum in Nepesina Diœcesi Sacram Visitationem ageret, et administrationis rationem a Canonico Bernardino Cappelli institutam maturo examini subjecisset, facile quidem novit annuos hereditatis Chiatti reditus augeri admodum posse supra scutata biscentum, quot circiter a mense Octobris 1818 usque ad mensem Maji 1820, omnibus deductis oneribus et expensis, libere quotannis percepta fuisse comperiebatur. Quamobrem ipsis adsentientibus heredibus fiduciariis, et Pontificia instructus potestate, die 24 Julii 1820 omnia bona rustica in perpetuam emphyteusim pro annuo ac libero scut. 350 canone concessit, atque adeo etiam utilem curavit ædium hereditatis venditionem, ut Legati pii reditus ad annua scutata 529 per tres tantummodo vel solidissimos debitores pendenda pertigerint.

Ita nimirum administrationis regimen in S. Visitatione susceperat Episcopus, cum ex eorumdem heredum fiduciariorum consensu quoad piorum reddituum erogationem quasdam concinnavit regulas, quibus hæc inter cetera statuebantur: „ *Siccome gli orfani sono i primi*

mi contemplati, sembra perciò conveniente ed analogo alla mente del Testatore, che la maggior parte dell' entrate siano applicate a pro loro: e questa certamente dovrà essere la regola da osservarsi in via ordinaria, quando circostanze straordinarie non persuadano in contrario, come appunto avviene su i presenti nostri tempi, ne' quali tutte le Diocesi penuriano di sacri ministri, e molto più questa di Nepi, e precisamente Campagnano. In vista dunque di circostanze così straordinarie fù stabilito di comun consenso, che per lo spazio di sei anni (prorogabile, se così esiggerà il bisogno, ad altri tre anni) due terzi di rendite siano erogati in sussidio ai Giovani poveri, che vorranno applicarsi agli studi nel Seminario di Sutri, e che provvisoriamente, finchè non siano sistemate le rendite dell' eredità, con tutta sicurezza vengano impiegati scudi 100 per quattro Giovani, cioè scudi 25 per ciascuno. Quest opera di benificenza ..... non potrà applicarsi a quei Giovani, che non abbiano sortito i Genitori di Campagnano, nè a quelli di famiglie facoltose: su di che rimane strettamente incaricata la coscienza degli Elettori. La sovvenzione ordinaria ..... sarà di annui scudi 25, e coll' approvazione dell'Ordinario potranno gli amministratori aumentarla ai Giovani impotenti e di significante buona speranza .... Li Giovani .... presenteranno la supplica al Segretario della Congregazione, e li Signori Canonici ne faranno l'elezione, eleggendone però tanti, quanti saranno stabiliti nei regolamenti". Ad calcem vero ejusmodi regularum adjecit Episcopus: *Riserviamo a Noi ed ai Successori Nostri pro tempore le facoltà di aggiungere, di togliere, di moderare i stabilimenti in quella conformità, che si crederà più opportuna a vantaggio del Luogo Pio secondo le circostanze de' tempi e dei bisogni.*

Post hæc supplicem Sa. Me. Pii VII. porrexit libellum Episcopus, exposuitque, *che nella S. Visita da lui fatta in Campagnano ha stabilito i regolamenti, che umilia annessi per il profittevole regolamento della pia eredità di Cristofaro Chiatti, destinati parte a sol-*

lie-

lievo degli orfani , e parte in ajuto dei Giovani poveri di Campagnano studenti nel Seminario , e per sua quiete maggiore prega la Santità Vostra di degnarsi , se crede , della sua Sovrana approvazione . Riflettendo inoltre l'oratore , che il sistema economico di questa pia eredità è stato col divino ajuto condotto a condizioni così felici , che forse i Giovani Cittadini di Campagnano non sempre l' esauriranno ; e e che sarebbe espedientissimo in tali circostanze , se il Vescovo pro tempore potesse disporre di una quarantina di scudi o cinquantina in ajuto de' Giovani poveri della Diocesi , sebbene non siano di Campagnano , che prestino fondata speranza di felice riuscita negli studj Ecclesiastici e nella pietà , l'Oratore perciò prega V. B. a degnarsi di abilitarlo a disporre dei sopravvanzi nella somma suddetta in ajuto degli studenti non Campagnanesi , non ostante la contraria disposizione del Testatore . Supplici huic libello per Auditorem SSmi die 4 Junii 1820 rescriptum est = *SSmus attentis expositis benigne annuit petitæ potestati disponendi et erogandi annuam quantitatem scutorum quinquaginta juxta preces , quatenus tamen annui reditus supersint ; contrariis quibuscumque non obstantibus.*

Quamvis id rescriptum haud statim heredibus fiduciariis innotuerit, patet tamen Canonicum Bernardinum Cappelli die 21 Novembris 1820 omnibus suis juribus super hereditate Chiatti sponte renuntiasse ; eumdemque dein tres alii secuti , nempe Archipresbyter Cappelli, Benedictus Cappelli et Paullus Orlandi extrema senectute laborans , ab heredum fiduciariorum obeundis officiis per se sensim recesserunt . Quapropter ab anno 1823, quidquid ad hereditatem Chiatti administrandam ejusque reditus erogandos pertineret, id vel extra S. Visitationem gerere cœpit Episcopus ex consilio et assensu solius heredis fiduciarii Thomæ Gori Vicarii Foranei , qui unus administratoris munere fungebatur . Re quidem vera ab eo tempore ad annum usque 1829 , pluries administrationis rationem a Canonico Gori fuisse Episcopo reditam constat , itidem-

demque ex ejusdem Canonici voto singula tum orphanorum ac viduarum, tum studentium juvenum subsidia ab Episcopo designata. Verum in decreto S. Visitationis anni 1826 omnium sane heredum fiduciariorum consensio allegatur ab Episcopo, dum ipse, hereditatis viribus perpensis, non modo certam statuit pecuniæ summam pro Orphanis et studiosis adolescentibus erogandam, sed quamdam etiam in proposita erogatione methodum rationemque servandem præscripsit. Denique in postrema S. Visitatione anni 1829, quum probasset Episcopus administrationis rationem a Canonico Gori exhibitam, illud decreto inculcatum fuit, *che in ogni trimestre assolutamente si tenga dalli Signori eredi fiduciarj la Congregazione, il di cui Amministratore sarà il Segretario; che l'Amministratore pro tempore dovrà dare il sussidio caritatevole a quegl' individui soltanto, cui sarà accordato dalla Congregazione, e in quella somma che verrà dai Signori componenti la Congregazione suddetta fissata e stabilita.*

Quum ita se res haberent non sine aliquo quorumdam Civium Campaneanensium questu, qui nonnulla immerentibus personis subsidia ex pio legato Chiatti pluries impertita fuisse dictitabant, accidit die 14 Septembris 1829, ut inconsulto Episcopo, atque ægrotante Canonico Gori Administratore, quatuor ceteri hodierni heredes Fiduciarii, Archipresbyter Cappelli, et Canonici Bernardinus Cappelli, Aloisius Cappelli, ac Philippus Bozzo, suam quisque operam et jura in gerendis hereditatis Chiatti rebus propius explere constituerint. Quare indictam Congregationem inierunt, ubi de acceptis et expensis administrationis ratione instituta, in id consilii unanimes ingressi sunt, ut subsidia, quæ jam studentibus adolescentibus antea ab Episcopo cum Canonico Gori assignata fuerant, partim ex testatoris voluntate omnino abrogarentur, partim ad minoren summam reducerentur, vel suspenderentur: aliquot vero Juvenum, qui subsidia exorabant, tunc demum rationem se habituros, cum ii ad decimum octavum ætatis annum pervenissent.

Ægre quidem hæc tulit Episcopus. Etsi enim fateretur Ca-

Canonico Gori Vicario Foraneo, se agnoscere, *che sono ragionevoli i motivi, per cui ad alcuni si è negato il sussidio*; id tamen ipsum nonnullis aliis adolescentibus iniquum noxiumque existimans, suam quoque dignitatem et jurisdictionem læsam fuisse profitebatur. Igitur, postquam pacatis literis et hortationibus nihil profecisset, ut heredes fiduciarios in suam sententiam adduceret, idem Episcopus quorumdam adolescentium Clericorum precibus clamoribusque commotus, die 11 Februarii 1830 decretum edidit, quo tam ex peculiaribus facultatibus sibi a Sa. Me. Pio VII. concessis, quam ex administrationis regulis in S. Visitatione anni 1820 confectis, earumque constanti observantia in posterioribus SS. Visitationibus an. 1823, 1826, 1829, hæc potissimum facienda duxit. „ *Considerata la risoluzione presa dalli Signori Amministratori, nella quale suppongono per legge fissata dal Testatore, che li sussidj agli Giovani studenti non possano conferirsi a quei che non abbiano li* 18 *anni*; *condizione che non apparisce nel testamento della bon. mem. di Cristofaro Chiatti*; *e nell' Istromento di spiegazione di fiducia etc.: e che aboliscono tutti li sussidj fissati a Giovani studenti in questo seminario di Sutri, ed istruiti per la via Ecclesiastica, e falcidiano per metà quello assegnato al Giovane Camillo Gori, ... e tuttociò hanno stabilito di propria autorità senza la minima dipendenza ed intelligenza nostra e contro i regolamenti fissati nelle Sagre Visite ..... Quindi è che servendoci Noi non solo delle facoltà ordinarie, ma anche delle delegate dalla S. Sede con Rescritto SSmo*; *costandoci dello stato dell' Eredità e de' regolamenti, che vi devono sopravanzare scudi* 50, *quali sebbene potremmo noi impiegare anche a pro dei Giovani non Campagnanesi, piacendoci però di preferire quelli del luogo, ordiniamo e decretiamo*: 1.° *Il Giovane Camillo Gori studente nel nostro Collegio di Ronciglione* (cui heredes Fiduciarii tantum scutata quinque et viginti reliquerant) ..... *fino a nuova nostra disposizione prosiegua a godere dell' eredità Chiatti l' intiero sussidio annuale*

le di scudi 50 ,, ; 2.° Al giovane Seminarista Canonico Andrea Pallocchini , che ci ha esibito gl' inventarj del suo beneficio , assegnamo annui scudi 30 , ed all'altro seminarista Giovanni Pieri , che parimenti ci ha esibito , come sopra , assegnamo scudi 15 annui ..... compartendo alli genitori di detti sussidiati la facoltà di obbligare l'esattore ed Amministratori della detta Pia eredità , e versar loro la somma suddetta anche per via giudiziaria ; ,, 3.° Ci riserviamo in ogni futuro tempo di prendere quelle provvidenze , che crederemo convenienti alle circostanze.

Adversus hujusmodi decretum heredes Fiduciarii ad hunc S. Ordinem confugerunt, suppliciterque rogarunt, ut EE. VV. illud revocandum decernerent , *dichiarando eziandio che il libero esercizio e gestione dell' eredità Chiatti si appartiene indipendentemente da Monsignor Vescovo agli esponenti , e che tutto al più possa egli esiggere il rendiconto annuale.* Oratoribus die 12 Maji proxime elapsi rescripsit S. Congregatio = *Episcopo pro informatione et voto , audito præsertim Promotore Fiscali in scriptis ..... , firmo interim remanente ejusdem S. Visitationis decreto* ,, . Huic tamen mandato indociles se præbuisse heredes fiduciarios , ut præscripta memoratis adolescentibus subsidia adhuc negare pergerent , die 19 Julii 1830 retulit Episcopus , addiditque cetera omnia orphanorum ac viduarum subsidia ab iis fuisse suspensa , eo sane consilio, ut ex legati pii reditibus sui quisque auctoris voluntatem ad formam testamenti possit defendere. Sed duo interea supplices libelli huic S.Ordini porrecti sunt,quorum unus quadraginta Campaneanensium orphanorum querimonias , alter Magistratus ejusdem oppidi preces complectitur, ut hæc quamprimum controversia sapientissimo EE. VV. judicio dirimatur. Itaque ex audientia SSmi die 15 Julii superioris anni S. Congregatio rescribendum censuit ,, *Episcopo , qui administratoribus hereditatis mandet omnimodam executionem Decreti S. Visitationis usque ad exitum causæ , quæ in via œconomica et absque strepitu judicii ab ipsa Sacra Congregatione definiatur.*

Ad hujus rescripti normam die 10 proximi Augusti ab Administratore Alcisio Cappelli litteræ Episcopo datæ sunt, quibus ita scribit: *Fatto il conteggio dell' introito ed esito dell' Opera Pia Chiatti, onde eseguire il Rescritto SSmo, ho trovato non essere in cassa la somma sufficiente di scudi* 33. *per saldare il Signor Gori, avendo già pagati scudi* 20. *al Pallocchini, ma soltanto scudi* 17., *quali già ho sborsato. Prego pertanto a pazientare etc.* Quibus ita præjactis, heredes fiduciarii Archipresbyter et Canonici sua huic S. Ordini jura deduxerunt, eaque peculiaribus Allegationibus contenta EE. VV. oculis subjicient. Sed ipse etiam Episcopus Promotori suo Fiscali votum de controversia exarandum ex S. Congregationis jussu imperaverit, idque suis ad me literis jampridem transmisit. Quocirca, facti specie hinc inde excerpta, nihil aliud restat, nisi ut allata utriusque partis rationum momenta paullisper de more discutiantur.

Illud in primis persuasum est Promotori Fiscali, Episcopo Nepesino administrationis rationem ab hereditatis Chiatti administratoribus omnino esse reddendam. Hoc enim jus inesse Episcopo, probat nedum *ex textu in cap. Tua nobis de testament.*, *S. Congr. in Liparen. Exemptionis Hospitalis* 11 *Julii* 1750., atque ex Chirographo SSmi diei 4 Decembris 1818, quo cautum est, ut Administratores Episcopo redderent *un' esatto conto tanto della detta amministrazione che della erogazione indicata*, sed etiam ex constanti decem annorum consuetudine, quibus administrationis ratio, nemine heredum detrectante, obsequentissime Episcopo semper exhibita fuit, ac etiam futuris temporibus eam se exhibituros hodierni heredes fiduciarii non inficiantur.

Jam vero si administrationis ratio ab administratoribus hereditatis Chiatti Episcopo reddenda sit, illud proxime infert Promotor Fiscalis, perperam contendisse Administratores, *che Monsignor Vescovo meno una vigilanza per la esecuzione della volontà del Testatore, e meno il rendiconto, cui si assoggettarono*

di

di per se stessi li Canonici , non possa ingerirsi nella sostanza della cosa , e fare decreti di assegnamenti di sussidii . Nimirum Episcopo jus esse condendi statuta legesque pro recta piorum locorum administratione ac regimine post *text. in cap.* 2. *de major. et obed.* docent *Barbos. de offic. et potest. Epis. part.*3. *alleg.* 75. *num.* 14. , *et S. Congr. in Civitatis Castellanæ Hospitalis* 13. *Februarii* 1773. §. *Ad III.* ; imo etiam cogendi Administratores ad exequendam fundatoris voluntatem , eosque negligentes ab officio removendi sancitum habetur *in Clement. Quia contigit de relig. domib.* , *Concil. Trid. sess.* 25. *cap.* 8 *de reform.*, ac traditur *a Monacel. Form. tit.* 1. *form.* 6. *num.*6., *S. Congr. in Urbevetana Administrationis* 20 *Septembris* 1794. Duo autem secum pugnantia esse ait Promotor Fiscalis , ut possit ac debeat leges ferre et vigilare Episcopus , utrum Canonici et Archipresbyter utiliter non modo administrent , sed conditiones etiam a Testatore præscriptas in erogandis hereditatis reditibus servent ; nec tamen uno eodemque tempore possit ac debeat prætergredi limites speculativæ cujusdam vigilantiæ , et ad urgendam Testatoris voluntatis executionem practica quadam et efficaci jurisdictione pollere . *Igitur* , sic ratiocinatur Promotor Fiscalis , *statuendum est , aut nullam omnino curam , vigilantiam et jurisdictionem erga hujusmodi administrationem Episcopo attributam esse , ita ut Canonici sint in exercitio administrationis liberi prorsus et independentes , voluntatisque suæ arbitrio relicti , nullius-que auctoritatis potestati subjecti , quod in lege foret novum et singulare et inauditum monstrum , aut eam competere curam , vigilantiam , et jurisdictionem , quam jura concedunt , quæque coercitiva sit , apta ad continendum in officio , ad executionem piæ vo luntatis consequendam .*

Quum ita hæc sint , contendit Promotor Fiscalis , decretum Episcopi in S. Visitatione editum sub die 11 Februarii 1830 omnino exequendum , adeoque prorsus infirmandam Administratorum Canonicorum et Archipresbyteri resolutionem in congressu diei 14 Se-

ptembris 1829 susceptam, in iis præsertim, quæ præcitato decreto postea sancita sunt. Ut enim in erogandis hereditatis Chiatti reditibus sese ingerat Episcopus, et aliqua subsidia studiosis Adolescentibus etiam non Campaneanensibus decernat, opportunas eidem facultates tributas esse censet ex Chirographo diei 4 Decembris 1818, ac potissimum ex Rescripto SSmi diei 4 Junii 1820. Porro controversum Episcopi decretum, quo Clericis *Gori*, *Pallocchini*, *et Pieri* subsidia designata sunt adversus Administratorum sententiam, adamussim quoque consonat præscriptis anno 1820 ex Administratorum assensu legibus super piorum reddituum erogatione; quas quidem leges supremæ sa. me. Pii VII. auctoritati subjectas probat Promotor Fiscalis, iisdemque commemorat reservatam hodierno Episcopo et Successoribus facultatem *di aggiungere, di togliere, di moderare gli stabilimenti in quella conformità, che si crederà più opportuna al vantaggio del luogo Pio secondo le circostanze dei tempi e dei bisogni*. *Hoc autem jure*, inquit ipse, *nunquam Episcopus fuit usus, sed usus dumtaxat est anno* 1830., *cum prospexit, contumacia inexpugnabili ab Administratoribus expuncta fuisse omnia ferme charitatis subsidia studiosæ juventuti attributa, et præsertim Adolescentibus Ecclesiasticis; quæ fuerunt circumscripta ad solum scut.* 25 *Camillo Gori constituta*. *Videns nempe Episcopus ab Administratoribus improvidam illam adhibitam methodum, tunc edidit in lucem Rescriptum SSmum in Civium Campaneani bonum*. Itaque Nepesinum Episcopum legitima prorsus auctoritate instructum decrevisse die 11 Februarii 1830 contra Administratorum resolutionem, non dubitat Promotor Fiscalis; atque eo etiam magis designata ab Episcopo subsidia Campaneanensibus Clericis *Gori*, *Pallocchini*, *et Pieri* per decreti executionem servanda ab hoc S. Ordine et confirmanda confidit, quod eadem prælatis Clericis subsidia jam antea per Administratorem modo defunctum Canonicum Gori ex Episcopi voto tributa fuerant, quin ceteri he-

redes

redes fiduciarii ullum unquam suæ dissensionis indicium præbuerint.

At si rationum momenta expendantur, quibus Heredum fiduciariorum defensio consistit, hi quidem fatentur se ad reddendam Episcopo administrationis rationem obstringi posse, sed in obeunda piorum reditnum erogatione se ab eodem Episcopo nullatenus pendere propugnant. Etenim *ex text. in leg.* 1. *Cod. de Sacros. Eccles.*, *et can. ultim. volunt. causa* 13. *quæst.* 2. probat Administratorum Defensor, supremam Christophori Chiatti Testatoris voluntatem adamussim implendam, qui, quum heredes fiduciarios instituisset Archipresbyterum et Canonicos primæ erectionis in Campaneanensi Ecclesia Collegiata, omnino præscripsit ac voluit, *che li medesimi non debbano esser per conto alcuno molestati . . . . e non debbano e non possano essere obbligati a verun rendimento di conti da chicchesia per qualunque causa o mendicato colore . . . . pregandoli a bene amministrare ed erogare le rendite della eredità in soddisfare i pii legati annessi alla medesima . . . . e nel sollievo delle orfane ed orfani, e al mantenimento di qualche Giovane allo studio, ben' inteso che sempre siano di Campagnano ed anche figli di due Conjugi Campagnanesi; e come ad essi Eredi fiduciarj parerà espediente, ed a seconda delle rendite di detta eredità.* Huic enimvero consilio ipsa favet Tridentina Synodus, quæ *in sess.* 22 *cap.* 9 *de reform.* luculentissime exprimit piorum reditnum rationem singulis annis Episcopo ab Administratoribus exhibendam esse, *nisi secus forte in institutione et ordinatione . . . . expresse cautum esset*; quam quidem testatorum voluntatem in casu tantummodo negligentiæ Administratorum ad tramites *cap. Tua Nobis de Testam.* excludi posse docet *Fagnan. in cit. cap. num.* 16, *Giraldi Jur. Pontif. Part. II. sess.* 82. *pag.* 922., *S. Congr. in Senogallien.* 18. *Maji* 1726. §. *Denique*, et clarius etiam *in una Civitatis Plebis* 1696 *ex decret. lib* 45. ubi hæc ad rem leguntur = *Episcopus tamquam Executor piorum legatorum potest uti jure suo, et compellere quos-*

cum-

cumque de jure ad reddendam rationem administrationis legatorum piorum juxta modum ac formam contentam in cap. Tua Nos de testam. , *non obstante expressa lege testatorum* , *quod Episcopus nullo pacto se ingerat in eorum legatis* , *data tamen suspicione negligentiæ administratorum et executorum in adimplenda testatorum voluntate* =. Itaque præter administrationis rationem , quam ex Chirographo Pontificio diei 4. Decembris 1818 Heredes fiduciarii reddere in posterum pergent , id unum insuper ait heredum fiduciariorum Defensor curandum esse Nepesino Episcopo , utrum Administratores suo quisque officio honeste fungantur , atque integrum hereditatis Chiatti reditum in pios usus a Testatore præscriptos impendant . Quod si ab iis aliquid fraudulenter factum contra ipsius testatoris mentem deprehenderit , aut nonnihil ex pio legato in Administratorum utilitatem fuisse conversum non temere suspicatus sit , tunc sane poterit Episcopus pro exequenda Christophori Chiatti voluntate omnes delegatæ et ordinariæ jurisdictionis nervos in ipsos Administratores rite exercere . Sin aliter ; jam nihil ad Episcopum attineat peculiares auctoritate sua leges pro erogandis Legati pii reditibus indicere , personas designare , et subsidiorum quantitatem præfinire heredibus fiduciariis , quibus suam libere implendam voluntatem reliquit Testator , *come ad essi parerà espediente* .

Neque ullum Episcopo perfugium esse contendit Archipresbyteri et Canonicorum Administratorum Patronus, ut Pium Legatum Chiatti sibi suæque jurisdictioni ab heredibus fiduciariis subjiciendum suadeat. Etenim Pontificium Chirographum diei 4. Decembris 1818. , ad juris tramites omnino intelligi debet , ut nempe Episcopus pro implenda testatoris mente Administratorum gestis advigilet , et in uno eorumdem negligentiæ casu suam ad id auctoritatem interponat. Quod vero ad Rescriptum SSmi diei 4 Junii 1820 pertinet , hoc quidem nullius esse roboris censet heredum fiduciariorum Defensor , quum in supplici Episcopi libello videatur suprema Christophori Chiatti mens Sa. Me.

Pio

Pio VII. exponi debuisse, dum ille omnimodo Administratorum libitu hereditatem suam in pios usus erogandam scripsit. Pro certo autem habent Archipresbyter et Canonici Administratores, prælaudatum Pontificem nullo unquam modo, ac sine præsertim gravi aliqua causa rescripturum fuisse ejusmodi Episcopi precibus, si de re penitus certior evasisset. Hinc illud potissimum contendunt, non posse Episcopum tum Campaneanensibus Clericis, tum multo etiam minus alienigenis studiosis Adolescentibus subsidia ex eo rescripto decernere. Etenim Summus Pontifex gravissimam etiam conditionem ibidem adjecit = *quatenus tamen annui reditus supersint* = ; nec cuiquam in hypothesi, nisi Administratoribus jus foret decernendi, utrum ad alterius oppidi indigenas aliquo subsidio donandos quidquam ex pio legato superesse valeat. Quod quidem inquiunt ipsi, nullo prorsus tempore concedi ac perfici potest, quin orphanorum et adolescentium Campaneanensium, quorum non mediocris multitudo, juri quæsito detrimentum ex gratia Principis inferatur *contra text. in cap. Si quando de rescript.*, *et S. Congreg. in Ariminen. Funerum* 16 *Junii* 1827 §. *Porro*, *et in Platien. Canonicatus* 30 *Maji* 1829. §. *Tandem*. Denique, etiamsi post subsidia Campaneani indigenis eroganda aliquot superessent reditus, perpendit heredum fiduciariorum Patronus, eos ne in opus quidem proximum testatoris voluntati, hoc est pro alienigenis impendi licere *ex Trid. Syn. sess.* 23 *cap.* 8 *de reform.*, quum Christophorus Chiatti expresse indixerit, hereditatem suam in orphanorum et cujuspiam studiosi Juvenis subsidium pro Administratorum libitu totam esse insumendam, *ben inteso che sempre siano di Campagnano ed anche figli di due Conjugi Campagnanesi.*

Eo jam igitur spectat Archipresbyteri et Canonicorum defensio, ut sua corruat mole Episcopi decretum diei 11 Februarii 1830, quo adversus Administratorum sententiam subsidia quædam Clericis *Gori*, *Pallocchini*, *et Pieri* designata sunt. Ex iis enim omnibus, quæ hactenus ab eorumdem Administratorum

Pa-

Patrono prænotata referuntur, omnimoda Episcopum potestate caruisse sequeretur, ut se legitime posset in ea subsidiorum largitione ingerere. Heredes scilicet Fiduciarii tuentur, nihil etiam prodesse Episcopo illas de pii legati Administratione et erogatione regulas, quæ in S. Visitatione anni 1820, conditæ sunt, quæque *in cap. ult.* reservatam ab Episcopo includunt sibi suisque successoribus facultatem *di aggiungere, di togliere, di moderare i stabilimenti in quella conformità che si crederà più opportuna al vantaggio del luogo Pio secondo le circostanze de' tempi e dei bisogni.* Hoc namque adversum plane est Testatoris Chrisostophori Chiatti voluntati, qui unis tantummodo heredibus fiduciariis hereditatem suam rite administrandam et in pios usus erogandam reliquit, *come ad essi parerà espediente.* Incassum proinde Episcopus censendus est decretum suum die 11 Februarii 1830 edidisse, præcipue *riassunti i regolamenti da Noi emanati nella nostra prima S. Visita fatta in Campagnano gli* 8 *Maggio* 1820. , *sottoposti poi da Noi alla considerazione Sovrana nella relazione fatta alla Sa. Me. di Pio VII. il dì* 2 *Giugno* 1820, quum istiusmodi regulis ex Rescripto SSmi diei 4 Junii ejusdem anni nulla revera accesserit Apostolicæ Sedis adprobatio. Hac autem de re Archipresbyter et Canonici Administratores existimant, ne ullam quidem super pio legato Chiatti jurisdictionem Episcopo convenire posse ex propitia decem annorum consuetudine, quippe quæ ad actus mere facultativos reducitur, quibus per longum licet temporis spatium exercitis nullam invehi præscriptionem tradit *Zallinger. Leg.* 2 *Decret.* §.350. *num.*4 , *Rot. cor. Ratto decis.* 259. *num.* 12, *et S. Congr. in Viterbien. Jurium* 26 *Augusti* 1826 §. *Et re sane, et in Ferentina Aggregationis et Juris eligendi* 21 *Julii* 1828. §. *Nec quidquam.*

Administratorum Defensor illud hoc in loco postremum contendit, resolutionem ab heredibus fiduciariis die 14 Septembris 1829 susceptam esse omnino confirmandam. Eos enim sese legitime congregasse vel ipse fa-

fateatur oportet Episcopus, qui eodem anno 1829 per Decretum S. Visitationis solemniter inculcaverat, *che in ogni trimestre assolutamente si tenga dai Signori Eredi Fiduciarj la Congregazione . . . che l'amministratore pro tempore dovrà dare il sussidio a quegl' individui soltanto, cui sarà accordato dalla Congregazione, e in quella somma, che verrà dai Signori Componenti la Congregazione suddetta fissata e stabilita.* Videtur itaque Episcopus absolutum heredum fiduciariorum jus in erogandis pii legati reditibus luculenter agnovisse, iidemque heredes fiduciarii die 14 Septembris 1829 omnia se juxta Auctoris sui mentem gessisse et sanxisse propugnant. Hoc enim jamdudum in præfatis Administrationis legibus anno 1820 sibi proposuerant, *che siccome gli Orfani sono i primi contemplati, sembra perciò conveniente ed analogo, che la maggior parte dell' entrate siano applicabili a pro loro.* Etiamsi vero communi consensione ibidem statuerint, *che in vista di circostanze straordinarie per lo spazio di sei anni* (*prorogabile, se così esiggerà il bisogno, ad altri tre anni*) *due terzi di rendite siano erogati in sussidio ai Giovani poveri, e che provvisoriamente vengano impiegati scudi* 100 *per quattro Giovani, cioè scudi* 25. *per ciascuno*; animadvertunt tamen, ab anno 1820 ad diem 14 Septembris jam totum sexennium alterumque triennium fuisse elapsum, adeo ut omni jure potuerint aliter de pii legati erogatione ad mentem præsertim Testatoris decernere. Etenim quadraginta Campaneani Orphanos in præsentiarum recenseri affirmant, quibus opem ferri potius oporteat, quam studiosis aliquot adolescentibus, qui antea ex unius Administratoris Canonici Gori libitu et Episcopi voto subsidia retulerant. Ipse siquidem Episcopus post controversam heredum fiduciariorum resolutionem ad eumdem Canonicum Gori manu sua scripserat, *che sono ragionevoli i motivi per cui ad alcuni si è negato il sussidio*; ipsos autem heredes constat die 14 Septembris 1829 idcirco Camillo Gori scutata tantummodo 25 ex scut. 50 reliquisse, quod annos circiter duodecim attin-

geret, *età non sufficiente secondo il testatore ad avere tal sussidio per gli studj, riserbandosi a tempo debito averlo in maggior considerazione stante il talento e buona inclinazione del ragazzo, non che il peso sostenuto finora dal suo Zio Prete nell' amministrare la pia credità*: atque omne demum subsidium scut. 25 Clericis *Pallocchini* et *Pieri* abrogarunt, quod ambo jam quinque antea per annos eo beneficio fruiti fuerant, alter vero *provveduto ora da due prebende sufficienti al suo mantenimento agli studj*, alter *provveduto di quattro beneficj, ed uno de' mediocri possidenti in Campagnano, come ancora aumentata tal possidenza per essergli scaduta una buona eredità del suo Zio Prete fu D. Paolo Canonico Orlandi*. Merito igitur et omnino ex mente Testatoris ita se cum memoratis Clericis *Gori*, *Pieri*, et *Pallocchini* gessisse contendunt heredes fiduciarii, nec iis propterea ex decreto Episcopi pristina subsidia confirmanda.

Vix pro meo officio hæc scriptis exaraveram, supplicem huic S. Ordini libellum porrexit Canonicus Philippus Bozzo, qui unus ex Canonicis hereditatis Chiatti Administratoribus quum sit, refert tamen se a ceteris suis Collegis in Congregatione diei 14 Septembris 1830 privatum fuisse quinquaginta scutatorum subsidio, quo antea ab Episcopo donatus fuerat. Hinc suam obtendens non modo heredis fiduciarii qualitatem, sed domesticæ potissimum rei indigentiam, humillime petit ab EE. VV., ut ad inceptam studiorum rationem conficiendam ejusmodi sibi subsidium iterum persolvi decernatis. Hac autem super re audiendum censui Nepesinum Episcopum, qui suis literis diei 19 Januarii hujus anni retulit, Archipresbyterum et Canonicos Administratores Pii Legati Chiatti ideirco subsidium scutat. 50. Canonico Philippo Bozzo denegasse, quod jam per sexennium in S. Visitatione anno 1820 præscriptum eo usus fuisset, et quia præsertim Canonicali primæ erectionis præbenda potitus, ac duabus cum familia sua hereditatibus instructus, inter pauperes recenseri amplius non posse creditus est. Idem vero Nepesinus Antistes sui pandens animi sententiam,

hæc

hæc addit. = *Quidquid sit de duabus aditis hereditatibus a Familia Bozzo, certum est et exploratum, familiam illam esse numero valde copiosam et indigentiæ argumenta præseferre. Verum autem est, Oratorem potiri præbenda Canonicali primæ erectionis, et æquitati consonum est, ut præbendæ reditus ad studiorum cursum explendum in primis insumat. At si ad convictum totius anni scholastici absolvendum ex parte deficiant, æquitati consona non videtur consociorum Canonicorum deliberatio, qui parum sibi cohærentes, quum præterito anno licet Canonicatum possidenti subsidium contulerint* 50 *scut., e contra hoc anno ne obolum quidem adsignaverint, licet ille sit præ ceteris ad Sacros Ordines proximus, et licet in certamine publico in fine præteriti anni habito in Collegio Roncilionis inter Theologos præmium fuerit sortitus et tulerit. Mea itaque sententia ea foret, ut hereditas Chiatti suppleat pro ea tantum parte, qua ad convictum deficiunt præbendæ ab Oratore possessæ reditus, ad alios duos solummodo annos, quibus Theologiæ cursum explere poterit; quumque ex inventario Canonicatus constet illius fructus ad annuam summam scut.* 37 : 26 *pertingere, supplenda esse censere n scut.* 17 : 74, *quæ desunt ad summ m scut.* 55 *pro convictu solvendam. Quæ mea quæcumque opinio congruit Testatoris voluntati, SS. Visitationum decretis, et æquitatis regulis, ex quibus, quamvis non liquescat in Oratore jus rigorosum justitiæ ad subsidium aliquod assequendum, quia est Canonicus Administrator piæ hereditatis Chiatti; attamen uti talis, ceteris paribus, aliis præferri meretur ex parte, qua indiget, imputatis præbendæ suæ reditibus.*

Erit igitur EE. VV. summa, qua præstant, sapientia definire

Dubia

I. *An administratio et erogatio pii legati Chiatti sit penes Heredes Fiduciarios independenter ab Episcopo in casu etc.*

II. *An confirmanda sit Hæredum Fiduciariorum resolutio diei 14 Septembris 1829, seu potius exequendum Episcopi decretum diei 11 Februarii 1830 in casu etc.*

III. *An et quomodo annuendum precibus Canonici Philippi Bozzo in casu etc.*

IV. *An erogari possit summa scut. 50 in favorem Clericorum non Campaneanensium ad formam rescripti SSmi diei 4 Decembris 1818 in casu etc.*

Et quatenus affirmative

V. *An, et ad quem spectet ejusmodi Clericorum nominatio in casu etc.*

Ad I. Affirmative, salvo tamen jure Episcopi ad formam Sacrorum Canonum, et Chirographi 4. Decembris 1818.

Ad II. Affirmative ad primam partem, negative ad secundam.

Ad III. Negative.

Ad IV et V. Dilata, et hæredes fiduciarii doceant de aperitione oris.

Sess. 25 cap. 5. et 18 de refor.

IMOLEN. PRIORATUS. Capitulum insignis Collegiatæ Ecclesiæ SS. Petronii et Prosperi in civitate Luci Diœceseos Imolensis, quod ante præteritam rerum perturbationem constabat quatuor Dignitatibus, tredecim Canonicis, et octo Mansionariis, easdem pertulit vicissitudines, quæ ceteras occuparunt Ecclesias. Rebus ecclesiasticis meliori qua fieri potuit ratione in pristinum statum restitutis, Lucense etiam Capitulum per Apostolicas literas tum Venetiis tum Romæ a sa. me. Pio VII datas aliqua ex parte reviviscere cœpit. Tribus enim restauratis dignitatibus, Præposito scilicet, Archidiacono, et postea Archipresbytero, iis quoque accessu-

cesserunt quinque Canonici, et duo Mansionarii. Postremo ad Capituli splendorem jugiter augendum pia largitione cl. me. Cardinalis Bertazzoli factum est, ut iterum erigeretur secunda dignitas Prioratus nomine insignita, duo alii Canonicatus, totidemque Mansionariæ. Quidquid in erectione Prioratus, de quo in præsentiarum solummodo disceptatur, memorato fundatori decernere placuit, illud Apostolicis litteris diei 23 Maji 1828 confirmavit sa. me. Leo XII, ubi legitur: „ Cardinali Bertazzoli, quoad vixerit, plenum jus erit „ nominandi ad beneficia quinque ab eo fundata il- „ los, quos ipsemet dignos putabit, iis tantum serva- „ tis, quæ canones præscribunt. Post ejusdem vero „ Cardinalis mortem ad hæredes, quos ipse instituet „ suo testamento, spectabit jus nominationis ad Prio- „ ratum. Deficientibus autem illorum hæredum agna- „ tis et cognatis, conferre dignitatem hanc liberum „ et integrum erit Ordinario loci, a quo tamen eædem „ omnino, quæ impositæ sunt hæredibus, conditiones „ erunt servandæ. Nimirum hæredes prædicti nomi- „ nare ad Prioratum illos tantum poterunt, qui in ci- „ vitate Luci nati sunt, et inibi domicilium habent; „ suos vero agnatos et cognatos iidem hæredes præ- „ ferre cœteris agnatis et cognatis familiæ Bertazzoli, „ hos autem præferre extraneis tenebuntur. Ceterum „ non extranei solummodo, sed etiam agnati et co- „ gnati sive hæredum, sive familiæ Bertazzoli tum „ quando fuerint ab haeredibus nominati, tum quan- „ do ab Ordinario electi, semper ab eodem Ordinario „ per examen probandi erunt, eo prorsus modo, quo „ examinari solent ii, qui destinantur ad audiendas „ confessiones, ita ut nemo unquam, nisi qui ad Con- „ fessarii munus fuerit idoneus repertus, possit ad „ Prioratum institui „. E vivis interim erepto Emo Bertazzoli, vitaque deinde functo Joanne Baptista Calzolari, qui fuerat ab eodem Cardinali ad Prioratus dignitatem evectus, hæredes pii Institutoris, Collegium scilicet Canonicorum Lucense, et Petrus Bertazzolius ad Imolensem Episcopalem Curiam recensitæ dignitatis nominationem tulere. Canonici sub die 21 Junii 1830.

Sacerdotem Josephum Malerbi Lucensem, et ad excipiendas Christifidelium confessiones pluribus abhinc annis approbatum communi suffragio nominarunt; Petrus vero Bertazzoli primo in Sacerdotem Bernardinum Canonicum Coadjutorem Girri, factique deinde pœnitens in Innocentium Nuvoli ex familia Bertazzoli descendentem suam contulit nom nationem. Quum vero ejusdem Innocentii pater animadverteret, filium suum, utpote clericali militiæ nondum adscriptum, ac in ætate viginti annorum constitutum, voti compotem ullo pacto fieri non posse, Episcopale Tribunal adiit, petiitque, ut ad Prioratus dignitatem institueretur Innocentius, sin minus ejus frater natu major, clericus Joannes Balthaxar, qui licet clericales vestes non gerat, et in Urbe procuratoris munus exerceat, vigesimum tamen septimum ætatis annum jam excessit, in utroque Jure est laurea donatus, et ad studium Theologiæ Moralis et Dogmaticae per annos quatuor in patrio Emaldiano Licaeo laudabiliter incubuit. Interim Innocentius Nuvoli supplicem huic Sac. Congregationi obtulit libellum, quo dispensationem efflagitat, ut ipse Prioratus dignitatem nanciscatur, spondens se intra quinquennii spatium sacros ordines suscepturum, et ad fidelium excipiendas confessiones se idoneum redditurum.

Quam modo exposui facti seriem fideliter hausi ex Emi Episcopi relatione, qui ex more rogatus partibus terminum praefiniit ad jura sua coram sacro Ordine deducenda, atque haec insuper edisserit. „ Præter scu-
„ tata 80, ad quæ pertingebat in vim institutionis
„ Prioratus præbenda, alia scutata annua 20 circiter
„ erunt illa, quæ Prioratus dignitati evenire poterunt,
„ perpensis haereditatis Emi Bertazzolii unciis favore
„ Lucensis Capituli relictis; et ita scutata annua 100
„ attingent Prioratus reditus. Quotidianum in Lucensi
„ Collegiata quamvis sit Chori servitium, tamen ita
„ distributum est, ut alternatim solum in hebdomada
„ choro interesse debeant Canonici. Canonicus autem
„ Prior præter chori servitium, Missas vulgo *de tur-*
„ *no*, et onus relinquendæ tertiam præbendæ partem

pro

„ pro distributionibus, quæ omnia cæteris Canonicis
„ Collegiatæ Luci communia sunt, onus etiam ex fun-
„ dationis lege habet audiendi fidelium confessiones.
„ Innocentius Nuvoli in ætate annorum 19 et men-
„ sium 7 constitutus operam navit studio in civitate
„ Luci et ita strenue in studiorum suorum curriculo
„ se gessit, ut præmio dignus ab examinatoribus sin-
„ gulis in annis reputatus fuerit. Nil præterea mihi
„ datum est opponere contra ejus mores; audito ete-
„ nim Vicario Foraneo Lucensi tam super ejus ætate,
„ super ipsius in studiis progressu, quam super ejus-
„ dem vivendi ratione, omnia prædicta retulit mihi in
„ istius favorem. Nullus præter Oratoris fratrem Joan-
„ nem Balthaxarrem inter passive vocatos adest, qui
„ qualitatibus a fundatore requisitis præditus sit. Jose-
„ phus Malerbi, ut etiam animadvertunt Canonici, a
„ sacris confessionibus audiendis approbatus, atque a
„ quamplurimis annis exercitium Confessarii faciens,
„ laudabilissimis moribus ornatus, cantuque gregoria-
„ no ac figurato potitus, fideliter omni tempore Ec-
„ clesiæ Lucensis servitio fuit mancipatus . . . Quod-
„ cumque autem futurum fuerit judicium ab isto Sacra
„ emittendum Congregatione, per me semper, omni-
„ que tempore tamquam justitiæ consonum æstimabi-
„ tur. Quum tamen fratrum Nuvoli pater protestatus
„ sit contra Canonicorum in persona optimi Sacerdo-
„ tis Josephi Malerbi nominationem, quod an jure fe-
„ cerit vel injuria facili cognosci potest negotio; cu-
„ perem quam maxime, Sac. istud Tribunal in casu,
„ quo rejiciat Innocentii Nuvoli Oratoris preces, judi-
„ cium emittere super jure alterius Oratoris fratris
„ Joannis Balthaxarris, ut hoc uno judicio omnis in-
„ tercludatur controversiis via, et ut tandem aliquan-
„ do alterutri aut ex fratribus Nuvoli, aut Sacerdoti
„ Josepho Malerbi, qui assidue operam ejus Ecclesiæ
„ servitio navavit, Prioratus conferatur dignitas „.

Ut petitæ ab Innocentio dispensationi viam sternat ejus frater Joannes Balthaxar, nominationem a Sacerdote Malerbi obtentam nullam irritamque probare nititur. Etenim certum exploratumque est, tum demum extra-

neos

neos ex fundationis lege ad Prioratus dignitatem nominari posse, cum nulla affulget spes, ut inter agnatos et cognatos familiæ Bertazzoli is reperiatur, qui eamdem Dignitatem assequi valeat. Porro Joannes Balthaxar, qui Lucensi pollet origine, cum Emo Fundatore cognationis vinculo conjungitur, minoribus Ordinibus est initiatus, Sacræ Theologiæ, ac juri canonico pluribus abhinc annis incumbit, et in ea versatur ætate, ut quam cito sacros Ordines suscipere, ac deinde examini pro audiendis confessionibus se subjicere queat, sibi injuriam illatam fuisse arbitratur, dum Lucense Capitulum, neglecto idoneo fundatoris consanguineo, in extraneum Presbyterum nominationem contulit. Nominationem itaque Josephi Malerbi omnino parvi faciendam putat, sibique asserit jus assequendi Prioratum: etsi enim sacris Ordinibus idem Joannes non sit insignitus, cuique tamen compertum est, ex sacrorum canonum jure unius anni spatium tribui Beneficiorum Rectoribus ad recipiendum Ordinem ipsis Beneficiis adnexum, *Clement. Ut ii de ætat. et qual. præf.*, *Sac. Congreg. in Senogallien. Canonicatus* 23 *Novembris* 1754, *et in Firmana Fructuum et distributionum* 24 *Novembris* 1827. Hinc præfatus Joannes declarat, se hujusmodi temporis beneficio gaudere velle, nisi Apostolica Sedes dispensationem, quam Innocentius germanus ejus frater expostulat, eidem censeat indulgendam.

Quod vero pertinet ad Innocentium, hic quidem se nunc minus idoneum esse fatetur ad Prioratum consequendum, nisi Apostolica accesserit dispensatio; at nihilominus oblatis precibus Emos Patres suffragaturos confidit. Etenim nihil æquitati magis consonum, atque huic sacro Ordini nihil antiquius, quam patronis eorumque filiis inopia laborantibus suppetias ferre modo onerum reductione, modo nominationis suspensione, modo ætatis dispensatione. Prostant exempla *in Monasterien. Canonicatus* 7 *Aprilis* 1753, *in Sutrina Canonicatus* 27 *Junii* 1829, *et in Hortana Canonicatus* 20 *Martii* 1830. Familia autem Nuvoli summis premitur rei familiaris angustiis, Orator sanguine jungi-

gitur cum fundatore, ad Prioratus fruitionem vocatur, in Archigymnasio Romano juris utriusque disciplinis operam navat, et ad ecclesiasticam ingrediendam militiam ita se præbet paratum, ut jam in votis habeat, præfata gaudere dignitate tamquam titulo ad sacros suscipiendos Ordines.

Sedulo quoque notandum arbitratur idem Nuvoli, ipsum Cardinalem fundatorem, antequam e vivis decederet ad Prioratus dignitatem nominasse Clericum Federicum Bertazzoli nunc defunctum, et ad alterum ex Canonicatibus præsentasse cognatum suum Josephi Morandi filium, qui decimum quintum ætatis annum vix attigerat. Quocirca, subdit Innocentius, si fundator ipse tanta in suos consanguineos usus est indulgentia, menti quoque ejus cohærere videtur, ut hic sacer Ordo erga adolescentem in sortem Domini vocatum, inopem, ac patrimonio sacro destitutum benignum se præbeat, eique optatam largiatur dispensationem.

Hæc vero a fratribus Nuvoli allata rationum momenta non tanti ponderis esse arbitratur Sacerdos Malerbi, ut nominationem suam ad Prioratus dignitatem a Lucensi Capitulo plenis suffragiis obtentam possint infirmare, irritamque prorsus declarare. Unicuique sane jus esse in Beneficiorum erectione eas præscribere qualitates et conditiones, quas vel ad populi utilitatem, vel ad Ecclesiæ dignitatem promovendam maxime idoneas ipse judicaverit, docent *Lambertin. de jure patron. lib.* 1. *part.*1 *art.*1 *quæst.*9 *num.*52 *num.*9, *Card. de Luca de Jure patron. disc.* 20 *num.* 15. *et disc.*65 *num.* 4, *Barbos. de offic. et pot. Episc. lib.* 1 *tit.* 2. *glos.*17. *n.*28. Hujusmodi autem qualitates et conditiones, ubi statutæ fuerint, pro lege esse habendas, nec eisdem derogandum, decreverunt tum Tridentini Patres *sess.* 25 *cap.*5. *et* 18. *de reform.*, tum Rota *coram Olivat. decis.* 179 *num.*9, et Sac. Congregatio *in Tiburtina diei* 27 *Maji* 1826. Et, præsertim si alterius juri quæsito damnum inferretur, *ad text. in cap. Si quando de rescript.*, *Sac. Congregat. in Platien. Canonicatus* 30 *Maji* 1829 *ad II Dub.*

Jam vero nostro in themate Emus Bertazzolius Lucensis Prioratus fundator, voluit, ut hæc dignitas iis dum-

taxat sive agnatis sive cognatis sive extraneis conferretur, qui Sacerdotio essent honestati, et ab Ordinario per examen probati eo prorsus modo, quo examinari solent ii, qui destinantur ad audiendas confessiones, ita ut *nemo unquam, nisi qui ad Confessarii munus fuerit idoneus repertus, possit ad Prioratum institui*. Injuria igitur Joannes Nuvoli, qui sacris Ordinibus non est initiatus, et, abjectis clericalibus vestibus, aliam vivendi rationem ab ecclesiastica prorsus alienam sibi delegit, irritam ac illegitimam jactat nominationem Sacerdotis Malerbi. Frustra similiter Prioratus collationem petit Innocentius Nuvoli, qui vigesimum ætatis annum nunc agit, inter Clericos nondum est cooptatus, et ad præscriptas acquirendas qnalitates quinque circiter indiget annorum spatio. „ Si interim „ jura statuunt, (utar verbis Emi Episcopi) quod, „ quando beneficia conferri debent certæ personæ, „ nulla expresse qualitate adjecta; intelligenda semper „ sit talis personæ habilitas, si ex. gr. idonea sit, *Leg. „ ut gradatim vers. et si lege ff. de muneribus et honoribus*; si quælibet dispositio, quamvis generalis, „ interpretationem de habilitate recipiat, *Bartol.* in „ leg. 2. §. *Præter ff. qui satisdare cogant.*, *Azevedo „ tit.* 17 *lib.* 4 *recapit. num.* 8, quid dicendum erit „ in themate, ubi Fundator expresse apposuit prædictas in instituendo ad beneficium qualitates? . . . . „ Bonum hinc non audeo appellare fratrum Nuvoli „ jus „.

Itaque si neuter ex fratribus Nuvoli nec tempore vacationis Prioratus, nec saltem intra quadrimestre ad præsentandum laicis patronis impertitum, idoneus, uti necesse erat, *Piton. discept. eccl.* 13 *num.* 39, *Card. de Luca de jurepatr. disc.* 70 *num.* 16, *Sac. Congreg. in Platien. Canonicatus* 30 *Maji* 1829 §. *Tandem*, reperiebatur, immerito passivam invocant nominationem, ac irrito conatu ad fundationis tabulas, quibusmet ipsi confodiuntur, nunc confugere pertentant. Hinc Lucense Capitulum, cum nemo ex iis, qui passiva gaudent vocatione, idoneus extaret, suo usus est jure, nominationem conferendo in Sacerdotem Malerbi,

bi, qui cunctis ornatur dotibus, quarum in suis tabulis pius fundator commemorationem fecit; hinc Sacerdos Malerbi quæsito pollet jure nanciscendi canonicam institutionem; hinc Innocentius petita nequit donari dispensatione, secus Sacerdoti Malerbi damnum inferretur adversus utriusque juris regulam, quæ statuit, gratias et privilegia alterius jus lædere non debere, *Leg.* 7 *Cod. de precib. Imperat. offer*, *cap. Si quando de rescript.* Præterea eadem dispensatio in Lucensis quoque Ecclesiæ damnum cederet; vix enim quatuor aut quinque præsto sunt Canonici, qui chorale onus valeant sustinere, quum ceteri vel senectute, vel adversa valetudine, vel muneribus præpediti divinis concinendis laudibus adstare prohibeantur.

Proponuntur

Dubia

I. *An Sacerdoti Josepho Malerbi sit danda canonica institutio in casu etc.*

Et quatenus negative

II. *An et cujus ex fratribus Nuvoli sit precibus annuendum in casu etc.*

Ad I. Affirmative.

Ad II. Provisum in primo.

FOROSEMPRONIEN. CAPELLANIÆ. Angelus Vici supremis tabulis anni 1699 Capellaniam laicalem et ad nutum suorum haeredum amovibilem sub auspiciis B. Mariæ Virginis in Cœlum Assumptæ erigi jussit in Ecclesia parochiali Castri Palatii Diœceseos Forosemproniensis. Hujus Capellaniæ Rectori onus injunxit = di celebrare una Messa in ogni festa di precetto, ed in ogni festa della Madonna anche di divozione; un' uffizio di Messe sei nel giorno dell' Assunta con messa cantata, e due nella festa degli Angeli Custodi =. Pii Testatoris filius ac haeres Dominicus Vici Missas quidem celebrari curavit, sed cum erectionem Capellaniae neglexisset, in ultimo suae voluntatis elogio diei 11 Aprilis 1714 cavit = Che le sue Eredi debbano consegnare al Cappellano da nominarsi la metà

Sess. 25 *cap.* 5 *de reform.*

di una possessione . . . in vocabolo l'Isola con tutti i suoi annessi e connessi, ed anche altri due pezzi di terra spettanti a lui medesimo, che sono separati dalla medesima possessione . . . e oltre le Messe dichiarate da Angelo suo Padre da soddisfarsi come in detto Testamento, vuole e comanda che il Cappellano pro tempore sia obbligato a celebrare una Messa la settimana in perpetuo per l'anima di esso Testatore, ed altre messe venti l'anno per l'anima di Agata già sua moglie . . . Di più vuole e intende che se in alcun tempo mai la detta metà di possessione e campi si trovassero a permutare con vantaggio di detta Cappella in beni liberi, possano l'infrascritte sue Eredi permutarla col consenso anche del Cappellano pro tempore=. Capellaniæ dotem anno 1756 auxit Magdalena memorati Dominici filia, inquiens = Item jure legati lascia alla Cappella dell'Assunta eretta nella Chiesa suddetta una possessione in contrada *le Moglie* con i suoi campi annessi; e con i frutti di essa possessione il Cappellano di detta Cappella debba celebrare o far celebrare 70 Messe all'anno in suffragio dell'anima sua=. Utraque prædia varias dein passa sunt vicissitudines. Etenim anno 1793, dum Sacerdos Franciscus Bonetti Capellaniam, ejusque bona in dotem tradita possidebat, Hieronymus Santini, qui Capellaniæ patronatu per illud temporis fruebatur, proprio marte, et consensu Capellani haud exquisito, praedium *l'Isola* cum finitimis terrulis permutationis titulo per privatam syngrapham cessit Josepho Baldiserri, fundumque cui nomen *Sterleto* seu *Scotanara*, a Josepho acceptum in Capellaniae dotationem subrogavit. Paulo post, nimirum anno 1795 praefatus Baldiserri praedium illud tamquam ab omni onere ac vinculo exemptum privata similiter obsignata syngrapha vendidit Dominico Biaschelli. Hieronymus interim Santini, tum subrogati fundi, tum alterius *le Moglie* nacta possessione universos fere annuos fructus in proprium, suaeque familiae usum convertere ausus est, et anno 1799 ab Sede Apostolica nedum absolutionem a praeteritis omissionibus, sed etiam Missarum reductionem impetra-

travit. Tandem nubenti filiae Hortensiae dotis titulo idem Hieronymus tradidit praedium *le Moglie*, alterum vero fundum *Serleto* seu *Scolanaro* occupavit Fiscus, ut publica vectigalia a familia Santini extorris non soluta sibi rependeret. Illud autem ex hodierni Forosemproniensis Antistitis vigili cura apposite accidit, ut antequam a Baldiserrio, et Biaschellio permutationis, ac emptionis transcriptio in publicis tabulis expleretur, inscriptio hypothecaria super fundo *l'Isola* ad jura Capellaniae tuenda facta fuerit. Praeterea Episcopus, dum sacram anno 1828 ageret visitationem, reductionem Missarum anno 1795 obtentam, utpote obreptionis ac subreptionis labe infectam, nullam irritamque declaravit.

Quum res ita se haberent, Hortensia Santini, quae pluribus gravatur filiis, ac gravi premitur rei familiaris angustia, supplex hanc Sacram adiit Congregationem, duo enixis precibus rogans, scilicet absolutionem a quibusvis anteactis omissionibus, ac facultatem perpetuo retinendi praedium *le Moglie*, quin unquam sibi, suisque heredibus ulla a Capellaniae possessoribus inferri valeat molestia, spondens se jugiter curaturam, ut Missae septuaginta ad tramites testamenti Magdalenae Vici adamussim in posterum litentur.

Multa quidem a Forosemproniensi Episcopo de more rogato suis relationibus huic S. Ordini scripta sunt, quae in ordinem digesta sic se habent. „ Fructus bonorum omnium tam primaevae, quam secundariae „ capellae, quorum valor summam scut. 1200. constituit, quotannis ad scut. 60. circiter ascendunt, „ oneribus missarum in totum 247. et vectigalium „ nequaquam expunctis: iis autem subductis scut. 30 „ circiter attingunt. Emptorem fundi l'Isola, Dominicum nempe Biaschelli Camertii degentem interrogavi, sed responsum adhuc desidero. Eum tamen pluries super re de qua agitur, antea audiveram, semperque mihi deduxerat, se bona fide dictum fundum per scripturam privatam usque ab anno 1795 tamquam liberum emisse a quodam Joseppho Baldiserri, qui a dictae Capellae patrono Hie-

„ ronymo Santini sub die 23 Julii 1793 titulo permu-
„ tationis pro pretio scutorum 1185 acceperat. Hu-
„ jus fundi fructus omnes emptor Biaschelli percepit,
„ et Missas tantum 90 a suæ possessionis initio fecit
„ celebrare; idque ob rationem ab ipso allatam, quod
„ nempe eumdem fundum, uti liberum, bona fide
„ emerit. Hic autem congrue advertam, bonam fi-
„ dem utique a culpa excusare, minime vero actum
„ per se nullum validum reddere posse. De bono ju-
„ re igitur causæ piæ non est ambigendi locus, ne-
„ que hypothecarium sistema officit ullo pacto, quia
„ favore Capellæ opportuno tempore inscriptio capta
„ fuit, antequam nempe Joseph Baldiserri ac emptor
„ Biaschelli inscriptionem aut transcriptionem in offi-
„ cio hypotecarum caperent „.

„ Verum advertendum insuper censeo, quod cum sæpe
„ dictus fundus huic mensæ Episcopali vinculo emphy-
„ teusis subjiceretur, ac ab hujusmodi vinculo debi-
„ tis facultatibus liberaverit per solutionem scutato-
„ rum quadraginta; hinc in casu vendicationis ejus-
„ dem fundi dictam summam scutorum quadraginta
„ a causa pia seu Capella, emptori Biaschelli resti-
„ tuendam fore putarem, cum rem utilem per affran-
„ cationem eidem causæ piæ gesserit profecto. Ad re-
„ stitutionem vero fundi emptorem Biaschelli cogen-
„ dum fore existimarem, cum de bono jure causæ
„ piæ constet omnino, neque ejus indemnitati aliter
„ consuli potest „.

Quod vero pertinet ad preces ab Hortensia Santini porrectas, hæc refert. „ Subreptitiæ ac obrectitiæ reapse Hieronymi
„ Santini preces pro obtinenda absolutione et redu-
„ ctione Missarum fuerunt, cum reticuerit, quod ipse
„ tamquam patronus tenebatur nominare Capellanum,
„ a quo Missæ erant celebrandæ, non autem ab ipso
„ satisfaciendæ. Oratrix unicum habet cohæredem
„ ejus fratrem, nempe Ignatium, qui egestate pluri-
„ mis abhinc annis ob bonorum omnium carentiam pre-
„ mitur ita, ut vix alimenta ad vitæ suæ ac filiorum
„ substentationem necessaria propria industria ac la-
„ bore comparare sibi valeat; et idcirco, pro fori in-

ter-

„ terni securitate ac quiete animæ tam oratricis, quam
„ dicti ejus fratris Ignatii, petitam sanationem conce-
„ dendam esse quoad præteritum putarem, eo vel ma-
„ gis, quia eleemosyna Missæ in hac Diœcesi nunc
„ temporis est ordinarie obolorum quindecim. Prædio-
„ lum in vocabulo = le Moglie = ab Oratrice titulo
„ dotis possessum partem dotis supracitatæ Capellæ
„ constituit. Hujus prædioli annui reditus, oneribus
„ omnibus demptis scut. 07., iis autem non demptis
„ scut. 24. vix attingunt, ex quo ejus valor liber in
„ quantitate scut. 300. circiter infertur. Petitioni Ora-
„ tricis, qua postulat facultatem perpetuo retinendi
„ dictum Prædiolum cum onere celebrare faciendi
„ annuatim Missas 70. juxta mentem supradictæ Mag-
„ dalenæ Vici, quin in posterum a possessoribus Ca-
„ pellæ molestari valeat, adhæret procul dubio tam
„ Oratricis vir ac frater, nec non Parochus: et fa-
„ vere videntur circumstantiæ bonæ fidei ejusdem
„ Oratricis: licet enim ipsa scivisset onus Missarum
„ 70, dum titulo dotis ac portionis hæreditariæ ab
„ ejus patre Hieronymo supradictum prædiolum ha-
„ buit; ignorabat tamen, quod prædiolum idem par-
„ tem dotis capellæ constitueret: favere quoque vide-
„ tur illa juris regula, quod successores et hæredes
„ quoque extranei patronorum jus habent ad alimen-
„ ta ex fructibus beneficii jurispatronatus. Verum
„ quum patrono, vel ejus hæredibus alimenta debean-
„ tur ab Ecclesia seu beneficio solum ex superfluis
„ ad Ecclesiæ seu beneficiati necessitatem; quæ in
„ præsenti casu minime verificantur, ut ex recensito
„ bonorum omnium Capellæ reditu liquet, Oratricis
„ votis annuendum nequaquam fore censerem. Nec
„ valeret dicere, prædium supradictum ad Capellam
„ spectans distractum fuisse, et idcirco Capellaniam
„ vacare, ac fortasse vacaturam esse; id enim illi-
„ cite ac invalide actum est, ob defectum scilicet
„ apostolici beneplaciti; ex quo fit, ut prædium di-
„ stractum a dicto Dominico Biaschelli ab Ecclesia
„ sit vindicandum, eo vel magis, quia prædium al-
„ terum illi in supra recensita permutatione subrogato

in

„ in dominium Gubernii transiit ob vectigalia a sæ-
„ pedicto Ignatio Santini non soluta , nec Ecclesia
„ proinde aliter in integrum restitui posset . Unice
„ fortasse observare liceret favore Oratricis , quod
„ nempe prædiolum ab eadem supra expressis titulis
„ possessum oneri dictarum Missarum 70 taxative sub-
„ jugari , ejusque fructus liberos parvi esse mo-
„ menti .

Quanquam ad validam licitamque alienationem bonorum ad Capellanias laicales pertinentium nullo opus esse Apostolicæ Sedis beneplacito explorati juris sit , *Card. Petra ad Constit. Ambitiosæ sect.* 3. *n.* 26. *et seqq. tom.* 5., *Rot. in Romana seu Leodien. Immissionis* 3. *Februarii* 1755. §. 2. *cor. Caprara* , *S. Congr. in Perusina Capellaniæ* 15. *Septembris* 1827. §. *Si* , attamen alienationis contractus , de quibus nunc quæritur , irriti prorsus , nulliusque videntur fuisse roboris. Enim vero latet quippe neminem , ejus esse distrahendarum rerum arbitrium , qui earum pollet dominio , vel saltem liberæ administrationis fungitur officio , *Institut. de rerum divis.* §. 40., *L.* 21. *Cod. Mandat.*, *L. ult. Cod. de reb. alienan. vel non* , *L.* 1. §. 2. *ff. de reb. eor. qui sub. tut. vel cur.*, *Berard. Jus eccl. cap.* 3. *append. de Benef. impr.* , *S. Congr. in cit. Perusina Capellaniæ* §. *Si.* Porro nec dominium , nec administrationem bonorum Capellaniæ Vici penes patronum Hieronymum Santini extitisse ex eo plane liquet , quod Capellaniæ fundatores certa designaverint bona eaque tradi jusserint Capellano = *che le sue eredi debbano consegnare al Cappellano da nominarsi la metà ec.* = , similiter = *lascia alla Cappella dell' Assunta eretta ec.* = Injuria itaque Hieronymus Capellanum Bonetti a bonorum possessione , et administratione exturbare ausus est ; injuria prædium *l'Isola* permutationis titulo transtulit in Josephum Baldiserri ; injuria prædium *le Moglie* filiæ suæ nubenti dotis jure est largitus : imo cum Capellaniæ bona distraxerit , fundos occupaverit , ac reditus in proprios usus erogaverit , omni patronatus jure decidit , *cap.* 4 *de jurepatr.* , *Concil. Trid. sess.* 24 *cap.* 3 *de reform.* Quin aliquid negotii facessere queat facultas a Domi-

nico

nico Vici suis heredibus tributa, permutandi scilicet prædium *l'Isola* cum aliis bonis; continuo enim fundator subjunxit *col consenso anche del Cappellano pro tempore*: adeo autem a veritate alienum est, intercessisse Capellani consensum, ut hunc Patronus a Capellaniæ possessione penitus depulerit. Hinc merito Forosemproniensis Episcopus arbitratur, Capellaniam, etiam non oblato pretio, redintegrandam esse in possessionem prædii *l'Isola*, ac etiam *le Moglie ex L.3 et 4 Cod. de rei vindicat.*: cui quidem actioni viam etiam sternit *inscriptio favore Capellæ opportuno tempore capta*, ut scribit Episcopus, *antequam nempe Joseph Baldiserri, et emptor Biaschelli inscriptionem aut transcriptionem in officio hypothecarum caperent*.

Ad hanc tamen evertendam actionem in medium emptor Biaschelli afferre non dubitat diuturni temporis præscriptionem. Ipse siquidem bona fide, ac justo titulo memoratum fundum sibi quæsivit, illumque longi temporis spatio, nemine obnitente, possedit. Scitum autem est, usucapione, a legibus introducta in pœnam negligentium jus suum, rerum dominia acquiri, et cuncta perimi jura, et actiones, *l. 1. ff. de usurpat.*, *l. 2 de annal. præscript.*, *cap. 4 et 5. de præscript.* Igitur a jure absonum censeri posset, si Dominicus Biaschelli post quinque ac triginta annorum possessionem fundo bona fide empto privaretur. Nihilominus perpendere dignentur Patres Emi, utrum in themate ulla invehi potuerit præscriptio. Sane jam inde ab anno 1793 legitima Capellaniæ possessione expoliari contigit Sacerdotem Bonetti, eique nullum postea alium suffecit patronus. Jure autem sancitum est, præscriptionem contra Ecclesiam dormire toto eo tempore, quo Ecclesia suo destituitur Rectore ad text. *in cap. 1 et 15 de præscript.*, ac tradunt *Reinffenst. Jus Can. lib. 2. tit. 26 n. 196.*, *Rot. decis. 415. n. 3 part. 2 recent.*

Quod reliquum est de Hortensia Santini, ea profecto non jure, sed EE. VV. clementia innititur. Ne supremis decedentium voluntatibus vulnus infligatur, Oratricis preces respuere oporteret, cum nihil magis

hominibus debeatur, quam ut liber sit stilus, postquam aliud velle nequeunt, et licitum, quod amplius non redit arbitrium, *l.* 1 *Cod. de SS. Eccles. can. ultima voluntas quæst.* 13., *Concil. Trid. sess.*22. *cap.*6. Verum Oratrix bonorum expers, ac pluribus filiis onusta, sibi, suæque familiæ victum proprio labore comparare cogitur, ideoque vestra est commiseratione digna. Sæpe quidem numero hic Sacer Ordo egenis patronis opem ferre solet nedum condonatione fructuum et absolutione ab anteactis omissionibus, ceu docent exempla *in Feretrana* 17 *Septembris* 1808, *et in Mazzarien.* 2 *Junii* 1821, sed etiam onerum reductione et nominationis suspensione, ut interea annui fructus in levamen ipsorum conferantur, quemadmodum videre licet *in Asculana Dispensationis* 20 *Maji* 1786, *et in Aquen. Capellaniæ* 3 *Februarii* 1787.

Sint igitur

Dubia

I. *An Capellania Vici sit redintegranda in possessionem prædii l'Isola cum finitimis fundis in casu etc.*

II. *An, et quomodo prædium le Moglie sit tribuendum Hortensiæ Santini in casu et.*

III. *An, et quomodo sit consulendum SSmo pro absolutione ab anteactis omissionibus in casu etc.*

Ad I. Affirmative, solutis, juxta Votum Episcopi.

Ad II. Negative, et Episcopus curet fieri transcriptionem omnium fundorum favore Capellaniæ, nec non nominari Capellanum, qui super fructibus prædii *le Moglie* solvat quotannis Oratrici, donec vixerit, scutata duodecim; superextantes vero fructus ejusdem fundi eroget in celebrationem Missarum, ad manualem, facto verbo cum SSmo.

Ad III. Affirmative, celebratis quatuor Missis sumptibus Hortensiæ Santini, et Dominici Biaschelli.

CA-

CASALEN. REDUCTIONIS ET COMMUTATIONIS VOLUNTATIS. In Ecclesia parochiali SSmi Crucifixi et B. Mariæ Virginis a septem doloribus Civitatis Casalis octo numerantur pia Legata, quæ a suis institutoribus nuncupari solent *Gianoletto*, *Sanazzaro*, *Patrucco*, *Ventura*, *Natta-Calori*, *De Merli*, *Barberis*, *Varina*. Hujusmodi Legatorum onera constant ex Missis octigentis triginta quinque quotannis in eadem Ecclesia habendis. Bona stabilia, quibus unumquodque fruebatur Legatum, jam inde ab anno 1797 opus fuit venundari, eorumque pretium in emptionem Locorum Montium conferri, ex quibus quolibet anno fructus percipiebatur libellarum 1193: 55. At postea ob tristissimas temporum rerumque vicissitudines adeo interclusa est via exigendi Locorum Montium fructus, ut ab anno circiter 1800 præfatis Missarum oneribus nullo hucusque modo satisfactum pateat. Etenim ubi primum et Ecclesiæ et Reipublicæ pax reddita est, Rector parochialis Ecclesiæ jura quidem sua ad Serenissimum Sardiniæ Regem detulit, ut ab publico Ærario tum quoddam suæ Ecclesiæ creditum, tum nomina eorumdem Legatorum manifesta redderentur, seu, ut ajunt, liquidarentur; sed voti compos fieri non potuit, nisi anno 1820. Eodem scilicet anno Cedulam assecutus est, cujus annuus reditus ad libellas pedemontanas trecentas sexaginta quatuor, seu ad romana scutata circiter sexaginta octo pertingere noscitur; quem tamen reditum in gravia et necessaria divini cultus et fabricæ Ecclesiæ obeunda impendia constat quotannis fuisse hactenus erogatum. Alteram quoque Cedulam anno 1829 ex ipso publico Ærario obtinuit, ex qua eidem Ecclesiæ annuus perpetuo accrevit fructus libellarum mille centum septuaginta septem, seu romanorum scutatorum 215, ita tamen, ut ejusmodi fructuum exactio ab die prima Januarii 1820 initium sumeret. Quapropter, omnibus deductis expensis, quas pro liquidatione nominum fieri oportuit, decem libellarum millia, seu romana scutata 1850 a parochiali Ecclesia nuper percepta sunt, quibus Missæ 3350, quot nimirum de-

Sess. 22 *cap.* 6 *de reform.*

cennium ab anno 1820 ad integrum annum 1829 complectitur, in Legatorum satisfactionem forent celebrandæ. Jam vero si ex Cedularum fructibus ea portio, quæ ad præfata duntaxat Legata attinet, in earumdem Missarum celebrationem ad manualem taxam unius libellæ pro quolibet Sacro integre erogaretur, vix aliquid superesset in Ecclesiæ sumptus convertendum. Ecclesia autem parochialis ad ea comparanda, quæ divinæ domus splendorem decent, quæque maximos adhuc sumptus requirunt, subsidio indiget ex Legatorum fructibus deducendo. Adeo insuper tenui parochialis Ecclesiæ Rector, qui laboriosam animarum 2200. curam gerit, ditatus est præbenda, ut ne Sacerdotem quidem in sui auxilium alere valeat, quema lmodum optimum Ecclesiæ Parochialis regimen postularet. Hisce igitur ad rem perspectis, hodiernus Parochus Joannes Pasquali ex Ordinarii sui consensu supplicem SSmo Domino Nostro porrexit libellum, eumque humillime efflagitavit *a volergli assegnare per se e suoi Successori sulla detta somma ritirata per arretrati lire cinque mila, cioè scudi romani* 945. *all' incirca, da impiegarsi in un capitale censo a favore della Parrocchia coll' obbligo al Parroco pro tempore di mantenersi continuamente un Coadjutore; ridurre le Messe, arretrate a tutto l'anno* 1829, *a mille da celebrarsi nella sudetta Chiesa colla limosina Diocesana di una lira per cadauna, ed assegnare alla Chiesa la restante somma esatta per le spese del culto. Inoltre siccome, se si dovessero negli anni avvenire fare adempire intieramente li suddetti legati, ci rimarrebbe un tenuissimo reddito per la Chiesa ed insufficiente ai suoi bisogni, perciò l' Oratore supplica Sua Santità a volere autorizzare l' Ordinario di Casale a ridurre perpetuamente i legati sudetti in proporzione del reddito attuale, e delle circostanze della Chiesa.*

Præpositus Amedeus Fioretti Vicarius Generalis Capitularis Diœcesis Casalensis, pro informatione et voto rogatus, suis ad hunc S. Ordinem litteris ita rescripsit: „ Ex transmissa legatorum notula cum annuo proven-„ tu atque oneribus cujuslibet legati, quam ex docu-„ mentis authenticis mihi exhibitis et examinatis extra-

„ vi, nec non ex statu activo et passivo Ecclesiæ
„ Parochialis clare patet, exposita a Rectore Joanne
„ Pasquali vera omnino esse, tum quoad tenuem re-
„ ditum Ecclesiæ et Parœciæ, tum quoad necessita-
„ tem suppeditandi petita media ad sibi associandum
„ Coadjutorem, et ad Ecclesiæ decus promovendum;
„ eo vel maxime, quod omnes interesse habentes, qui
„ a me auditi fuerant, suum consensum libere ac
„ sponte præstiterint; ideireo non solum æquum et
„ conveniens, sed necessarium judicarem votis ejus-
„ dem Oratoris benigne annuere quoad petitam reduc-
„ tionem Missarum, facultatem ei tribuendo e summa
„ percepta ex cedularum liquidatione impendendi quin-
„ que mille libras monetæ pedemontanæ, seu scuta-
„ ta mille circiter monetæ romanæ, in emptionem
„ census perpetui favore Parœciæ cum onere manu-
„ tentionis Vicæ Curati, et reliquam summam, de-
„ creta eleemosyna Missarum celebrandarum, in Ec-
„ clesiæ utilitatem.

Porro ex transmissis a Vicario Capitulari tabulis eruitur, annuos Parochi reditus quotannis confici ex libellis pedemontanis 1630., seu ex romanis scutatis 320; onera vero, quibus ipse obstringitur ad rom. scutata centum, seu libellas quingentas viginti sex. Quod vero pertinet ad tabulas accepti et expensi ipsius Ecclesiæ, annuus ejusdem reditus ad summam libell. pedem. 2427, seu ad scut. rom. circiter 449. adscendere perspiciuntur; onera autem ad summam libell. pedem. 2304, idest ad rom. scut. circiter 426, computatis etiam libell. pedem. 250., videlicet rom. scut. circiter 47 ad ea obeunda impendia, quibus pro extraordinariis contributionibus, et pro fabricæ reparationibus opus esse possit: adeo ut nonnisi libellæ pedem. 123 quotannis supersint.

Quædam tandem alia enarrantur impendia pro renovandis campanis, pro extruendo choro, ac pro reliquo in libellis 1666 organi pneumatici solvendo pretio.

Supremas testatorum voluntates pro lege habendas, atque adeo religiose servandas docet *can. ultima voluntas caus.* 13. *quæst.* 12, *L.* 120 *ff. de V. S.*; *L.* 1. *Cod. de Sacros. Eccl.* Hinc illud ex perenni hujus

jus S. Ordinis disciplina receptum est, ut, quæ ad certum opus ex morientium consilio et dispositione destinata fuerint, ea facile in aliud converti non debeant, sicuti prostat *in Nullius S. Benigni Commutationis Voluntatis Junii* 1792 §. *Quæ*, *et in Lycien. Servitii Chori* 25 *Februarii* 1826 §. *Videant*. Ex his sequeretur in themate, oblatas a Parocho Joanne Pasquali preces esse omnino rejiciendas. In eo enim tota res vertitur, ut per exoratam Missarum reductionem onerumque commutationem non leve infligatur vulnus piis testatorum voluntatibus, quod quidem cum ab hoc Ordine improbari soleat, ne fideles a piis scribendis legatis abducantur, quemadmodum *in Camerinen. Erectionis Ecclesiæ Collegiatæ* 17 *Maji* 1828 §. *Hisce*, *et in Comaclen. Reductionis et Absolutionis* 12 *Septembris* 1829 §. *Deneganda*, tum præsertim quoad Ecclesiam SSmi Crucifixi et B. M. V. Dolorosæ Civitatis Casalis improbandum videretur. Ibi enim ex manuali unius libellæ eleemosyna, quæ in Diœcesi viget, luculenter apparet, præscriptum a Testatoribus Missarum numerum annuis fructibus ad Legata spectantibus commode posse quotannis celebrari, ac nullum idcirco reductioni locum esse, dum ferendis legatorum oneribus pares adhuc reditus deprehenduntur, juxta mentem S. Congregationis in *Comen. Missæ Pro Populo et Reductionis* 17 *Julii* 1802 §. *Quoad*, *et in Tudertina Reductionis Onerum* 27 *Januarii* 1827 §. *Verum*.

Nihilominus, si evidens aliqua urgeat Ecclesiæ necessitas et utilitas, ex ipsa Tridentina Synodo *sess.* 22 *cap.* 6. *de reform.* animadvertendum est, non modo supremas testatorum voluntates interdum commutari posse, sed Missarum etiam reductionem aliquando impertiri, ut probant exempla *in Taurinen. Absolutionis et Reductionis* 1 *Martii* 1817, *et in Faventina Commutationis Voluntatis*, *Applicationis*, *et Sanationis* 22 *Februarii* 1823.

Quod igitur spectat in primis præteritas Missarum omissiones, disquiri modo debet, utrum æqua ac legitima adsit reductionis causa. Nam Parochus Joannes Pasqua-

æquali; assentientibus Ecclesiæ Administratoribus, eo quidem consilio Missas 8350. ad mille tantummodo reducendas postulat, ut ex legatorum jam accepta pecunia quinque libellarum millia ad constituendum pro Parocho Coadjutore frugiferum censum impendantur, ac reliquam præterea summam post mille Missarum celebrationem liceat in Ecclesiæ usum divinumque cultum erogare. Atqui supremas defunctorum voluntates rite commutandas decrevit S. Congregatio, tum ad levandam Ecclesiarum indigentiam ac divini cultus decorem promovendum in *Lisbonen. Applicationis* 18. *Decembris* 1790., *in Senogallien. Fabricæ Ecclesiæ* 20. *Februarii* 1796. *ad II. Dub., et in Camerinen. Suspensionis* 20. *Novembris* 1802., tum ad congruum animarum Curatoribus assignandum stipendium, uti videre est *in Ariminen. Applicationis Legati* 19. *Aprilis* 1823. §. *Quanquam, et in Lunen. Sarzanen. Commutationis Voluntatis, Applicationis, et Reductionis* 18. *Martii* 1826. §. *Commutationem.*

Sed illud perpendendum restat, an Ecclesia SSmi Crucifixi et B. M. V. Dolorosæ adeo exiguis constet reditibus pro fabricæ, et divini cultus impendio, nec non pro Parochi alimonia, ut petita Missarum reductione ad sui tuitionem et Vice-Parochi alimoniam indigeat. Porro ex tabulis accepti et expensi quamvis liqueat, libellas pedem. 123. in Ecclesiæ usum quotannis superesse, annuumque Parochi reditum ad libellas pedem. 1154, nempe ad scut. rom. 213. pertingere; tamen Casalensis Vicarius Capitularis rem Ecclesiæ utilem ac necessariam esse profitetur, ut super præteritas Missarum 8350 omissiones Parochus Joannes Pasquali sui voti compos evadat.

Quod reliquum est, nulla satis æqua ac probata subest necessitatis et utilitatis ratio, ut aliqua etiam quoad futurum tempus reductio ex Ordinarii prudentia et arbitrio impertienda sit. Id enim in hujus S. Ordinis more positum plerumque fuit, ut, urgentibus Ecclesiæ rebus peculiariter perpensis, quælibet Missarum reductio sapientissimo EE. VV. judicio ad certum numerum decerni soleat, uti patet in *Senogallien. Re-*

du-

ductionis onerum 16. Junii 1827. ad II. Dub., in Albinganen. Reductionis Missarum 15. Martii 1828. ad II. Dub., et in præcitata Comaclen. Reductionis et Absolutionis 21. Novembris 1829. ad I. Dub. In themate si super præteritas legatorum omissiones implorata Missarum reductio concedatur, jam summa libell. 4000. superfutura erit, idest scuta romana 740, quæ, præter annuum ipsius Ecclesiæ reditum ad libellas pedem. 123 pertingentem, in ejusdem Parœciæ usum divinumque cultum erunt eroganda. Videant tamen EE. VV., num Oratoris Parochi precibus indulgendum sit, qui congruam ac perpetuam legatorum reductionem prudentia et auctoritate Ordinarii perficiendam cuperet, cui sane cognita ac perspecta præ ceteris esse debet suarum Ecclesiarum necessitas et indigentia.

Erunt igitur dirimenda

Dubia

I. *An super præteritis omissionibus concedenda sit petita Missarum reductio in casu etc.*

Et quatenus affirmative

II. *An locus sit institutioni census in sortem libellarum quinque millium pro stipendio Capellani Curati in casu etc.*

III. *An reliqua summa impendi debeat in usum Ecclesiæ parochialis in casu etc.*

IV. *An tribuenda sit Ordinario facultas reducendi in futurum Legata Missarum pro parochialis Ecclesiæ necessitatibus in casu etc.*

Ad I. Affirmative ad Missas bismille.

Ad II. Affirmative pro investimento totius reliquæ summæ pro stipendio Capellani, qui teneatur singulis diebus festis etiam reductis Missam celebrare in Ecclesia Parochiali, eamque applicare in compensationem præteritarum omissionum, facto verbo cum SSmo quoad utrumque.

Ad III. et IV. Negative.

IP-

IPPOREGIEN. SERVITII CHORI. Percontanti mihi in Comitiis diei 20 Martii superioris anni *I. An et quomodo sint ampliandæ vacationes in casu etc. II. An Canonicis a choro et a residentia tempore vacationum absentibus sit concedendum privilegium lucrandi quotidianas distributiones in casu etc. III. An sit consulendum SSmo pro condonatione distributionum quoad tempus præteritum in casu etc.* responsum datum est: *Ad I. Affirmative ad tres menses conciliares juxta votum Episcopi, proviso ne unquam deficiat servitium Chori. Ad II. Negative quoad distributiones quotidianas, quæ constare debent ex tertia parte redituum ad formam Concilii Tridentini sess. 21. cap. 4. de reform. Ad III. Affirmative erogata in pauperes aliqua eleemosyna arbitrio Episcopi.* Secundi ac tertii dubii resolutionem Canonicis minus probari contigit, quippe qui ex capitularibus constitutionibus ab Sede Apostolica confirmatis, ac plurium seculorum consuetudine plane roboratis sibi jus esse arbitrantur lucrandi quotidianas distributiones, dum vacationum tempore absunt a choro et a residentia. Quocirca preces denuo obtulerunt, quibus jus suum ita tuentur. *Sess. 24. cap. 12. de Reform.*

„ Cathedralis Ecclesiæ Canonici id a se postulare officii sui rationem rati declarandum duxerunt, se quum supplici libello Summo Pontifici oblato vacationum tempus, quod brevius Statuta Capituli ejus Ecclesiæ a Summis Pontificibus approbata, atque confirmata præfinierant, ampliari sibi orarent, ne suspicatos quidem fuisse, nefas esse sibi, quando absentia a choro id tempus minime prætergrederetur, quotidianas distributiones percipere; illudque adeo sibi persuasum fuisse, ut cum a proprio Episcopo Sacræ Congregationi pro informatione et voto circa eorum petitionem responsuro de hujus Capituli Statutis interrogarentur, ejus Statuti, quo id sibi permissum foret, nullam mentionem fecerint, nemine scilicet dubitante, quin licite id retinerent, quod ab antecessoribus suis perpetuo usurpatum fuisset, scientibus ac probantibus Episcopis.

„ Haud ita facile esset definire, quo primum tempore antiquissima hujus Ecclesiæ Statuta confici cœperint, quorum antiquitatem vel id testatur, quod ipsorum mentio habeatur in actis anni 1334. Eadem Statuta renovata ac reformata sub annum fere 1500. a Summo Pontifice Julio II. fuere approbata Bulla diei 11. Maji 1506, et iterum confirmata a Leone X. anno Pontificatus sui primo, et a Julio III. anno 1545.

„ Horum Statutorum num. 28, ubi de absentia a choro sermo est, hæc habentur = *Item statuimus, et ordinamus, quod si casu (quod Deus avertat) aliquis Canonicus vel in Dignitate constitutus in dicta Ecclesia gravem infirmitatem pateretur, et pro restauratione sua de consilio Medicorum, vellet mutare aerem, vel aliquod votum emissum ex aliqua causa reddere seu persolvere, quod tunc et eo casu liceat eidem, petita prius licentia in Capitulo (super quo Capitulum ipsum utatur discretione) absentare per unum mensem et plus vel minus secundum quod expediens videbitur juxta discretionem Capituli, et eo medio tempore habeatur pro præsente et participet de distributionibus, et aliis emolumentis ac si horis canonicis interesset. Similiter quia magna et multa onera tam nocturna quam diuturna, et tam in celebratione Missarum, quam aliorum divinorum officiorum per Canonicos Ipporegiensis Ecclesiæ supportantur, adeoque per longœvam et continuam residentiam et magnos labores corpora ipsorum Canonicorum multis infirmitatibus gravantur, et fere omnes intempestive moriuntur, statuimus et ordinamus per præsentes, quod quilibet Canonicus possit et valeat per tres dies singulo mense se absentare, et ire quo voluerit, et pro residente habeatur, ac si interfuerit divinis. Addendo hujusmodi tempus trium dierum pro singulo mense colligere in una vice, vel duabus, dummodo sit extra tempus quadragesimale.*

„ Hæc Statuta nullo temporis progressu reformata et immutata fuerunt. Quum vero procedente tempore id incommodi habere animadversum esset, quod tres vacationum dies unicuique mensi assignatos posset quis-

que

que pro libitu simul jungere, atque ita per triginta sex dies continuos a choro abesse, nulla solemniorum ratione habita, prædictæ vacationes ita, probante Episcopo, ordinatæ fuerunt, quemadmodum in supplici libello enarratum est, anno scilicet in 18. libellas tributo, quarum duæ cuique Canonico pro vacationibus permitterentur, quæ duæ libellæ nonam anni partem æquarent, hincque factum est, ut quandoquidem non singulis tantum diebus, sed unicuique horæ canonicæ et functioni propria esset punctatura adscripta, si qui continuatos dies vacationum sumere maluerit, vix ad 36 dies eas protrahere valeat, longiores habituros si interpolatos elegerit minus solemnes dies, et functionibus minus frequentes. Cujusmodi mutatio, ut ut Canonicis minus commoda, quum eo spectaret, ut Chori servitio consuleretur, minus æquum fortasse videbitur, si eosdem eo jure privaret, quod Statuta ipsis tribuerent, et Pontificia auctoritas sanciret.

„ Hæc præfati Canonici jam alias expositis addenda duxerunt, ut liqueat, quibus fundamentis innixi consuetudinem, de qua agitur, usque nunc prædecessorum suorum vestigiis insistentes sectati fuerint, nec ipsorum animos aliqua subit dubitatio, quin Emi ac Rmi Patres, superius allata expendentes, in eamdem cum ipsis concedant sententiam, et prædictam consuetudinem tamdiu vigentem legitimam sint habituri „. Quæ narrant Canonici, ea fideliter excerpta fuisse ex recensitis documentis, eorumque preces nihil præter veritatem continere testatur Episcopus.

Canonicis tempore vacationum licere nedum a choro et residentia abesse, sed insuper suas facere quotidianas distributiones, ubi Capitulares Constitutiones Apostolicæ Sedis auctoritate fuerint confirmatæ, nemo ambigit. Illud nihilominus ad trutinam vocari posset, utrum eædem Constitutiones ex postero decreto Tridentinæ Synodi *cap.* 12. *sess.* 24. *de reform.* sint revocatæ: verum istas quoque suis pollere viribus declaravit hæc S. Congregatio apud Benedictum XIV. *Instit. eccl.* 107. §. 7. *num.* 37., ubi narratur, quæstionem

propositam fuisse = *An liceat Canonicis, qui haberent Constitutiones Sedis Apostolicæ auctoritate factas, aut confirmatas ante Concilium Tridentinum, quæ concederent illis vacationem duorum mensium, et quod interim haberentur pro interessentibus, et lucrarentur distributiones, an hujusmodi Constitutiones censeantur revocatæ a Concilio Tridentino* =, rescriptumque prodiisse = *Constitutiones a Sede Apostolica confirmatas non censeri sublatas* =.

Quanquam itaque Ipporegiensis Capituli Statuta a Sede Apostolica iterum iterumque confirmata Concilio Tridentino sint vetustiora, ea tamen in suo adhuc robore permanere, et Canonicos jure suo lucrari quotidianas distributiones, dum ad triginta sex dies absunt a choro, perspicuum exploratumque est. Id vero nunc decernendum superest, utrum quemadmodum vacationes EE. VV. benignitate ad tres menses conciliares fuerunt ampliatæ, ita etiam jus percipiendi quotidianas distributiones ad illos tres menses pari clementia sit protrahendum. Quæ petitam ampliationem concedendam, vel denegandam suadere queunt, eadem haurire dignabuntur Patres Emi ex folio diei 30 Januarii elapsi anni, ubi hujus causæ prostat species.

Dubia definienda sunt

I. *An sit standum vel recedendum a decisis in secundo dubio in casu etc.*

II. *An sit standum vel recedendum a decisis in tertio dubio in casu etc.*

Non proposita cum sequenti.

MU-

MUTINEN. REDUCTIONIS ET COMMUTATIONIS. Hujus causæ seriem haurire dignabuntur Emi Patres ex Folio diei 24 Julii superioris anni; proposito autem dubio: *An et quomodo sit concedenda Missarum reductio in casu etc*, die 28 Augusti ejusdem anni responsum datum est: *Lilata, et exquiratur votum novi Episcopi, qui transmittat exemplum indulti reductionis diei 14 Julii 1821, et referat, qua ratione in hypothesi tam amplæ reductionis Missarum populi commoditati, et Cleri sustentationi consuli possit.* *Sess. 22. cap. 6. de reform.*

Sacræ Congregationis mandatis, quo par est, obsequio obediens novus Mutinensis Antistes hæc scribit „ Lectis et accurate perpensis litteris Vicarii Capitularis diei 3 Aprilis 1830 ad istam S Congregationem Concilii transmissis una cum documentis, facile colligere potui, omnia, quæ in iisdem exposita fuerunt, veritati congruere, ac proinde mihi visum fuit, idem ferendum esse judicium.

„ Deperditis enim præ temporum vetustate ac injuria supremis testatorum elogiis, et in unum collectis omnibus piis Institutis, necesse erat, illa conjunctim, non autem singillatim considerari; et licet reditus a testatoribus relicti pares sint cunctis ferendis oneribus, attamen quia nulla in miserorum lenimen medendi patebat via, censuit laudatus Vicarius Capitularis preces prædictæ Congregationis Charitatis exaudiendas esse.

„ Videbatur illi, quod, publica suadente necessitate, uti in proposita specie, ab Sede Apostolica ultimas hominum voluntates in alium pium usum commutari, atque Sacrorum numerum reduci posset: at cupiens eodem tempore necessitatibus Ecclesiarum et Sacerdotum prospicere subjunxit, esse in voto, quod prædicta reductio et commutatio ad decennium solummodo, non autem in perpetuum concederetur, et eleemosynam manualem obol. 14 $\frac{1}{5}$ monetæ romanæ pro unaquaque Missa dari juberetur, firma illa remanente, quæ manualem excedit.

„ Hisce dumtaxat addendum censeo, quod sicuti contin-

tingere potest, ut pendente dicto termino decennali vel reditus augeantur, vel pauperum necessitates minuantur, vel alio quocumque modo eisdem provideri possit, ratio suadet, ut in his casibus proportionaliter etiam augeatur Sacrorum numerus. Quapropter prædictæ Charitatis Congregationi onus injungendum esse arbitrarer singulis annis Ordinario exhibendi tabulas accepti et expensi cum facultate eidem declarandi an necne Missarum numerus augeri debeat.

„ En Emi Patres quomodo populi commoditati Clerique substentationi consuli potest: reductis prædictis oneribus ad decennium, et aucta eleemosyna, ut a Vicario Capitulari proponebatur, Clero aliquo pacto prospicitur et insimul pauperibus, in quorum levamen residuales reditus Congregatio prædicta erogabit. „

Denique indultum reductionis diei 14 Julii 1821 a Sacra Congregatione Visitationis Apostolicæ concessum remisit, ex quo patet, Pium Opus *Albergo-Arti*, onere Missarum 10940 quotannis gravatum, jam inde ab anno 1809 reductionem Sacrorum ad septennium ab Apostolica Sede obtinuisse, impertitamque reductionem postea ad triennium ab hoc Sacro Ordine prorogari impetrasse. Cumque pium opus iisdem, ac etiam gravioribus premeretur census angustiis, S. Congregatio Visitationis Apostolicæ anno 1821 facultatem tribuit Episcopo Mutinensi, ut *petitam suspensionem Missarum bismille biscentum sexaginta septem in omnibus juxta preces benigne in Domino impertiri possit ad decennium proximum tantum incipiendum a prima die Januarii currentis anni, firma remanente celebratione Missarum octomille sexcentum septuagiata trium proportionaliter adimplendarum pro unoquoque pio legato*. Restat nunc ut EE. VV. dirimant, quod rursus proponitur

Dubium

An et quomodo sit concedenda Missarum reductio in casu etc.

Die Sabbati 25. Aprilis 1835. in Palatio Apostolico Quirinali erit Sacra Congregatio Concilii, in qua præter alia proponentur infrascripta Dubia, juxta morem ejusdem Sacræ Congregationis de jure resolvenda.

IPPOREGIEN. SERVITII CHORI.

Sess. 24. cap. 12. de reform.

Dubia

I. *An sit standum vel recedendum a decisis in secundo dubio in casu etc.*

II. *An sit standum vel recedendum a decisis in tertio dubio in casu etc.*

Ad I. In decisis, exceptis diebus triginta sex ad formam Constitutionum.

Ad II. Recedendum a decisis.

MUTINEN. REDUCTIONIS ET COMMUTATIONIS.

Sess. 22. cap. 6. de reform.

Dubium

An et quomodo sit concedenda Missarum reductio in casu etc.

Dilata, et Episcopus magis præcise referat ad formam præcedentis resolutionis.

AME-

Sess. 23. *cap.* 12, *et sess.* 25. *cap.* 12. *de reform.*

AMERINA DECIMARUM. In Archivio Episcopalis Curiæ Amerinæ Liber existit, cui titulus = *Bona Emphyteutica, Census, et Canones Mensæ Episcopalis Amerinæ ex vetusto Codice fideliter exarata de mandato Illmi et Rmi DD. Torquati Perotti Episcopi Amerini anno Domini* 1637. =. Hic, ubi de decimis prædialibus sermo occurrit, illud inter cetera statutum legitur = ATTIGLIANO (unum ex Dioecesis oppidis). *Ogni aratro paga due quarti di grano e due di biada . . . . Si deve poi sapere, che un'aratro s'intende ancora un lavoreccio; per il che se uno fa un lavoreccio, e tiene due aratri, non facendo altre terre di fuora del lavoreccio, paga solo una decima; ma se facesse una Famiglia sola due lavorecci, deve pagare due decime. Se poi uno avesse un bove solo, deve pagare mezza decima. Per pagare poi detto aratro la decima, deve lavorare da Marzo fino a tutte le sementi, e se facesse solo le magesi, e non vi seminasse, deve pagare pro rata* =. Ex loci usu et consuetudine isthæc decimarum ratio, *due quarti di grano e due di biada*, ad quartam rubli, vulgo *rubbio*, partem pro utraque frugum specie redigitur: nomine autem *lavoreccio* tanta telluris quantitas intelligi solet, quanta binis in anno bobus ad tritici sementem arari possit, quæque peritorum hominum judicio ad sex circiter terræ rubla pertingit. Hac nimirum methodo ab omnibus Attiliani agricolis frumentarias decimas, quæ inter ejusdem loci Archipresbyterum et Mensam Episcopalem dividebantur, a vetustissimis usque temporibus ad hujus seculi initium fuisse constanter persolutas, easdemque vigintiquatuor numero colligi quotannis consuevisse, certum exploratumque est. Verum deinde accidit, ut ex prædiis, quæ ab Attiliani indigenis antea colebantur, eique decimarum oneri adamussim respondebant, quinquaginta circiter rubla in dominium Eccmæ Familiæ Lante transierint, ac viginti duo circiter rubla a Vincentio Sensini empta fuerint. Quapropter eorum prædiorum cultura Attilianensibus adempta, multis jam abhinc annis exerceri coepit tum a Conductore bonorum Familiæ Lante, tum ab

ab Heredibus Vincentii Sensini : qui omnes , etsi extra Amerinam Dioecesim domesticos habeant lares , quotidie tamen suos Attilianum boves et villicos mittere , atque ita impensam colendis agris operam navare non desierunt . Jam vero Attilianensium animarum curam gerente Antimo Antimi , qui die 6 Maji 1801 Archipresbyteratus possessionem adierat , praefati Agricolæ contendere exorsi sunt , ejusmodi prædia ad unum dumtaxat *Lavoreccio* , atque unum hinc inde cultorem devenisse ; nec nisi unam ideirco decimam exigi utrinque posse : se autem omni prorsus decimarum onere esse eximendos , quippe qui Attiliani non degunt , ac suas ipsi decimas in loco domicilii persolvunt . Sed hisce rationum momentis anno 1823 minime sibi acquiescendum censuit Pancratius Parca hodiernus Archipresbyter , adeoque diem dixit in Episcopali Curia Amerina Heredibus Sensini et Conductori bonorum Familiæ Lante , ut præscriptam decimarum quantitatem pro sua quisque parte solvere obstringerentur , quemadmodum Attilianenses aratro terram colentes jam inde a priscis temporibus solvere consueverunt , et nunc etiam , nemine obsistente , solvere non prætermittunt . Incassum tamen ; nulla enim decimarum vis ad totum fere annum 1829 ab iis soluta fuit , quo anno Amerinus Episcopus Vincentius Macioti , de tuendis Ecclesiæ suæ juribus maxime sollicitus , totam ea super re controversiam sapientissimo EE. VV. judicio dirimendam suppliciter postulavit .

Precibus eidem Antistiti ex more remissis , idoneus duorum mensium terminus jamdiu a mense Januario 1830 tum Promotori Fiscali , tum Conductori Familiæ Lante et Heredibus Sensini ad jura sua coram S. Congregatione deducenda rite præfixus est . Igitur confectam a Promotore Fiscali allegationem die 30 Martii ejusdem anni ad hunc S. Ordinem detulit Episcopus : at ceteri omnes , quibuscum res agitur , nihil unquam in tanto elapsi temporis spatio pro suæ causæ defensione exhibuerunt, licet jura partis adversæ sibi jam inde ab die 17 Martii 1830 communicari petierint .

Illud Promotori Fiscali exploratissimum est , frumentarias decimas tam a Conductore bonorum Familiæ Lan-

te , quam ab Heredibus ac Possessoribus bonorum Sensini in oppido Attiliani solvendas esse , etsi eorum nemo intra Amerinæ Dioecesis fines domicilium habeat . Etenim decimarum substantiam et in veteri et in nova lege de jure semper divino habitam fuisse commemorat , quemadmodum ex SS. Literis *in Levit. cap.* 27. *et in Exod. cap.* 22. , et ex SS. Canonibus *in Cap. Decimarum* 1. *de Decimis et in Cap. Ex transmissa* 23. *de dec.* tradit S. Congregatio *in Nucerina Præcepti Paschalis et Solutionis Decimarum* 23. *Aprilis* 1774. §. *Hæc* . Quapropter jus decimandi ex dispositione juris exortum , et in Tridentina Synodo *Sess.* 23. *cap.* 12. *de reform.* luculentissime expressum , propugnat Promotor Fiscalis super omnibus prædiis in Paroeciæ seu Dioecesis districtu sitis exerceri posse, sive ea prædia possideantur ab indigenis , qui Paroeciam aut Dioecesim incolunt , sive ab alienigenis , qui alibi morantur , ut *post text. in Cap. Cum contingat et in Cap. Cum.* 30. *de Dec.* docent Fagnan. *ibid. n.* 21. , Pirrhing *in Jus Can. tit. de Decim. num.* 25. , Rota *in Corduben. Decimarum* 25 *Junii* 1751 §. 3. *cor. Molino*, et S. Congregatio *in Fanen. Decimarum* 30 *Aprilis* 1803 §. *Ex Allegationibus* . Re quidem vera , etsi decimarum jus competat Ecclesiis Parochialibus ratione ministerii Sacramentorum , *Barbosa de offic. et pot. Paroch. part.* 3. *cap.* 28. *num.* 2. , *Rota decis.* 230. *num.* 6. *pag.* 17 , *S. Congreg. in Reatina Dismembrationis* 19 *Decembris* 1818 §. *Canonici* ; nullum tamen dubium est , quin solvi debeant prædiales decimæ Parocho territorii , ubi ipsa prædia decimanda existunt , *cap. Cum sint* , *cap. In tua de decim.* , *et S. Congr. in Sarsinaten. Onerum* 30 *Julii* 1774 §. *Ad III.* ; quamvis in alia Paroecia sacramenta percipiantur , *Rot. dec.* 48 *num.* 2 *cor. Bichio* , *et decis.* 169. *num.* 4 *part.* 5 *Recent.* Nam illiusmodi decimæ debentur ex prædiorum fructibus , *Fagnan. in Cap. Quoniam* 13 *de dec. num.* 1. *et seqq.* , *et in cap. Cum contingat* 14 *eod. tit. num.* 21 , *ac S. Congr. in Hortana Stipendii et Liberationis a molestiis* 29 *Julii* 1775. §. *Maximopere* ; adeoque onus reale est , quod prædiorum possessores et cultores ubicumque sequitur , *Cap. fin.* §. *Ce-*

te-

terum de decim. in 6. , *Rot. cor. Ansald. decis.* 207. *num.* 16. Huc demum accedit , quod in Synodo Amerinæ Dioecesis ab Episcopo Antonio Maria Gratiani condita anno 1595 hæc legantur ad rem sancita *cap.* 1038.= *Et quia compertum habemus , quosdam spreto animæ suæ periculo , ut fraudem Ecclesiis faciant , ac sua prædia a solutione decimarum eximant , alienæ Diœcesis homines ad ea colenda adducere , eosque scissis aratro agris et jactis seminibus abscedere , nec inde nisi ad messem faciendam , percipiendasque fruges redire , atque ita subtrahere Ecclesiæ decimas conari , quasi solvere eas minus debeant , propterea quod incolæ Dioecesis nostræ non sint : nos , ne hoc dolo Ecclesiæ jura minuantur , et illorum ipsorum saluti consulatur , qui cupiditate lapsi animæ suæ labem non sentiunt , statuimus decimas pro hujus Dioecesis consuetudine ab omnibus aratoribus cultoribusque agrorum exsolvi debere , sive illi domicilium intra fines nostras habeant , sive aliunde ad agros colendos adveniant ; Ut enim veteri canone cautum est , agrorum possessores etiam ecclesiasticis censuris adigi debent , ut iis sua prædia colenda tradant , a quibus Ecclesia sine controversia ac mora exigere decimas possit =.*

Hisce a Promotore Fiscali animadversis, nullum sane esse potest perfugium Conductori bonorum Familiæ Laute, quod ipse non polleat omnimodo et absoluto eorum prædiorum dominio , quæ in Attiliani Territorio sita sunt . Integrum enim decimarum onus etiam in Conductores et Emphiteutas refundi , qui integros percipiunt fructus , docet *ad text. in cap. a Nobis* 24. *de decimis* , Pirrhing *in Jus Can. lib.* 3. *tit.* 30. *sect.* 3. *de dec.* §. 2. *num.* 48. , et Reiffenstuel *eod. lib. et tit.* §. 3. *num.* 38. ; atque hinc decimas rependendas esse a prædiorum cultoribus , quamvis extra Parochium degentibus , sive fructus percipiant jure locationis , sive coloniæ , sive alio quocumque titulo , sæpius decrevit S. Congregatio , quia scilicet Colonus et Conductor pro domino possident , ceu *in Hortana Decimarum* 13 *Septembris* 1738 , *in Leopolien. Decimarum* 7. *Aprilis et* 24 *Novembris* 1747 , *et in Tudertina Decimarum* 23 *Augusti* 1749 *ad II. Dub.*

Nec quidquam prodest Conductori bonorum Familiæ Lante, et Heredibus bonorum Sensini ad præscriptionem confugere, inquit Promotor Fiscalis, ut se vel quolibet decimarum onere eximendos esse contendant. Ut enim legitime præscribi possit adversus Ecclesiam aliqua obligatio, veluti jus decimandi, præter justi tituli probationem, quadragenarium saltem temporis spatium requiritur nullo contrario actu interruptum, *cap. de quarta, et cap. ad aures de præscript.*, *Antonell. de temp. legal. lib.* 2. *cap.* 57. *num.* 18., *Schmalzgrueber in Jus Eccles. lib.* 3. *part.* 3. §. 3. *num.* 63., *Rot in recent. decis* 191. *part.* 19, *decis.* 142 *num.* 13 *cor. Molines*. In themate, quum constet decimarum solutionem a præfatis heredibus, et conductore controverti primum cepisse sub Antimo Antimi Archipresbytero, qui ineunte hoc seculo Parochi munus susceperat, certe ad diem usque hodiernæ litis nonnisi novem et viginti annorum lapsus obtendi posset pro decimarum exemptione; imo vero duorum fere et viginti ad summum, quoniam ea de re præscriptio, si quæ unquam inceperat, per judicialem interpellationem Archipresbyteri Pancratii Parca anno 1823 interrupta fuisse dicenda est, *ad trad. per Card. de Luca de judic. disc.* 7. *num.* 8., *Reiffenst. Lib.* 2. *Decret. tit.* 3. *num.* 109., *Rot. cor. Emerix decis.* 1170 *num.* 5., atque omnis propterea sublata etiam bona fides ad præscribendum necessaria, *ex cap.* 5 *et fin. de præscript.*, *Reg.* 4. *Jur. in* 6, *et S. Congr. in Nursina Legati Pii* 26 *Januarii* 1828 §. *Hæc*,

Quæ eum ita se habeant, eo demum se vertit Promotor Fiscalis, ut tueatur, Conductorem bonorum Familiæ Lante, et Heredes ac Possessores bonorum Sensini obstringendos esse in Attiliani territorio ad decimarum solutionem eo etiam modo et quantitate explendam, quæ ex veteri illo Amerinæ Curiæ Libro depromitur, nimirum *ATTILIANO. Ogni aratro paga due quarti di grano e due di biada . . . . un aratro s'intenda ancora un lavoreccio*. Evincit enim satis multis testibus, legitimam pro ejusmodi decimarum ratione stare observantiam et consuetudinem, cui potissimum in

re, de qua agitur, adhærendum esse *ex text. in cap.* 18. *Cum sint, et in cap.* 20. *de decim.* perpendit S. Congregatio *in cit. Sarsinaten. Onerum* 30 *Julii* 1774 §. *ad III.*, *et in Callien. Decimarum et Funerum* 23 *Januarii* 1802 §. *Parochianorum*. Hæc autem de decimarum modo in oppido Attiliani consuetudo et observantia eo certe pluris in themate habenda videtur, quod eam non modo quadragenariam esse patet, quæ etiam sufficeret, uti animadvertit *Petr. ad Const. Paschalis II. sect.* 5. *num.* 26, *et S. Congr. in Pisauren. Decimarum* 3 *Martii* 1792 §. *Respicit.*; sed fere omnino immemorabilem, utpote quæ ab anno 1637 inviolabiliter ac sine ullius dissensu ad hæc usque tempora viguisse perhibetur ab omnibus Parochis, quibus varia Amerinæ Sedis loca subjiciuntur. Queritur igitur Promotor Fiscalis, Conductorem bonorum Familiæ Lanté et Heredes Sensini non ita multis abhinc annis primos extitisse, qui ejusmodi decimarum solutione perfungi detrectaverint adversus decretum Tridentinæ Synodi *sess.* 25. *cap.* 12. *de reform.*, quo dicuntur *ferendi non esse, qui variis artibus Ecclesiis decimas subtrahere moliuntur . . . cum decimarum solutio debita sit Deo*; adeoque jubentur *omnes cujuscumque gradus et conditionis sint, ad quos decimarum solutio spectat, ut eas, ad quas de jure tenentur, in posterum Cathedrali aut quibuscumque aliis Ecclesiis, vel personis, quibus legitime debentur, integra persolvant*; *qui vero eas aut subtrahunt, aut impediunt, excommunicentur, nec ab hoc crimine, nisi plena restitutione secuta, absolvantur*. Porro absurdissimum esse ait Promotor Fiscalis, quod ab Adversariis contenditur; se scilicet ad unam tantum decimam posse hinc inde obstringi, quum ea omnia prædia, quibus ipsi colendis operam navant, ad unum solummodo *favoreccio* utrinque devenisse arbitrentur. Si enim vera sit isthæc ratiocinandi species, jam illud fieri aliquando facile posset, ut, omnibus Attiliani prædiis a prædivite quodam viro coëmptis, una tantum decima ex universi territorii cultura Ecclesiæ obveniret.

Cor-

Concludit igitur Promotor Fiscalis, prædiales decimas a Conductore bonorum Familiæ Lante, et ab Heredibus Sensini in Attiliani territorio ad tramites Diœcesani Statuti atque consuetudinis esse solvendas. Quum pro quolibet *lavoreccio*, idest pro singulis sex terræ rublis ad tritici sementem excultis rependi debeant *due quarti di biada, e due di grano*, quæ unam constituunt decimam; hinc, dum a Conductore bonorum Familiæ Lante quotannis quinquaginta rubla, et ab Heredibus Sensini viginti duo excoluntur, satis liquet, octo ac fere novem ab iis decimas, tres autem et prope quatuor ab his persolvi oportere. Verumtamen, ut omnis lucri suspicio ab Ecclesia avertatur, hujusmodi controversiam mitius conciliandam proponit Promotor Fiscalis, *Quando le Famiglie di Attiliano*, ipse ait, *erano le Proprietarie ed insieme le coltivatrici dei beni appartenenti ora alla Famiglia Lante e agli Eredi Sensini, si esiggevano da tutto il territorio ventiquattro decime, ed ora se ne riscuotono sedici. Dunque otto erano considerati i lavorecci dei beni predetti, e devono essere otto le decime da corrispondersi dall' Affittuario Lante, e dagli Eredi Sensini. Quindi si supplica la S. Congregazione del Concilio, che voglia decretare, essere tenuto il primo a consegnare annualmente alla Mensa Vescovile, e per essa al Parroco di Attiliano cinque decime, ognuna composta di quarti due di grano e due di biada, com' essere obbligati i secondi a soddisfare annualmente tre decime nella divisata quantità, ad onta che dai calcoli fatti secondo i Periti più sarebbero le decime, non volendosi però alterare l'antico sistema e numero; aggiungendo alle prime suppliche quelle ancora, che i detti Debitori siano coartati a pagare le decime per tutti gli anni trascorsi, non solo perchè il diritto di esiggenza di esse non può soggiacere sotto il beneficio della prescrizione, ma ancora, perchè il Parroco le ha sempre reclamate estragiu-*

giudizialmente ed anche in Tribunale sin dall' anno 1823.

Sit itaque

Dubium

An, quomodo, et a quo tempore Conductores bonorum Familiae Lante et Heredes Sensini solvere decimas teneantur in casu etc.

Affirmative ad formam voti Promotoris Fiscalis a die ultimæ solutionis.

CAVEN. UNIONIS. Parochialis Ecclesia S. Joannis Baptistæ ad Casaburim asperis in locis est posita, duosque inter se parum dissitos complectitur pagos, quorum populus octoginta propemodum supra ducentos constat incolis. Hujus Ecclesiæ Parœcia tribus antea regebatur animarum Curatoribus, suisque erat instructa reditibus ad annua ducata biscentum septuaginta quinque pertingentibus, qui partim ad communem massam, partim ad præbendam uniuscujusque Parochi pertinebat: at ea etiam Italiæ parte a Gallis occupata, adeo parochialibus fructibus detractum est, ut vix centum et quinquaginta superfuerint annua ducata. Hinc factum est, ut, primitus uno, ac dein altero ex Parochis vita functo, universi Parœciæ reditus, jubente laica potestate, et annuente Vicario Capitulari, in superstitem Parochum Vincentium Meccia coaluerint, isque utriusque pagi animarum curam postea solus obierit. Ita se res habuit ad annum usque 1828, quo tempore Parochus Meccia ab Episcopo monitus hanc supplex adiit Congregationem, ut parochialium præbendarum unio Apostolica auctoritate sanaretur. *Sess.* 21, *cap.* 5, *de reform.*

Episcopus, quem de informatione et voto rogaveram, iis, quæ supra narrata sunt, addit „ anche la somma ri-
„ masta esser soggetta a qualche annuale diminuzio-
„ ne per la difficile esazione della stessa, dipenden-
„ do

„ do da tanti piccoli cespiti, e da debitori siti in di-
„ verse Comuni, ed anche fuori di Provincia „ insuper
„ nulla potersi contare sopra i lucri incerti di stola
„ tanto bianca che nera, atteso il poco numero di
„ anime, e la povertà della popolazione „. Denique subdit, Parœciam illam laicali subjectam esse patronatui, sed ne patronos quidem „ aver intenzione di
„ aggiungere cosa veruna alla congrua. Nè li medesi-
„ mi si possono costringere a rinunziare, essendovi
„ in circa la congrua pel Parroco, e qualche cosa per
„ un' Economo, nè credesi espediente tentar la cau-
„ sa „. Cumque Sacerdos Meccia ex hac vita nuper migraverit „ vi posi (ait Episcopus) l'Economo Cu-
„ rato, ed indi cominciai a procedere secondo il di-
„ ritto per la provista di quella Chiesa, ed essendo-
„ mi stato nominato il Sacerdote Dionisio Sorrentino,
„ lo chiamai all' esame innanzi agli Esaminatori Pro-
„ Sinodali, e fu ritrovato idoneo. Egli credeva di es-
„ sere investito di tutta la rendita, che si apparte-
„ neva a detta Parrocchia, ma perchè io voleva dar-
„ gli soltanto una delle tre prebende, il medesimo
„ non ha voluto farsi spedire le Bolle, pretendendo
„ almeno la congrua di ducati cento secondo il pre-
„ scritto dell' ultimo Concordato. Preti naturali di quel
„ Villaggio al presente non ve ne sono. Il presenta-
„ to ed approvato è di un' altro Comune distante so-
„ pra tre miglia da essa Parrocchia, ed avendo timo-
„ re che possa rinunziare qualora vedesse, che col
„ servir quella Chiesa non avesse i mezzi da soste-
„ nervici, vengo perciò a proporre il seguente pro-
„ getto, approvato benanche da questo mio Capitolo
„ Cattedrale di Cava, ed è appunto il seguente: darsi
„ al presente Parroco approvato ducati cento di con-
„ grua, ducati venti pel mantenimento della Chiesa,
„ e per arredi sagri, ed i rimanenti ducati trenta ad
„ un' Cappellano coll' obbligo di assolutamente dir Mes-
„ sa in tutte le feste di essa Parrocchia di Casaburi,
„ non potendo la popolazione restare col solo Parro-
„ co, particolarmente perchè priva di altri Preti, mol-
„ te volte resta priva della Messa ne' dì festivi „.

Pa-

Parochialium Ecclesiarum unionem, justa intercedente causa, a sacris canonibus probari docet *text. in cap. Exposuisti* 33. *de præbend. et Concil. Trid. sess.* 21. *cap.* 5. *de reform.* Justam sane præbet causam præbendarum inopia, itaut Parochis congruam a jure statutam non suppetere compertum sit, *Trid. Syn. cit. loc.*, *S. Congr. in Aquen. Unionis* 27 *Junii* 1829 §. *Ut*. Jam vero ad hanc congruam etsi centum saltem scutatorum summam necessariam esse habeatur ex Tridentina Synodo *sess.* 24 *cap.* 12 *de reform.*, *S. Congr. in Civitatis Castellanæ* 24 *Novembris* 1821, *et in Tudertina* 27 *Aprilis* 1822 §. *Ut hæc*, in Neapolitano tamen Regno ex Conventione anni 1818 major minorve pro majori vel minori animarum regendarum numero constituitur, atque iis Paræciis, quæ duobus hominum millibus non constant, ad minus ducata centum pro annuo reditu solvi edicitur.

Ex his manifesta in themate consurgere videtur necessitas uniendi præbendas Parochiæ ad Casaburim, ut, qui supersunt, reditus ex Episcopi sententia erogentur in congruam unius Parochi alimoniam, in Ecclesiæ tuitionem, et in pensionem Capellano exsolvendam. Adeo quippe tenues in præsentiarum sunt parochiales reditus S. Joannis Baptistæ, ut non modo tribus alendis Parochis haud pares innotescant, sed vix unius Parochi honestæ exhibitioni sufficiant. Præterea exiguus parochianorum numerus aperte suadet, unicum Parochum satis esse ad spiritualem curandam illorum salutem, ac solummodo alio opus esse Sacerdote, qui singulis diebus festis ad populi commoditatem in Ecclesia parochiali Sacrum omnino faciat, quemadmodum in suo voto perpendit Episcopus.

At Beneficiorum unionem utpote in jure odiosam haud facile concedendam tradit S Congr. *in Florentina Unionis* 18 *Martii* 1820 §. *Cum*, *et in Lancianen. Unionis* 11 *Junii* 1825 §. *Exploratum*. Jam vero parochialis Ecclesia S. Joannis Baptistæ, quippe quæ incolas habet in duobus sejunctis pagis commorantes, duobus saltem indiget animarum Curatoribus, qui spirituali incumbant utriusque pagi procurandæ parochianorum salu-

ti. Nec aliter suadere posse videtur redituum tenuitas: adsunt enim patroni, qui ex sacrorum canonum jure, nisi patronatui nuntium mittere velint, imminutam dotem augere, Ecclesiam instaurare tenentur, *Sperel. decis.* 67 *numer.* 10, *Bened. XIV. Instit.* 100 *numer.* 12, *S. Congr. in Tiburtina Restaurationis Ecclesiæ parochialis* 15 *Decembris* 1827 *ad I. dub.*, *et in S. Severini Canonicatus* 12 *Septembris* 1829 §. *Cum*. Quod si patroni juri nominandi cedendum putent, jam alia præsto est ratio opitulandi Ecclesiæ indigenti, nimirum collecta per æs et libram a bonorum possessoribus, licet forensibus, pendenda, ceu tradit hic S. Ordo *in Imolen.* 6 *Septembris* 1783, *in Brictinorien. Paræciarum* 29 *Maji* 1824, *et in cit. Tiburtina ad II. dub.*

Hinc proponuntur

Dubia

I. *An et quomodo sit supplicandum SSmo pro sanatione unionis parochialium præbendarum in casu etc.*

Et quatenus negative

II. *An patroni teneantur augere dotem parochialium præbendarum in casu etc.*

Ad I. Affirmative in omnibus juxta votum Episcopi.
Ad II. Provisum in primo.

Sess. 22. cap. 6. de reform.

BONONIEN. CAPELLANIÆ. Franciscus Donati anno 1788 quoddam tradidit prædium Monasterio S. Mariæ Magdalenæ civitatis Centi ea sub lege, ut universi ejusdem annui reditus, administrationis sacrorumque utensilium prius subductis impensis, erogarentur in celebrationem Missarum in Ecclesia ipsius Monasterii explendam, tributa eleemosyna obolorum vi-

viginti diebus festis, et obolorum quindecim diebus profestis. Jus nominandi Presbyterum, qui Missas piaculares pro fundatore suaque familia offerret, reservatum voluit filiis suis Jacobo, et Joanni, dum ipsi viverent, postea vero Antistitæ, quæ memorato præesset Monasterio. Capellaniæ possessionem, ac prædii administrationem anno 1806 obtinuit Canonicus Jacobus Donati; quo factum est, ut ipse salvum et incolumem servare potuerit Capellaniæ fundum, licet Monasterium postero tempore bonorum spolium suppressionemque subierit. Cumque etiam anno 1820 nulla affulgeret spes, ut Monasterium jam in profanos usus conversum in pristinum statum restitueretur, ac præterea Capellaniæ fructus vix quotannis pertingerent ad scutata sexaginta, Eñus Archiepiscopus Apostolica instructus auctoritate, ac flagitante Canonico Donati hujuscemodi edidit decretum = *Statuimus, ut a præsenti et in posterum quotannis biscentum sexaginta Missæ celebrentur cum eleemosyna obolorum viginti trium, sacrificalibus comprehensis, pro qualibet Missa . . . . . Quum vero Canonicus Donati e vivis excesserit, procurationem supradicti prædii Administrationi parochiali adsignamus Collegiatæ Ecclesiæ S. Blasii, in qua Missas prædictas tunc volumus in annos singulos celebrari cum eleemosyna ut supra constituta . . . . a Capellano proponendo a dicta parochiali Administratione, et a nobis et successoribus nostris Bononiæ Archiepiscopis nominando* =. Nuper autem Canonicus Donati, Capellaniam ita immutari cupiens, ut eadem tamquam sacro patrimonio ad majores Ordines recipiendos egentes Clerici uterentur, supplicem huic Sacro Ordini obtulit libellum, quo Capellaniæ onera ad annuas Missas centum perpetuo cohiberi postulavit.

Preces de more ablegandas censui Eño Archiepiscopo, ut votum suum aperire dignaretur. Interea mortem oppetiit Canonicus Donati, supremisque suis tabulis Capellaniæ nominationem contulit in Joannem Baptistam Giordani. Hujusmodi precibus et nominationi plane assentitur Administratio parochialis, cui præest ipse-

met Archipresbyter S. Blasii, imo hanc Sacram Congregationem enixe deprecatur = di approvare la nomina fatta dal defonto Canonico Donati nella persona del Chierico Giovan Battista Giordani giovine di ottime speranze e del quale i di lui Superiori non hanno che a lodarsi; però colla clausola *donec provideatur*, e che se entro l'anno vigesimo terzo non sarà entrato in Sacris, *ipso jure et facto* resti caducato dal comodo di detto patrimonio, e si faccia luogo alla collazione a favore di altro giovine nativo di questa Città non minore dell'età di anni diciotto compiti, che si trovi nella carriera ecclesiastica, di provata vocazione, e di buon costume, e colla suddetta clausula e condizione, e così di mano in mano che il patrimonio resterà vacante o per la caducità di cui sopra, o per morte =.

Emus quoque Archiepiscopus propitiam hac super re pandit animi sui sententiam, ita edisserens = Verificatosi colla morte senza figli dell'Avvocato Giovanni Donati, che niuno dei parenti Donati hanno il menomo diritto sopra la suddetta Cappellania, e verificatosi che l'Amministrazione parrocchiale di S. Biagio è l'unica che abbia interesse, non solamente accede all'intendimento del defonto Canonico Donati, ma invoca che questo sia eseguito sotto le discipline dalla medesima esposte, ed avuto riguardo alla necessità, nella quale si trova questa Diocesi, e segnatamente la Città di Cento, che i Beneſizj siano applicati a titolo di essere promossi agli Ordini Sacri, mi permetto di supplicare l'EE. VV., perchè vogliano degnarsi d'impegnare la S. Congregazione a determinare 1. che la Cappellania di cui si tratta, sia convertita in patrimonio sacro col peso della celebrazione di numero cento Messe annue: 2. che si confermi in primo possessore il Chierico Giordani, nominato dal fù Canonico Donati: 3. che siano ammesse le discipline colla caducità proposte dall'Amministrazione parrocchiale: 4. che in avvenire la nomina da farsi in un soggetto nativo della Città, e mancante di mezzo

per

per ascendere all'Altare, sia alternativa fra l'Ordinario e la suddetta Amministrazione parrocchiale =.

Quod initio petebat Canonicus Donati, et nunc efflagitat Administratio parochialis vix ullam videtur præseferre difficultatem; jam enim Legatum pium Capellaniæ, aut patrimonii nomine nuncupetur, Sacerdoti ad nutum amovibili, aut Clerico certis quibusdam legibus ab Administratione parochiali et ab Emo Archiepiscopo propositis conferatur, nulli subjicitur mutationi, quæ fundationis legi refragetur, adeo ut illæ justæ urgentesque intercedant necesse sit causæ, quæ ex canonum jure in supremis commutandis voluntatibus omnino requiruntur. Id potius sedulo inquirendum, num petita Missarum reductio sit concedenda. Jam vero ex fundatoris lege haud centum dumtaxat, sed tot quotannis sunt litanda Sacra, quot annui ferunt Capellaniæ fructus. Reductio itaque utpote fundatoris menti adversa foret prorsus deneganda; Sacrorum namque imminutio tum demum indulgetur, cum reditus impares deprehenduntur cunctis ferendis oneribus, *S. Congr. in Æsina Reductionis* 20 *Martii* 1824, *et in Comaclen. Reductionis* 12 *Septembris* 1829 §. *Deneganda*. Tantum vero abest, ut exigui dicantur Capellaniæ reditus ad præscripta implenda onera, ut Emus Archiepiscopus, ipso suadente Canonico Donati, decreverit, a Capellano singulis annis esse offerendas ducentas sexaginta Missas.

Verumtamen si urgeat necessitas, aut major postulet utilitas, supremæ decedentium voluntates commutantur, et Missarum conceditur reductio, *Trid. Syn. sess.* 22. *cap.* 6. *de reform.*, *S. Congr. in Taurinen. Absolutionis et reductionis* 1. *Martii* 1817 §. *Petitæ*. Urgentem profecto, utilemque suppeditat reductionis causam necessitas, in qua, ut ait Emus Archiepiscopus, versatur *questa Diocesi*, *e segnatamente la Città di Cento che i Benefizj siano applicati a titolo di esser promossi agli Ordini sacri*. Porro si petita non tribueretur Sacrorum imminutio, universi Capellaniæ fructus in Missarum eleemosynas insumerentur, nec Capellano id superesset, quod ex taxa synodali, aut re-

regionis consuetudine præfinitum sit pro titulo ad sacros Ordines suscipiendos. Et quamvis inter Doctores ferveat quæstio, num onera Missarum sint aut non sint detrahenda ex reditibus Beneficii vel Capellaniæ, ad cujus titulum quis promoveri exposcit; nihilominus cum hæc S. Congregatio *in Ariminen.* 17 *Julii* 1723 definierit, rem esse relinquendam *arbitrio et conscientiæ Ordinariorum*, patet in themate, necessariam esse Missarum imminutionem, ut pauperes Clerici Centenses ad titulum Capellaniæ Donati sacris Ordinibus certo initiari queant.

Quod pertinet ad nominationem Clerici Joannis Baptistæ Giordani a Canonico Donati expletam, ea quidem probanda videtur. Etenim illi, quorum interest, nimirum Emus Archiepiscopus, et Administratio parochialis memoratæ nominationi plane assentiuntur; præfatus autem Clericus iis ornatur moribus, animique dotibus, ut Præceptorum, et Administrationis parochialis amorem ac benevolentiam sibi conciliarit, proindeque dignus, qui Capellaniæ possessione donetur, ut sacris Ordinibus sibi viam sternere valeat.

Sint

Dubia

I. *An et quomodo sit annuendum precibus Administrationis parochialis in casu etc.*

II. *An sit probanda nominatio Clerici Joannis Baptistæ Giordani in casu etc.*

Ad I. Affirmative juxta votum Emi Archiepiscopi, firma tamen celebratione Missarum biscentum sexaginta.

Ad II. Provisum in primo.

FIR-

FIRMANA CANONICATUS. Ceteras inter Canonicales Præbendas, quibus constat Collegiata Ecclesia sub auspiciis SS. Apostolorum Petri et Pauli in oppido Montis Ulmi, ea recensetur, quæ subest patronatui familiæ Lanci, quæque, præter chorale servitium per alternas hebdomadas cum ceteris Canonicis perferendum, onus habet adnexum unius missæ singulis hebdomadis ex fundationis lege celebrandæ. Hujus Canonicatus reditus coalescunt tum ex quotidianis distributionibus, quæ a communi mensa proficiscuntur, tum ex peculiari præbenda, cujus annuum valorem, missarum publicorumque vectigalium subductis oneribus, ne ad scutata quidem quadraginta pertingere indubium est. Cum obitu Clerici Aloisii Lanci nuperrime vacaverit Canonicalis ejusmodi Præbenda, ejus germana Soror Magdalena annos sexaginta duos jam nata, ac nobili quidem viro Dominico Aleandri nuptui tradita, sed ærumnis confecta, ac miseram ducens vitam, supplex adit hanc Sacram Congregationem, ac enixis precibus postulat, ut, suspensa Canonicatus nominatione et collatione, sibi, donec vixerit, tribuantur annui Canonicalis tantum Præbendæ fructus, spondens, se curaturam, ut Missæ in expiationem animæ fundatoris litandæ religiose impleantur. *Sess.* 22 *cap.* 6 *de reform.*

Oratricis precibus obsecundandum putat Emus Archiepiscopus de informatione et voto rogatus. Etenim scribit „ mandata exequens EE. VV. Capitulum primo exquisivi, ut quid sentiret, in medium proferret. Quamvis autem Consultor sorte extractus momenta singula attulerit, quibus evincitur, gratiæ, de qua agitur, concessione vix ullum officiaturæ præjudicium inferri, suffragiis tamen septem contrariis, et quatuor tantum favorabilibus consultatio hujuscemodi excepta est. Illud tamen animadvertit in relatione sua Vicarius meus Foraneus, idemque Canonicus ejusdem Collegiatæ, quæ viginti octo Choristas habet per turnum hebdomadarum inservientes, non eam fuisse Capituli mentem Oratricis petitioni obnitendi, sed supervacaneam, ut

ipsi

ipsi videbatur, momentorum illorum a Consultore factam commemorationem reprobandi „.

„ Porro integris remanentibus distributionibus inter inservientes de more dividendis, parvum subsidium hujusmodi (nimirum annuos canonicales præbendæ reditus) Oratrici, dum hac luce frui queat, Apostolica liberalitate concedi posse arbitrarer: 1.° quia honesto ipsa loco nata, et nobili viro vinculis matrimonii conjuncta, adeo gravi in senescente ætate premitur rei familiaris angustia, ut vix habeat, unde modicissimum victum ad sex menses sibi et conjugi suo, qui omni caret substantia, comparet: 2.° quia familia oratricis simplex beneficium S. Rochi de jure suo patronatus laicalis, in quo canonicalis præbenda consistit, ultro contulit in Collegiatam S. Donati erigendam ad hoc ut in ipsa decimus haberi posset canonicus, quo numerus æqualis obtineretur cum altera Collegiata paulo ante in eodem oppido sub Summo Pontifice Clemente XIII. erecta titulo SS. Apostolorum Petri et Pauli; unde familia ipsa de capitulo utroque, quod Motu Proprio sa. me. Pii VI in unum coaluit, bene merita est: 3.° quia nemo adest passive vocatus, cui Apostolica concessio, de qua agitur, præjudicium possit afferre „.

„ Hisce de causis oratrici, quæ ultima superstes est familiæ suæ, indulgeri, ut ajebam, posse ex charitate censerem juxta petita, eo vel magis quod de piissima agitur femina, et ita magis ærumnis quam ætate confecta, ut nonnisi ad breve tempus, quantum humanis oculis prospicere datum est, Apostolica eadem munificentia frui valeat „.

Hæc quidem rationum momenta tanti ponderis esse existimat Oratrix, ut Emos Patres precibus ab se oblatis suffragaturos plane confidat. Etenim sacris canonibus nihil antiquius, quam patronis eorumque filiis ad inopiam vergentibus ex bonis Ecclesiæ donatis succurrere, *Concil. Tolet. IV can.* 37, *Cap. Nobis* 25 *de jurepatr.* Canonicæ hujusmodi æquitati hanc Sacram jugiter adhæsisse Congregationem plura testantur exempla; ad patronorum siquidem levandam inopiam modo one-

onerum reductionem, modo nominationis suspensionem concedendam censuit, ut *in Sabinen. Suspensionis Nominationis* 25 *Junii* 1803, *in Sutrina Canonicatus* 20 *Junii* 1829, *et in Hortana Canonicatus* 20 *Martii* 1830, quamvis ipsi non extrema, sed relativa tantummodo premerentur rei familiaris angustia, ceu *in Asculana Dispensationis* 20 *Maji* 1786, *et in Aquen. Capellaniæ* 3 *Februarii* 1787. In themate Oratrix nedum gaudet Canonicatus patronatu, sed ætate calamitatibusque affecta, ærumnosam cum suo conjuge annorum quatuor et septuaginta agit vitam. Etenim perexiguo instruitur patrimonio, quod ad scutor. 481. 97 vim tantummodo pertingit: quumque illud ære alieno et vectigalibus gravari compertum sit, tanta quidem Oratrix laborat inopia, ut vix habeat, unde *modicissimum victum ad sex menses*, quemadmodum refert Emus Archiepiscopus, sibi et conjugi quærere possit. Hoc autem ipsum luculenter evincitur ex prolato plurium virorum testimonio, qui publico consilio addicti sunt, quique unanimi consensione adjiciunt, Oratricem ex adita Canonici Lanci Fratris sui hæreditate incommodum potius ob relicta nomina, quam ullum commodum percepisse. Postremo adfirmat Emus Archiepiscopus, ex nominationis suspensione nullam juri alterius quæsito inferri jacturam, cum nemo extet, qui passivo fruatur patronatu.

Jam vero Emi Patres perpendere dignentur, utrum Oratricis petitioni sit annuendum. Profecto diuturna Canonicatus vacatio qua fundatoris voluntati, qua juris dispositioni adversatur, ut monet *Card. de Luca de jurepatr. disc.* 20 *num.* 2, *Sac. Congreg. in Collen.* 30 *Augusti* 1778, *et in Camerinen. Suspensionis nominationis* 12 *Februarii* 1803. Præterea hæc Sacra Congregatio omni sollicitudine curare solet, ut nomen Dei hymnis et canticis in choro celebretur, ac tum demum choralium beneficiorum impertitur suspensionem, cum patronorum urget paupertas, et chorali servitio nullum affertur detrimentum, *ut in Asculana* 18 *Septembris* 1773, *in Romana Prorogationis* 14 *Junii* 1806, *et in Nullius S. Martini* 16 *Decembris* 1820 *ad I. Dub.*

Porro Emus Archiepiscopus refert, nullum ex nominationis suspensione oriri posse damnum chorali servitio; atque ipsa demum Oratrix catalogum exhibuit omnium Capitularium manu Archidiaconi Paoletti subscriptum, ex quo luculentissime patet, Collegiatam Ecclesiam, de qua agitur, viginti octo præbendatis Choristis constare. Verumtamen ibidem animadvertitur, duodecim quidem ex Capitularibus recenseri in Hebdomada, ad quam vacans Canonicatus S. Rochi pertinet; sed eos inter esse Præpositum, qui ob animarum curam choro eximi potest, itidemque quatuor Canonicos, qui ex fundationis lege ad audiendas Christifidelium confessiones festivis diebus chorali exemptione fruuntur, nisi aliter chori necessitas postulaverit. Quum vero ejusdem hebdomadæ Præbendati debeant Sacerdoti solemniter celebranti diebus festis ad altare inservire, ex iisque Vincentius Cipollari in Firmana civitate studiorum causa degat, satis manifestum est, quatuor tantummodo Canonicos ex ea ipsa hebdomada festivis diebus in choro superesse. In iis autem animadversionibus, quas confirmat Archidiaconus Paoletti, hæc adnotata leguntur: *Siccome i quattro Canonici addetti al Confessionario in caso di bisogno possono lasciare di confessare, e portarsi in coro; siccome avrà da tornare in residenza il Prebendato assente finiti i suoi studj; e siccome tra gl' individui della prima settimana avrà da essere rimpiazzato il nuovo Prebendato, che manca da molti anni, discifrata che sarà la vertenza tra il Sig. Prevosto e il Sig. Arcidiacono, che si contrastavano il diritto di nominare ad una tal prebenda sotto il titolo di S. Francesco di Paola; è perciò, che sembra non soffrir nocumento l' officiatura Corale, sospendendosi il Canonicato sotto il titolo di S. Rocco.*

At ex adverso asseritur in supplici libello nomine Canonicorum Ecclesiæ Collegiatæ porrecto, gravem ex nominationis suspensione in chorale servitium redundare jacturam, adeo ut vix quatuor vel quinque Capitulares divinis concinendis laudibus aliquando adstent in choro. Etenim non modo nonnulli absunt

stu-

studiorum causa, et quidam alii excipiendis fidelium confessionibus præsto esse tenentur, sed alii non pauci infensa sunt valetudine, alii rude donati, atque una et altera præbenda diutino tempore est vacatura.

Dubium

An et quomodo sit annuendum precibus Magdalenæ Lanci in casu etc.

Affirmative ad triennium juxta votum Emi Archiepiscopi, deputato Ecclesiastico Administratore, facto verbo cum SSmo.

COESENATEN. LEGATI PII. Sacerdos Dominicus Florentinius Gambetulæ seu Boschi Parochus anno 1782 fiduciarios sibi scripsit heredes Sacerdotes Petrum Valganiam, et Petrum Borghesium, eisque legem dixit, ut altera a sui obitus die fiduciam eorum fidei traditam detegerent. Vita functo Parocho Florentinio, fiduciarii heredes jurisjurandi religione interposita fassi sunt = *che il detto Testatore ha istituiti e nominati, come essi Signori Coeredi fiduciarii instituiscono e nominano di lui eredi fidecommissarii, la Signora Francesca Fiorentini sorella del detto Testatore vedova Guidi, e dopo la di lei morte il figlio di lei Sig. Giovanni Guidi, e la di lui linea discendentale per fidecommisso in infinito, ed estinta questa, in qualunque tempo ha istituiti sostituiti e chiamati i più prossimi loro, e le loro linee pure in infinito per fideicommesso.* Quædam insuper instituit legata pia, inter quæ illud hisce verbis expresssum eminet. = *Item jure legati pii dichiararono* (fiduciarii heredes) , *che la possessione di Cavecchia detta il Casone colla vigna di Massa sia amministrata dagli eredi fidecommissarii, e l'entrata di detta possessione sia perpetuamente erogata in tante doti a Zitelle povere del Bosco, o in altre opere pie a benefi-* *Sess. 22. Cap. 6. de reform.*

ciò de' pòveri di detto luogo, Parrocchia, e Territorio, e se alcuno di tali Eredi fidecommissarii avesse figlie da maritare, o monacare, o figli da mantenere in Seminario o Collegio possa servirsi dell' entrata di detta possessione a tale uso; ma però colla condizione, che ogni anno ciascuno di detti Eredi fidecommissarii in perpetuo debba rendere conto dell' adempimento di questo legato pio e della sudetta erogazione di tutta l' entrata di detta possessione al Parroco pro tempore di S. Egidio del Bosco. =

Quo tempore Pontificia Ditio ab extero exercitu occupatione tenebatur, Joannes Guidi Franciscæ filius ob fideicommissorum abrogationem sua pleno jure fecit avunculi bona, et quamvis prædium Casone, et vinea Massa sarta tecta remansissent, utpote pii legati vinculo obstricta, attamen in filiorum alimoniam censuit erogandos annuos ejus fructus, et vix aliquid in pauperum levamen hactenus distribui contigit. Ac Parœciam Gambetulæ evectus Presbyter Tobias Ragonesi ad pauperum tutanda jura penes hodiernos bonorum Administratores de ejusmodi fructuum erogatione conqueri, ac etiam judicio contendere cœpit. Verum Theresia Guidi memorati Joannis filia, et Josepho Menghi Ariminensi nuptui tradita supplicem Sacratissimo Principi obtulit libellum, quo sibi jus esse arbitratur integros pii Legati fructus erogandi in suas dotandas filias, et in alimoniam filii intra Ariminensis Seminarii ædes studiorum causa degentis.

Ariminensis Antistes de more rogatus retulit, fratres Guidi, scilicet Franciscum Sacerdotio initiatum, et Josephum sobole destitutum *favere votis germanæ Theresiæ, et Parochum Tobiam Ragonesi dissentientem esse et repugnare, quia contendit esse officii sui in hoc casu tutari rationes pauperum Paroeciæ sibi commissæ*: animi vero sui sententiam aperiens idem Antistes inquit, *che si possono prendere in considerazione le preci della Menghi, tanto più che il figlio Patrizio alunno in questo Seminario si conduce assai bene, ed è giovane di belle speranze*. Cæsenas autem Episcopus, cujus jurisdictioni nunc subest Archipresbyte-

ra-

ra'is Ecclesiæ Gambetulæ, hæc scribit. - *Ingenue fatear, me cuixe percupere, ut conciliatio inter utram que partem æqua ineatur. Sane causa pauperum sacra est, et privilegiis referta; constat, defunctum Archipresbyterum Fiorentini voluisse illis opitulari; omnes compertum habent, bona ab ipso Testatore disposita et legata ab Ecclesia, non a propin quis ei fuisse collata. Verum pari cum candore asserere debeo, lineam descendentalem a Testatore notatam foeminas etiam complecti. Sanctissimus Princeps, qui parens publicus et præcipue pauperum est, dubia a verborum ambiguitate manantia pro sua sapientia solvere et interpretari valebit, et considerata mente Sacerdotis Testatoris, atque origine bonorum ab ipso dispositorum, eam pronunciare sententiam, quæ justitiæ simul et charitati arrideat* = .

Jam vero justitiam et charitatem id in præsenti casu præcipere autumat Gambetulæ Archipresbyter, ut universi quotannis pii legati fructus in dotem miserabilium puellarum, et in aliorum pauperum levamen distribuantur. Nimirum Testatori piam, non autem profanam causam adeo cordi fuisse conspicitur, ut hæredes fiduciarii iterum iterumque a defuncto pium legatum institutum fuisse palam denunciaverint: quælibet autem evanesceret pietatis causa, si non paupertatis, sed unius sanguinis ratio in erogandis fructibus foret habenda, *Amostaz. de caus. piis lib.* 1. *cap.* 1. *n.* 5., *Monet. de commut. ult. volunt. cap.* 4. *num.* 18., *Molin. de justit. tract.* 2. *disp.* 432. Præterea testatorem nedum causæ piæ mentionem fecisse constat, sed perspicuis verbis annuum reditum perpetuo conferri jussit *in tante doti a zitelle povere del Bosco, o in altre opere pie a benefizio de' poveri di detto luogo.* Paupertas itaque tamquam necessaria qualitas occurrat oportet in iis, qui ad Legati fruitionem contendere cupiunt. Si enim ex juris censura subsidia dotalia pauperibus relicta censentur ad tradita per *Card. De Luca de dote dis.* 174. *num.* 2., *S. Cong. in Vetiterna Subsidiorum dotalium* 23. *Februarii* 1793. §. *Satis*; ac divites puellæ consanguineæ non sunt pauperibus præferendæ, *Rot. cor. Molines decis.* 821. *num.* 2.

S. Con-

S. Congr. in Romana Subsidiorum dotalium 8. Julii 1769. §. Ex, eo magis in themate pii legati fructus in dotandas egenas puellas, et in pauperum alimoniam erunt erogandi, ubi testator patulis verbis illos distribui præcepit *a beneficio de' poveri*.

Quæ cum ita sint, satis compertum putat Archipresbyter Ragonesi, familiam Guidi injuria in suos hactenus usus insumpsisse pii legati reditus, nec minus injuria nunc Theresiam Guidi in suorum filiorum utilitatem illos convertere velle. Etenim ipsa ejusque filii in eo, subdit Archipresbyter, versantur statu, *ut pauperum alimento non indigeant, et sive domi sive alibi commode vivant.* Nec Mulier igitur, nec ejus filii annuos fructus sibi vindicare posse videntur, nisi rei familiaris inopia reapse premantur. Et sane testator suis consanguineis facultatem tribuens utendi fructibus memorati legati pro filiabus in matrimonium collocandis, aut pro filiis in Seminario informandis, in unum voluisse censendus est, ut qui sanguinis conjunctione sibi devincerentur, ii, si inopia laborarent, ceteris pauperibus præponerentur. Ipse profecto se pium legatum instituere dixit, annuos ejus fructus pauperibus distribui jussit, et administratoribus onus injunxit reddendi singulis annis rationem *dell' adempimento di questo legato pio, e della suddetta erogazione di tutta l'entrata al Parroco pro tempore di S. Egidio del Bosco.* Frustra autem hæc significasset, imo egenis ludum fecisset testator, si consanguinei non paupertatis causa, sed sanguinis tantum jure in suorum filiorum usum annuos legati fructus convertere possent, cum vix aliquando fieri queat, ut nemo ex consanguineis existat in Seminario vel Collegio alendus, aut puella nuptui tradenda; ideoque futile redderetur pauperibus pium legatum, aut saltem ab incerto eventu penderet ejus executio; quod quidem testatoris menti, et regulis in ultima interpretanda voluntate adhibendis adversum tenere patet ex textu *in L. Quoties ff. de reb. dub., in cap. Cum dilecti de donat., Rot. in Romana Domus* 31. *Januarii* 1710. *cor. Crispo.*

At

At vero Theresia Menghi tum demum in pauperum alimoniam annuos legati fructus distribuendos arbitratur, cum inter testatoris consanguineos nullus extat adolescens in Seminario instituendus, aut nulla puella in matrimonium collocanda. Neminem quippe præterit, cuique jus esse, bona sua, in quem ipse malit, usum convertendi. Porro Archipresbyter Fiorentini nedum consanguineos suos sibi hæredes fideicommissarios nuncupavit, legatumque sublevandis egenis destinatum instituit, sed plane cavit = se alcuno di tali eredi fideicommissarj, avesse figlie da maritare, o monacare, o figli da mantenere in Seminario, o in Collegio possa servirsi dell' entrata di detta possessione a tale uso. = Mulier autem Oratrix altera est ex consanguineis, qui ad fruitionem fideicommissi vocarentur, nisi leges fideicommissorum vincula abrogantes in lucem editæ fuissent: ipsa tum filio litteris imbuendo, tum filiabus nuptui collocandis prorsus gravatur; ex supremis igitur Florentinii tabulis gaudet jure in ejusmodi causam erogandi legati fructus. Nec opus est, ut eadem mulier, vel ejus filii inopia premantur, memoratas enim tabulas legenti facile innotescit, nullam paupertatis factam esse mentionem, ubi consanguinei ad legati compendium vocantur; ac propterea Oratrix, licet opibus non careat, fructus legati petere non vetatur. Scitum namque est, testatorem de uno consanguinitatis adjuncto sollicitum, alterum paupertatis noluisse censendum esse ad tradita per *Polit. de miscell. dissert.* 8. *n.* 15. *tom.* 5., *S. Cong. in Nullius Terræ Pontiani* 19. *Januarii* 1791. §. *Jus*, *et in Montis Falisci* 29. *Januarii* 1791. §. *Petitioni*.

Erit nihilominus Emorum Patrum decernere

I. *An et quomodo sit annuendum precibus Theresiæ Guidi Menghi, seu potius fructus pii legati sint erogandi in levamen pauperum Paræciæ Gambetulæ in casu etc.*

II.

II. *An sit consulendum SSmo pro condonatione fructuum quoad tempus præteritum in casu etc.*

Ad I. et II. Dilata et scribatur Episcopo Cæsenaten., qui exigat redditionem rationis a Theresia quoad præteritum, et certioret Sac. Congregationem; referat quot ipsa filias dotandas habeat, et in qua summa sit habenda congrua dos, spectata conditione et consuetudine familiæ, et quæ expensa sit necessaria pro alendo juvene in Seminario, simulque referat de annuo reditu pii Legati, et de statu Familiæ.

Sess. 24. cap. 17 de reform.

LUCANA INCOMPATIBILITATIS. Cathedralis Lucanæ Ecclesiæ animarum cura a vetustis usque temporibus exercetur a Vicario Curato, cui in frequenti Parœcia suppetias ferre solent duo Presbyteri, qui Coadjutores Curati nuncupantur. Ille non minus quam isti ad nutum Capituli, cui habitualis imminet cura, olim pendebant: sed Apostolicis litteris anni 1822 factum est, ut Vicarius Curatus in posterum perpetuus et inamovibilis jugiter evaderet, ac duo Presbyteri, qui Coadjutoris munere tunc fungebantur, a Capitulo amoveri non possent. Ex his alter erat Sacerdos Julianus Ridolfi, qui jam inde ab anno 1806 Coadjutoris partes explere cœpit, et nunc etiam explet, tametsi inter Canonicos Collegiatæ Ecclesiæ S. Michaelis anno 1829 fuerit cooptatus. Ægre admodum id ferunt Cathedralis Ecclesiæ Canonici, ac rati Coadjutoriam Curatam omnino vacasse ob pacificam Canonicatus possessionem, hunc Sacrum adierunt Ordinem, ut quid in themate sit sentiendum, plane decernat.

Archiepiscopus de more rogatus retulit, Sacerdotem Ridolfi, qui ex capitularibus Collegiatæ constitutionibus quindecim dies quolibet mense choro adstare cogitur, scutata octoginta ex canonicali præbenda, et scutata quinque supra centum ex bonis Coadjutoriæ, subductis oneribus, quotannis colligere. Dein votum suum eidem Sacerdoti propitium aperiens inquit „ Nihil de„ trimenti animarum cura ex duplici Ridolfi munere „ patitur; nam ipse domum suæ habitationis prope „ Ec-

„ Ecclesiam Metropolitanam habet in medio Parœciæ ,
„ ibique diu noctuque commorans assidue una cum
„ alio Coadjutore animarum curæ pervigilat , demptis
„ horis , quibus choro , quod domo sua non longe
„ distat , divinis officiis interest , ac tunc quoque
„ alium Sacerdotem loco positum inopinatis casibus
„ paratum designat. Et revera si Parœciæ Metropoli-
„ tanæ servitium ob expositi duplicis muneris incom-
„ patibilitatem aliquid damni passum fuisset , meum
„ erat , cui oves commissæ sunt , quammaxime pro-
„ videre. Itaque attenta Ridolfi in gerenda hujusmo-
„ di Metropolitanæ cura practica , scientia , ac paro-
„ chianorum , a quibus prædiligitur , ex longo ac sem-
„ per laudabili exercitio cognitione , optarem , ut ipse
„ præfatam curam , etiam electo Parocho Capituli Vi-
„ cario , ipsum Parochum coadjuvando , una cum illo
„ regeret , et gubernaret „ .

Canonicus Ridolfi haud se quidem latere affirmat, singula tantum beneficia singulis personis esse conferenda , cum S. Gregorius *can.* 1. *dist.* 89. sanciverit : *singula ecclesiastici juris officia singulis quibusque personis singulatim committi jubemus* ; imo fatetur , *ex Trid. Syn. sess.* 24. *cap.* 17. *de reform.* nemini fas esse alterum assequi beneficium , nisi primum ad vitam ejus honeste sustentandam haud sufficere , ac utrumque personalem residentiam non requirere pateat. Illud nihilominus sedulo perpendendum putat , hujuscemodi juris censuram vim suam exerere , ubi res est de duobus ecclesiasticis beneficiis , titulum collativum habentibus , aut residentiam exposcentibus , ut innuunt illa Tridentini Concilii verba *sess.* 7. *cap.* 4. *de reform.* = *Quicumque de cetero plura curata , vel alias incompatibilia beneficia ecclesiastica . . . retinere præsumpserit , beneficiis ipsis . . . privatus existat* : secus autem , quando agitur de officiis tantum ecclesiasticis , aut de simplici ac temporaria Capellania nullum canonicum titulum præseferente , *Rigant. ad Reg.* 1. *Cancel.* §. 7. *n.* 84., *et* §. 8. *n.* 81., *Leuren. For. benef. par.* 3. *sect.* 1. *cap.* 2. *quæst.* 106., *S. Congr. in Bitecten.* 6. *Decembris* 1721. *ad III. dub.* , *in Firmana Capellaniæ*

15. *Septembris* 1770. §. *Verum*. Porro in themate sermo est de retinenda Coadjutoria, simplici nimirum ac temporaria Capellania Curata, quæ nullam secumferre videtur incompatibilitatem cum possessione Canonicatus; præfata enim Capellania in titulum non confertur, neque ecclesiasticum beneficium vocari potest, sed potius officium juvandi Parochum in obeunda animarum cura; et licet Sacerdos Ridolfi ex Apostolicis litteris anni 1822. a Coadjutoria amoveri nequeat, eadem tamen ex sua institutione temporaria est, et ad nutum Capituli amovibilis. Quocirca se a possessione Coadjutoriæ minime excidisse, imo eam, quoad vixerit, cum Canonicatu retinere posse autumat Ridolfius.

Aliter nihilominus judicandum arbitrantur Canonici. Quanquam enim veram et canonicam incompatibilitatem in ecclesiasticis tantum beneficiis locum sibi vindicare noscant; attamen vim ac rationem legis pluralitatem beneficiorum prohibentis ad Beneficia quoque impropria, seu ad simplices Capellanias, quæ oneribus cum Canonicatu incompatibilibus gravantur, contendunt esse protrahendam, *Garz. de benef. part.* 11. *cap.* 5. *n.* 280., *Amostaz. de caus. piis lib.* 3. *cap.* 12. *n.* 3. *et seqq.*, *Rot. cor. Falconer. de benef. decis.* 1. *n.* 11. Quapropter *Barbos. in Concil. Trid. sess.* 24. *cap.* 17. *de reform. n.* 45. docet, *Capellaniam, quæ habet onus celebrandi Missas et coadjuvandi in cura animarum Ecclesiæ Plebanatus, esse beneficium incompatibile cum alio beneficio curato vel alias personalem residentiam requirente.*

Nec aliter censuit hæc S. Congregatio; siquidem *in Neapolitana Capellaniarum* 14 *Aprilis* 1725 rogata, *an Capellani*, qui tenebantur personaliter residere et singuli eorum per se ipsos in Altari privilegiato S. Joannis Baptistæ quotidie celebrare, ita tamen ut si aliquo die cujusvis hebdomadæ legitime impediti fuissent, facultatem haberent suum munus explendi per alios Sacerdotes, *possent obtinere Beneficia curata, vel Oeconomias Ecclesiarum parochialium, aut incumbentias excipiendi Confessiones Monialium, vel alia onera*

cum

cum celebratione Missarum incompatibilia acceptare satisfaciendo per substitutos oneri prædictarum Missarum, responsum dedit = *Negative*, *hoc est quoad incompatibilia cum celebratione Missarum per se ipsos* =. Et nuperrime *in una Maceraten.* 29 *Januarii* 1825, cum duo Canonici Ecclesiæ Collegiatæ Montis Milonis Parochorum vices gererent in Ecclesiis ruralibus prope Oppidum sitis, eamque ob causam suas ad hunc Sacrum Ordinem nonnulli ex Collegis detulissent querelas, proposito *dub. V. An constet de incompatibilitate Beneficiorum in casu etc.*, rescriptum prodiit = *Affirmative* =.

Jam vero onera Coadjutoriæ adeo incompatibilia sunt cum Canonicatu, quem Ridolfius nuper obtinuit, ut si unius Beneficii ipse præsto sit obeundo muneri, alteri omnino deficiat oportet. Quod quidem nec idem inficiatur Ridolfius, qui ad suam tuendam causam, et ad Canonicorum Ecclesiæ Cathedralis perimendas querimonias inquit „ Al Coro nella Collegiata di S. Michele che pure ordinariamente non occupa che sole due ore per giorno, e non più di quindici giorni per ogni mese, interviene tutte quelle volte che i bisogni della Parrocchia non richiedono altrove la sua presenza, ed in allora si fa supplire da qualcuno de' suoi Colleghi, onde neppure il Coro manchi della dovuta ufficiatura; ed inoltre perchè i bisogni della Parrocchia sieno anche con più scrupolo soddisfatti, non contento dell' altro Coadjutore, paga due altri Sacerdoti pronti ad accorrere =. Quum itaque Canonici ex his exploratum arbitrentur, Coadjutoriam Curatam esse cum Canonicatu incompatibilem, certum quoque compertumque censent, Ridolfium ob pacificam canonicalis præbendæ possessionem a Coadjutoria plane jam decidisse ad *text. in cap. De multa de præben.*, *Concil. Trid. sess.* 7 *cap.* 4 *et sess.* 24 *cap.* 17 *de reform.*

Si Emi Patres judicium pro incompatibilitate Beneficiorum ferendum duxerint, illud quæso perpendere dignentur, utrum Ridolfio sit impertienda dispensatio, ut Coadjutoriam cum Canonicatu retinere valeat. Justis

quidem ac rationabilibus accedentibus causis, nimirum Ecclesiæ utilitate, aut meritorum prærogativa, solet aliquando Apostolica Sedes dispensationem concedere, ut qui canonicali fruitur præbenda, Parœciam vel aliud residentiale Beneficium nanciscatur, *S. Pius V. in constit. Cupientes*, *S. Congr. in Auximana* 3 *Novembris* 1749, *et in Papien.* 19 *Februarii* 1791. Porro Ridolfius diuturnum Ecclesiæ parochiali præstitit servitium; officium juvandi Parochum et onus chorale ita conciliat, ut plane utrique satisfaciat muneri : eam in gerenda fidelium cura callet peritiam, ut Archiepiscopus exclamare non dubitet = *utinam pro salute spiritualique animarum bono ipse Ridolfi officium Coadjutoris quod nunc tanto zelo ac vigilantia exercet, ad longum tempus retinere vellet* = ; tandem reditus utriusque Beneficii vix ejus ponderis esse videntur, ut necessariam Rectori suppeditent vitæ alimoniam.

Verumtamen Eñorum Patrum erit definire

I. *An constet de incompatibilitate Coadjutoriæ Curatæ cum Canonicatu in casu etc.*

Et quatenus Affirmative.

II. *An sit supplicandum SSño pro dispensatione in casu etc.*

Non proposita cum sequenti.

Sess. 23. *cap.* 9. *de reform.*

JANUEN REDUCTIONIS. Supremis, quas anno 1763 Joannes Baptista Masnata condidit, tabulis duas ab heredibus suis institui jussit Capellanias, quarum singulis onus immineret Sacrum quotidie litandi, et adjecta lege, ut cuilibet Capellano quotannis penderen-

tur

tur januenses libellæ ducentæ ac quinquaginta. Priusquam vero testator ex hac vita migraret in dotem Capellaniarum constituit quoddam = Capitale, che teneva in un pubblico impiego della propria Città di Genova = præcipiens heredi suo ut si constitutum *Capitale* periret = dovesse altro rinnovarsi, e se il secondo, ed altri corressero l'istessa sorte, così che altro più non vi rimanesse di sua eredità, obliga e destina i stabili ad un tale oggetto = Hujus Joannis Baptistæ uxor Rosa Grondana alteram in testamentariis tabulis anni 1784 perpetuam instituit Capellaniam injuncto onere unius Missæ qualibet die offerendæ. = con impiegare a tale effetto la somma di Lire ottomila settecento sessanta per fondo della medesima Cappellania, in compra di tanti effetti stabili, ossia luoghi di Monti, oppure in altri impieghi, ove meglio stimeranno i miei eredi =. Quæ summa investimento collocata dabat annuas libellas 350.

Quum Capellaniarum dotem valde imminutam postea restitui contigisset, eam quidem Franciscus Masnata testatorum filius et heres acceptam habuit, sed alterius fundi subrogationem neglexit. Nihilominus quartam ipse anno 1793. erigi ac dotari jussit Capellaniam præscribens = che qualora non venisse adempita in mia vita, si eseguisca dopo la mia morte colla possibile brevità dalli sudetti due miei figli ed eredi a carico della mia eredità con fare l'impiego necessario per l'annuo reddito di L. 250. per detta Cappella ne'pubblici impieghi ossia Monti perpetui di questa Città ed anche fuori =. Heredes Joannes Baptista et Nicolaus Masnata Sacrorum omnium celebrationem naviter curarunt ad annum usque 1800., at ob publicas, privatasque superiorum temporum calamitates investimenta a testatoribus injuncta minime expleverunt, imo cunctis ferendis oneribus impares effecti, iterum iterumque ad præfinitum tempus Sacrorum imminutionem impetrarunt. Postremi indulti nondum elapso termino, et inopia fratrum Masnata in dies percrebescente, obtentam reductionem ab hoc Sacro Ordine in ævum protrahi postularunt. Proposito autem dubio = *An*

et

et quomodo sit locus reductioni in casu etc. die 8. Februarii 1817. rescriptum prodiit. = *Negative, et Emus Archiepiscopus incumbat assignationi fundorum pro quatuor Capellaniis ad formam fundationum, et Oratores expleto decennio recurrant.* = Anno 1821 preces instaurarunt; ut quatuor Capellaniæ ad unam tantum cohiberentur, idoneum se fundum pro ejus implemento tradituros promittentes: Cumque Januensis Archiepiscopus huic Sacræ Congregationi retulisset, Oratorum bona tum generalibus, tum specialibus hypothecis esse obnoxia, eamque ob causam fundorum assignationem numquam executioni demandari potuisse, Emis Patribus in comitiis diei 21 Junii 1821 placuit rescribere = . *Prævio recessu a decisis, affirmative ad unam Capellaniam tantum Missæ quotidianæ applicandæ pro omnibus, pro quibus quatuor Capellaniæ erant eligendæ, assignato congruo fundo libero, super quo curet Archiepiscopus fieri inscriptionem hypothecariam onerata Oratorum conscientia, quatenus melioris fortunæ evadant pro redintegratione aliarum Capellaniarum.*

Ad tramites hujus rescripti fratres Masnata jam inde ab anno 1824 fundum, auctorante ac probante Archiepiscopo, assignarunt, cujus annuus fructus sustinendo quotidianæ Capellaniæ oneri potis esset. Et quamvis eorumdem fratrum conditio haud melior, sed potius deterior subinde evaserit, cuperent tamen ipsi, ut saltem post eorum mortem onera a majoribus imposita sine ulla reductione implerentur, ac reliquæ tres Capellaniæ denuo reviviscerent. In Capellaniarum dotem tribui possent nonnulla bona immobilia intra limites Parœciæ S. Blasii de Porcifera existentia, quorum dumtaxat Oratores post perlata infortunia gaudent dominio. Verum perpendentes, annuum quatuor Capellaniarum fructum ex fundationum jure summam tantummodo libellarum mille et centum attingere, ac propterea ob auctam eleemosynam nunc imparem esse ferendo quotidiano quatuor Missarum oneri; hinc postulant, ut, postquam ipsi vita decesserint unica constituatur Capellania, cujus Rectori onus incum

cumbat nedum Sacrum pro animabus fundatorum in Ecclesia S. Blasii qualibet die offerendi, sed etiam ibidem excipiendi fidelium confessiones, et juvandi Parochum in gerenda animarum cura. Huic Capellano Oratores traderent præfata bona intra limites Parœciæ S. Blasii posita, ut ipse libellas 1100. quotannis percipiat. Si vero EE. VV. videbitur „ summam minorem sufficere pro hac Capellania adimplenda tunc pro usu summæ, quæ adhuc excederet, humillimi Oratores vestræ confugiunt benignitati, et si ex expositis aliquid ipsis indulgendum videbitur, quoad hoc vestrum expostulant decretum, declarantes se in totum et pro tota summa, si sic jubebitis, vel pro parte, si aliquid remittere declarabitis, exequi paratos esse „.

Oblatas preces comiter excipiendas censet Ordinarius. Etenim „ quod fortunam Oratorum spectat, notorium „ est, ipsos post consecutam remissionem fortunæ melioris profecto non evasisse, imo etiam constat ex „ contractu mihi exhibito anno 1826 ære alieno gravatos fundum pro summa libellarum triginta mille „ vendidisse, ut ex parte pretii creditores dimitterent. „ Ex testamentis patet, Capellanias prædictas nulli „ loco, nulli Ecclesiæ fuisse alligatas. Preces porrectas ab Oratoribus serio et attente consideravi, easque justas, nec non laude dignas inveni, pariterque „ cognovi, impossibile in præsentiarum esse, quod „ quatuor Capellaniæ, quæ antiquitus institutæ fuerunt, et pro quibus summa librarum Januensium 1100 assignata fuerat, nunc temporis possint „ adimpleri, idcirco necessarium ac inevitabile esse „ quod una tantum loco quatuor primitus institutarum nunc sit erigenda, et cui integra summa librarum 1100 adsignetur. Nec fortasse nimium pinguis „ videatur hæc adsignatio, vel dotatio; nam sicuti „ hæc Capellania esset alligata Ecclesiæ S. Blasii, idest „ ruri, et insuper onus imponeretur Capellano animarum curæ inserviendi sub directione tamen Parochi, loci illius Sacerdotem invenire facile non esset, qui nonnisi corresponsione laboribus proportio-

„ na-

„ data vellet illam adimplere. Ceterum utillimum fo-
„ ret, si desiderio Oratorum annueretur, et Capella-
„ nia alligaretur Ecclesiæ S. Blasii de Porcifera; etenim
„ præter quod bona, ex quibus pensiones sunt perci-
„ piendæ, ibi sita sunt, Ecclesia isthæc ob inopiam,
„ necessario Sacerdotum numero caret, et idcirco bo-
„ no spirituali animarum hoc modo provide consule-
„ retur.

„ Censeo igitur Sac. hanc Congregationem Concilii de-
„ cernere annuendo supplicationibus, quod post Ora-
„ torum mortem loco quatuor Capellaniarum antiqui-
„ tus institutarum, et quæ hodiernis temporibus im-
„ possibile esset adimpleri, una tantum juxta preces
„ erigatur alligata Ecclesiæ S. Blasii in *Porcifera*, cui
„ integra summa lib. 1100 Januæ, de qua supra, ad-
„ signetur, munere tamen imposito Capellano a Pa-
„ tronis in posterum nominando animarum curæ, et
„ Ecclesiæ servitio sub Parochi pro tempore directio-
„ ne incumbendi.

„ Hisce conditionibus pro unica Capellania erigenda præ-
„ dicta integra summa requiritur; etenim si duæ eri-
„ gerentur, pro tenui corresponsione lib. 550. impos-
„ sibile esset duos invenire Capellanos, qui pro tam
„ exigua summa vellent Ecclesiæ illi et animarum
„ curæ inservire, quæ tenuis corresponsio ultro tamen
„ sufficeret, si dictæ duæ Capellaniæ nulli Ecclesiæ
„ alligentur. Ultimo tandem observatione dignum cen-
„ seo, ex voluntate EE. VV. pendere, si præ oculis
„ habitis Oratorum circumstantiis, atque optima eorum
„ voluntate, aliquid ipsis ex gratia, et absque ullo con-
„ scientiæ onere remittendum censebunt; Cavendum
„ tamen est, quod sicuti Oratores quoad vivunt, fruun-
„ tur obtenta remissione ex decreto anni 1821, hac
„ igitur de causa quæcumque sit futura dispositio,
„ hæc ad effectum, nisi post eorum obitum reditura
„ non erit „.

Quum rei familiaris angustiæ, quibus fratres Masnata premebantur, haud imminutæ, sed potius auctæ sint, perspicuum exploratumque est, eosdem ex rescripto hujus Sacri Ordinis diei 21 Junii 1821 nunc minime ob-

obstringi ad quatuor redintegrandas Capellanias: verum Oratores, saltem postquam ipsi vita decesserint, onera Missarum sibi a majoribus imposita impleri cupientes, eam parati sunt bonorum stabilium tradere quantitatem, quæ annuum afferat fructum libellarum centum supra mille; quæ sane fructuum summa illam æquaret, quam pii testatores in dotem quatuor Capellaniarum constituerunt. Illud itaque tantummodo in præsens inquirendum, num post Oratorum obitum sint in pristinum restituendæ reliquæ tres Capellaniæ, vel potius eorum precibus adhærendum, et quatuor Capellanias ad unam reducendas, cujus Rector universos lucretur annuos reditus.

Profecto hujusmodi reductio commutationem secumferre supremarum voluntatum facile quisque intelligit. Quamquam enim ob auctam eleemosynam annui Capellaniarum fructus impares evaserint quatuor sacris qualibet die offerendis; nihilominus ex ipsa testatorum voluntate tot forent litandæ Missæ, quot sinerent assignati fructus ad rationem manualis eleemosynæ, *Benedict. XIV. de Sinod. Diœc. lib.* 13. *cap.* 25. *num.* 35. *Sac. Congregat. in Januen. Reductionis Missarum* 22 *Aprilis* 1826 §. *Nec*. Ea itaque, quam fratres Masnata postulant, Capellaniarum unio adversatur fundatorum menti, quæ ex utroque jure religiose est servanda, *L.* 1. *Cod. de SS. Eccl.*, *Clem. Quia contingit de relig. domib.*

Attamen si urgens intercedat necessitas vel major suadeat utilitas, ultimas hominum voluntates in alium pium usum ab Sede Apostolica posse commutari eruitur *ex cit. Clement.*, *atque ex Synod. Trident. sess.* 22. *cap.*6. *de reform.* In nostro autem themate justam occurrere causam reducendi Sacrorum numerum, ac uniendi Capellanias suadet nedum redituum exiguitas; haud enim fieri potest, ut in præsentiarum inveniantur Presbyteri, qui adeo tenui eleemosina Sacrum faciant: verum etiam inopia Parœciæ S. Blasii, quæ, teste Ordinario, necessario caret Sacerdotum numero. Neminem enim latet nostris hisce temporibus fore prope necessarium, ut plures in qualibet Parœcia præsto sint

Sacerdotes, qui puerorum rudisque populi animis pabulo christianæ doctrinæ nutriendis sollicitam navent operam, ac Parochis in obeundis animarum curis adjutricem præbeant manum. Hanc nimirum ob causam Concilium Tridentinum *Sess.* 21. *cap.* 4. *de reform.* decrevit, tot esse adjungendos Sacerdotes, ubi desunt, quot sufficiant ad animarum curam exercendam.

Ceterum si Patres Emi petitam Capellaniarum reductionem indulgendam censuerint, videant, utrum Capellano sint quotannis tribuendæ libellæ centum supra mille, vel potius earum pars una cum sorte sit Oratoribus impertienda, ut ipsi, dum vitam vixerint, pro lubitu ea utantur, aut ultima voluntate de ea legem dicere valeant, cum *post passa infortunia* (sunt Oratorum verba) *nonnulla tantum bona immobilia ipsis remaneant ruri sita, nempe in Paroecia S. Blasii de Porcifera, in quibus fundus necessarius pro Capellaniis adsignari potest.*

Sit itaque

Dubium

An et quomodo sit locus reductioni et unioni in casu etc.

Die Sabbati 14. Maji 1831. in Palatio Apostolico Quirinali erit Sacra Congregatio Concilii, in qua præter alia proponentur infrascripta Dubia, juxta morem ejusdem Sacræ Congregationis de jure resolvenda.

LUCANA INCOMPATIBILITATIS.

Sess. 24. cap. 17. de Reform.

Dubia

I. *An constet de incompatibilitate Coadjutoriæ Curatæ cum Canonicatu in casu etc.*

Et quatenus affirmative.

II. *An sit supplicandum SSmo pro dispensatione in casu etc.*

Ad I. et II. Affirmative.

JANUEN. REDUCTIONIS.

Sess. 23. cap. 9. de Reform.

Dubium

An et quomodo sit locus reductioni et unioni in casu etc.

Affirmative juxta votum Ordinarii.

Sess. 22. cap. 3. de Reform.

BOBIEN. CANONICATUUM. Cathedralis Ecclesia Bobiensis sexdecim Canonicalibus præbendis hoc ineunte seculo constabat. Duodecim nempe aderant Canonici Capitulares, seu numerarii, quorum prima Dignitas Præpositura, et altera Archidiaconatus; quatuor autem supranumerarii, qui ab institutione fere immemorabili, etsi cum iis eadem chori insignia, eamdemque stalli præcedentiam ex possessionis ordine haberent, capitulari tamen voce carebant; et quamvis ipsi nullum ex capitulari massa fructum perciperent, suas nihilominus quotidianas distributiones ad annuam summam libellarum 115 pertingentes ex peculiari quisque massa ab anno 1770 lucrabantur. Porro Capitulum nominandi jure fruebatur tum ad unum ex numerariis Canonicatibus, cui titulus S. Stephani Protomartyris, tum ad alium ex supranumerariis, qui SS. Joannis et Josephi nomine appellabatur. Ceteri tres supranumerarii Canonicatus laicali patronatui subjiciebantur, eorumque unus sub titulo S. Joannis Baptistæ, extincta patronorum familia, liberæ collationis evasit. Jam vero kalendis Juniis 1803, impendente Gallicani Gubernii tempestate, Apostolicis sa. me. Pii VII Literis factum est, ut una cum aliis pluribus Pedemontanæ provinciæ Capitulis, Cathedralis etiam Bobii Ecclesia suppressa et extincta fuerit. Hinc Emus Caprara, qui ad obeundum Apostolici Delegati munus peculiaribus a S. Sede facultatibus instructus erat, duobus editis decretis die 23 Januarii, et 17 Julii 1805, Cathedralem Bobii Ecclesiam in Collegiatam convertit. Sed die 8 Maji 1806 Imperiale prodiit Edictum, ubi hæc sancita legebantur: = *Li così detti per l' innanzi Capitoli Cattedrali d'Alba, Alessandria, Aosta, Biella, BOBBIO, Fossano, Pinerolo, Susa, e Tortona esisteranno in avvenire, come Capitoli Collegiali . . . Il numero deì membri di questì Capitoli Collegiali è ridotto a dieci, comprendendovi l' Arciprete, ossia Curato, che sarà membro necessario del Capitolo. Nondimeno questa riduzione non avrà luogo, che per causa di morte o di dimissione . . . Non si provvederà*

derà al rimpiazzamento dei membri dei Capitoli Collegiali, che allorquando si troveranno essi ridotti al numero fissato dall' articolo precedente . . . Li Capitoli Collegiali sopra denominati rimangono in possesso de' beni componenti attualmente la loro mensa Capitolare . . . Un complemento di dotazione di 4000. franchi sarà assegnato ai Capitoli Collegiali di Tortona e Bobbio su i fondi provvenienti dalla mensa capitolare del Capitolo soppresso di Voghera . . . A contare dal giorno della pubblicazione del presente decreto li redditi attuali dei Capitoli Cattedrali e dei Capitoli Collegiali saranno messi in comune, e ripartiti in parte eguali tra li membri delli detti Capitoli.

Communi massa ad tramites Imperialis edicti inter numerarios et supranumerarios Canonicos ex omnium præbendarum bonis unicuique æqualiter dividendis constituta, ad totum annum 1816 sex vacaverant Canonicatus, quatuor nempe ex numerariis, et duo ex supranumerariis; quorum omnium reditus in massam communem collati, ceteris decem Canonicis et Ecclesiæ Parocho pedetentim accreverunt. Interim die 17 Julii 1817 post sedatas temporum regnorumque perturbationes idem sa. me. Pius VII Apostolicas pariter Literas edidit, quibus ita se habet: *Quoniam carissimus in Christo Filius Noster Victorius Emmanuel Sardiniæ Rex et Pedemontii Princeps . . . . summo studio a Nobis petiit, ut non modo novem antea suppressas, verum etiam decimam, Episcopales Sedes de novo erigeremus et institueremus; . . . ex certa scientia ac matura deliberatione Nostri, deque Apostolicæ potestatis plenitudine . . . decem infrascriptas Civitates ac Sedes Episcopales ac totidem Ecclesias Cathedrales cum respectivis Capitulis ac Seminariis, videlicet Albensem . . . Augustanam . . . Bugellensem . . . BOBIENSEM sub titulo B. M. V. et S. Petri Apostolorum Principis cum suo Capitulo duabus dignitatibus et decem Canonicis constante . . . Fossanensem* etc. *perpetuo erigimus et constituimus.* Pergit insuper: *Ut congruæ dotationi uniuscujusque de novo, ut supra, ere-*

erectæ Sedis Episcopalis itemque noviter erecti cujuslibet Capituli Cathedralis . . . opportune provideatur, omnia et singula bona, possessiones, reditus, ac proventus cujusvis generis ei naturæ ubicumque locorum existentia, quæ anno 1803 *tunc existentibus mensis Episcopalibus, et Cathedralibus Capitulis respective spectabant . . . cuilibet ex prædictis Episcopalibus mensis et Capitulis Cathedralibus plenarie atque integre restitui volumus ac mandamus.* Postea vero, quum Pontifex perpetuam veterum Canonicatuum et Dignitatum reductionem decrevisset quoad Capitula *Taurinense*, *Aquense*, *Astense*, *Casalense*, *Eporediense*, *Montis Regalis*, *Vercellense et Salutiarum*, quia scilicet graviorem præ ceteris redituum bonorumque jacturam pertulerant; ita de aliis omnibus Cathedralibus Capitulis (quibus adnumeratur Bobiense) præscriptum voluit: *Cuilibet pro tempore existentibus Archiepiscopis et Episcopis peculiarem tribuimus facultatem, ut inspecto statu bonorum ac redituum proprii respectivi Capituli, et Pœnitentiariis Theologalibusque congruè proviso, alias in posterum, juxta proventuum quantitatem, vel dignitates vel canonicatus unum corpus cum veteribus efficientes, et simul de consuetis quotidianis distributionibus participantes, collatis cum Rege consiliis, de novo erigere libere ac licitè unusquisque possit ac valeat: salvis tamen et integris manentibus vel in suo robore restitutis juribus omnibus aut prærogativis, quibus Capitula prædicta ante annum* 1803 *legitime potiebantur, et quibus hac nostra constitutione nominatim derogatum non fuerit; . . . salvo denique vel restituto quovis jurepatronatus, quod tam Ecclesiasticis, quam Laicis personis, familiis, communitatibus, civitatibus, collegiis, aliisque omnibus in eorumdem Capitulorum dignitates, vel Canonicatus, aliave beneficia, ut supra, legitimè competebat.* Denique Emus Solaro Apostolicarum Literarum executor deputatus est, *ut, constito de libera redintegratione antedictorum omnium bonorum atque reddituum, ipse per se vel per aliam personam in Ecclesiastica dignitate constitutam ab eo specialiter subdelegandam pro supradictarum Archiepiscopalium et Epi-*

Episcopalium Ecclesiarum nova erectione, necnon Capitulorum cum uniuscujusque dignitatum et Canonicorum numero vel jam superius distinctim enunciato, vel post accuratam dignitatum et Canonicorum actu existentium verificationem firmiter juxta illam pro qualibet Ecclesia declarando . . . omnia et singula, quæ necessaria dignoverit, gerere, facere, disponere ac statuere libere ac licite possit et valeat. . . . .

Derthonensis Vicarius Apostolicus, quem Emus Solaro subdelegata auctoritate munierat, omnia ad tramites Literarum Pii VII adamussim decernens, Bobiensem Ecclesiam solemniter die 23 Novembris 1817 ad pristinam Cathedralis dignitatem denuo evexit. Porro integrum Capitulum undecim tantummodo actu existentibus Canonicis conflatum initio mansit: eorumque in numero præter Parochum, qui nulla licet præbenda nominatim potitus, tamen inter Capituli membra ex Imperiali edicto recensitus fuerat, aderant etiam duo Canonici ordinis supranumerarii, et juris patronatus laicalis, quorum alter SSmæ Trinitatis, alter SS. Jacobi et Bernardini titulo nuncupantur. Quoniam vero ex Pontificiis Literis in Cathedrali Bobiensi Canonicus Pœnitentiarius eligendus erat, id quidem a Subdelegato Apostolico ob concursus legem perfici non potuit; sed huic muneri anno 1820 paruit novus Bobii Episcopus Isaias Volpi, qui Canonico electo Pœnitentiario Stephano Lopez Canonicalem præbendam S. Hieronymi contulit. Ita igitur Bobiense Capitulum duodecim confectum extitit Canonicis, quibus in communem adhuc massam congesta omnia prorsus bona, quæ ante annum 1803 ad sexdecim Canonicatus spectabant, tanquam pro capitulari dote relicta sunt. Quum enim sine aliquo primævæ institutionis discrimine unam tantummodo Collegialitatis qualitatem eo usque retinuissent, quumque ideirco nullam inter se supranumerariorum Canonicatuum aut patronatuum laicalium exceptionem amplius præferrent, certum exploratumque est, eos duodecim Canonicos etiam post novam Cathedralis erectionem, silente Episcopo ac nemine reclamante, omnes tamquam numerarios indistinctim haberi perrexisse, adeoque absolutam in Capituleribus con-

conventibus et resolutionibus jurisdictionem pari quemlibet cum voce consuevisse exercere. Quapropter ipso anno 1817 nihil etiam de pacifica massæ communione, deque æquali inter Bobienses Canonicos redituum divisione immutari contigit; eamdemque methodum, ubi quisquam Canonicorum sequentibus annis obierit, aut præbendam quovis modo reliquerit, novus illico Successor ultro amplecti non dubitavit. Re quidem vera anno 1823, quum Canonicatus SSmæ Trinitatis jurispatronatus laicalis vacasset, ad tramites Apostolicarum Literarum sarcta tectaque fuit patroni nominatio et præsentatio; ita tamen, ut electus Canonicus Capitulo, tanquam uni eidemque corpori membrum, adhærens, omnimoda cum ceteris redituum communione et vocis jurisdictione frueretur.

Anno 1821 Collegiata Ecclesia Oppidi *Voghera* in pristinum restituta, Bobiense Capitulum annuo statim excidit reditu libellarum 4000, quas illi Imperiale edictum decreverat. Quocirca super mensa Episcopali confirmata eidem est summa libellarum 1540, quot nempe jamdiu ab anno 1770 super Abbatia S. Spiritus *Cuminiago* ipsi Capitulo designatæ fuerant. Vix autem hujusmodi subsidium communi massæ additum fuit, ut inter duodecim Canonicos æqua lance juxta morem divideretur, ægre admodum anno 1824 animadvertebant Canonici, annuam Capitularium redituum partitionem nonnisi ad libellas circiter 330, deductis oneribus, pro quovis Canonico devenisse. Hac itaque proventuum tenuitate commoti, atque efficaci præsertim Taurinensis Archiepiscopi hortatione adducti, Bobienses Canonici anno 1825 supplices Regio Consilio Apostolico obtulerunt preces, quibus accepti et expensi tabulam de capitularis massæ viribus ab Ordinario subscriptam exhibentes, aliquam subsidii præstationem implorarunt. In ea tabella ambæ etiam laicalis patronatus præbendæ exprimebantur inter duodecim tunc temporis Capitulares, *numero*, uti legitur in calce, *fissato dalla Bolla Pontificia*. Capituli votis favens ipse Episcopus, ita ad præfatum Apostolicum Regium Consilium ultro rem peroravit: = *Le prebende Canonicali sono quasi tutte di un reddito tenuissimo, e soffrirono delle diminu-*

zio-

zioni irreparabili. Tutto il reddito, che percepiscono ora questi Signori Canonici ripartito fra dodici in eguali porzioni in vigore della comunione, che da essi si va sempre osservando, non ammonta, sotto deduzione di tutti i pesi, se non che a 300 circa lire nuove di Piemonte. Mi stimo perciò di preciso dovere porre sott' occhio del Congresso Ecclesiastico lo stato attuale di questo mio Capitolo . . ., ed ho tutta la fiducia, che il pio e religiosissimo animo di Sua R. M. vorrà degnarsi per tratto di Sua Sovrana Clemenza provvedere per un più decoroso sostentamento di questo Capitolo Cattedrale =. Igitur ex præscripto Literarum Apostolicarum, quæ de inita inter S. Sedem et Sardiniæ Regem concordia super piorum Locorum dotatione pro Pedemontana et Januensi provincia die 14 Maji 1828 a sa. me. Leone XII. in formam Brevis editæ sunt, Capitulo Bobiensi annuum libellarum 5200 subsidium super regiis vectigalibus ab Apostolico Regio Consilio concessum decretumque fuit; ea tamen adjecta lege, ut insimul Episcopus annua libellarum 1540 erga Capitulum solutione omnino in posterum deoneraretur. Quapropter annuus tantummodo libellarum 3660 reditus communi Canonicorum massæ accrevit.

Novum hujusmodi redituum augmentum, cujus initium a die prima Januarii 1829 sumebatur, Bobienses Canonici pari inter duodecim distributione, semestri elapso tempore, communiter ex more perceperunt. At Bobii Episcopus secum animadvertens, Pontificiis Sa. Me. Pii VII. Literis dici 17 Julii 1817 certum quidem duodecim Capitularium numerum in Cathedrali Bobiensi designari, sed novos etiam Canonicatus erigendi facultatem, *collatis cum Rege consiliis*, tribui Ordinario, si id sinerent Capitulares reditus, eodemque tempore omnia tum Ecclesiastici, tum laicalis patronatus jura restitui una cum ceteris juribus et prærogativis, quibus ante annum 1803 singula Capitula fulgebant; hinc per Regium Ministrum interioribus negotiis præpositum a religiosissimo Principe sciscitatus est, an quidquam amplius post memoratam libellarum

assignationem in præfato Capitulo ad formam Literarum Apostolicarum constitui vellet . Regius Minister die 13 Maii 1829 ita rescripsit : *In seguito all' assegnamento testè fatto a favore di codesto Capitolo Cattedrale , ravvisandosi convenientemente dotati i Canonicati , che lo compongono , la M. S. gradirebbe , che venisse provveduto alla nomina di quelli , che trovansi attualmente vacanti , e fosse compiuto in tal guisa il numero determinato dalla Bolla Pontificia del 17 Luglio 1817* . Quibus perlectis , ratus Episcopus primævum sexdecim Canonicatuum numerum sibi esse restituendum , labente adhuc mense Junio 1829 contulit Sacerdoti Petro Ballarini Præbendam Capitularem S. Georgii ab anno 1807 vacantem , itidemque Præsbytero Dominico Losio testimoniales concessit literas , quibus Canonicalem S. Michaelis præbendam anno 1816 rectore suo destitutam a S. Sede impetravit . Hasce autem collationes die 17 ejusdem Junii ubi omnibus Canonicis in concionem accitis pandidit Episcopus , illud iisdem præscripsit , ut ad duos Canonicatus jurispatronatus Capitularis jamdudum vacantes , alterum nempe S. Stephani Protomartyris numerarium, alterum supranumerarium SS. Joannis et Josephi illico nominarent . Idem denique Episcopus indixit Capitulo , communem bonorum ac redituum massam ad finem mensis Junii omnino abrogandam esse , ac proinde suam cuique Canonico præbendam a primo die sequentis Julii fore iterum suscipiendam , quemadmodum ante annum 1803 a vetustissimis temporibus in more positum fuerat . Hinc nimirum fiebat , ut in Bobiens Capitulo Canonicatuum numerariorum et supranumerariorum distinctio rursum revivisceret : quod sane gravissimum ac permolestum erat tribus præsertim Canonicis , qui præbendam institutione sua supranumerariam possidentes , pari tamen capitularis vocis jurisdictione et communis massæ distributione ab anno 1806 una cum Canonicis numerariis eousque fruebantur . Sed ex communis massæ abrogatione maxima etiam præbendarum inæqualitas vel inter ipsos Canonicos numerarios iterum oriebatur . Præposito enim obtingebant

an-

annuæ libellæ 628 , Pœnitentiario 526 , et Theologo 418 ; singulæ autem ceterorum præhendæ partim ad libellas fere 250 , partim vero ne ad ducentas quidem libellas ascendebant, quibuscum Archidiaconatus secunda Capituli dignitas recensebatur .

Elapso interea sex mensium spatio Ecclesiasticis Patronis ad nominandum concesso , quin tamen Capitulum , bis licet a Vicario Generali admonitum , jure suo functum fuisset, Episcopus decreto suo diei 27 Decembris 1829 ad binas vacantes præbendas Andream Pasquali , et Hieronymum Monticelli ex devolutionis jure Canonicos promulgavit. Postea vero de efficienda libellarum 3660 partitione Canonicum Theologum et Capituli Procuratorem consuluit ; unde vix novit Episcopus , Capitularem numerariorum Canonicatuum massam inter tot temporum vicissitudines majora cepisse detrimenta , et a Prædecessore suo subsidium libellarum 1540 anno 1770 tum duodecim Canonicis numerariis , tum quatuor supranumerariis pro stabilienda horum massa fuisse tributum , ita statim distribuit præfatam libellarum 3660 summam , ut libellas 760 addendas massæ capitulari , libellas 2500 duodecim numerariis Canonicis dividendas , libellas tandem 400 in massam quatuor Canonicorum supranumerariorum conferendas jusserit . Hæc omnia septem tantum Capitularibus , et quatuor insuper ab Episcopo paullo antea nominatis Canonicis probata sunt ; sed ea tamen ceteri quinque , duo scilicet numerarii et tres supranumerarii , ægre admodum perferentes , omnibus certe nervis conari cæperunt , ut narrata tum quatuor vacantium Canonicatuum restitutio , tum communis massæ abrogatio , tum novi illius subsidii partitio improbaretur . Piissimus Sardiniæ Rex et Pedemontii Princeps , cui ab ipso Ordinario res delata fuit , sese ejusmodi negotio immiscere non posse respondit , inquiente Regio Ministro : *Sua Maestà ha stimato conveniente di lasciare la cosa al giudizio della S. Sede , cui potrà la S. V. Illma e Rma indirizzarsi in proposito , disposta la M. S. ad assentire a quanto il Sommo Pontefice sarà per determi-*

nare . Idem igitur Episcopus , antequam mense Septembri elapsi anni 1830 diem supremum obiret , sua et Canonicorum dissidentium jura ad hunc S Ordinem transmisit , totamque , de qua agitur , controversiam sapientissimo EE. VV. judicio dirimendam suppliciter postulavit .

Canonici , qui hodiernam excitarunt disceptationem , causam suam ex Apostolicis Literis Sa. Me. Pii VII anno 1817 latis protuentur . Hisce enim Bobiense Capitulum *duabus Dignitatibus et decem Canonicis constans* rursus erigi jussum est,idque Emo Solaro Delegato Apostolico injunctum commemorant , ut *pro nova Episcopalis Sedis erectione , nec non Capituli cum Dignitatum et Canonicorum numero vel jam superius distinctim enunciato , vel post accuratam Dignitatum et Canonicorum actu existentium verificationem firmiter . . . . declarando . . . . omnia et singula , quæ necessaria dignoverit , gerere , facere , disponere ac statuere libere ac licite possit et valeat* . Vix igitur Subdelegatus Apostolicus novam Cathedralis Ecclesiæ erectionem ex undecim actu existentibus Capitularibus initio perfecit , iisque duodecimum Canonicum , nempe Poenitentiarium , addidit Bobiensis Episcopus , jam suo præbendarum numero Cathedrale illud Capitulum fuisse omnino completum contendunt . Nullo siquidem modo a Pontifice præscriptum animadvertunt, ut in nova ejusmodi Cathedrali Ecclesia tot denuo recenserentur Capitulares , quot ante annum 1803 , adeoque supranumerariorum ordo revivisceret . Secus namque debuisset Subdelegatus Apostolicus , aut saltem Ordinarius omnimodam Literarum Apostolicarum executionem curare , et quo tempore Bobiensis Ecclesia ad Cathedralis honorem iterum evecta fuit , eo certe ipso veterem præbendarum numerum et gradum penitus restituere . Atqui res exadverso se habuit . In iis scilicet omnibus , quæ ad novam Bobiensis Capituli Cathedralitatem ex Apostolicis Literis firmandam pertinebant , duodecim solummodo Canonici absque ullo praeeminentiarum ac proventuum discrimine constituti sunt , iisdemque in Capitularem dotem omnia

pro-

prorsus relicti et assignata bona, quibus ante annum 1803 Canonici sexdecim pro sua quisque prebenda potiebantur. Jam vero duodecim ejusmodi Capitulares, quos inter binæ erant Dignitates ab Apostolicis Literis præscriptæ, ab anno 1817 ad annum usque 1829 ita constanter in nova illa sua institutione persteterunt, ut tres Canonicos, qui olim supranumerarii fuerant, absoluta fructuum jurisque æqualitate una cum ceteris tanquam numerarios pollere ne ipse quidem Episcopus obstiterit. Idem propterea Episcopus, inquiunt actores Canonici, anno 1825 tabulam accepti et expensi Regio Consilio Apostolico exhibitam manu sua subscripsit, ubi certa ac prope irrevocabilis quatuor Canonicatuum suppressio adnotabatur: quumque de Capitulari communi massa inter duodecim tantummodo Canonicos dividenda testimonialibus suis literis ad præfatum Regium Consilium Apostolicum ipse retulerit; novam profecto Bobiensis Capituli erectionem duodecim Capitularibus legitime confectam profiteri palam visus est, adeo ut non amplius posset sine eorumdem Capitularium consensu novos erigere canonicatus, ceu docet S. Congregatio *in Hortana Erectionis Canonicatuum* 26 *Martii* 1768 §. *Ad incrementum*, *in Sabinen. Erectionis Archidiaconatus* 14 *Aprilis* 1770 §. *Ambigi*, *et in Ripana Erectionis Canonicatuum* 30. *Januarii* 1830 §. *Nec quidquam*.

Porro nihil sibi obesse existimant hujus controversiæ auctores Canonici, quod Bobiensis Capituli reditus anno 1825 ex regio ærario aliquid incrementi ceperint. Hoc enim duodecim implorarunt Capitulares, quot nimirum instituti aderant post novam Cathedralis Ecclesiæ erectionem, atque ipse etiam Ordinarius testimonii sui auctoritatem ad id interponens, subsidium ejusmodi pro duodecim tantum Capitularibus a religiosissimo Principe exoraverat, dum scripsit: *Le prebende Canonicali sono quasi tutte di un reddito tenuissimo, e soffrirono delle diminuzioni irreparabili: tutto il reddito, che percepiscono ora questi Signori Canonici ripartito fra* 12 *in uguali porzioni . . . non ammonta, che a* 300 *circa lire nuove di Piemon-*

monte. Ita igitur impetrato aliquo proventuum augmento *per un più decoroso sostentamento del Capitolo Cattedrale*, ut perorabat Episcopus, omnino negant Canonici, potuisse deinde ab ipso Capitularium numerum augeri; quippe qui censendum inculcant, Apostolicis Literis Sa. Me. Pii VII quatuor ex sexdecim præbendis fuisse plane suppressas, et duodecim vel actu existentibus vel declarandis Capitularibus adjunctas ob eam redituum tenuitatem, quam idem Episcopus fassus est, quæque justam unionis causam ad honestam Canonicorum vitæ tuitionem suppeditare potest, sicuti habetur in Tridentina Synodo expressum *sess. 24. cap. 15. de reform.* Nec quidquam etiam sibi putant officere, quod Apostolicis Literis anni 1817 jurapatronatus restituta fuerint, ac tributa simul Episcopis facultas, ut *inspecto statu bonorum ac redituum proprii Capituli . . . . alias in posterum juxta proventuum quantitatem vel dignitates vel canonicatus . . . de novo erigere libere ac licite unusquisque possit ac valeat*. In primis enim ostendunt, vel ante annum 1803 quinque tantummodo patronales præbendas in Bobiensi Cathedrali adfuisse; ex iisque postea tres supranumerarias semper extitisse incolumes, super quibus Patroni suo quisque jure constantissime usi sunt: reliquas vero duas, alteram nempe numerariam S. Stephani Protomartyris, alteram supranumerariam SS. Joannis et Josephi, Capituli patronatui fuisse antea subjectas, adeoque ob diuturnam pluribus annis ejusdem Capituli consensionem et acquiescientiam legitime suppressas mansisse ex mente ipsius Tridentinæ Synodi *loc. cit.* confirmant. Ad eam autem potestatem Episcopis concessam quod attinet, *tal facoltà*, subdunt contendentes Canonici, *riguarda quelle Chiese conservate, e nelle quali si diminuiva colla Bolla il numero per le circostanze, e non quelle di nuova erezione: in ogni caso poi ogni aumento dovrebbe essere di Capitolari* unum corpus cum veteribus efficientium, et simul de consuetis quotidianis distributionibus participantium, *come si esprime la Bolla, e non mai una nuova forma di Capitolo secondo il* 1803 *da scac-*

cia-

ciare i tre Canonici Sopranumerarj anticamente , e già da tanto tempo e dopo la Bolla stati Capitolari numerarj , per rimetterli nel loro grado , e rimpiazzarli colli tre Canonicati soppressi , ed incorporati , perchè questi Canonicati erano delli Capitolari numerarj . Hac siquidem in re probant favere sibi consuetudinem plusquam decennalem , quæ per se satis foret ad inducendam obligationem juris dispositioni consonam , *ad tradita per Rot. in Civitatis Castellanæ Decimarum* 14 *Junii* 1790 §. 4 *cor. Strasoldo , et in Romana Pecuniaria* 26 *Martii* 1792 §. 6. *cor. Paracciano , et S. Congregat. in Fanen. Manutentionis Fabricæ Ecclesiæ Cathedralis et Expensarum* 17 *Maji* 1828 §. *Ad hanc probandam* . Itaque tres potissimum hodierni Capitulares , qui olim supranumerarii erant , mordicus propugnant jus sibi quaesitum esse , ut per tam plures annos etiam post novam Bobiensis Cathedralis erectionem cum numerariis admixti , in eorumdem numero indistinctim haberi in posterum pergant ; cui proinde juri quaesito nullum inflixisse vulnus supremam ipsius Pontificis potestatem autumant , quum Apostolicis suis Literis anni 1817 illud non expresserit abrogandum , *ex Leg. Si quis a Principe* 16. *ff. ne quis in l. pub , et S. Congr. in Firmana Decimarum* 27 *Maii* 1826 §. *Itaque* . Quod reliquum est , Canonici ab Episcopo in themate dissidentes conqueruntur , *che tutti li Capitoli nuovamente eretti sono stati notabilmente diminuiti , ma tutti restano nel numero fissato dalla Bolla ; e solo a Bobbio , dove sono* 12 *i Canonici , e che verrebbero ora a percepire circa seicento lire annue , che pure non è gran cosa massime nelle circostanze de' tempi presenti , si fanno novità* .

Consuetudinis et juris quaesiti praesidio id insuper conantur evincere hujusce causae actores Canonici , massae capitularis communionem anno 1829 fuisse immerito ab Episcopo sublatam . Etenim Apostolicis Literis Sa. Me. Pii VII anno 1817 , illi inquiunt , *al Cattedrale Capitolo di dodici membri vennero assegnati per dote ed in confuso tutti quanti e singoli i beni , che gli si spettavano fin dal* 1803 , *cioè i beni di* 16 *Canonicati ; e non essendosi prescritto che ogni membro*

bro ripiglierebbe individualmente , ed esclusivamente tutti e singoli i beni affetti alla singolare sua prebenda , perciò continuò lo stato di pacifica comunione , anche dopo che il Capitolo cambiò forma , e mai e poi mai si è cercato fino allo scorso anno di rovesciare il sistema della comunione puntualmente osservata , ed implicitamente confermata dalla Bolla del 1817 , che può nominarsi , e deve assolutamente considerarsi di nuova erezione , Quapropter ea massæ communio inter omnes Bobiensis Ecclesiæ Capitulares firmissime viguit non modo ab anno 1806 ad annum 1817 , quo anno Capitulum ad Cathedralitatis decus iterum evectum fuit , sed ab hoc ipso anno ad annum 1829 , quin unquam aut Episcopus aut Capitulares quidquam eousque contradixerint . Imo etiam , pergunt Canonici , *non solo il Capitolo in ogni occorrenza , ma ancora il Vescovo hanno sempre considerata , come irrevocabile , la prattica della comunione ; e non ha mai nessuno lasciato correre alcuna equivoca espressione , da cui si potesse arguire , che la comunione avrebbe potuto essere un giorno sciolta ; e specialmente nei ricorsi alla Delegazione Apostolica per ottenere il sussidio nell' anno 1825 , il tutto è stato rappresentato* (consentiente etiam Episcopo , ut ex praecitatis ejusdem literis testimonialibus patet (*sotto l'aspetto di una comunione da durare in perpetuo nel numero di soli dodici , e così l'ha veduta il Congresso Apostolico , e si è maneggiato con questi principj per ottenere a favore dei dodici Canonici il sussidio delle Lire* 5200. Hinc etiamsi nova illa , de qua superius agitur , quatuor Canonicatuum erectio ab hoc S. Ordine sustineretur , confidunt tamen tres (supranumerarii olim) Canonici , se nunc a communi capitulari massa haud fore exturbandos , nec idcirco cogendos , ut suam quisque praebendam iterum recipiant , eamque , veluti ante annum 1803 , separatim sibi possidendam retineant . Id enim vero eo etiam magis sibi pollicentur , quod , si Canonici numerarii communionem massæ cum supranumerariis vel in posterum retineant , nullum illis detrimentum obvenire posse com-

compertum est. Nam praefati tres supranumerarii Canonici ex transmissa Ordinarii tabella comprobant, praebendam sibi esse fere omnibus numerariorum praebendis longe uberiorem; uni nempe libell. 408, alteri libell. 402, tertio demum libell. 327, praeter libellas 115, quae ex veteri subsidio libell. 1540., ac praeter aliam ejusmodi summam, quae ex nuperrimo augmento libell. 3660 unicuique debent obtingere. Hasce igitur libellas 3660, quae anno 1828 ex regio aerario accreverunt Bobiensi Capitulo, non aequa demum partitione fuisse ab Episcopo inter Capitulares divisas, memorati Canonici propugnant. Illud enim subsidium a Regio Consilio Apostolico *duodecim* tantummodo Canonici expressim postularunt, qui, vel ipso annuente et subscribente Ordinario, nimiam Capitularium reddituum tenuitatem ex transmissa massæ communis tabula demonstraverant; ac proinde *duodecim* Oratoribus Canonicis ita ejusmodi subsidium concessum fuisse contenditur, ut, quamvis EE. VV. libuerit decretam ab Episcopo aliorum quatuor Canonicatuum nominationem, et communis massae rescissionem probare, eo tamen subsidio nemo plane alius, nisi duodecim tunc extantes Capitulares frui debeant, et quidem aequali inter se divisione, quemadmodum primis sex mensibus anni 1829 summa totius Capituli ipsiusque Episcopi consensione contigit. Jam vero Episcopus ex libellis 3660 libellas 760 communi numerariorum Capitularium massae perpetuo et exclusive adjudicavit; ceteras autem libellas 2900 in praebendarum augmentum adeo divisit, ut singulis numerariis Capitularibus libellae 208. 33, supranumerariis libellae 100 obvenerint. Hinc tres potissimum Canonici, qui se anno 1829 ex numerariorum albo et massae communione ab Ordinario detrusos fuisse conqueruntur, tantam quoque reddituum jacturam sibi immerito inflictam reclamant, ut, quum ipsi ad integrum libellarum 3660 subsidium inter duodecim dividendum aequaliter communicare debuissent, factam potius pro sexdecim Canonicis partitionem, eamdemque sibi multo minorem, quam numerariis, perferre cogantur.

At quod primum spectat controversiæ caput, defunctus Bobii Antistes suis allegationibus ad hunc S. Ordinem ante mortem transmissis peractam a se anno 1829 novam quatuor Canonicatuum erectionem Apostolicis Literis sa. me. Pii VII. consentaneam haberi oportere non dubitat. Dum enim præcepit Summus Pontifex, ut *de novo erigeretur Bobiense Capitulum duabus Dignationibus et decem Canonicis constans*, id pro certo habuit Episcopus intelligendum esse de primævo Capituli *stricte* sumpti numero, hoc est de duodecim Capitularibus numerariis, quotquot ante annum 1803 extabant. Quum vero jusserit ipse Pontifex, omnia prorsus jura et prærogativas *in suo robore restituenda*, *quibus Capitulum ante annum* 1803 *legitime potiebatur*, *et quibus hac Nostra Constitutione nominatim derogatum non fuerit*, ... *salvo etiam vel restituto quovis jurepatronatus*, *quod tam Ecclesiasticis quam Laicis personis*, *familiis*, *communitatibus*, *civitatibus*, *collegiis*, *aliisque omnibus in ejusdem Capituli dignitates vel Canonicatus aliave beneficia*, *ut supra*, *legitime competebat*, illud hisce verbis apertissime præscriptum arguerat, ut in Bobiensi Capitulo quatuor illi controversi Canonicatus denuo erigerentur; adeoque jus redditum eidem Capitulo, ut ad veterem Canonicorum numerum, duplicemque horum ordinem numerariis et supranumerariis distinctum rediret. Hac autem posita Apostolicarum Literarum interpretatione, plane negat Episcopus, quod Canonici tuentur Adversarii; Bobiense videlicet Capitulum a Subdelegato Apostolico fuisse anno 1817 efformatum reapse ex duobus Dignitatibus et novem Canonicis tunc temporis existentibus, ac tantummodo suspensum duodecimum, nempe Pœnitentiarium, ut ejusdem nominatio ab novo Episcopo per concursum rite efficeretur. Etenim Subdelegatus Apostolicus, dum Pontificias Literas executioni mandavit, eadem prorsus verba easdemque formulas adhibuit, quæ ex præfatis Literis superius citata sunt; nec proinde censendus est subdelegatæ suæ potestatis limites prætergredi voluisse adversus mentem Sacratissimi Principis Pii VII, qui, quum perpetuam Capitularium re-

du-

ductionem in Capitulis *Taurinensi*, *Aquensi*, *Astensi*, *Casalensi*, *Eporediensi*, *Montisregalis*, *Vercellensi*, *et Salutiarum* expresse indulserit, profecto Bobiensi Capitulo ceterisque omnibus Ecclesiis Cathedralibus nihil tale concessisse putari debet, sed primævum potius Canonicorum numerum atque ordinem una cum aliis juribus et prærogativis ex integro restituisse, quibus *ante annum* 1803 *legitime potiebatur*, *et quibus hac nostra Constitutione nominatim derogatum non fuerit*.

Nihil igitur ad rem facere Ordinarius existimabat, quod in tabella anno 1825 ad Regium Consilium Apostolicum missa certam quatuor Canonicatuum suppressionem adnotaverint Bobienses Capitulares, eamque sua ipse manu pro impetrando quidem aliquo subsidio, sed nulla tamen consilii maturitate subscripserit. Ejusmodi namque suppressio ex Imperiali decreto anno 1806 sancita, et ab Apostolica dein Sede nullatenus confirmata, nullo pollet canonicæ validitatis robore, et bonorum spolium potius foret appellanda, veluti animadvertunt S. Congregationis Folia *in Maceraten.* 20 *Novembris* 1824 §. *Deficiente*, *in Cæsenaten.* 16 *Junii* 1827 §. *Jam*, *et in Bononien. Præbendæ* 26 *Junii* 1830 §. *Canonicalem*. Nec ipsa itaque supranumerariorum Canonicatuum suppressio sustineri posse visa fuit Bobiensi Episcopo, quin magnum recideret detrimentum non modo in Capitulares numerarios, quibus in chorali servitio adjuvandis institutus eorumdem supranumerariorum ordo probatur, teste *Card. de Luca de Canon. disc.* 37, *Ceccoper. ad Scarfant. Lucubr. Can. Lib. I. tit.* 14, *et S. Congr. in Ripana Erectionis Canonicatuum* 30 *Januarii* 1830 §. *Ergo*; sed in pias etiam defunctorum Fundatorum animas ex controversa quatuor præbendarum abrogatione, quarum idcirco unionem ceteris duodecim Canonicatibus Gallicano tempore peractam, utpote Ecclesiæ damnosam, plane improbandam putavit idem Episcopus juxta praxim et disciplinam S. Congregationis, quæ hujus generis unionem censuit denegandam *in Leopolien. Unionis* 1 *Septembris* 1736, *et in Nullius Trium*

Fontium Unionis Beneficiorum et Reductionis Missarum 17 Maji 1828 §. Verum. Ex hisce omnibus ita ratiocinatur scripto suo defunctus Ordinarius : *Nihil refert, anno 1817 Canonicos fuisse tunc numero duodecim, sicut a Bulla præscribitur ; nam licet essent materialiter duodecim, formaliter tamen erant tantum novem, quia tres supranumerarii, qui per accidens mixti inveniebantur cum novem Capitularibus, nullo unquam tempore pertinere potuerant ad legitimum Cathedrale Capitulum Bobiense constituendum. Nec si toleratus ejusmodi abusus usque ad annum 1829, orta lex a Supremo Pontifice de restituendo Bobiensi Capitulo, ut ante annum 1803, suam vim amittet. Prudentia enim et œconomia quædam suadebat, ut post annum 1817 aliquantisper adhuc tolerarentur ea, quæ jam sublata et abrogata fuere. Ego quidem paratus semper animo fui complere Capitulum meum et Bullæ Pii VII. obtemperare : ab hoc tamen faciendo interim abstinere existimavi, sive quia ita consultus fueram, sive quia expectare volebam eventum supplicationis, quam Canonici de meo etiam consilio clementissimo Regi dederunt Capituli nomine, ut propter tenuitatem suarum præbendarum aliquod subsidium consequerentur. Cum res bene cesserit, ulterius differre non potui ab imploranda a Rege gratia complendi tandem Capitulum meum juxta tenorem Pontificiæ Bullæ ; a quo cum responsum acceperim per suum Ministrum prorsus meis votis consonum ; tali auctoritate suffultus anno 1829 convocatis omnibus et singulis Canonicis, eisque commonitis de obbligatione exequendi Pontificiam Bullam Pii VII quoad novam erectionem ab eo factam Capituli Cathedralis, sicuti existebat ante annum 1803, et de obligatione simul regiis mandatis obtemperandi præcepi etiam omnibus et singulis ac mandavi, ut communio bonorum ac redituum a prima die Julii ejusdem anni 1829 usque in posterum non amplius inter ipsos servaretur, et unusquisque reassumeret possessionem propriæ suæ præbendæ, eaque libere gauderet et frueretur, sicuti gaudebat vel ipse, vel suus prædecessor ante annum 1803.*

Quum

Quum ita hæc se habeant, literis suis defendit Episcopus, etiam communis massæ abrogationem a se anno 1829 jure indictam esse, et omnino confirmandam. Ea enim invaluerat anno 1806 in Bobiensi Capitulo ex imperiali edicto, idest a Gallicano Gubernio, cujus omnes leges Victorium Emmanuelem suo statim adventu anno 1814 rescidisse commemorat, nihilque magis Regem optasse innuit, quam ut omnes in ditionis suæ finibus Episcopales Sedes ex integro penitus restituerentur. Quod ubi indulsit Sa. Me. Pius VII Apostolicis Literis anni 1817, *jam omnis sublata fuit*, ait Episcopus, *confusio, quæ existebat inter Capitulares numerarios et supranumerarios, et sublata etiam fuit bonorum ac redituum communio .... Per eam Bullam omnia Bobiensi Capituli jura revixerunt, et quidquid evenerat calamitosis illis Gallicani imperii temporibus, habendum perinde ac si non evenisset. Ita nimirum unum corpus cum veteribus efficere nova quælibet restituta Præbenda jubebatur, ut ad suum quæque locum veterem rediret.* Atque hinc autumat Episcopus falso a Canonicis adversariis obtrudi, quod omnia Capituli bona, quotquot ante annum 1803 sexdecim Canonicales præbendas constituerant, ad duodecim tantummodo Canonicos ex Pontificiis Literis anni 1817 deinde pertinuerint, nec jam sejunctim singulis, sed omnibus in eodem Capitulo, prout unum corpus efficientibus, fuerint indistinctim attributa. Siquidem Bobiense Capitulum ad tramites Literarum Apostolicarum restituendum plane erat eo modo, iisque juribus et prærogativis, quibus ante annum 1803 legitime potiebatur; quod fieri sane non poterat, nisi sua etiam bona cuique præbendato singulariter possidenda iterum assignarentur. Huic autem rei etsi ob Capitularium redituum defectum adversa extitit observantia et consuetudo ad annum usque 1829, eam tamen censuit merito evertendam Episcopus post impetratum a piissimo Rege subsidium, perinde ac si nulla jam amplius ratione inniteretur, adeoque Ecclesiæ perniciosa foret ac reprobanda *ex Layman. lib. 1. tract. 4. c. 24. n. 4., Reiffenst. lib. 1. tit. 4. n. 34., et S. Congr. in Nursi-*

sina Procurationis 20 Martii 1824 §. Promotor. Ipsæ enimvero Apostolicæ Literæ anni 1817 nullo prorsus modo derogarunt veteri præbendarum distinctioni, quæ ante annum 1803 inter Canonicos numerarios et supranumerarios existebat; nec propterea legitimo hujusmodi distinctionis jure Episcopus privandum statuit Capitulum suum, cui omnia penitus jura restituerat Summus Pontifex, præter ea, quibus sua illa constitutione nominatim derogatum fuisset.

Denique quod ad Libellarum 3660 partitionem attinet, ita ipse de se retulit Bobiensis Antistes: *Ad hanc summam partiendam totis viribus animum converti, et sola veritate ac justitia duce, omnique posthabito partium studio, adhibito etiam prudentum proborumque virorum consilio, omnibusque tandem circumstantiis rite coram Deo perpensis, opus perfeci.*

Erunt igitur dirimenda

Dubia

I. *An et quomodo sit confirmanda nova quatuor Canonicatuum erectio in casu etc.*

II. *An sit probanda communis massæ abrogatio in casu etc.*

III. *An et quomodo sit probanda Libellarum* 3660 *partitio in casu etc.*

Ad I. Negative, et ad mentem: mens est, ut quatuor novi electi Canonici tamquam honorarii habeantur, reservato eisdem jure assequendi canonicalas Præbendas liberæ collationis, ita ut qui juxta anterioritatem nominationis, et in paritate nominationis juxta majorem ætatem, primus pervenerit ad Canonicatus possessionem, ejusdem reditus cum tribus aliis distribuere teneatur, et ita secundus ac tertius, donec omnes ad plenam participationem pervenerint.

Ad II. et III. Negative.

FIR-

FIRMANA TRANSACTIONIS. Franciscus Gentili in oppido Amandulæ Firmanæ Diœcesis supremo, quo anno 1776 decessit elogio, octo mere laicales et ad nutum amovibiles instituit Capellanias, quarum tum activum, tum passivum jus patronatus ad primogenitos familiæ Gallo spectare voluit. Cumque ea potissimum insederit Gentilio mens, ut graviori Sacerdotum inopiæ hujusmodi institutione consuleret, hinc legem testamento indixit, ut qui Canonicatus aut alia Beneficia in Amandulæ oppido obtinuissent, perpetuo Capellaniarum possessione arcerentur. Singulis autem Capellaniarum Rectoribus certum injunxit Missarum numerum, qui simul ad Missas viginti unam qualibet hebdomada pertingeret. Verum ob manualis eleemosynæ augmentum cuncta Missarum onera Capellaniis imminentia ad unius Sacri quolibet die celebrationem perpetuo cohibita sunt Apostolico rescripto diei 28 Februarii 1803. *Sess. 25. cap. 4. de Reform.*

Alteram ex Capellaniis, cui ex fundationis lege tria quaque hebdomade litandi Sacrificia onus incumberet, jamdiu sacræ Ordinationis titulo possidet Sacerdos Ascanius Marcolini, qui nonnullis abhinc annis Canonicatum in eodem oppido assecutus est. Ne igitur ob novi hujus beneficii possessionem a legitimo patrono delatam sibi in patrimonium Capellaniam amitteret, ac ne ulla de læsione jurium, et de collationis validitate exoriri posset quæstio, idem Sacerdos Marcolini quamdam cum hodierno patrono Marcello Gallo jam inde ab die 15 Februarii 1826 transactionem iniit, affirmans, se nedum unam Missam ad tramites obtentæ reductionis singulis hebdomadis celebraturum, sed insuper patrono eidem, dummodo suum ex institutoris testamento jus nominandi alterum Capellanum abdicasset, scutata novem in capellaniarum utilitatem eroganda quolibet anno soluturum. Hæc transactio cum mutuo utriusque partis consensu ea sub lege probata fuerit, ut Apostolicæ Sedis beneplacitum, si opus esset, a patrono impetraretur; ideirco Marcellus Gallo supplex Sacram nuper adiit Congregationem, rogans obtestansque, ut inita transactio Eñorum Patrum auc-

cto-

ctoritate firmetur, suique evasurum voti compotem eo præsertim sibi pollicetur, quod plurima Capellaniarum prædia, eversis Sacri principatus rebus, a majoribus suis alienata tum coram triumviris A. C., tum coram S. Rotæ Patribus, vadimonio illegitimis acquisitoribus indicto, ingenti sumptu vindicaverit.

Rogatus Emus Archiepiscopus pro informatione, et voto, enarratam in primis rerum seriem confirmat, additque nullam ex jure inter beneficia, de quibus agitur, adesse incompatibilitatem, ita ut a Presbytero Marcolini tam Capellaniæ, quam Canonicatui inserviri possit. Refert deinde annuos Capellaniæ reditus ejusdem Marcolini cura auctos ad nummos circiter quadraginta, onera vero ad decem dumtaxat nummos pertingere; Canonicatus autem fructus, quotidianis comprehensis distributionibus, quotannis non excedere summam scutatorum quadraginta quinque. Quapropter delatis precibus subscribendum putat, præsertim cum patronus Orator gravi admodum inopia pro dignitate sua afficiatur.

Supremas decedentium voluntates religiose servandas esse exploratissimum in jure est, et ab Sacra Concilii Congregatione sœpius definitum. Nihil enim est quod magis hominibus debeatur, quam ut supremæ voluntatis, postquam aliud velle non possunt, liber sit stylus, et licitum, quod iterum non redit arbitrium, *Can. Ultima Voluntas Caus* 13. *Quæst.* 2., *Leg.* 1. *Cod. de Sacros. Eccl.*, *et Sacra Congregatio in Novarien. Reductionis*, *et absolutionis* 18. *Septemb.* 1824. §. *Servanda*. Qua ex re, cum testatoribus jus sit, in quod maluerint opus, bona sua relinquere, nec dum in æquale, sed neque etiam in melius immutari debent ultimæ voluntates, *Clement. Quia contingit de religios. domib.*, *Leg.* 7. *Cod. de testam.*, *Gratian. discept. forens. Cap. Nos quidem de testamen. n.*35., secus fideles voluntatibus defunctorum vulnus infligi sentientes a legatis in pias causas constituendis abducerentur, *Sac. Congregatio in Faventina Comutat. Voluntatis*, *Applicationis*, *et Sanationis* 22. *Februarii* 1823. §.

Et

Et concinit. Jamvero nostro in themate ea est initæ transactionis natura, ut supremæ institutoris voluntati apertissime adversetur. Cum enim ad levandam graviorem Sacerdotum inopiam ita institutæ a Gentilio laicales Capellaniæ fuerint, ut earum possessione ii potissimum prohiberentur, qui aut Canonicatus, aut alia beneficia in Amandulæ oppido obtinuissent; hinc perspicuum profecto est, presbyterum Marcolini non posse delatam sibi in patrimonium Capellaniam, et Canonicatum uno eodemque tempore retinere.

Præterea, etsi aliqua intercedente causa immutari quandoque soleant ultimæ decedentium voluntates, generatim tamen id numquam fieri compertum est, si præstitutus a testatore finis obtineri facile queat, *Amostaz de caus. piis lib.* 1. *cap.* 14. *n.* 33., *Reiffens. lib.* 3. *decret. tit.* 26. *de testament.* §. 7. *n.* 804. *Layman. lib.* 3. *tract.* 3. *tract.* 5. *cap.* 11. *n.* 11. Quam quidem juris ecclesiastici disciplinam confirmasse etiam videtur Sacra hæc Congregatio, definiens tunc justam, et necessariam adesse commutationis causam, cum suprema testatoris voluntas executioni mandari nullo modo potest, *in Brictinorien. Commutat. Voluntat. et Applicat.* 24. *Julii* 1824. §. *Inveniri.* Tunc igitur inita inter presbyterum Marcolini, et Oratorem transactio confirmanda foret, si ex laicali quam ille retinet Capellania adeo tenues perciperet reditus, ut ad vitam, prout suæ exigit conditionis ratio, honeste traducendam minime sufficerent. Atqui præfinita hæc ex jure conditio probari nostro in themate nequit, cum ex Archiepiscopi relatione apertissime constet, presbyterum Marcolini non modo Sacræ Ordinationis titulo laicalem, de qua hic agitur, Capellaniam obtinuisse, verum etiam ejusdem reditus, qui ad patrimonii constitutionem impares certe esse non poterant, progressu temporis auxisse.

Verum nonnulla adsunt rationum momenta, quæ aliter rem dijudicandam esse suadent. Ut enim sapientissimum Eminentiarum Vestrarum judicium Oratoris votis propitium sit, plurimæ quidem, et justæ videntur

adesse necessitatis, et utilitatis causæ, quarum intuitu transactiones sæpius convalidandas censuit Sacra Congregatio, *in Perusina Transactionis* 23. *Decembris* 1823. §. *Transactionis, et in Assisien. Beneplaciti* 17. *Decembris* 1825. *ad IV. dubium.* Jam vero transactionis utilitatem in themate non desiderari primum deducitur ex recessu a litibus, *Rot. in decis.* 18. *n.* 2. *tom.* 3., *Sac. Congreg. in Firmana Concordiæ* 21. *Januarii* 1807. *et in Montis Alti Transactionis* 20. *Februarii* 1818. Quæ quidem lites suboriri inter Marcolinium et Oratorem facile possent, nisi inita probaretur transactio. Cum enim ab Oratoris avo laicalis, de qua hic sermo est, Capellania delata in patrimonium Marcolinio fuerit, profecto expendenda foret quæstio, utrum nempe memorata collatione Oratoris jura lædi ab ipsius avo potuissent.

Neque solum ex recessu a litibus, verum etiam ex ejusdem transactionis natura, et ex laicalium Capellaniarum utilitate probanda videtur esse transactio. Quod enim ad primum spectat tam ex relatione Archiepiscopi, quam ex verbis initæ transactionis perspicuum est, contrahentes aliquid sibi mutuo remisisse; utilemque renunciandam esse transactionem, si hæc adimpleatur conditio, docet *Rota coram Bichio decis.* 335. *n.* 14. *et in Verulana Jurispascendi, et lignandi* 2. *Martii* 1757. §. 8. *coram Borull.* Quod vero spectat ad alterum, inficiari profecto nequit evidens Capellaniarum utilitas, cum ex inita transactione apertissime constet, eam fuisse contrahentium mentem, ut scutata novem, quæ Marcolinius quolibet anno se soluturum promisit, tum pro vindicatione bonorum, quæ alienata fuerant, tum pro instauratione rusticarum domorum, quæ jam fatiscebant, ab Oratore, ad quem nunc patronatus jura pertinent, insumantur.

Neque juvat objicere justam commutationis causam eam dumtaxat dici posse, quæ necessitatem, non vero utilitatem suadet commutandæ voluntatis. Necessitati enim æquiparatur utilitas, ac proinde fere omnia, quæ ob necessitatem, ob evidentem etiam permittuntur utilita-

tatem, *Schmalzgrueber Jus canon. tit. XXIV. de testament. §. 8. de commut. Ultim. Voluntat. n. 220.*

Dubium

An sit probanda transactio in casu etc.

Negative, et ad mentem: mens est, ut Emus Archiepiscopus a patrono Gallo exigat redditionem rationis, et quatenus enunciatam pensionem perceperit, nec in fundorum melioralionem erogaverit, ad restitutionem compellat.

ARETINA CONDONATIONIS. Sacerdos Franciscus Bindi ultimo, quod sibi scripsit, elogio anni 1723 Capellaniam in Ecclesia Humilitatis in oppido Lori instituit, suisque heredibus jus nominandi Capellanum reservatum voluit. Cetera inter bona, quibus Capellaniam instruxit, refertur census, cujus valor ad scutata sexcenta, annuus autem fructus ad scutata viginti quatuor pertingit. Lactantius Maggiotti, qui hujusmodi censu gravabatur, in adversam incidit fortunam, ac tandem obiit ære alieno obrutus et oppressus. Quo factum est, ut Cosimus Berti, qui a Lactantio rogatus venditioni census tamquam satisdator in solidum accesserat, annuos deinde fructus omnino solvere coactus fuerit, eamdemque jacturam subierit ejus filius et heres Franciscus Berti, donec ad incitas redactus, plurimisque nominibus obstrictus solutionem fructuum et ipse intermisit. Superioribus annis mortem oppetiit Franciscus, ac ejus filius Cosimus, rerum paternarum pene ignarus, hereditatem adiit sine beneficio legis et inventarii: at paulo post facili negotio intellexit, fructus census per annos circiter viginti non fuisse solutos, ac æs alienum a patre contractum summam conficere scut. 6987, licet bona paterna vix summam attingerent scutatorum 3388. Cum res ita se haberent, Cosimus, ne ipse, uxor, ac filii cunctis expoliarentur bonis, ac stipem rogare adigerentur, animum quorumdam creditorum mollire cœ- *Sess. 25. cap. 4. de reform.*

pit, et cum eis convenit, ut quisque sui crediti symbolam eidem remitteret. Cumque apud Eños Patres uberiori se miseratione dignum existimet præfatus Cosimus, ideo nedum condonationem a fructibus memorati census adhuc non solutis, sed etiam in posterum illorum reductionem ad annua tantum scutata decem enixis precibus efflagitat.

Episcopus, cui dedi litteras, ut auditis iis, quorum interest, animi sui sententiam panderet, hæc retulit „ L'Uffiziatura di cui si parla aveva in addietro un' annua rendita di scudi novantasette, quindici dei quali dovevano impiegarsi in mantenimento dell' Oratorio, e ottantadue si lasciavano al Rettore dell' Uffiziatura predetta, il quale era obbligato a far soddisfare quattrocento Messe all' anno, compresi tutti li giorni festivi, e due feste parimente all' anno con numero sette Messe per ciascheduna, tantochè per la soddisfazione di questi obblighi restava assorbita la somma di scudi sessantuno e lira una incirca, e rimanevano a pro del Rettore scudi venti, e sei lire. In progresso di tempo si è resa inesigibile o quasi inesigibile l'annua somma di scudi sessanta, compresi i ventiquattro, che per mallevadoria solidale si dovrebbero dal supplicante Berti, cosicchè l'entrata certa dell' Ufficiatura si residua a soli scudi trentasette, che servono per soddisfare la Messa festiva per comodo della popolazione, e per il mantenimento della Chiesa. Non si sa poi il numero delle Messe arretrate, giacchè si è smarrita la Vacchetta, ma si calcolano sopra tremila approssimativamente. Sebbene il supplicante non appartenga alla mia Diocesi, tuttavia in seguito delle informazioni, che mi sono procurato, posso assicurare ch' egli trovasi in circostanze assai critiche, e da meritare tutta la compassione. Pertanto io sarei di sentimento, che quanto al passato gli si potesse condonare la somma corrispondente all'elemosina delle Messe che in riparto da farsi venissero a di lui carico, e che dovesse trattare direttamente col Rettore summentovato intorno alla remissione di quella parte dei frutti decorsi a di lui favore. Riguardo alla

ri-

riduzione dei frutti per l'avvenire l'istanza è sembrata alquanto ardita, giacchè verrebbe a diminuirsi l'entrata dell'Uffiziatura di quattordici scudi annui senza speranza di ricuperare alcuna cosa nel caso ancora, che le circostanze dell' Oratore andassero migliorando. Ma attese le critiche circostanze dell' Oratore, quando egli garantisse effettivamente l'annua rendita di scudi dodici, a me sembrerebbe, che anco per assicurare qualche cosa a vantaggio della Ufficiatura, si potessero risolvere favorevolmente le mentovate preci „. Fratres quoque Bindi Capellaniæ patroni, ejusque Rector Sacerdos Franciscus Moroni suum præbent assensum, ut Orator „ possa ottenere dalla S. Sede Apostolica la condonazione dei frutti arretrati relativi, e la riduzione a scudi trecento di detto Capitale, a condizione che dia nuove idonee sicurezze, e corrisponda in seguito collo stesso frutto del quattro per cento sul capitale da residuarsi „.

Ex juris quidem censura respuendæ forent Cosimi Berti preces; cum enim ipse nullo confecto inventario, ac nullo implorato legis præsidio paternam adierit hereditatem, universos census fructus, si hereditaria bona deficerent, proprio ære solvere teneretur, *L. final. Cod. de jur. delib.*, *Rot. cor. Eño Gamberini decis.* 68. *n.* 10., *S. Congr. in Forolivien. Absolutionis et Reductionis* 16. *Aprilis* 1825. §. *Verum.* Hisce accedit, quod etiamsi EE. VV. Oratorem misericordia prosequi arbitrarentur, attamen deneganda esset perpetua sortis et fructuum reductio; siquidem rei familiaris angustiæ, quibus Orator ejusque familia laborarent, si integrum ille debitum dissolvere compelleretur, justam ut plurimum suppeditant causam pro temporaria, non autem pro perpetua indulgenda reductione, quemadmodum docent exempla *in Mutinen. Reductionis Missarum* 17. *Februarii* 1821., *in Sorana Reductionis* 18 *Septembris* 1824., *et in Forolivien. Legatorum* 28. *Novembris* 1826. §. *Quamobrem.*, nam et illi, qui bonis suis cesserunt, si fortunam perditam restituerint, in id quod facere possunt, conveniuntur, *L. ult. ff. de cess. bonor.*, *L.* 1. *Cod. qui bonis ced.*

At

At commiseratione dignus est Orator, qui nil sane præter ingens æs alienum a paterna hæreditate est assequutus, et quæ in bonis ipse habet, ne ad honestam quidem sui suæque familiæ alimoniam sufficere eruitur ex Episcopi relatione. Porro etiamsi Cosimus ex civilium legum jure creditoribus paternis etiam ultra vires hereditatis satisfacere teneatur, æquitas tamen canonica non patitur, ut qui nullum reapse ex adita hereditate retulit compendium, re sua nomina dissolvat, quemadmodum plures docent Canonistæ apud *Card. De Luca de hered. disc.* 23. *n.* 3. *et seqq.* Quam sane æquitatem si reliqui creditores hereditarii in præsenti casu sequuti sunt, partemque crediti Cosimo remiserunt, eo magis eam sequi posse videtur Ecclesia, quæ pietatis mater est, et cultrix. Et quoniam condonationem fructuum quoad præteritum tempus, et reductionem in futurum eam ob causam petat Orator, quia hereditas impar est cunctis dimittendis nominibus, nullaque proinde affulgere queat spes, ut labentibus annis vires hereditariæ augeantur, non dubitat idem Orator, quin Emi Patres perpetuam quoque sortis et fructuum reductionem sint indulturi.

Præterea hæc S. Congregatio pluries ad levandam illorum inopiam, qui piis oneribus devinciebantur, concessit Legatorum suspensionem, ac etiam perpetuam reductionem, ut videre est *in Taurinen.* 30. *Martii* 1776., *in Mazzarien. Reductionis* 14. *Decembris* 1822. *et in Spoletana Absolutionis et Reductionis* 22. *Aprilis* 1825. Nec prætereundum debitum, de quo agitur, fuisse a majoribus Cosimi contractum ut charitatis actum in Lactantium Maggiotti exercerent, non autem ut aliquod lucrum sibi quærerent.

Erit nihilominus Emorum Patrum decernere

An et quomodo sit annuendum precibus Cosimi Berti in casu etc.

Dilata, et exquiratur ab Episcopo penes quem existat fundus censitus, et an experiri queat actio potioritatis.

SPO-

SPOLETANA MISSÆ PRO POPULO. Ex unione quatuor Ecclesiarum parochialium Collegium Canonicorum in Templo S. Bartholomæi Oppidi Montisfalchi anno 1599 instituit Pontifex Clemens VIII., illudque tum Priore, qui caput Collegiatæ Ecclesiæ existeret, tum sex Canonicis, qui cum Priore horas canonicas statis diebus concinerent, instructum voluit. Quod vero attinet ad animarum curam, eam potissimum Priori commendavit, inquiens: *qui .... curam animarum parochianorum principaliter exerceat, et illis Sacramenta ecclesiastica ministret, ceteraque parochialia onera et officia subeat*. Imo spirituali fidelium saluti uberius consulendi cupidus, constituit, ut duo Canonici *præbendas coadjutorales pro tempore obtinentes prædictum Priorem in exercitio Curæ et ministerio Sacramentorum, ac onerum, et officiorum parochialium per turnum alternis hebdomadibus, vel necessitate occurrente uterque coadjuvare, et illi assistere teneantur*. Cumque Canonici Coadjutores tenui, non secus ac reliqui Canonici, fruerentur præbenda, edixit, ut *jura et emolumenta parochialia ratione exercitii curæ animarum parochianorum, et administratione Sacramentorum provenientia ad Priorem pro una, et ad duos Canonicos Coadjutores pro altera illorum medietate pertinere valeant*. *Sess.* 23. *cap.* 1. *de reform.*

Duos exinde Canonicos Coadjutores ex fundationis jure suppetias tulisse Priori in obeunda animarum cura, certum exploratumque est; utrum vero Missam pro populo in orbem et ipsi jam inde a principio applicaverint, id quidem delitescit in tenebris antiquitatis. Illud vero in dubium adduci nequit, quod Canonici Coadjutores ante annum 1760 Missam pro populo applicare consueverint; in parochialibus siquidem libris hæc leguntur = *Messe che si applicano pro populo ne' giorni festivi da me Priore Valentino Bechelli, e da miei Signori Canonici Coadjutori principiate nella sagra visita di Monsignor Acqua Vescovo di Spoleto nel mese di Agosto* 1760. Et quoniam

niam Præsuli Loccatelli, dum suam anno 1780 lustraret Diœcesim, innotuerat, alterum ex Coadjutoribus Bernardinum Plini plurium Missarum neglexisse celebrationem, ideo hujusmodi edidit decretum = *Perspectis Missarum applicationibus pro populo Prioris, et duorum Adjutorum Canonicorum Collegiatæ Ecclesiæ S. Bartholomæi Terræ Montisfalchi, summa cum nostra admiratione apparet, ab anno* 1760 *usque ad annum* 1779 *inclusive Missas deficere* 333, *quas infra annum strictim mandamus remitti sub pœna trium juliorum pro qualibet Missa per quos spectet, signanter per Canonicum Bernardinum Plini, qui vel aplicet, vel recurrat* =. Mandatis haud cumulate paruit Canonicus Plini, ejusque propterea heredes anno 1789 ab Sede Apostolica absolutionem impetrarunt pro Missis ducentis quadraginta quatuor, quas ipse, quia *credeva*, ceu narrarunt heredes, *di non esser tenuto alla celebrazione delle Messe pro populo*, celebrare prætermisit. Ceteri autem Canonici adjutores obligationi Missæ pro populo satis quidem fecerunt, si excipiatur Canonicus Nicolaus Baldaccini, qui ab anno 1787 ad annum 1809, se errore ductum, muneri suo defuisse professus est, et absolutionem similiter obtinuit.

Nihilominus hodierni Canonici Adjutores Jacobus Cirinei et Joannes Baptista Vagnoli gravate ferentes ejusmodi onus, supplices huic Sacro Ordini nomine Capituli dederunt preces, quibus controversiam Eminorum Patrum oraculo definiri expostulant.

Archiepiscopus, quem rogaveram de relatione et voto, Capitulum Collegiatæ audiendum censuit, atque istud palam denunciavit, nolle se memoratæ quæstioni immiscere, seque plane inconsulto libellum nomine Capituli fuisse oblatum. Quod vero spectat ad applicationem Missæ pro populo a Canonicis Coadjutoribus explendam „ non me latet, inquit Archiepiscopus, id „ neque posse affirmari ex Concilio Tridentino *sess.* 23. „ *cap.* 1., neque colligi indubitanter ex verbis, qui„ bus Bulla fundationis concipitur, cum in ea non „ reperiatur expressum. At sermo hic, ut opinor, habe-

„ haberi nequit, si de consuetudine loquamur, quæ „ de hac re in dicta Collegiata a remotis temporibus „ viguit. Et quidem ab anno 1752 ad nostram usque „ tempestatem tres in eadem Ecclesia recensentur „ Priores: quod horum sane temporum intervallo „ a Canonicis Coadjutoribus mos fuerit servatus Sacra „ peragendi pro populo, colligitur ex regestro Missarum „ inscripto mense Augusti 1760, atque ex testimonio „ Andreæ Canonici Piceni sub die 24 Augusti 1790., „ Aloisii Prioris Schinetti sub die 4 Junii 1807, et „ Nicolai Canonici Baldaccini, ac Joannis Baptistæ „ Canonici Bennati sub die 14 Januarii 1831. „

„ Quod si causam inquiramus, cur id in præfata Ec- „ clesia viguerit, et vigeat, ea reperietur præcipue „ in sequentibus Bullæ verbis *Jura autem et emolu-* „ *menta etc.* Cum itaque ex hac Bullæ dispositione „ Coadjutores Canonici usque adhuc receperint, ut „ nunc medietatem recipiunt decimarum et funerum „ et quidquid, uno verbo, ex quovis capite obveniat „ incerti relatæ Ecclesiæ Collegiatæ Priori, quid æquius „ quam onerum quoque, inter quæ celebratio Missæ „ numeratur pro populo, pro medietate patiantur? „ Hæc adeo ratio est consuetudinis, quam vidimus „ extitisse per annos pene octoginta, quæque præsu- „ mitur, initium habuisse ex tempore editæ Bullæ, „ licet hoc nequeat, ut par esset, comprobari ob li- „ brorum præsertim amissionem, in quibus adnota- „ bantur Missæ pro populo annis 1752 superioribus „ celebratæ „.

Missam pro populo ab iis esse applicandam, qui actualem exercent animarum curam, compertissimi juris est. Ita quidem sanxit Tridentina Synodus *sess.* 23. *cap.* 1. *de reform.*, ac declaravit Benedictus XIV. in Encyclica *Cum semper oblatas* verbis illis = *Mens nostra et sententia est, sicuti etiam pluries a Congregationibus judicatum fuit, ac definitum, quod omnes et singuli, qui actu animarum curam exercent, teneantur Missam parochialem applicare pro populo ipsorum curæ commisso* =. Quin imo onus hujusmodi eo pacto animarum Curatoribus imminet, ut ei-

dem, nisi legitimo detineantur impedimento, per se ipsos satisfacere debeant, quemadmodum pluries respondit S. Congregatio ac præsertim *in Comen. Missæ Parochialis* 11 *Maji* 1720 *ad III. et V. dub.*, *in Fesulana Missæ Parochialis* 26 *Januarii* 1771 *ad II. dub.*, *et in Castri Albi VV. SS. LL.* 18 *Julii* 1789 *ad II. dub.*, nec valeant illud transferre in Canonicos et Beneficiatos ejusdem Ecclesiæ, sicuti eruitur ex *cit. Castri Albi ad I. dub.*, nec etiam in Vicarios, qui onere gravantur adjuvandi Parochum in obeunda animarum cura, licet parochialibus gaudeant emolumentis. Enim vero *in Tiburtina Applicationis Missæ pro populo* 21 *Novembris* 1801 concinnato dubio = *An Vicarii perpetui Castri Madamæ teneantur alternatim cum Archipresbytero Dominicis, et diebus festis applicare Missam pro populo, seu potius hoc onus spectet ad unum Archipresbyterum in casu etc.* rescriptum prodiit = *Negative ad primam partem, affirmative ad secundam*. Quæ sane juris regula tum solummodo exceptionem patitur, cum Vicarii Curati in solidum, et æque ac Parochus actualem obeunt animarum curam, veluti perspicue elicitur ex *Ripana Jurium Parochialium* 15 *Decembris* 1725, *et* 20 *Novembris* 1762.

Jam vero in themate actualis animarum cura Priori Ecclesiæ Collegiatæ commissa est, eidemque propterea singulis diebus festis incumbere debet onus applicandi Missam pro populo, non autem Canonicis Coadjutoribus, qui Priorem in exercitio Curæ dumtaxat coadjuvare, et illi assistere tenentur. Nec aliter suadere posse videntur aut perceptio emolumentorum parochialium, aut asserta consuetudo. Etenim onus offerendi Sacrificium pro populo haud parochialium redituum perceptioni, sed officio, quo Parochi funguntur, adhærere docet *S. Congr. in Ferentina* 15 *Martii* 1735, *et in Montis Falisci Reductionis Missæ pro populo* 15 *Martii* 1828 §. *Tenuitas*, ac definivit Benedictus XIV. *in Const. Cum semper* §. 3. Quod reliquum est de præscriptione, præterquam eam abusum et corruptelam vocant Canonici Coadjutores, actuum frequentiam,

ac

ac temporis diuturnitatem, quæ ad præscribendum requiruntur, in præsenti casu omnino deesse putant. Quid enim a Collegiatæ fundatione ad annum usque 1760 acciderit, penitus latet : postero autem tempore licet quosdam Coadjutores Missam pro populo applicasse pateat, Plinium tamen, et Baldaeciniuum huic obligationi pluribus annis haud satis fecisse, absolutionis monumenta testantur. Siqua igitur post annum 1760 invehi cœpit præscriptio, ea contrariis actibus interrupta dicenda est ad *tex. in L. Si stillicidium §. ult.*, *L. Si partem quemad. serv. amit.*, ac tradit. *Rot. in recent. part. 9. tom. 1. dec. 347. §. 4.*, *S. Congr. in Nullius Foripompilii Sacræ Visitationis* 14 *Maii* 1828 §. *Reque*.

At Prior Ecclesiæ Collegiatæ fatetur quidem a jure devium esse, ut Parochi, ita contraria consuetudine liberentur onere offerendi Sacrificium pro Populo sibi commisso, ut nemo alius Missam celebret ; verum eam Tridentinis Patribus, ac Benedicto XIV. denegat insedisse mentem, ut ea abrogaretur consuetudo, qua curam habitualem habentes, aut alii ejusdem Ecclesiæ Beneficiarii Missam pro populo alternis vicibus cum Parocho litarent. Etenim sacri canones, dum animarum Curatoribus oblationem Sacrificii pro ovibus sibi commissis gravibus verbis præscripserunt, eo potissimum spectasse videntur, ut populus spirituali hujusmodi auxilio numquam privaretur, non autem ut Parochi Missam pro populo ita per se celebrare obstringerentur, ut onus illud ne ex diuturna quidem consuetudine in Vicarios, aut alios Beneficiarios refundere possent. Profecto hic Sacer Ordo *in Camerinen. Missæ pro populo* 16 *Decembris* 1820 rogata, an ad Vicarium, qui actualem gerebat animarum curam, seu potius ad Canonicos primæ erectionis, qui habitualis tantum curæ honore potiebantur, spectaret onus celebrationis Missæ pro populo, responsum dedit = *Affirmative ad quatuor Canonicos primæ erectionis ad formam consuetudinis* = . Et nuperrime *in Verulana Missæ Communis et Missæ pro populo* 12 *Decembris* 1829 proposito dubio, utrum Beneficiati parochialis Ecclesiæ Apostolorum Principi dicatæ, qui ex

immemorabili consuetudine Missam pro populo in orbem cum Archipresbytero applicare consueverant, quique emolumentis ex animarum curæ exercitio proficientibus fruebantur, tenerentur per turnum offerre Sacrificium pro populo, rescriptum prodiit = *Affirmative juxta votum Episcopi* = .

Porro Canonici Coadjutores Collegiatæ Ecclesiæ S. Bartholomæi, qui Priori in exercitio Curæ opitulari debet; quique media decimarum ac omnium parochialium emolumentorum parte fruuntur, Sacrificium pro populo una cum Priore ex tempore, quod hominum vincit memoriam, litare consueverunt. Hanc sane consuetudinem in eadem Ecclesia ante annum 1760 jam viguisse testantur libri parochiales; postea vero ad hanc usque diem fuisse jugiter servatam nedum ipsi libri, sed etiam instructi testes fidem perhibent. Denique rem conficit decretum anni 1780 in sacra visitatione editum adversus Canonicum Plini, qui Missam pro populo applicare neglexerat: Episcopus enim decretum illud non subscripsisset, neque Canonici Coadjutores eidem acquievissent, nisi his onus litandi Sacrum pro populo ex diuturna consuetudine imminere intellexissent; imo hæc ipsa Coadjutorum aquiescentia cum postera, ac diutina observantia potis esset ad eam inducendam obligationem, quæ non satis firmo antea niteretur fundamento, *Rot. cor. Emerix decis.* 212. *num.* 4, *S. Cong. in Bononien.* 22 *Maji* 1762, *et in Reatina* 21 *Julii* 1827 §. *Itaque.*

Frustra autem Canonici Coadjutores ejusmodi consuetudinem ex supplicibus libellis a Baldaccino, et ab heredibus Canonici Plini oblatis interceptam tuentur. Si loquamur enim „ de Canonico Baldaccini (ita Archiepiscopus) audivimus, quid in re die 14 mensis Januarii hujus anni testatus sit; quod non contradicit, sed mirifice congruit cum supplicatione „ anno 1803 Reverendæ Fabricæ S. Petri porrecta, „ in qua legitur = *Credette l'Oratore di non essere tenuto all' applicazione della Messa pro populo . . . „ avvertito ch' esso Supplicante era in dovere di applicare, non ha mancato di adempire a questo do-*

ve-

„ *vere.* Quid autem dicendum erit de Bernardino Ca-
„ nonico Plini, qui ad hujus muneris observantiam
„ adstrictus per Decretum in sacra visitatione editum
„ die 8 Julii 1780 hisce verbis expressum = *vel ap-*
„ *plicet*, *vel recurrat* = nunquam vitæ suæ tempo-
„ re hunc recursum instituit? Ejus enim heredum no-
„ mine, et non suo inscripta est postulatio exhibita
„ anno 1799 Rev. Fabricæ S. Petri ob absolutionem,
„ vel compositionem saltem obtinendam supra Missis
„ pro populo non celebratis. Ex quibus omnibus pa-
„ tenter eruitur, meo judicio, non infirmari onus hu-
„ jusmodi; sed potius confirmari. „

Quæ cum ita sint, Emi Patres defenire dignentur

An Canonici Coadjutores teneantur alternatim cum Priore applicare Missam pro populo in casu etc.

Affirmative.

VERULANA PENSIONIS. = Quærenti mihi in Comitis diei 20 Martii elapsi anni. I.° *An sit locus apertioni oris in casu etc.*, et quatenus affirmative II.° *An sit delenda pensio in casu etc.* responsum datum est *Ad I. Negative. Ad II. Provisum in primo.* Huic rescripto haud sibi quiescendum censuit Clericus Stephani, et Capellaniæ reditus pensioni scutatorum viginti exsolvendæ omnino impares esse obtendens, veniam instaurandi certaminis in devolutivo tantum die 24 Julii 1830 impetravit. *Sess. 24 cap. 13 de reform.*

Quamobrem Verulano Antistiti dedi litteras, ut per Peritum ex officio deputandum referret de annuo reditu, atque oneribus Capellaniæ, ducto calculo per decennium, transmissa peritia, ac partibus ad jura sua deducenda

da terminum præfiniret. Mandatis obsequiens Episcopus hæc habet „ Transmitto ad istam Sacram Congregationem peritiam redituum decennalium Capellaniæ S. Mariæ Lauretanæ loci vulgo *Ripi* de jurepatronatus familiarum Stephani, ac Ciampelletti, quam peritiam peregit Wenceslaus Pagnutti ex officio deputatus, prout in actis hujusce meæ Curiæ, in quibus etiam præstitit juramentum de veritate ipsius peritiæ. Ex qua peritia deducitur, quod annuus reditus ejusdem Capellaniæ, ducto calculo per decennium, demptis omnibus expensis, ac oneribus adscendat ad scutata quadraginta sex, et obolos quinquaginta quatuor monetæ romanæ. Ex quibus si demantur oboli duo, ut par est, in singulis Missis celebratis pro expensis Candelarum, ac sacrorum utensilium, remanet annuus fructus in scutatis quadraginta quinque, et obolis quinquaginta in iis annis, qui constant hebdomadis 52. Dicta enim Capellania habet onus unius Missæ in qualibet hebdomada, ut constat ex Tabella, cujus testimonium perhibuit Sacerdos Joannes Venditti Vicarius Foraneus in illa Terra. Præfixi eidem Joanni Baptistæ Stephani terminum quindecim dierum, qui initium habuit sub die 20 Junii 1830. Post termini præfixionem juris ordine servato intimatam eidem, nihil aliud ad me delatum est ex parte ejusdem Stephani, qui fortasse existimavit, se directe convertere ad istam Sacram Congregationem exhibendi gratia documenta ac nova jura „.

Peritiam ab Episcopo transmissam sibi jam inde ab die 20 Novembris superioris anni communicari petiit Clericus Stephani, ejusdemque Procuratori inducias ad jura sua afferenda pluries impertivi. Cum tamen frustra cum hactenus sim præstolatus, illud superest, ut Patres Emi folium diei 26 Martii superioris anni denuo consulere, et controversiam definire dignentur. Id unum hic animadvertendum reor, quod Capellaniæ reditus, si cunctis subductis oneribus, annuam pecuniæ vim scutatorum quadraginta quinque, et obolorum quinquaginta, ut refert Episcopus, reapse conficiant, pensioni scutatorum viginti quotannis solvendæ minime impares conspi-

spiciuntur. Etenim Beneficia licet residentialia, quibus animarum cura non imminet, ex consuetudine Datariæ Apostolicæ gravantur pensione ad dimidiam usque redituum partem, *Rot. cor. Olivatio decis.* 240 *num.* 10, *S. Congreg. in Cæsenaten. Pensionis* 26 *Februarii* 1825. §. *Præterea, et in Firmana Pensionis* 17 *Martii* 1827 §. *Præterea*, imo gravior etiam per Summum Pontificem imposita pensio a Beneficiario pendenda est, si ipse sciens prudens eidem consenserit, *Lotter. de re. benefic. lib.* 1 *quæst.* 41 *n.* 38, *Tondut. de pension. cap.* 61 *n.* 13.

Sint

Dubia

I. *An sit standum vel recedendum a decisis in primo dubio in casu etc.*

II. *An sit standum vel recedendum a decisis in secundo dubio in casu etc.*

Ad I. et II. In decisis et amplius.

MACERATEN. MEDIÆ ANNATÆ. In parochiali Ecclesia Deo in honorem S. Georgii Maceratæ dicata præter Archipresbyterum, cui animarum imminet cura, tres numerantur Canonici seu Beneficiarii, ac etiam Mansionarius. Unum atque alterum ex Canonicatibus anno 1637 erigi jussit pia femina Laudimia Bracconi, adjecta lege, ut quisque eorumdem Canonicatuum seu Beneficiorum possessor duas Missas qualibet hebdomada litare, et Archipresbytero Missam solemnem celebranti, Vesperas canenti, aliasque pro suo lubito sacras functiones peragenti inservire teneretur. Tertium Ca-

Sess. 7 *cap.* 8, *et Sess.* 22 *cap.* 3 *de reform.*

no-

nonicatum anno 1713 instituit quidam Fanelli; Mansionarium vero anno 1783 fundavit Archipresbyter Franciscus Riccitelli, qui memoratæ feminæ exemplum emulati non solum ab rectoribus certum Missarum numerum in eadem Ecclesia celebrari, sed et Archipresbytero in quibuslibet sacris obeundis functionibus opem ferri edixerunt. Archipresbyterali præbenda nuper donatus Sacerdos Aloisius Venturini ad hanc Sacram adiit Congregationem, sciscitatum, an Ecclesia S. Georgii Collegiatæ honore sit prædita, et an media annata in capessenda Beneficiorum possessione eidem Ecclesiæ, vel potius Cathedrali Templo sit solvenda. Episcopus, cujus votum exquisieram, et Capitulum Cathedralis Ecclesiæ, ea in medium proferunt rationum momenta, quæ Collegiatæ prærogativam ab Ecclesia S. Georgii penitus repellere, et Beneficiatos ad mediam annatam Cathedrali Templo repræsentandam omnino obstrictos suadere videntur.

Quanquam Ecclesiam S. Georgii vel ab Sede Apostolica, vel ab Episcopo ad Collegiatæ fastigium unquam evectam fuisse plane lateat in tenebris antiquitatis: attamen eamdem hujusmodi frui honore censet Archipresbyter. Etenim neminem præterit, Collegialitatem alicujus Ecclesiæ, erui posse nedum ex Bulla vel instrumento erectionis, verum etiam ex signis et conjecturis, quemadmodum sentiunt Doctores, quos inter *Corrad. in prax. benefic. lib.* 2. *cap.* 15. *n.* 1., *Mascard. de probat. concl.* 583. *num.* 1., et firmat *Rot. cor. Molin. dec.* 1229. *num.* 3., *ac S. Congr. in Prænestina Missæ Conventualis* 6. *Martii* 1779. §. *Nunc.* Hujus generis conjecturas et signa in themate occurrere tuetur Archipresbyter: præfatam enim Ecclesiam Collegiatæ titulo donatam esse plures (ut ipse asserit) testantur historici; qui Beneficia possident, Canonici, aut Mansionarii nomine honestantur, stallo in choro potiuntur, residentiæ obstringuntur lege, statis quibusdam diebus divina officia celebrant, et in sacris faciendis functionibus Archipresbytero inservire tenentur.

Hisce aliud, nec minoris ponderis accedit indicium. Namque Benedictus XIII., ut Cathedralium et Collegiatarum

rum tuitioni ac decori prospiceret, in constitutione *Pius, et misericors* præcipit, *ut in posterum provisi de parochialibus una cum incertis annuum redituum scutorum centum monetæ romanæ excedentibus, et de Canonicatibus et Beneficiis tam residentialibus quam non residentialibus, et simplicibus, sitis extra Ecclesias Collegiatas, cujuscumque valoris existant, teneantur solvere et respective deponere mediam annatam pro fabrica Ecclesiæ Cathedralis; provisi vero de parochialibus una cum incertis annuum reditum scutorum centum monetæ præfatæ excedentibus, et de Canonicatibus et Beneficiis tam residentialibus, quam non residentialibus, et simplicibus, sitis in Ecclesiis Collegiatis, vel ad illas translatis, cujuscumque valoris existant, itidem teneantur solvere, et respective deponere mediam annatam pro fabrica Ecclesiæ Collegiatæ, sive Beneficia prædicta liberæ collationis, sive jurispatronatus mixti, ac etiam laicalis fuerint.* Porro convenit inter partes, eos, qui Beneficia Archipserbyteralis Ecclesiæ S. Georgii post evulgatam constitutionem nacti sunt, nullo unquam tempore Ecclesiæ Cathedrali repræsentasse mediam annatam, licet illis ipsa premeretur angustiis, quæ ab initio novum excitari Templum, postea incepto operi extremam imponi manum prohibuerunt, ac tandem eo impulerunt Canonicos, ut ad opus absolvendum æs alienum contraherent. Id autem, subdit Archipresbyter, obtigisse facile quisque sibi suadet, quia Ecclesia S. Georgii Collegiatæ prærogativa potiebatur, et provisi de Beneficiis ibidem erectis non quidem Ecclesiæ Cathedrali, sed propriæ Ecclesiæ, quæ in summis versatur angustiis, mediam annatam solvere devinciebantur.

Nihilominus Episcopus, cui adstipulantur Canonici Ecclesiæ Cathedralis, ea univoca ac vehementia argumenta, quæ ad commonstrandam Ecclesiæ Collegialitatem præsto sint oportet, *S. Congr. in Ferentina Residentiæ* 8 *Augusti* 1829, *et in Baren. Collegiatæ* 28 *Augusti* 1830, in præsenti casu plane deesse contendit, imo Ecclesiam S. Georgii omni prorsus conjectura et signo destitutam arbitratur. Profecto „ num-

„ quam pro Collegiata (sunt verba Episcopi) habi-
„ ta fuit Ecclesia ista, neque ullo potitur vel potita
„ unquam est privilegio, seu prærogativa, et præe-
„ minentia super alteram hujus civitatis Parochiam
„ S. Mariæ a Porta, sed alterutra semper præcessit
„ ea nempe cujus est Rector antiquior; neque ali-
„ quem ex ejus Beneficiatis Canonici nomine quis-
„ quam appellat, aut appellavit unquam „. Præte-
rea certo atque assiduo, ceu oporteret, ex sacrorum canonum jure, non costringuntur chori servitio, quotidianis carent distributionibus, comitia non convocant, nullo utuntur capitulari sigillo, nec Missam Conventualem pro benefactoribus in genere canunt, vel celebrant: quæ quidem omnia ad constituendam et comprobandam Ecclesiæ Collegialitatem adeo necessario intercedant necesse est, ut iis deficientibus omnis plane spes sit abjicienda, *S. Congr. in Terracinen.* 17 *Julii* 1779, *in Civitatis Castellanæ Missæ Conventualis* 16 *Decembris* 1786, *et in Nepesina Missæ Conventualis* 16 *Maji* 1789.

Quod vero pertinet ad mediam annatam „ nullum qui-
„ dem quoad præteritum, scribit Episcopus, apparet
„ monumentum solutionis: ex quo conjiciendum puto
„ neque Ecclesiæ S. Georgii, neque Cathedrali a præ-
„ cedentibus illorum Beneficiorum rectoribus, et in-
„ curia exactorum mediam annatam fuisse persolutam„.
Quocirca alterum quoque, cui plurimum confidit Archipresbyter, corruit argumentum; nam ad probandam alicujus Ecclesiæ Collegialitatem, præsertim si alia indicia incerta sint, et infirma, haud satis est, ostendere, ab ejus Beneficiatis numquam Ecclesiæ Cathedrali mediam annatam fuisse persolutam, sed necesse foret, indubiis allatis probationibus evincere eamdem solvi consuevisse Ecclesiæ, cujus Collegialitas in dubium revocatur, *Card. de Luca de Benef. disc.* 14. *num.* 7., *Rot. decis.* 47. *part.* 19. *recent.*, *Sac. Congreg. in Ferentina Residentiæ* 23. *Aprilis* 1768. §. *Collegialitas*. Cumque Archipresbyter S. Georgii id minime præstiterit, perperam suæ Ecclesiæ prærogativam Collegiatæ asserere nititur. Imo quamvis præfatæ Ecclesiæ

Be-

Beneficiatos nullo unquam tempore mediam annatam Cathedrali Templo repræsentasse constet; attamen ad ejus solutionem, inquiunt Cathedralis Ecclesiæ Canonici, nunc sunt compellendi = per potere un giorno esser liberi anche dall'annua pesante tassa che siamo obbligati a pagare fino alla totale estinzione de'debiti contratti per la fabbrica della suddetta Cattedrale =. Quum enim Benedictus XIII. mediæ annatæ præstationem ab omnibus Beneficiis extra Ecclesias Collegiatas erectis fieri demandaverit, suamque constitutionem decreto *irritanti*, et clausula *sublata* munierit, contraria consuetudo, etiamsi centenaria, nullius esset ponderis, ac penitus contemnenda ad tradita per *Rot. cor. Cerro decis.* 572. *num.* 11., *cor. Falconer. tit. de offic. ordin. decis.* 3. *num.* 3., *Sac. Congreg. in Reatina Mediæ Annatæ* 12 *Maji* 1770 §. *ad primum*, *et* 16 *Maji* 1789.

Sint igitur

Dubia

I. *An constet Ecclesiam S. Georgii esse Collegiatam in casu etc.*

II. *An Beneficiati ejusdem Ecclesiæ teneantur solvere mediam annatam Ecclesiæ Cathedrali in casu etc.*

Non proposita cum sequenti.

MACERATEN. REDUCTIONIS MISSARUM. Ineunte seculo decimo quinto ad Collegiatæ honorem ab Apostolica Sede evecta est Maceratensis Ecclesia SSmi Salvatoris. Canonicorum Collegium nedum Præposito animarum curam obeunte, sed etiam sex constabat Capitularibus, qui singulis diebus festis Missam et Vesperas canere, ac solemnioribus quibusdam festivitatibus Matutinum quoque recitare obstringebantur. Quatuor subinde alii accesserunt Canonicatus ex pia quorumdam virorum largitione fundati, ac peculiaribus præbendis instructi. Pluribus autem abhinc annis Canonicorum Collegium ex Ecclesia SSmi Salvatoris ad Templum S. Joannis fidelium commoditate, ac divini cultus decore ita suadente translatum est, simulque

Sess. 22. *cap.* 6. *de reform.*

Canonici ad majorem Dei gloriam, populique ædificationem onus canendi Missam Conventualem, ac singulas horas canonicas tam Dominicis, quam festis, nonnullisque aliis diebus devoto lubentique animo susceperunt. Præpositus satis quidem ampla fruitur præbenda; at reditus Canonicorum tum eorum, quos vocant de Massa, tum reliquorum ita ex præteritorum temporum calamitate decreverunt, ut vix annuam cuique afferant summam scutatorum quadraginta. Præterea sex Canonici de Massa onere Missarum tercentum nonaginta septem ex duodecim legatis proficiscentium quolibet anno gravantur, quæ Dominicis, vel certis hebdomadæ diebus ex suprema voluntate sunt celebrandæ. Missarum hujusmodi implementum adeo Canonicis, qui eas litare solent, evadit incommodum, ut ipsi ad quaslibet etiam animi anxietates et lites prorsus eliminandas novam magisque aptam vehementer cupiant invehi methodum. Hinc postulant, ut eædem Missæ ita reducantur, ut unum tantum Sacrum singulis hebdomadis, et in die ad libitum quilibet ex sex Canonicis applicare teneatur. Aliud tandem adest pium legatum, cujus satisfactio universo imminet Capitulo; Canonicus enim Galassi supremis suæ voluntatis tabulis quædam Canonicorum Collegio reliquit bona, adjecto onere Missarum quinquaginta trium, quarum una cum cantu in animæ suæ expiationem offerenda. Quocirca Præpositus et Canonici hujus quoque legati eam sibi impertiri deprecantur reductionem, ut præter Missam cum cantu quadraginta quatuor dumtaxat Sacra quolibet anno facere compellantur.

Oratorum preces veritati esse apprime consonas fatetur Episcopus de informatione et voto rogatus, qui insuper addit „ sacras functiones et ceremonias in ea Ec- „ clesia rite admodum, et cum dignitate perfici, nec „ quidquam esse quod reformatione indigeat „. Deinde animi sui sensum Oratoribus propitium aperit, itemque refert oblatas preces „ nedum eo spectare, „ ut certa methodus statuatur, æqualisque onerum „ divisio fiat inter Canonicos de Massa, et inter re-

„ li-

„ liquos quatuor Canonicos, qui non sunt de massa
„ in iis oneribus, quæ toto capitulo sunt communia,
„ ut quisque facile sine ambiguitate et errore nosce-
„ re possit, quot et quibus oneribus, et quibus die-
„ bus debeat ipse satisfacere, sed insuper Oratores
„ illarum Missarum reductionem quam a benignitate
„ atque indulgentia vestra sibi concessum iri sperant,
„ postulare, tum propter majus Chori servitium quod
„ hodie peragunt, tum propter præbendarum tenui-
„ tatem, ex quibus vix quadragena singulis scutata
„ quotannis redeunt, ex quo præsertim sive in Locis
„ Montium sive in diminutione, aut etiam amissione
„ sortis capitalis aliquorum Censuum non levia pas-
„ sæ sunt detrimenta „.

Missarum reductionem ac translationem tum concedere solet hic Sacer Ordo, cum justa ac rationabilis non deest causa. Hanc revera in themate præsto esse, tria suadere videntur, nimirum certus ac plenior decernendus Ordo, ne Canonici ob implexam methodum animi anxietatibus, et erroribus in posterum quoque subjiciantur: item redituum imminutio; decet enim Canonicos iis præditos esse fructibus, qui pro personarum ac locorum qualitate pares sint decenti eorum sustinendo gradui, *Concil. Trid. sess.* 24. *cap.* 15. *de reform.*, *S. Congr. in Nullius S. Martini* 27. *Julii* 1822., *et in Senogallien. Reductionis onerum* 28. *Aprilis* 1827. §. *Jam vero*, ideoque imminutis reditibus, onera quoquo imminuantur oportet, *S. Congr. in Taurinen.* 1. *Martii* 1817. §. *Petitæ*, *et in Firmana* 9. *Augusti* 1817. §. *Videndum*: demum gravius ac decentius chori servitium, quam quod ante bonorum decrementum Canonici præstare consueverant; si enim fructus oneribus respondeant oportet ad tradita per *S. Congreg. in Tranen. Reductionis* 24. *Julii* 1824. §. *Præbenda*, *ac in Nolana Reductionis onerum et translationis* 18. *Augusti* 1827. §. *Canonicales*, æquitati congruit quam maxime, ut modica, quam Oratores efflagitant, indulgeatur Sacrorum reductio, præsertim quia Missam Conventualem pro benefactoribus in genere, quam antiquitus, ac etiam post evulgatam notissimam Encyclicam *Cum semper oblatas*, nemine Episcoporum

greg.

obtinente, Canonici omittere solebant, nunc singulis diebus festis applicare haud prætermittant.

Nihilominus videant Emi Patres, utrum hujusmodi rationum momenta tanti sint ponderis, ut supremis decedentium voluntatibus sit derogandum. Sane quod pertinet ad methodum implendi Missarum onera, quodvis erroris ac querimoniæ plane avertitur periculum, si Canonico Sacristæ onus injungatur curandi Missarum satisfactionem die ac loco a testatoribus præscripto. Redituum autem imminutionem haud quidem eam esse deprehenditur, quæ Sacrorum reductionem impertiendam suadeat, cum tenues non dicantur chorales præbendæ, quæ, cunctis subductis oneribus, annuam afferunt pecuniæ vim scutatorum triginta aut quadraginta ad ferendum chori servitium, *S. Congregatio in Massanen. Reductionis onerum* 14. *Decembris* 1822, *et in Nullius Trium Fontium Unionis Beneficiorum et reductionis Missarum* 20. *Decembris* 1828 *ad II. Dub.* Quod reliquum est de graviori choralis servitii pondere, id partim lubenti animo amplexati sunt Canonici, partim ex sacrorum canonum jure proficiscitur. Profecto neminem latet, ab omnibus Canonicis sive Cathedralis sive Collegiatæ Ecclesiæ, atque ab iis etiam, qui animarum curam gerunt, non obstante quacumque contraria consuetudine, aliarumque Missarum pro peculiaribus fundatoribus implemento, singulis potissimum diebus festis ferendum esse onus canendi et applicandi Missam Conventualem pro benefactoribus in genere, veluti post Benedictinam Encyclicam tradit *S. Congr. in Marsorum Missæ Conventualis* 17. *Martii* 1827, *in Urbanien. Missæ Conventualis* 19. *Julii* 1828, *et in Brugnaten. Missæ Conventualis* 1830.

Sint

Dubia

I. *An et quomodo sit concedenda reductio ac translatio Missarum sex Canonicis de Massa incumbentium in casu etc.*

II. *An et quomodo sit concedenda reductio Missarum Legati Galassi in casu etc.*

Die

Die Sabbati 18. *Junii* 1831. *in Palatio Apostolico Quirinali erit Sacra Congregatio Concilii, in qua præter alia proponentur infrascripta Dubia, juxta morem ejusdem Sacræ Congregationis de jure resolvenda.*

MACERATEN. MEDIÆ ANNATÆ.

Sess.7.cap.8., et Sess.22. cap. 3. de Reform.

Dubia

I. *An constet Ecclesiam S. Georgii esse Collegiatam in casu etc.*

II. *An Beneficiati ejusdem Ecclesiæ teneantur solvere mediam annatam Ecclesiæ Cathedrali in casu etc.*

Ad I. Negative.

Ad II. Affirmative et esse consulendum SSmo pro absolutione quoad præteritum.

MACERATEN. REDUCTIONIS MISSARUM.

Sess. 22. cap. 6. de Reform.

Dubia

I. *An et quomodo sit concedenda reductio ac translatio Missarum sex Canonicis de Massa incumbentium in casu etc.*

II. *An et quomodo sit concedenda reductio Missarum Legati Galassi in casu etc.*

Ad I. Affirmative quoad translationem, in reliquis negative.

Ad II. Negative.

ME-

Sess. 24 cap. 1 de refor. matri.

MELEVITANA OBSEQUIORUM MATRIMONIALIUM. Aloisius Costa et Maria Anna Bonello in civitate Vallettæ commorantes, ille divitis negotiatoris filius, hæc pauper et sarcinatricis artem exercens, die 14 Junii anni 1829 connubium in faciem Ecclesiæ, assentientibus, imo suadentibus utriusque sponsi genitoribus, contraxerunt. Uxor in viri domum confestim deducta communem cum eo pluribus diebus habuit thalamum, animorumque concordia inter conjuges extitisse visa est, donec ipsi alto nuptiarum arcana pressere silentio. At ubi rumor incessit, matrimonium nondum fuisse consummatum, illico pax turbari cœpit, illico jurgia inter sponsam, ac viri novercam exarserunt, et conjuges, in adversam lapsi valetudinem, communi toro sese abstinuerunt. Vir, qui vel ante matrimonii celebrationem aliqua afficiebatur mœstitia, ideo se mœrore tabescere, sponsamque sibi exosam esse retulit, quia jam inde a prima nuptiarum nocte tantam in ea oris graveolentiam deprehendit, ut horrorem et stomachum moveret. Mulier autem gravem sibi esse halitum denegabat, morbum ex animi perturbatione a se contractum, pacem vero conjugum novercalibus insidiis turbatam fuisse suadere nitebatur. Quinquaginta tandem post dies factum est, ut Maria Anna ex Medici consilio ad paternam domum redierit, ut inibi amissam animi tranquillitatem recuperaret, morbumque depelleret. Cum vero Mulier, pene a Viri laribus profecta, comperisset, Aloisium dictitasse, se numquam uxorem suam recepturum, ac divortii petendi adesse causam, idcirco die 8 Augusti 1829 vadimonium ei dixit in Episcopali Curia, ut uxori suæ obsequia matrimonialia præstare compelleretur, seorsim tamen a familia Costa = per evitare così continui strapazzi e mortificazioni =. Initio coram judice sistitit Aloisius, nonnullaque exhibuit testium documenta, ut probaret, jure se ab uxore separasse, et ad eam numquam accessisse propter oris putredinem atque fœditatem, sed postea, licet pluries excitatus, vadimonium deseruit. Quocirca die 24 Septembris ejusdem anni Judex

sen-

sententiam protulit, qua declaravit, *non constare de assertis causis perpetui divortii*, damnavitque *citatum Aloisium Costa ad cohabitandum cum citata Marianna ejus uxore, eique obsequia matrimonialia præstanda* =.Appellationem ad Apostolicam Sedem protinus interposuit Aloisius, ac demum causæ cognitionem ad hunc Sacrum Ordinem ab R. P. D. Auditore SSñi ablegari obtinuit.

Quanquam conjuges individuam vitæ consuetudinem divini et humani juris sanctione servare teneantur; nihilominus si justæ urgentesque præsto sint causæ, tori habitationisque indulgetur separatio, *Coscius de separ. tor. lib.* 2 *cap.* 1 *num.* 19 *et seq.*, *Rot. cor. Malvasia decis.* 128 *num.* 1, *et cor. Veri decis.* 19 *num.* 2. Has inter recensetur morbus contagiosus, quo alter conjugum laboret, quique medicorum judicio secumferat periculum gravis infectionis, quemadmodum *arg.cap.* 1 *de conj. lepros.* docent *Sanchez lib.* 9 *disp.* 24, *Pirhing. de conj. lepros. num.* 10, *Reiffenst. lib.* 4 *decret. tit.* 8 *num.* 6. Jam vero morbo contagioso assimilatur halitus adeo gravis et pestilens, ut nec temporis beneficio, nec adhibitis remediis superari possit, et alterum conjugem, ne eadem contagione inficietur, a reddendo debito plane avertat, *Coscius loc. cit. lib.* 3 *cap.* 8 *num.* 348 *et seq.*, *Lancellot. instit. canon. lib.* 2 *tit.* 10, *Cavalcan. decis.* 18. *num.* 26.

Quæ cum ita sint, propitium Aloisio EE. VV. judicium sibi blanditur ejus Defensor. Etenim ex ore Mariæ Annæ adeo fœtidum ac tetrum odorem exhalare tuetur, ut cum ea impossibilis sit individua vitæ societas; siquidem nedum testes domestici, sed etiam in arte chirurgica peritus Ferdinandus Bigola fidem perhibent = *che Maria Anna col suo fiato tramandava dalla bocca un fetore insoffribile* =. Neque ulla affulget spes, ut mulier a morbo convalescat, aut fœtor mitescat; præterquam enim ipsa curationi sese subjicere noluit, licet vir Medicos accire e re sua putasset, illud accedit, quod ejusmodi infirmitas non ex dentium vitio aut putredine suam petat originem, sed proficiscatur, ceu refert Chirurgus, = *da una malattia gastri-*

strica, *e da una affezione scorbutica* =, ac propterea eidem frustra adhiberentur artis remedia, *Zacch. quæs. medic. legal. lib.* 2 *tit.* 3 *quæst.* 11 *num.* 11, *et lib.* 9 *tit.*10 *quæst.* 5 *num.*17. Præterea subdit præfatus Chirurgus, graveolentiam, qua premitur Maria Anna, non solum fætidam esse, verum etiam pestilentem, et Aloisio, qui gracili ac tenui est corporis habitu, omnino noxiam: cui quidem physici Doctoris testimonio de malignitate morbi deponentis omnino adhærendum esse tradunt *Zacch. loc. cit. lib.* 10 *cap.* 26 *num.*7, *ac Rot. in recent. part.*4 *tom.*1. *decis.* 49. *num.*2, *et cor. Crispo decis.* 292. *num.* 3, ac suadet ipsa Aloisii experientia, qui ob servatam cum uxore vitæ consuetudinem et ob toleratas animi angustias ita correptus est adversa valetudine, ut ad sanitatem recuperandam alio commigrare coactus fuerit. Cum itaque Aloisio ex cohabitatione cum uxore grave immineat salutis periculum, nedum quoad torum, sed etiam quoad habitationem sancienda est conjugum separatio, cum ordinata charitas id postulet, aut saltem concedat, ut quis propriæ incolumitati prius prospiciat, et ab iis se abstineat, quæ in probabile illum conjicere queunt vitæ periculum, *Engel. jus canon. lib.* 4 *tit.*8 *num.*1, *Sanch. de matrim. lib.* 9 *disp.* 24 *num.* 29, *et Reiffenst. de conj. lepros. num.* 7.

Alteram quoque separationis causam in themate occurrere autumat Aloisii Defensor, scilicet simultates, lites, ac jurgia, quæ inter conjuges eorumque parentes exorta jam sunt, et a quibus nonnisi scandala et rixæ expectari possent, si conjuges ad insimul cohabitandum, et ad invicem præstanda obsequia matrimonialia adigerentur. Aloisius namque ægro animo, si testes vera narrant, atque ut patri morem gereret, connubiale fœdus cum Maria Anna contraxit. Hanc animi aversionem, imo odium mirum in modum fovit contagiosus morbus, quo sponsam laborare ipse penitus ignorabat: auxit autem, et explevit tum contestatio hujus litis, tum judicium de tentata fuga, de jocalibus vestibusque restituendis, ac de illatis injuriis a Maria Anna, et ab ejus parente contra Aloisium jamdiu

diu institutum. Odia autem et implacabiles inimicitias inter conjuges eorumque familias justam præbere causam ad separationem tori et habitationis decernendam docent *Sanch. lib.* 10 *disp.* 18 *num.* 6, *Rot. par.* 1 *recent. decis.* 706 *num.* 1, *coram Herrer. decis.* 39 *num.* 7.

At mulieris Defensor non solum inficiatur, halitum adeo graviter olentem, fœtoremque ita malignum ex ore Mariæ Annæ spirare, ut horrorem accedenti ingerat, et perpetuam individuamque impediat vitæ consuetudinem, quemadmodum Aloisius probare nititur, ac necesse est ad conjugum separationem sanciendam; sed insuper affirmat, nunquam contagioso eam morbo fuisse infectam, et nunc optima frui valetudine. Et sane ad probandam morbi malignitatem in medium afferre oportet peritorum testimonium, non autem testium fidem, *Coscius de separat. tor. lib.* 2 *cap.* 12 *num.* 6, *Zacch. quæst. med. leg. lib.* 10 *consult.* 26 *num.* 7, *Rot. in Placentina Separationis Tori* 5 *Junii* 1752 §. *ultim. coram Bussio*. Quamobrem nullo in pretio habendas esse contendit testium depositiones, qui insuper novercæ artibus inducti vel extranea vel inverosimilia narrant. Quod vero spectat testimonium Chirurgi Bigola, nullam huic arbitratur præstandam esse fidem: inauditum enim esset in hac re gravissima fidem præbere testi unico et extrajudiciali, potissimum quia a Maria Anna proferuntur testimonia aliorum Medicorum, qui contrarium testantur, ut apposite post textum *in cap. Licet de testib.*, *et L. Jurisjurandi Cod. de testib.* perpendit *Rot. decis.* 578 *num.* 3 *coram Riminaldo*, *et decis.* 84. *num.* 9 *coram Herzan*, *Sac. Congreg. in Imolen. Separationis Tori* 11 *Martii* 1786 §. *Ait.*

Profecto Medicus Speranza a Mariæ Annæ parente, dum ipsa in viri domo adhuc versabatur, accersitus, nulla facta fœtoris aut gastrici morbi mentione, eam invenit affectam = *da sintomi di un' imminente isterismo, cagionati da forti passioni di animo* =. Ab his autem morbi affectionibus ipsam jam convaluisse eruitur ex testimonio unius alteriusque Medici, qui die 13

Martii 1831 Mariam Annam inviserunt, et asserere non dubitarunt = *che la sunnominata Maria Anna Costa va godendo ottima salute* =, et inspectis naribus et ore, retulerunt, nullam in his existere suspicionem = *di malattia qualunque, nè nessun fetore abbiamo sentito da queste parti* =. Nec prætereundum, quod etiamsi fœtor ex ore Mariæ Annæ manaret, atque iste justam præberet causam, cur Aloisius tori peteret separationem, attamen ad cohabitandum cum sua uxore foret compellendus: conjuges enim nedum debitum conjugale sibi invicem reddere, sed etiam insimul habitare tenentur, ac propterea nisi periculum infectionis ejus esset generis, ut etiam cohabitationem impediret, tori dumtaxat, non autem habitationis separatio foret permittenda, *Sanch. de matrimon. lib.* 9 *disp.*24 *n.*29, *Reinffest. lib.* 4 *decret. tit.* 8. *n.* 10.

Quod vero superest de inimicitiis et jurgiis inter conjuges, eorumque familias, tanti ponderis esse non videntur, ut perpetua saltem decernatur conjugum separatio, *Sac. Congreg. in Taurinen.* 13 *Septembris* 1721, *et in Florentina* 27 *Martii* 1727 §. *E contra.* Nam si quodcumque odium, aut animi alienatio sufficientem suppeditarent divortii causam, jam plures conjuges cum animæ periculo dissociare oporteret. Reliqua haurient Emi Patres ex allegationibus utrinque circumferendis, ut dirimere possint, quod proponitur

Dubium

An sit locus præstationi obsequiorum matrimonialium in casu etc.

Affirmative, et scribatur Episcopo ad mentem. Mens est, ut Episcopus ante unionem curet animos reconciliare.

RO-

ROMANA SEU MONTIS POLITIANI LEGATORUM. Quæ ad inspiciendam hujusce causæ speciem pertinent, ea satis prostant exposita in *Folio diei 22. Julii 1826.*, ubi tribus propositis dubiis in calce hujus Folii describendis, responsum prodiit = *Dilata, et facto verbo cum SSmo pro absolutione quoad præteritas omissiones, implcantur pro nunc Missæ juxta Votum Emi Vicarii, et solvantur Josepho Tarugi per modum provisionis scuta quindecim quolibet mense incipiendo a die prima Novembris proxime futuri; in reliquis ad D. Secretarium juxta mentem: mens est, ut agat cum Deputatis Archiconfraternitatis ad effectum cognoscendi statum activum et passivum hereditatis, et curandi aliquam concordiam a S. Congregatione approbandam.* Ad tramites hujus decreti, quum singulis jam mensibus Josepho Tarugi scutata quindecim pendi cepissent, illud statim exquirendum suscepi, quonam piæ hereditatis vires pertingerent; tum vero ambas, quarum intererat, partes rite monui et excitavi, ut æquum aliquod conciliationis specimen apud me utrinque proponerent. Qui Tarusiorum gerit negotia, id suorum clientum consilio pro concordia statuendum protulit, ut menstruam scut. 25. assignationem uni cuidam studioso Juveni ex gente Tarusia in perpetuum solveret Archiconfraternitas SS. XII. Apostolorum; atque ea sane lege, ut idoneos ipsa fundos pro hujusce legati dote et fructibus, necnon pro altero Capellaniæ legato obstrictos peculiari hypotecæ subjiceret. Sed Archiconfraternitatis Administratores nonnisi scutata decem in studiorum legatum singulis mensibus pendenda exhibuerunt, dummodo Tarusii suo et successorum nomine sese omni in posterum prætenso jure solemniter abdicasse profiterentur, et ab hac S. Congregatione temporaria Capellaniarum suspensio pro summo hereditatis Tarusiæ decremento interea impertiretur. Partium votis ita in adversum pugnantibus, meam quidem operam ulterius navare non destiti, ut, quantum in me situm esset,

Sess. 22. cap. 6. de reform.

esset, S. Congregationis menti satisfacerem. Incassum tamen. Postea enim Administratores Archiconfraternitatis, documentis, quæ gestam administrationem illustrarent, undique conquisitis, ac novis accuratisque accepti et expensi confectis tabulis, consilium inierunt de tuenda rerum a se gestarum honestate et diligentia, quam objectis Tarusiorum animadversionibus male obscuratam querebantur. A qualibet igitur concordiæ pertractatione constantissime abhorrentes, suppliciter potius efflagitarunt, ut tota, de qua agitur, controversia huic S. Ordini ex jure definienda iterum proponeretur. Administratorum precibus annuendum censui, partibusque hodiernam diem ad peremptorium causæ judicium rite constitui. Etsi autem Tarusiorum Patrono tempestive concessum sit, ut omnia perspiceret rationum momenta, quibus Archiconfraternitatis jura defenduntur, tamen ex eorumdem Tarusiorum parte nihil hactenus ad me pervenit, ac solummodo novas ipsi preces pro aliqua ineunda transactione nuperrime instaurarunt. Illud itaque unum mihi hoc in loco curandum, ut, quæ in Allegationibus Archiconfraternitatis de more distribuendis potissima sunt, ea nunc pressius exscripta EE. VV. oculis subjiciantur.

Administratorum Archiconfraternitatis defensio eo in primis spectat, ut, antequam de studiorum legato a Comite Sfortia Tarugi anno 1750. relicto quidquam statui possit, implendum omnino suadeat duarum Capellaniarum onus, quas jam ante ab anno 1724. illius Uxor Comitissa Isabella Salvati eidem viro suo et heredi instituendas præceperat hisce verbis „ *Si erigga una Cappellania perpetua di una Messa quotidiana, ... in caso che detto mio Consorte non riprendesse Moglie o non avesse Figliuoli, dopo la di lui morte di tutta la roba se ne debba levare tanta quantità, quanta sarà sufficiente per eriggere un' altra Cappellania* „. Porro, quum Comes Tarugi nullis ex altera et tertia uxore susceptis liberis decesserit, haud aliter pia ejusdem Comitis hereditas narrato duarum Capellaniarum legato teneri deprehenditur,

ac si æris alieni pondere gravaretur, cujus deductioni præ omnibus plane legatis a Tarusio scriptis locus esse debeat *ex leg.* 6. *C. de lege Falcidia, leg. pater* 54. *eod. tit. leg. æris* 39. *eod. tit., leg.* 39. §. 1. *de verb. sign.* In themate autem eo etiam magis contenditur, omnimode decernendam esse ex Testatricis mente duarum Capellaniarum satisfactionem, quod eam vel ipse Comes Tarugi præ suo studiorum legato maxime commendaverit, dum Archiconfraternitatem SS. XII. Apostolorum sibi heredem testamento faciens illud ante omnia indixit ac voluit, *che si dia esecuzione, o per dir meglio si proseguisca ad eseguire esattamente tutto ciò, che ha disposto la prima mia Consorte Contessa Maria Isabella Salvati nel suo ultimo testamento fatto a mio favore*. Jam vero ad utriusque perpetuæ Capellaniæ implementum cum onere missæ quotidianæ perficiendum minime certe sufficeret, ut summa scut. 60. unicuique quotannis statueretur, quemadmodum Emi Cardinalis Vicarii Votum in præcedenti causæ propositione elucubratum suaderet : sed necesse prorsus esse ait Archiconfraternitatis Patronus, ut ex hereditario Comitis Tarusii asse, annuus saltem scutatorum 72. reditus pro cujusque Capellaniæ dote ad manualis eleemosynæ taxam suppetat ; nisi libeat *adversus L.* 120. *ff. de verbor. signif., ex Can. Ultima voluntas caus.* 13. *qu.* 2., *et L.* 1. *Cod. de Sacr. Eccl.* ejusmodi Missarum legata imminuere, ut ex memoratæ Isabellæ censu Legatarii Comitis Tarugi compotes voti sui fieri valeant, atque ita gravissimum infligere vulnus ipsius piæ Institutricis voluntati, quæ de prima Capellania sermonem instituens imperaverat viro suo, *che non manchi e non sia causa che patisca l'anima del mio caro Padre, ed a suo tempo quella del mio caro Consorte, e la fondi bene, acciò sia perpetua e non declini mai*. Atque hæc profecto verba alteri etiam Capellaniæ aptanda videntur, quam, si Comes Tarugi improles obiisset, eadem Testatrix superiori persimilem esse jusserat, inquiens, *di tutta la robba se ne debba levar tanta, quanta sarà sufficiente per eriggere un' altra Cappellania perpetua*.

Quum

Quum ita hæc se habeant, eo se jam vertit Archiconfraternitatis SS. XII. Apostolorum Defensor, ut, si ex Tarusiæ hereditatis viribus congrua duarum Capellaniarum dos una cum ceteris oneribus et ære alieno subducenda sit, haud sane tantos probet superesse fructus, unde pro studiorum legato a Comite Tarugi relicto menstrua scut. 25. summa erui possit. Exaratis namque activi status tabulis luculentissime patet, collectos simul Locorum Montium et Latifundii *Ferrariensis ac Mutinensis* reditus, quibus piæ hereditatis vires totæ consistunt, nonnisi ad annua scutata 186. 46. $\frac{1}{2}$ hucusque adscendisse: ex iis propterea, ubi scutata 144. pro Capellaniis, atque alia scutata 11. 26. pro tribus ceteris in passivo hereditatis statu descriptis oneribus detracta fuerint, annua tantummodo scutata 21. 20. $\frac{1}{2}$ pro studiorum legato, et pauperum eleemosynis superextarent. Quare ut S. Congregationis mandatis obsequeretur Archiconfraternitas, quæ Josepho Tarugi menstrua scut. 15. præstare jussa fuit, eam profecto pecuniæ vim ex aliis piis patrimoniis mutuari debuit, quibus post hujus exitum litis absolutissima fieri debet restitutio. Ceterum Archiconfraternitatis Patrono nihil esse videtur, cur Adversarii Tarusii non jam unicum, sed duplex ejusmodi studiorum legatum sibi contendere conati sint. Ita enim se habet testamenti litera = *Che si dia alla mia Consorte finchè essa vorrà stare nello stato vedovile scudi venticinque al mese . . . . . nella mancanza poi o per morte della mia Consorte o per volersi rimaritare, o per qualunque altra ragione, ricadendo detto assegnamento di scudi* 25. *alla Compagnia, voglio che il sudetto s' impieghi nel mantenere nel Collegio de' PP. Gesuiti di Prato un Giovane Cavaliere allo studio . . . . . tutto ciò che avanzerà della mia eredità, e sua annua entrata voglio che si distribuisca in tante elemosine ai veri poveri*. Nec illiusmodi studiorum legati formam ac substantiam Codicillus immutavit, cujus ea sunt apertissima verba = *Essendo che io sottoscritto nel mio ultimo testamento avessi ingiunto al mio Erede il peso di dover tenere col frut-*

to

to della mia eredità per un tempo determinato uno o due Giovani Cavalieri allo Studio de' Casati da me nel sudetto Testamento nominati , ... dichiaro e voglio , che la mia sopraccennata disposizione di doversi dal mio Erede tenere uno o più Giovani allo studio non abbia luogo se non dopo che la mia dilettissima Consorte sarà da questa passata all' altra vita , oppure seguita la mia morte etc. Etenim relata Codicilli pars *enunciativa* quidem est , ut menstrua scutata 25. , quæ uni tantum Adolescenti tribuenda præscripserat Tarusius in testamento , sive uni , sive pluribus etiam ejusdem Tarusiæ Gentis Adolescentibus dividi studiorum causa possint ; haud tamen est ejusmodi , ut *dispositivam* ipsius testamenti præscriptionem de unica et expressa singulis mensibus scut. 25. solutione revocasse penitus et evertisse dicatur *ad tradita per Mantic. de conjecturis ultimarum voluntatum Lib.* 13. *tit.* 1. *num.* 30. , *Surd. Consul.* 230. *n.* 9. 10. , *et Rot. decis.* 472. §. 1. *part.* 5. *tom. II. recent.*

Postremo ad ea pergit Archiconfraternitatis Defensor, quæ ad futuram legatorum executionem provide muniendam disquiruntur. Verumtamen id sibi primum arbitratur convenire , ut nobilissimorum ipsius Archiconfraternitatis Moderatorum honestatem et solertiam in obeundis Tarusiæ hereditatis negotiis adhibitam ab omni Adversariorum suspicione et dicterio in EE. VV. conspectu vindicet. Tuetur igitur transactiones cum Vidua Comitissa Alberici et cum fratribus Lombardi sapientissime fuisse initas , nec de ullo prorsus vitio eas insimulari posse , quum solemni celebratæ fuerint ritu , et Apostolico dein Beneplacito confirmatæ. Nec ullam quidem causam subesse putat Tarusiis , cur reprehendere velint Urbevetani Latifundii venditionem majori , quod licuerit , pretio ex edictorum affixione et suprema auctoritate peractam , utpote quæ ad illius transactionis exitum et hereditarii æris alieni solutionem pertinuit. Optimo autem consilio Ferrariense et Mutinense latifundium præ Urbevetano retinendum fuisse adfirmat , quia scilicet ex hereditate Isabellæ Salvati illud proficiscens non modo Capel-

laniarum oneri præcipue obnoxium erat, nec ideireo pro ære alieno Familiæ Tarusiæ dimittendo vendi debebat, sed in emphyteusim etiam possidebatur a Fratribus Veronesi: adeo ut nonnisi annuus Canon sc. 90 distrahi potuisset, idque ob regionis naturam non sine evidenti pii patrimonii detrimento. Omni itidem modo Archiconfraternitatis Defensor propugnat, rectissime fuisse gestam ceterorum omnium nominum Tarusiæ hereditati inhærentium extinctionem, ac nullo insuper pacto improbandos spectatissimos Administratores, qui, omnibus impletis legatis, quidquid pecuniæ ex pretio Urbevetani Latifundii atque aliis reditibus superfuit, totidem Locis Montium non vacabilibus ante annum 1797 investiendum curaverint. Isthæc namque investimentorum ratio, etsi ob posteram publicarum rerum subversionem primæva fide sua exciderit, tutissima tamen ac prudentissima eo usque habita fuerat, et pro Ecclesiarum præsertim ac pupillorum utilitate tum quotidiano usu tum gravissimis Doctorum et Tribunalium responsis magnopere probata, *Constantin. in disc. de Loc. Mont. n.* 137, *Card. de Luca de Regal. disc.* 43 *n.* 2 *et seq. de Censibus disc.* 17 *num.* 7 *de Tutor. disc.* 6 §. 32, *Rot. cor. Caprara decis.* 157 §. 13. Ad ceteras quod spectat Tarusiorum objectationes, subdit Archiconfraternitatis Defensor, absolutam prorsus redditionem rationis de piæ hereditatis administratione jam fuisse exhibitam, iterumque lubentissime exhiberi; eam tamen in themate a *voluntariis* et *honorariis* Administratoribus, submoto penitus juris rigore, ac mitius, quam fieri potest, exigendam, uti docet *Bald. in leg. cum oportet Cod. de bon. quæ liber.*, *Rota in Eugubina Pertinentiæ Feudi super Redditione Rationis* 11 *Decembris* 1775 §. 3 *cor. Soderino*, *et in confirmatoria* 1 *Julii* 1777 §. 2 *cor. Sentmanat.* Eosdem præterea Administratores, etsi necessarii, non voluntarii et honorarii extitissent, de quorum perspicuo dolo lataque ac supina negligentia nullimode constet, ne de inexactis quidem creditis vexari posse evincit *ex textu in Leg. si Tutor* 16, *et leg. Chirographis*

phis 58 *ff. de administr. Tutor., Leg. Nomina* 2 *Cod. arbitr. tutel., Rot. cor. Molines decis.* 570 *num.* 20, *et in Romana fructuum* 24 *Januarii* 1752 §. 11 *cor. Vicecomite*; multoque minus teneri de rerum venditarum æstimatione, sed de pretio dumtaxat ac reipsa percepto, *Bartol. in leg. prima n.* 9 *ff. de eden., Rot. cor. Ansaldo decis.* 330 *num.* 13, *et in Romana Salviani super reservatis* 13 *Aprilis* 1739 §. 9 *et* 10 *cor. Millino, et in Romana Reddition*is *ration*is 4 *Maji* 1753 §. 8 *cor. Bussio.* Denique ad omnes Adversariorum petitiones singillatim infirmandas plura alia, quæ videre licet ex Schematibus Allegationi adjunctis, persequitur Archiconfraternitatis Patronus; unde Moderatorum integritas et religio in pia hereditate administranda ita EE. VV. oculis eluceat, ut, si posthac eorumdem cura et sollicitudo ob temporum rerumque iniquitatem felici caruerint eventu, de hoc sane diligentissimi Administratores respondere non teneantur *ex leg.* 3 *ff. de contr. Tutel. Act.* §. 7, *et leg.* 10 *in princip. de negot. gest.*

Ex hisce omnibus, quæ hactenus disputata sunt, concludit ipse Archiconfraternitatis Defensor, pro futura legatorum executione standum non esse Voto Emi Urbis Vicarii, cui videlicet in superiore Causæ actione tot ac tanta adjunctorum rationumque momenta ad rem scitu necessaria fuisse ab Adversariis Tarusiis occultata, multa autem studiose efficta et veritatis fuco perlinita profitetur. Ex hodiernis enimvero hereditatis Tarusiæ viribus probare nititur, omnimodam nunc legati Studiorum executionem obtineri non posse, atque id proinde in posterum e prudenti ipsius hereditatis compendio fore præstolandum. Ferrariensi nimirum et Mutinensi latifundio jam ab Archiconfraternitatis Administratoribus anno 1830 rite divendito, atque integro ejusdem pretio scut. 5100 utilioribus, quam fieri potest, investimentis quantocyus collocato, suspendendum interim proponit studiorum legatum, cui nequit aliunde satisfieri: tum vero impletis Capellaniarum oneribus, atque expensis Administrationi necessario inhærentibus, instituendum esse fructuum mul-

tiplicum ad eam usque diem, qua hereditarius census ex Testatoris mente annua scutata 300 pro unico studiorum legato suppeditare, atque insuper scutata 100 tribuere valeat pauperibus, quibus, uti arguit Defensor Archiconfraternitatis, Testator ipse Comes Tarugi peculiare quodammodo legatum scripsisse censendus foret ex iis verbis = *tutto ciò che avanzerà dalla mia eredità, e sua annua entrata voglio che si distribuisca dalla Compagnia mia Erede a veri poveri, avendo in ciò principalmente riguardo.*

Erunt igitur dirimenda, quæ denuo proponuntur

Dubia

I. *An et quomodo sit locus executioni Legati Capellaniarum in casu etc.*

II. *An et quomodo sint exequenda Legata studiorum in casu etc.*

III. *An et quomodo sit providendum pro futura Legatorum executione in casu etc.*

Ad I. Affirmative ad taxam perpetuæ.

Ad II. Dilata, et suspensa subministratione scutorum quindecim quolibet mense, quidquid superest, erogetur in redintegrationem Archiconfraternitatis pro subministrationibus factis et expensis litis; qua redintegratione sequuta recurrant, et providebitur.

Ad III. Provisum in præcedentibus.

Sess. 24 cap. 12 de reform.

MAURIANEN. SERVITII CHORI. Ecclesia Cathedralis civitatis S. Joannis Diœcesis Maurianensis in Sabaudia inter altissimos sita est montium scopulos; quo fit, ut hyems ibi fere semper sit diuturna, frigidissima, et nivibus non minus quam aquis glacialibus plurimum abundans. Hinc viæ, quibus ad eamdem Ecclesiam patet accessus, matutino præsertim tempore difficillimæ esse solent, ac senibus etiam periculosæ. Hujus Capitulum, anno 1801 suppressum, et anno 1825 denuo erectum, decem tantum constat Canonicis, quorum plerique nedum horas canonicas

in

in choro quotidie persolvere, sed etiam alia ecclesiastica officia ob Sacerdotum penuriam, obire tenentur, quæ cum Matutini recitatione mane explenda vix conciliari possunt. His accedit, quod, cum plures Canonici sint senio confecti, hyemali tempore Ecclesiam Cathedralem ad Matutinum persolvendum absque sanitatis detrimento mane adire nequeant. Quocirca id enixis precibus postulant, ut post Vesperas et Completorium sibi in choro psallere liceat Matutinum cum laudibus diei sequentis.

Episcopus, quem pro informatione et voto rogavi, propitiam Oratoribus pandit animi sui sententiam, ea, quæ superius narrata sunt, confirmat, ac insuper addit „ Statuta capitularia nuper quidem condita sunt; „ verum nondum fuerunt ab Episcopo absoluta ap„ probatione munita, quia opportunum visum est ex„ pectare, utrum lapsu cujusdam temporis intervalli „ aliquid ipsis addendum detrahendumve agnoscere„ tur. Juxta ea, quæ hactenus statuenda visa sunt, „ quotidie Matutinum et laudes in Choro sine cantu „ psalluntur. Hora hujusce recitationis nondum fuit „ modo absoluto definita, donec Sacræ Congregatio„ nis responsum haberetur. Circa horam nonam Ma„ tutinam Missa Conventualis singulis diebus cum „ canta celebratur. Præcedat recitatio sine cantu ho„ rarum Primæ et Tertiæ; sequitur recitatio Sextæ „ et Nonæ; Vesperæ et Completorium quotidie psal„ luntur, hora post meridiem competenti. Diebus au„ tem Dominicis, item diebus solemnibus et in eo„ rum vigiliis Vesperæ et completorium decantari so„ lent „.

„ Sunt tantum Canonici numero decem. Nulli habentur „ Clerici Choro addicti, quibus in officio quotidiano „ juvari possint. Omnia beneficia, quæ olim in hac „ Ecclesia Cathedrali existebant, nuperis calamitati„ bus sublata sunt. Diebus vero Dominicis et Solem„ nibus, ipsis auxilio adsunt Clerici Seminarii „.

„ Præpositurae, primæ dignitatis, reditus annuus est 1800 „ librarum pedemontanarum; Archidiaconatus et Can„ toratus secundæ et tertiæ dignitatum 1400 earum-

dem

„ dem librarum; cæterorum autem septem 1000 tan-
„ tum ejusdem generis librarum; quod quidem ad
„ honestam eorum sustentationem vix sufficere potest,
„ cum enim nullæ sint ædes præbendis annexæ, sin-
„ guli Canonici quintam aut quartam prædicti redi-
„ tus partem in locatione domus impendere cogun-
„ tur „.

„ Quoniam nullus existit pro distributionibus quotidia-
„ nis instituendis census peculiaris, idcirco ad men-
„ tem Concilii Trid. ex omnibus præbendis tertia pars
„ circiter separata est in distributiones modo compe-
„ tenti convertenda; unde fit, ut tenues cujuslibet
„ Canonicatus reditus absentiis contingentibus iterum
„ imminuatur.

„ Non existunt onera specialia cuilibet præbendæ inhæ-
„ rentia, præter obligationem canonicam divini officii
„ celebrandi, et Missam conventualem vicissim ap-
„ plicandi prout jure sancitum est.

„ Causæ in precibus expositæ verissimæ sunt. 1. Enim
„ plerique ex dictis Canonicis aetate sunt provecti,
„ utpote ex senioribus et dignioribus parochis selecti.
„ 2. Revera, ob penuriam Sacerdotum, præter offi-
„ cium canonicum, adhuc tenentur aliquatenus ani-
„ marum saluti incumbere: unus quippe eorum est
„ simul Vicarius generalis et Officialis, alter pœni-
„ tentiarius, qui confessionibus excipiendis plurimum
„ vacare cogitur; alter est Rector Clericorum in Se-
„ minario degentium cum adjecto onere eosdem theo-
„ logiam moralem edocendi. Duobus aliis incumbit
„ cura Spiritualis eorum, qui in Carcere et Nosoco-
„ mio detinentur. 3. Verum est quoque hyemem in
„ hisce regionibus asperius sævire, omnesque vias,
„ quinque vulgo aut etiam sex mensium spatio duris-
„ sima glacie sterni. Eo itaque tempore decurrente,
„ vix patet Ecclesiæ Cathedrali accessus, maxime se-
„ nibus, ante lucis diurnæ adventum, seu ante ho-
„ ram a media nocte octavam, et revera temporis spa-
„ tium quod exinde usque ad meridiem superest, ma-
„ tutinis et laudibus convenienter psallendis, missis
„ privatis a singulis eorum celebrandis, missæ con-
„ ventuali decantandæ, et horis Canonicis ante et

„ post

„ post recitandis vix par et sufficiens esse potest .
„ Tempus vero pomeridianum , matutinis et laudibus
„ post Vesperas et completorium recitandis spatium
„ multo latius exhibet „ .

Primis Ecclesiæ temporibus non solum Clerici , verum et laici in Ecclesia conveniebant ad vigilias sacrosque coetus antelucanos celebrandos . At quod olim omnibus Christifidelibus commune fuit , postea solis Clericis peculiare evasit , et quod ab his in horis Canonicis persolvendis antiqua consuetudine observabatur , id Pelagius I. lege lata postea observari jussit , teste Coriolano in Breviario anni 555 , ac etiam Gregorius IX. *in Cap. I. de celebr. Missar.* confirmavit . Defervescente autem Clericorum charitate humanaque aucta infirmitate , remitti quidem contigit antiquam disciplinam , ac consuetudo invaluit , ut mane post ortum solis Matutinum et laudes in Choro a Canonicis sæcularibus persolverentur , *Benedictus XIV. Instit. eccl.* 107. *num.* 22. *S. Congr. in Massanen. Reductionis onerum* 14. *Decembris* 1822. §. *His* . Hinc quod *in Clement.* 1. *de Celebr. Missar.* statutum legitur , Divinum nempe officium in Cathedralibus et Collegiatis Ecclesiis *debitis horis* esse psallendum , ita hodie intelligi debet , ut ea hora matutina Divinum officium recitetur , quæ a peculiari statuto ac consuetudine præscribitur . Porro in themate agitur de Ecclesia Cathedrali , in qua antiqua viget consuetudo a constitutionibus capitularibus nuper conditis confirmata , quæ Matutinum et laudes ex communi Ecclesiæ disciplina mane post solis ortum in choro recitandum jubet : hanc vero consuetudinem esse omnino observandam tradit *Fagnan. in Cap. Consuetudine de Consuetud.*, *S. Congr. in Derthonen. Constitutionum* 12. *Septembris* 1829 §. *Porro* .

Verum communis est Theologorum omnium sententia jam a S. Thoma tradita in *quodlib.* 5 *quæst.* 13 *artic.* 28 , vespere post absolutum Completorium cuique extra chorum fas esse Matutinum cum laudibus diei sequentis pro suo lubitu recitare . Quin imo etiam Capitulis Cathedralium et Collegiatarum Ecclesiarum propter frigo-

goris rigorem, aeris intemperiem, inductam consuetudinem, vel aliam honestam rationem idipsum concedi posse tradunt *Braschus in Promptuar. Synod. cap.* 86.*num.*18., *Ceccoper. lib.*2 *num.* 20., *Benedictus XIV. Instit.* 107. *num.* 20. Enim vero hic Sacer Ordo tam *in Abulen. Servitii Chori* 23 *Januar.* 1790, quam *in Pisauren. Servitii Choralis* 27 *Aprilis* 1822. *in Massanen.* 14 *Decembris* 1822, *et in Derthonen. Constitutionum* 12 *Septembris* 1829 *ad I. Dub.*, ne Canonici valetudinis detrimentum ob frigidam cæli intemperiem paterentur, aliisque justis intercedentibus causis, facultatem arbitrio et prudentiæ Episcopi impertivit, ut absolutis horis vespertinis Matutinum et Laudes diei sequentis in Choro persolvere possent. Ad hanc ipsam veniam obtinendam duas affert causas Capitulum Ecclesiæ Cathedralis Maurianensis, nimiam scilicet aeris intemperiem niviumque copiam, quæ præsertim Canonicis jam senio confectis adversatur, et officia ecclesiastica ac spiritualem animarum salutem, cui ob Sacerdotum in ea Dioecesi penuriam ipsi Canonici necessario incumbere debent, quemadmodum testatur Episcopus. Quare proponitur

Dubium

An et quomodo sit concedendum indultum in casu etc.

Affirmative a die 2. Novembris ad totum mensem Martii, exceptis diebus solemnioribus arbitrio Episcopi præfiniendis, ad decennium.

*Sess.*24.*Cap.*13 *de Ref.*

ARBOREN. PENSIONIS. Ignatio Meloni Canonicalem Præbendam in Cathedrali Arborensi jam inde ab anno 1811 contulit Archiepiscopus Sisternes, adjecta tamen lege, ut pensionem scutatorum sardicensium quinquaginta, seu scut. roman. quadraginta quinque quotannis penderet Paroeciæ Oppidi Tramatza, quæ memo-

moratæ Canonicali Præbendæ unita esse fertur, cujusque animarum curam gerit Vicarius Curatus sufficienti congrua destitutus. At vero Canonicus Meloni, qui partim ob temporum asperitatem, partim ob redituum ex decimarum solutione proficiscentium decrementum pensionem biennio repræsentare omiserat, hanc Sacram adiit Congregationem, postulavitque, ut sibi remitterentur pensiones eatenus non solutæ, ac deinceps annua pensio ad dimidiam usque partem cohiberetur. Oratoris precibus propitium pandidit animi sui sententiam Vicarius Capitularis, affirmans adeo decrevisse Canonicatus reditus, ut ejus Rector, subductis oneribus, vix quotannis perciperet romana scutata trecenta quatuordecim, ac propterea impares esse decoræ Canonici vitæ tuitioni. Verum in Comitiis diei 23 Novembris 1816 proposito dubio = *An sit delenda pensio, seu potius, et in qua summa sit diminuenda, et a quo tempore sit solvenda in casu etc.* = Patres Emi respondendum duxerunt = *Negative, et ex gratia pensionem esse solvendam ab anno currenti, facto verbo cum SSmo* =.

Sacræ Congregationis sententiæ sibi quiescendum putavit Canonicus Meloni, pensionemque deinde ad annum usque 1823 exsolvit, exceptis tantummodo annis 1817, 1819 et 1820 in quibus ob agrorum sterilitatem, ac decimarum imminutionem se ad pendendam pensionem impotem fuisse affirmat. Cumque Sacerdos Meloni, eodem anno 1823 ad Archipresbyteralem memoratæ Cathedralis Ecclesiæ Dignitatem evectus, gravia coactus fuerit perferre impendia, annui autem Archipresbyteratus fructus ad scutata septingenta, subductis oneribus, vix pertingant, idcirco ad hunc Sacrum Ordinem nuper confugit, ut condonationem pensionis præfatis annis Paroeciae Oppidi Tramatza non solutæ enixis precibus assequeretur.

Archiepiscopus de more rogatus, ut, *audito Parocho Ecclesiæ loci vulgo Tramatza*, S. Congregationem instructam redderet, ac referret de annuo reditu Canonicatus, deque vera impotentia solutionis, hæc edisserit = Dai lumi che l'infrascritto Arcivescovo di Ori-

stano si procurò , gli è risaltato di esser vere le preci esposte alla S. Congregazione del Concilio dall' Arciprete del Capitolo di questa sua Chiesa Metropolitana Dottore Ignazio Meloni per esser esonerato dalle tre pensioni , che deve ancora alla Chiesa Parrocchiale di Tramatza . In un decennio formato colla più scrupolosa esattezza che include anche i tre anni , in cui l'Oratore tralasciò di corrispondere la pensione statagli imposta , il reddito della Prebenda di Tramatza ammontò a scudi romani 265 dai quali , prelevati scudi 70 romani per i pesi allora inerenti al Beneficio inclusivamente all' enunciata pensione restava al Provisto il reddito netto di scudi Romani 195 non comprese le quotidiane distribuzioni , le quali in quegli anni potevano ascendere tutto al più a scudi cento romani . E' certo dunque fino all' evidenza che 295 scudi romani non potevano bastare alla sussistenza d'una persona qualificata , che vive nella Città d'Oristano , dove mancando le risorse di poter vivere a pensione , un Canonico è costretto dalla necessità a provvedersi d'abitazione , di servitù , e delle proviste necessarie , oltre d'esser esposto all' Ospitalità in un paese , in cui mancano le publiche locande comode e decenti . Vero è che l'Oratore diventando Arciprete del Capitolo trovò in deposito due redditi della nuova Prebenda ; ma l'infrascritto non ignora che l'Arciprete avendo contratto molti impegni da Canonico appunto per la ristrettezza del reddito del primo Benefizio , procurò di soddisfare i più urgenti , e perciò avrà pagato in parte soltanto le molte pensioni arretrate verso la Chiesa di Tramazza . L'infrascritto partendo dai riflessi sin qui fatti , ed eccitato ad aprire il suo sentimento non esiterebbe ad opinare , che concorrono cause legittime per assolvere l'Oratore dall' obligo di pagare alla Chiesa di Tramazza gli scudi romani 136 per le tre scadute pensioni ; tanto più che dal reddito della Prebenda Arcipretale non senza pena ritrae la sussistenza proporzionata al suo rango . Ma dovendo conciliare le di lui circostanze colla povertà della Chiesa di Tramazza , è in senso che gli si pos

sano

sano condonare due pensioni coll' obbligo di pagarne una alla stessa Chiesa = .

Hinc quæritur

An et quomodo sit annuendum precibus Archipresbyteri Ignatii Meloni in casu etc.

Negative in omnibus.

ARBOREN. CONDONATIONIS. Archipresbyteratum primam Cathedralis Ecclesiæ Arborensis Dignitatem ex Apostolicæ Sedis collatione anno 1823 nactus est Sacerdos Ignatius Meloni, qui canonicali præbenda in eadem Ecclesia prius fruebatur. Cumque huic Dignitati habitualis immineat cura animarum in suburbiis Arboreæ existentium, spiritualis autem fidelium hac illac commorantium salus id postularet, ut in Ecclesia S. Ephisii Capellanus Curatus constitueretur aliisque consuleretur ejusdem Ecclesiæ necessitatibus; idcirco Apostolica Sedes, suadente Præsule Azzei per illud temporis Archiepiscopo Arborensi, ea sub lege Presbytero Meloni contulit Dignitatem, ut *parochiali seu adjutrici succursali nuncupatæ S. Ephisii, et pro ea dilecto etiam filio moderno et pro tempore existenti illius Rectori* quotannis solveret scutata sardicensia centum, seu scutata romana nonaginta. Is quem Archipresbyter Meloni procuratorem pro expediendis Bullis sibi elegerat, pensionis impositioni assensum præbuit, promisitque, eumdem Archipresbyterum pensionem ejusmodi ratam habiturum. Verum Archipresbyter nullo peculiari actu se pensionem ratam fecisse asserit, licet prolatis Bullis, in quibus supra memorata pensionis reservatio edicebatur, Dignitatis possessionem, quam citius licuit, capessere studuit

Sess. 24. *cap.* 13. *de reform.*

duit, indictamque primo anno solvit pensionem: Dein vero animo complectens, se numquam pensionis ratihabitionem, ut par erat, edidisse, decimasque, quibus universi constant Archipresbyteralis Præbendæ fructus, nonnihil decrevisse, pensionis præstationem intermisit. Nuper autem hanc Sacram adiit Congregationem et indictam pensionem præ Dignitatis reditibus veluti nimis gravem traducens, id postulat, ut a pensionibus hactenus non solutis sibi condonatio impertiatur.

Arborensi Archiepiscopo dedi litteras, ut *audito Vicario a quo exercetur animarum cura*, hunc Sacrum Ordinem instructum redderet, votumque suum aperiret. Mandatis obsequens Archiepiscopus hæc enarrat.

„ Il sottoscritto non farà cenno alcuno del supposto difetto occorso nell'atto della riserva della pensione perpetuamente assegnata alla Chiesa di S. Efisio, situata dentro i sobborghi di questa Città e dipendente dalla Chiesa parrocchiale della Prebenda Arcipretale, sopra i frutti della stessa Arcipretura di questa Chiesa Metropolitana per non avervi prestato il suo assenso il Provisto o prima o dopo la spedizione della Bolla Pontificia, si perchè questa col suo transunto esiste presso l'Arciprete stesso, si perchè egli nella supplica dichiarò di esser disposto a pagare la pensione nell'avvenire. Considera pertanto la di lui domanda come ristretta alle annualità arretrate che non pagò, e sono sei in numero, avendone corrisposto una sola, dacchè fu investito dell'Arcipretura.

„ Sul proposito il sottoscritto non può non osservare che la prebenda arcipretale quando fu conferita all'Oratore venne gravata oltremodo di pesi. A quelli che precedentemente le furono imposti si aggiungono altre tre nuove pensioni, inclusa quella della Chiesa di S. Efisio ciascuna di 90. scudi romani: cosicchè la presente totalità dei pesi ammonta a scudi romani settecento quattordici, i quali diffalcati dagli scudi romani 1340, cui ascende il reddito di quella prebenda, il reddito netto riviene a 636 scudi romani.

„ A questo reddito così falcidiato uniti 70. scudi romani delle quotidiane distribuzioni, che negli scorsi anni

ni furono notabilmente scemate per lo sbilancio che soffrirono i fondi della Massa Capitolare, e altri 90. scudi romani d'una pensione Ecclesiastica, che l'Oratore gode sù i redditi d'una Prebenda Canonicale di questo Capitolo, ne risulta la totale di scudi romani 796, da cui il Dignatario di un Capitolo non potrebbe ritrarre la decorosa sussistenza senza far uso di una stretta economia, la quale sarà tanto più necessaria all'Oratore, la di cui prebenda essendo i Sobborghi di questa città, ed essendogli troppo vicini i Parrocchiani, egli si presume più esposto a dover soccorrere i poveri della sua Prebenda.

„ Non sarebbero arrivati al punto, in cui sono i pesi, che oggi gravitano sull'Arcipretura, se si fosse osservato il disposto del Breve Pontificio 28 Aprile 1807, con cui per lo spazio di venticinque anni protratti con altro Breve 25 Luglio 1823 ad altri anni venticinque i redditi dei beneficj tutti della Sardegna furono applicati per un biennio al Monte di Riscatto eretto per l'estinzione dei debiti dello Stato, quale applicazione è estesa pure alla somma eccedente i mille scudi Sardi per quei Beneficj, i di cui redditi sono suscettibili del sovrapiù degli scudi mille. A termini di uno ed altro Breve l'Arciprete avrebbe dovuto percevere dal beneficio il reddito di mille scudi sardi, 893. romani, assegnati alla congrua di lui sussistenza, per cui rimanendogli salvi soltanto scudi 636 come dall'anzidetto calcolo, la inosservanza delle Pontificie disposizioni gli apporta annualmente la perdita di scudi romani duecento cinquanta sette.

„ Queste osservazioni farebbero meritare plausibilmente all'Oratore il condono delle sei annualità, di cui si è reso debitore verso la Chiesa di S. Efisio; e questo pure sarebbe il parere del sottoscritto se non dovesse avere qualche riguardo alla Chiesa medesima, e al disegno che ha già formato, di renderla Chiesa succursale per farvi conservare il Sagramento e l'Olio degl'Infermi, il che porta seco delle spese, e segnatamente quella della lampada, che continuamente dovrà restarvi accesa, affinchè il Parroco e i suoi Coad-

ju-

jutori siano alla portata di amministrare agli ammalati il S. Viatico, e l'estrema Unzione nei casi massime d'una perentoria urgenza, cui attualmente si provvede con molta difficoltà, essendo situata la Chiesa Parrocchiale in un angolo, e quasi fuor dell'abitato, nel di cui centro è la Chiesa di S. Efisio, alla quale perciò il fu Arcivescovo Azzei fece assegnare la pensione suddetta.

„ Per conseguire un tale scopo senza perdita di tempo, il sottoscritto è in senso, che la S. Congregazione possa condonare cinque delle sei pensioni per l'addietro non corrisposte dall' Arciprete Oratore, e rescrivere che ne paghi una soltanto, e continui a pagare quelle, che matureranno in appresso. „

Ex his patet luculenter, nullam ab Archipresbytero institui controversiam, quæ validitatem pensionis adoriatur, eam fortasse ob causam, quod eumdem non lateat, sin explicitam, at certe tacitam intercessisse pensionis ratihabitionem, cum Bullas collationis, quibus pensionis indictio continebatur, acceptas habuerit, Archipresbyteratus possessionem nullo questu inierit, ac etiam pensionem primo anno repræsentaverit. Id unum itaque in præsentiarum inquirere oportet, utrum sit eidem indulgenda condonatio a pensionibus adhuc non solutis. Jam vero pensiones Beneficiis imponendæ eo pacto temperatæ et modicæ esse debent, ut Rectoribus illa supersit pars fructuum, qua onera implere, et sustinendæ decenti suæ tuitioni pro loci et personarum qualitate prospicere valeant, *Fagnan. in cap. Nisi de Præben. n.* 27, *S. Congr. in Verulana Pensionis* 20. *Martii* 1830. §. *Nihilominus*, quamvis pensionis reservationi consensum præstiterint, dummodo tamen illam haud proprio ære solvere polliciti sint, *Card. de Luca de pension. disc.* 16 *et* 17, *S. Congr. in Firmana Pensionis* 17. *Martii* 1827. §. *Postulat.* In themate amplis quidem Archipresbyteralis Præbenda instructa est reditibus, sed tot gravatur oneribus, ut dimidiam ipsa exhauriant fructuum partem, et Archipresbytero non suppetat ratio pendendi Ecclesiæ S. Ephisii annua scutata nonaginta,

sui-

suique prospiciendi decenti vitæ exhibitioni, quemadmodum fidem perhibet Archiepiscopus, atque eruitur ex Apostolicis Pii VII. litteris, quarum in sua relatione meminit præfatus Antistes. His namque sancitum est, æs alienum ingens, quo regium Sardiniæ ærarium urgetur ob satis notas temporum vices, iis tantum Beneficiorum et Dignitatum esse dimittendum fructibus, *qui annuatim exsuperent scutata mille ad congruam singularum personarum Ecclesiasticarum illa respective obtinentium libera relinquenda*. Et quoniam Archipresbyteralis Præbendæ fructus, si cuncta subtrahantur onera, quam longe absunt a congrua Sardicensium scutatorum mille, ideo Archipresbyter suis precibus Emos Patres suffragaturos confidit.

Attamen nonnulla præsto sunt rationum momenta, quæ satis apta videntur ad Archipresbyteri petitionem penitus convellendam. Etenim cunctis innotescit, Summo Pontifici, ob supremam atque plenariam, qua pollet, de Beneficiis aliisque juribus ecclesiasticis disponendi facultatem, jus esse pensiones imponendi supra quæcumque Beneficia, *cap. Licet* 2. *de Præb. in* 6., *et Clem.* 1. *de Præben. et Dign.* Et quamvis Episcopis, aliisque animarum Curatoribus integra servanda sit conciliaris congrua ex præscripto Tridentinæ Synodi *sess.* 24 *cap.* 13 *de reform.*, *Fagnan. in cap. Nisi de Præb.*, *S. Cong. in Ariminen. Pensionis* 8 *Augusti* 1829 §. *Episcopi*; reliqua tamen Beneficia, licet residentialia, ad dimidiam usque fructuum partem, imo etiam ultra, ex consuetudine Datariæ Apostolicæ nonnumquam gravantur, *Tondut. de pension. cap.* 61. *n.* 13., *Rot. cor. Olivatio decis.* 240. *n.* 10., *S. Congr. in Verulana Pensionis* 14 *Maji hujus anni* §. *Peritiam*.

Porro injuria Oratorem conqueri de indicta pensione Ecclesiæ S. Ephisii exsolvenda adeo perspicuum est, ut, omnibus deductis oneribus ac etiam pensionis præstatione, Archipresbytero quotannis supersint romana scutata septingenta, quæ nedum mediam fructuum partem prætergrediuntur, sed etiam congruam ac decoram exhibent Titulari vitæ tuitionem. In congruam si-

siquidem Archipresbyteri conferendas esse vel ipsas quotidianas distributiones, aliaque emolumenta tradit *Piton. discept. eccl.* 46 *n.* 2 *et* 9, *S. Congr. in Baren. Congruæ* 12 *Januarii* 1760 §. *Negat.*, *et in Firmana* 24 *Maji* 1788 §. *Illegitimas.* Congruam autem Archipræsbytero curam animarum obeunti esse adsignandam in annuis scutatis centum liquet ex Tridentina Synodo *sess.* 24 *cap.* 13 *de reform.*, *S. Cong. in cit. Baren.* §. *Contendit.* Quin aliquid officiant memoratæ litteræ sa: me: Pii VII., quæ eo solum spectant, ut Beneficia non graventur pensione ad publicum æs alienum exsolvendum, nisi annuus illorum fructus summam excedat sardicensium scutatorum mille, non autem ut congruam in scutatis mille Beneficiorum ac Dignitatum Rectoribus tribuendam esse decernat.

Erit nihilominus Eminorum Patrum definire

An et quomodo sit annuendum precibus Archipræsbyteri Meloni in casu etc.

Negative in omnibus.

Sess. 24 *cap.* 12. *de Reform.*

FLORENTINA VACATIONUM. Empoliæ extat Ecclesia Collegiata Deo in honorem S. Andreæ Apostoli dicata, cui præter Præpositum primam Dignitatem, qui animarum etiam cura fungitur, aliasque duas Dignitates, novem Canonici, et octo supra viginti Capellani inservire obstringuntur. Ex capitularibus Constitutionibus anno 1473 a Summo Pontifice Sixto IV confirmatis Capitulares omnes quotidie Choro interesse tenen-

nentur ad nocturnas diurnasque horas absolvendas, summo quidem mane ad Matutinum cum Laudibus et Prima, serius ad reliquas minores horas, et Missam Conventualem, vespertinis autem horis ad Vesperas cum Completorio, ut plurimum cum cantu, explendas. Pluribus præterea gravantur Anniversariis, atque etiam defunctorum officium, ac Psalmos modo pœnitentiales, modo graduales ex Rubricarum præscripto recitare consuescunt. Gravi hujusmodi choralis servitii sarcinæ Canonici ac ceteri Capitulares haud respondere arbitrantur annuos reditus, quibus ipsi fruuntur. Quanquam enim ex distributionibus, quæ choro dumtaxat adstantibus tribuuntur, singulis Dignitatibus et Canonicis quolibet anno obtingant scutata romana sexaginta tria, Capellanis autem quinquaginta; nihilominus fere omnes Capitulares, excepto Præposito, exigua aucti sunt præbenda, atque octo inter Canonicos eadem penitus destituuntur. Hisce accedit, quod Capitulares conciliaribus non gaudeant vacationibus, quarum nulla in vetustis Constitutionibus fit mentio. Ut aliquod itaque inter tot tantosque labores præsto sit levamen, Capitulum et Canonici enixis precibus EE. VV. obtestantur, ut triginta dierum vacationes sibi impertire dignentur, quin tamen quotidianarum distributionum jacturam faciant, sed eas lucrentur perinde ac si horis canonicis interessent.

Florentinus Archiepiscopus ea, quæ superius recensui, plane confirmat, animique sui sententiam ita pandit „ Attenta inservientium Choro magna sollicitudine, „ studio, zelo, ac tenuitate distributionum in quotidiano indefessoque servitio tam fere nocturno quam „ diurno Collegiatæ S. Andreæ Loci Empoli ab Oratoribus præstito, ipsi videntur mihi digni, qui obtineant enunciatam facultatem per mensem vacandi „ quotannis (percipiendo tamen integras distributiones) non tantum sibi, quam etiam pro Capitularibus futuris temporibus existentibus, ideo ipsosmet „ EE. VV. enixe in Domino commendo, ut petitam „ gratiam consequantur. „

Trium quidem mensium vacationes Tridentini Patres *sess.* 24. *cap.* 12. *de reform.* Canonicis indulserunt, sed ea tamen mente, ne ope statuti aut consuetudinis ultra ejusmodi temporis spatium a choro et residentia abesse liceret, non autem ut indultum ejusmodi Canonicis omnium Ecclesiarum impertiretur, quum illico adjecerint = *salvis nihilominus earum Ecclesiarum constitutionibus, quæ longius servitii tempus requirunt* = . Jam vero Constitutiones Collegiatæ Ecclesiæ S. Andreæ longius reapse, quam novem mensium, requirunt servitii tempus, siquidem nulla facta vacationum commemoratione, Capitulares omnes ter qualibet die choro interesse jubent. Quamlibet dein, siqua forte soboriretur, dubitationem e medio tollit perennis plurium seculorum consuetudo, qua ipsi nullo gavisi sunt vacationum beneficio, ac propterea eidem renunciasse videntur, *argum. l. penult. Cod. de pact.*, *S. Congr. in Ipporegien. Servitii chori* 30 *Januarii* 1830 §. *Oratorum*. Id profecto vel ipsi fatentur Oratores, qui gratia petunt, quod sacrorum canonum jure sibi fortasse vindicare nequeunt. Voti autem compotes eo fidentius se facturos sperant, quod Tridentini Concilii limitatio videatur intelligenda de statutis et consuetudinibus, quæ minores quam trium mensium, non item de iis, quæ nullas concedunt vacationes; nam *si constitutio aut consuetudo Ecclesiæ requirit servitium totius anni, tunc locum habet absentia trium mensium a Concilio permissa; est enim dura residentia totius anni, oportetque maxime juxta fragilitatem humanam indulgeri aliquid ad recreationem corporis et animi*, ut scribit *Garz. de benefic. part.* 3. *cap.* 2 *num.* 311, *Monet. de distrib. quotid. part.* 2. *quæst.* 12. *n.* 55, *Bened. XIV. quæst. canon.* 293. §. *Hæc*. Huic sane opinioni adhæsit quoque Sacra Congregatio, dum severitatem indulgentia temperans modo ampliores modo breviores, prout rerum ac temporum ferebant adjuncta, tribuit vacationes. Prostant exempla *in Tarraconen.* 18 *Februarii* 1764, *in Vercellen. Servitii Chori* 19 *Junii* 1790, *et in Ippo-*

re-

regien. Servitii Chori 20 *Martii* 1830. Ne tamen ex intempestiva Canonicorum absentia divinus cultus aliquid patiatur detrimenti, quædam præscribi solent conditiones, nimirum = *Canonicos abesse non posse ultra tertiam partem uno et eodem tempore, et hujusmodi vacationem contingere non debere tempore Quadragesimæ et Adventus, neque in principalioribus anni festivitatibus* = quemadmodum cautum legitur *in Auximana* 12 *Julii* 1631 *lib.* 14 *decret. pag.* 467.

Si Emi Patres petitas vacationes Oratoribus impertiendas putaverint, perpendere quoque dignabuntur, utrum sit eisdem indulgendum privilegium lucrandi quotidianas distributiones, dum tempore vacationum absunt a choro et residentia. Id quidem Concilii Tridentini sanctioni adversum tenere patet *ex sess.* 24. *cap.* 12. *de reform.*, ac docet *S. Congr. in Illerden. Absentiæ et distributionum* 3 *Martii* 1792 *ad* 1. *dub.*, *et in Derthonen. Constitutionum* 12 *Septembris* 1829. §. *Dubium IV*, neque ad eam abrogandam legem quidquam prodest contraria, licet immemorabilis, consuetudo, *Fagnan. in cap. Cum omnes num.* 34 *de constit.*, *S. Congregatio in Ipporegien. Servitii Chori* 20 *Martii* 1830 *ad II dub.* Verum Summi Pontifices tum ante, tum post Tridentinam Synodum quædam Capitula non numquam donarunt privilegio fruendi quotidianis distributionibus etiam tempore vacationum, non secus ac si choro adstantes divinas laudes persolverent, *Bened. XIV instit. eccl.* 107. §. 7. *num.* 37., *S. Congr. in Ipporegien. Servitii Chori* 26 *Martii* 1831 §. *Canonicis*, quin imo hic quoque Sacer Ordo ob redituum decrementum, justamve aliam ob causam simile privilegium tribui posse respondit = *in Oriolen.* 14 *Januarii* 1792, *et in Orolien.* 6 *Decembris* 1794.

Sint

Dubia

I. *An sint concedendæ unius mensis chorales vacationes in casu etc.*

Et quatenus affirmative

II. *An Canonicis aliisque Capitularibus a choro et a residentia tempore vacationum absentibus sit tribuendum privilegium lucrandi quotidianas distributiones in casu etc.*

Non proposita cum sequenti.

Sess. 24.*cap.* 8. *de Reformat.*

ALBANEN. SERVITII CHORALIS. Quum in Cathedrali Ecclesia Albanensi nulla præbendarum diversitate inter se Canonici secernantur, ac omnes ad Sacerdotalem tantum ordinem pertineant, hinc capitularibus constitutionibus ejusdem Ecclesiæ a Diœcesana Synodo confirmatis sancitum est, ut duo, qui inter Canonicos postremum obtinent locum, indiscriminatim Diaconi et Subdiaconi munus in sollemnioribus anni festivitatibus peragant. Quæ quidem capitularis constitutio, licet Pœnitentiarii institutionem in Albanensi Ecclesia longe præcesserit, postea tamen a Canonicis, qui Pœnitentiarii munere functi sunt, constantissime servata fuit. At vero statim ac anno 1829 Pœnitentiariam Præbendam nactus est Sacerdos Felix Maria Contini, postremumque inter Canonicos Albanenses obtinuit locum, Diaconi et Subdiaconi munus præfinitis diebus obire renuit, existimans memoratas constitutionum sanctiones ob idem Pœnitentiarii officium ad se spectare nullo modo posse. Id autem eum ægre ferret Canonicus Antonius Loberti, qui ob Canonici Pœnitentiarii repugnantiam in officio Diaconi aut Subdiaconi ministrare cogebatur, supplicem Sacræ Rituum Congregationi libellum porrexit, ut ab Emis illius Ordinis Patribus quid in hac quæstione agendum esset, decerneretur. Verum Sacra eadem Rituum Congregatio in Comitiis habitis die 27 Septembris 1828, referente Emo ac Rmo Domino Cardinali Falzacappa Ponente animadvertens, quæstionem ejus generis esse, ut ab Sacra Concilii Congregatione foret dirimenda, rescribendum censuit: *Remittatur ad S. Congregationem Concilii*. Quamobrem huic Sacro Ordini Canonicus Loberti obtulit preces, rogans, obtestansque, ut quæ in Albanensi Ecclesia ha-

servata haec usque fuit Capitularis Constitutio, cam ad Canonicum etiam Pœnitentiarium spectare Eminentissimi Patres pro sua sapientia definiant.

Rogatus Emus Episcopus de informatione et voto enarratam in primis rerum seriem confirmat, addit que ex auditi Capituli testimonio Canonicum Pœnitentiarium, dummodo inter postremos Canonicos recenseretur, celebranti semper in sollemnioribus festivitatibus ministrasse, quin unquam factum sit, ut ob explendum vel Diaconi, vel Subdiaconi munus fidelibus ad Sacrum pœnitentiæ tribunal accedentibus defuerit. Et quanquam Emus Episcopus ab animi sui pandenda sententia se abstineat, et hodiernus Canonicus Pœnitentiarius inter duos postremos Canonicos jam amplius non recenseatur, attamen idem Emus eo rem deductam esse retur „ ut ad vitanda scandala, quæ in posterum ex for- „ tuita ultimorum Canonicorum absentia oriri pote- „ runt, pacemque tuendam inter Canonicos ipsos, pro „ ea qua pollent sapientia, quid agendum sit, decer- „ nant EE. VV. „

Rationum momenta, quæ pro sua causa in medium protulit Canonicus Loberti ex legitima in primis Tridentini Concilii interpretatione, ex peculiaribus dein Sacræ hujus Congregationibus decisionibus, ex immemorabili demum consuetudine eruuntur. Atque in primis ad legitimam interpretationem Concilii quod spectat, ita *sess.* 24 *de Reformat. cap.* 8. sancitum est = *In Cathedralibus Ecclesiis Pœnitentiarius aliquis cum unione præbendæ proxime vacaturæ ab Episcopo instituatur . . . . qui dum confessiones in ecclesia audiet, interim præsens in choro censeatur*. Ex quibus verbis apertissime evincitur, Canonicum Pœnitentiarium non modo ad excipiendas fidelium confessiones, verum etiam ad canonicalia munera obeunda teneri, ita tamen, ut duplicis officii onere obstrictus, alterutrum ex iis persolvendum eo tempore suscipiat, qno ipse ab altero non præpeditur. Hinc nisi præcipuum pœnitentiariæ munus exerceat, idest nisi *actu* fidelium confessiones, dum horæ canonicæ in Cathedrali persolvuntur, excipiat, tamquam vere absens choro debet

exi-

existimari, nec delato sibi privilegio frui valet, si forte quavis alia de caussa chorali servitio defuerit. Memorata siquidem Tridentinæ Synodi verba ejusmodi absentiæ privilegio eos tantummodo donasse censendum est, qui *actu* dumtaxat in officii sui exercitio distenti deprehenderentur. Quam quidem interpretationem unanimi Doctorum omnium sententia probatam confirmat Venerabilis Bellarminus in adnotationibus ad Sacrum Concilium Tridentinum inquiens = *Pœnitentiarius dum audit confessiones, censetur præsens in choro pro distributionibus, vel processionibus, sed non sufficit esse in confessionario, nisi realiter confessiones audiat*; et Benedictus XIV *Institution. Ecclesiastic.* 107 §. 9 *n.* 55. utitur his verbis = *Pro præsente in choro habetur, dum audit confessiones in ecclesia, sive in confessionario, sive extra, non tamen pro tempore, quo residet in confessionario, nec audit confessiones, aliis in choro divina celebrantibus, nec si idem dixerit Missam, aut si privatim officium dicat, etiam ut opportunius confessiones audiat, censendus est præsens in choro*. Si igitur, inquit Canonicus Loberti, ex legitima Tridentinæ Synodi interpretatione compertum est, Canonicum Pœnitentiarium, dum actu confessiones non excipit, ab chorali servitio non eximi, in dubium revocari profecto nequit, eumdem neque ab iis eximi debere, quæ a peculiaribus Capituli Constitutionibus præscribuntur.

Quapropter cum Albanensis Capituli et Synodi constitutiones indixerint, ut qui inter Canonicos postremum obtinent locum Archipresbytero, seu Abbati in solemnioribus anni festivitatibus celebranti ministrent, perspicuum est, Canonicum Pœnitentiarium ad hujusmodi oneris satisfactionem obligari, si inter postremos Albanensis Ecclesiæ Canonicos recenseatur. Id autem ex communi etiam jure confirmari eo demum posse videtur, quod Missam Conventualem præcipuam esse divini officii partem, imo ad illam canonicas horas ordinari liqueat *ex cap. Cum Creatura de celebration. Miss.*, *Gavant. in rub. Miss. tom.* 1 *part.* 1 *tit.* 7. *rub.* 2., *Sac. Congreg. in Urbevetana Missæ Conventua-*

tualis 19 *Julii* 1828 §. *Animadvertendum*, *et in Civitatis Plebis Missæ Conventualis* 24 *Aprilis* 1830. §. *Immerito*.

Nec quidquam sibi obesse putat Canonicus Loberti quod adversus memoratam Tridentinæ Synodi interpretationem objici posset, Pœnitentiarum scilicet ab injuncto sacris ministrandi onere præpediri, quin excipiendis fidelium confessionibus præsto sit. Id enim probaret nullo unquam tempore licere eidem Pœnitentiario ab sui residentia beneficii abesse, quamvis ex receptissima juris ecclesiastici disciplina ad majorem ipse residentiam cogi nequeat, quam alii Canonici, quibus trium mensium absentia quovis anno permittitur, *Garcias de beneficiis part.* 5. *cap.* 4. *n.* 122. *Bibliot. et Ferraris Verb. Canonicus. art.* 9. *num.* 78. Probaret Canonicum Pœnitentiarium ad Conventualis Missæ celebrationem adigi non posse, licet communi Cathedralium sanctione, et consuetudine statutum sit, eumdem, dummodo præsbyterali beneficio fruatur, præfinitis diebus ad hujusmodi explendum onus plerumque obligari. Probaret denique Canonicos, quibus cura imminet animarum, ab memorato Missæ Conventualis onere prorsus eximi, licet hanc quorumdam opinionem reprobaverit Benedictus XIV in encyclica. *Cum semper Oblatas* §. 17., sanciendo a Canonicis et Beneficiatis in eadem vel in alia Ecclesia parochialem curam exercentibus Missam Conventualem, quam canunt, pro Ecclesiæ benefactoribus generatim applicari, alterumque substitui, qui ipsorum loco Missam pro populo celebret et applicet, *Sac. Congreg. in Fesulana Missæ parochialis* 16 *Junii* 1770 §. *Quo*, *in Brugnaten. Missæ Conventualis et pro populo* 28 *Maji* 1796, *in Ariminen. Servitii chori* 18 *Augusti* 1827, *et in Cuneen. Pontificalium* 12 *Decembris* 1829 §. *Aliter*.

Deinde, pergit Canonicus Loberti, ex decretis Sacri hujus Ordinis compertum est, Canonicos animarum curam gerentes teneri non modo ad Diaconi aut Subdiaconi munus explendum, ubi vel prima Capituli Dignitas, vel alter e gremio Capituli solemni ritu in Ca-

Cathedrali Ecclesia sacris operatur, *Sac. eadem Congreg. in Bajonen. Præeminentiarum* 19 *Aprilis* 1760, verum etiam ad inserviendum Episcopo pontificalia sollemniter obeunti, etsi extra Cathedralem Ecclesiam animarum curam exerceant, *Sac. Congreg. in citat. Cuneen. Pontificalium* 12 *Decembris* 1829. Jam vero si ea apud Sacram Congregationem doctrina invaluit, ut neque administratio Sacramentorum, neque divini verbi prædicatio, neque alia id genus officia, quibus Parochi commissum sibi gregem pascere ac regere obligantur, ab injuncto ministrandi onere eosdem Parochos eximere valeant, multo minus tamquam justas exemptionis causas ea haberi posse perspicuum est, quæ a Canonico Pœnitentiario objiciuntur, cum eidem levius certe, aut saltem non adeo grave onus incumbat, ut ab choralium munerum satisfactione, dum *actu* confessiones non excipit, debeat exonerari. Quo in loco illud etiam sedulo animadvertendum putat Canonicus Loberti, a Pœnitentiario scilicet facilius quam a Parochis chorale servitium expleri posse.

Ad postremum quod spectat, tanta est legitimæ cujusque consuetudinis vis, ut, deficiente interdum legis sanctione, pro lege non immerito accipiatur, *Leg.* 32 *et* 33 *ff. de legibus.* Hinc ab S. Congregatione *in Pisauren. Camerariatus* 21 *Novembris* 1761 §. *Præterea* traditur: *Sola consuetudo inducta ex longæva observantia valet compatibilia reddere officia, etiamsi de jure essent incompatibilia.* Ex quo tam validum pro sua causa argumentum desumi posse autumat Canonicus Loberti, ut illud unum, etsi cetera deessent, ad veritatem rei dignoscendam sufficiat. Longæva enim consuetudo si ad officiorum ex jure incompatibilium implementum obligat, multo magis ad eorum officiorum satisfactionem obligare dicendum est, quæ nullam inter se præseferunt incompatibilitatem. Testantur autem summæ integritatis ac probitatis viri, ipsumque Capitulum, Canonicum Pœnitentiarium sollemnioribus anni diebus numquam ad inserviendum celebranti renuisse, nec unquam idcirco, ut ex Albanensis Capituli testimonio

nio compertum est, ob expletum Diaconi, aut Subdiaconi munus fidelibus ad sacrum pœnitentiæ tribunal accedentibus defuisse.

Verum ad memorati oneris satisfactionem non obligari demonstrare nititur Pœnitentiarius ex decretis Sacræ hujus Congregationis, quam ita rescripsisse docet *Ferraris in sua Bibliotheca Verb. Canonicus art.* 9. *n.* 76. *Canonicus pœnitentiarius debet assistere, et residere de mane etiam non vocatus in sede confessionali ab Episcopo destinata in festis sollemnioribus, videlicet tempore jejuniorum, quadragesimæ, adventus, quatuor temporum, Resurrectionis, Ascensionis, Corporis Christi, Assumptionis B. M. Virginis, Omnium Sanctorum, et Nativitatis Domini.* Et sane cum Sacra Congregatio indixerit, ut præcitatis diebus, quibus fideles majori se frequentia ad Cathedralem assolent conferre Ecclesiam, Canonicus Pœnitentiarius, *etsi non vocatus*, non modo assistere, verum etiam residere in confessionario debeat, inficiari profecto nequit, ab chorali eumdem servitio, ac proinde ab exercendo Diaconatus, vel Subdiaconatus ordine, licet confessiones *actu* non audiat, eximere prorsus voluisse. Nec aliquid ad rem facere Pœnitentiarius existimat, quod a Canonico Loberti objicitur, ex allata scilicet Sacræ Congregationis decisione colligi dumtaxat posse, eumdem, ne delato sibi Pœnitentiariæ muneri desit, sollemnioribus anni diebus ad residendum in Confessionario teneri antequam divinæ in choro laudes persolvantur. Adeo enim ex ipsius institutionis natura Canonici et Pœnitentiarii officia inter se differùnt, ut si uno eodemque tempore explenda simul occurrant, Canonicus Pœnitentiarius ad excipiendas potius fidelium Confessiones, cum id præcipuas sui muneris partes constituat, quam ad inserviendum choro teneatur.

Præterea, subdit Canonicus Pœnitentiarius, præbenda, quæ a Pœnitentiario retinetur, habenda est tamquam Præsbyteralis. Siquidem Pœnitentiarius ob delatum sibi confessiones excipiendi munus veluti totius diœcesis Parochus, atque in iis, quæ ad forum internum

spectant, veluti ordinarius censendus est, *Fagnan. in cap. Grave num.* 10 *de Præben.*, *Bened. XIV de Syn. Diœces. lib.* 3 *cap.* 4. *n.* 3. Si igitur Pœnitentiarius inter Canonicos Presbyteralis ordinis est recensendus, perspicuum arbitratur Canonicus Contini, eumdem ad Diaconi, vel Subdiaconi explenda munia non obligari.

Et sane cum in Cathedrali Ecclesia Veliternà ea inter Canonicos exorta fuisset quæstio, an scilicet Pœnitentiario postremum in Capitulo locum obtinenti onus incumberet Diaconi, vel Subdiaconi ordinem exercendi, ita ab Sacra Rituum Congregatione decretum est = *Canonicus Pœnitentiarius Ecclesiæ Cathedralis Civitatis Veliternæ ultimo loco provisus non potest cogi ad inserviendum Missis Cantatis pro Diacono et Subdiacono, constitutione, ac consuetudine dictæ Ecclesiæ in contrarium non obstantibus. Die* 21 *Januarii* 1673 *apud Gardellinium in Authentica Collectione n.* 2464. Ubi animadvertendum putat Albanensis Pœnitentiarius, nullius momenti esse, quod a Canonico Loberti reponitur, in Veliternæ nimirum Ecclesiæ Capitulo adesse præbendarum diversitatem ita ut ex Canonicis alii ad Sacerdotalem, alii vero ad Diaconalem, et Subdiaconalem ordinem pertineant. Sacra etenim Congregatio non ob diversitatem præbendarum, sed potius ob aliquam inter Pœnitentiarii et Diaconi, vel Subdiaconi officium incompatibilitatem ab memorato ministrandi onere Veliternæ Ecclesiæ Pœnitentiarium exemisse videtur. Ipse enim excipiendis fidelium confessionibus præsto esse nequit, si dum sacra in Cathedrali Ecclesia sollemniter peraguntur, inservire celebranti debeat.

Dubium

An Canonicus Pœnitentiarius Cathedralis Ecclesiæ Albanensis teneatur ad inserviendum pro Diacono, et Subdiacono diebus solemnioribus in casu etc.

Die

Die Sabbati 30. Julii 1831. in Palatio Apostolico Quirinali erit Sacra Congregatio Concilii, in qua præter alia proponentur infrascripta Dubia, juxta morem ejusdem Sacræ Congregationis de jure resolvenda.

FLORENTINA VACATIONUM.

Sess. 24. cap. 12. de Reform.

Dubia

I. An sint concedendæ unius mensis chorales vacationes in casu etc.

Et quatenus affirmative

II. An Canonicis aliisque Capitularibus a choro et a residentia tempore vacationum absentibus sit tribuendum privilegium lucrandi quotidianas distributiones in casu etc.

Ad I. Affirmative cum solitis clausulis.
Ad II. Affirmative, dimissa tamen tertia parte.

ALBANEN. SERVITII CHORALIS.

Sess. 24. cap. 8. de Reform.

Dubium

An Canonicus Pœnitentiarius Cathedralis Ecclesiæ Albanensis teneatur ad inserviendum pro Diacono, et Subdiacono diebus solemnioribus in casu etc.

Affirmative, nisi actu fidelium confessiones excipiat.

Sess. 22. cap. 4. de Reform.

FABRIANEN. JURIUM ET EMOLUMENTORUM. Ad eas dirimendas controversias, quæ in Cathedrali Ecclesia Fabrianensi inter Canonicos primæ erectionis, sive *de Massa*, et inter Canonicos secundæ erectionis, sive *Adjunctos*, exortæ fuerant, plura quidem sanxit hic S. Ordo in comitiis diei 8 Augusti 1829. Propositis namque dubiis: *I. An Canonici secundæ erectionis jure polleant lucrandi distributiones quotidianas aliaque emolumenta, quibus fruuntur Canonici primæ erectionis in casu etc. II. An iidem Canonici interesse ac suffragium ferre possint in Capitulis, in quibus agitur de reditibus ad Canonicos tantum primæ erectionis spectantibus in casu etc. III. An vocem habeant in iis Capitulis, quæ respiciunt reliquos Ecclesiæ et Sacrarii reditus in casu etc. IV. An gaudeant voce activa et passiva in electione officialium Capituli in casu etc. V. An polleant jure suffragii in erigendis novis Canonicatibus et Capellaniis in casu etc. et VI. An suffragium ferre valeant in electione Capellanorum, et in admissione aut dimissione Clericorum Ecclesiæ inservientium in casu etc.* responsum est: *Ad I. et II. Negative. Ad III. Negative in omnibus, exceptis negotiis respicientibus bona Capitulo generatim relicta post erectionem Canonicatuum adjunctorum. Ad IV. Negative quoad Officiales massæ capitularis, in reliquis affirmative. Ad V. Affirmative. Ad VI. Negative quoad eos, qui stipendia ex massa communi percipiunt.* Jam vero duabus hisce postremis decisionibus adversam postea extitisse Canonicorum primæ erectionis agendi rationem queruntur Canonici Adjuncti, adeoque novas huic S. Congregationi preces exhibentes, nonnulla ad ostendendam suorum jurium læsionem detulerunt.

Referunt in primis, Canonicos de Massa proprio marte, et plane inconsultis Canonicis Adjunctis ea omnia statuisse, quæ ad novi cujusdam Canonicatus erectionem pertinent. Rei autem species ita se habet. Jacobus Sacerdos Braccini die 20 Februarii 1821 duas obtulit Canonicales præbendas post obitum suum in Cathe-

drali

drali Ecclesia Fabrianensi instituendas. Quamobrem soli Canonici de Massa in Capitulum coiverunt, eorumque obtenta consensione, solemnes instrumenti tabulæ die 16 Julii ejusdem anni conditæ sunt. Sed lapsu temporis factum est, ut suam hujusmodi voluntatem pius Fundator immutaverit, nec nisi unum revera Canonicatum postremo, quo decessit, elogio die 15 Februarii 1826 erigendum jusserit. Acerrima igitur lite cum Testatoris heredibus oborta, ea fuit Sa. Me. Leonis XII. mens, ut tota controversia apud Rndam Fabricam S. Petri œconomice agitaretur. Re interim incepta, die 28 Aprilis 1827 Canonici Adjuncti coram hoc S. Ordine adversus Canonicos de Massa cum multis de rebus, tum etiam de suffragio ferendo in erectione novorum Canonicatuum dimicare instituerunt. Hinc apud Reverendam Fabricam S. Petri Canonici Adjuncti sine mora professi sunt, ne jam inita negotii Braccini pertractatio ulterius pergeret, donec sententiam suam hæc S. Congregatio de jure suffragii declarasset. Nihilominus transactio cum heredibus Braccini a præfato S. Tribunali concinnata fuit, eademque a Canonicis de Massa in Capitularibus comitiis diei 21 Aprilis 1828 ad trutinam vocata, et die tandem 19 Maji 1829 penitus admissa est. Dein, quum die 8 Augusti ejusdem anni 1829 præcitata hujus S. Ordinis decreta prodiissent super controversiis inter Canonicos de Massa et Adjunctos excitatis, heredes Braccini die 17 Julii 1830 a Sa. Me. Pio VIII. per R. P. D. Secretarium Reverendæ Fabricæ S. Petri rescriptum impetrarunt, quo composita de uno tantum Canonicatu erigendo concordia adprobabatur, itidemque committebatur Episcopo Fabrianensi, ut concordiam ipsam publico instrumento mandandam curaret. Hac itaque de re Canonici Adjuncti proximo elapso Septembri 1830 querelas suas ad hanc S. Congregationem deferentes humillime postularunt ab EE. VV., *che si degnino d'ordinare a Monsignor Vescovo di sospendere la nomina del nuovo Canonico, e la stipolazione dell'Istromento, fino a che non si è inteso il voto dell'intero Capitolo.* Die autem 10 ejus-

ejusdem Septembris solemnem in Curia Episcopali protestationem emiserunt, *che non si proceda sotto vizio di nullità a veruna stipolazione d'istromento d'erezione di Canonicato, pendendo nuovo reclamo presso la S. Congregazione del Concilio, perchè non vengono attese le decisioni di quel S. Consesso emanate li* 8 *Agosto* 1829 *in favore delli Canonici Aggiunti, ripetendo intanto la protesta sulla nullità dei Capitoli tenuti per tale oggetto senza il loro intervento.*

In supplici enimvero libello inquiunt Canonici Adjuncti, eos omnes, qui ex Literis Apostolicis Canonicatu insigniti fuerint, et chorali stallo inter alios Capitulares recepti, tamquam veros Canonicos, illico omnibus juribus et privilegiis, quibus ceteri quamtumvis anteriores fruuntur, debere frui ex jure Canoniæ, cujus proprium est Canonicis tribuere æquale jus vocis quoad omnia, quæ in Capitulo fiunt et collegialiter expediuntur, ut *post Fagnan. in Cap. Cum de constit. num.* 26. docet S. Congregatio *in Senen. Vocis in Capitulo* 27 *Februarii* 1768 §. *Addunt*, *et in Pisana Electionis* 19 *Septembris* 1818 §. *Porro.* Ubi igitur ab anno 1727 Canonicis de Massa libuit Canonicos Adjunctos recipere, nullam jurium et privilegiorum distinctionem sibi inter eos inesse posse contendunt, quippe qui cum Canonicis de Massa unum idemque corpus capitulare efficiunt, et absurdum fore innuunt, si in una eademque Ecclesia Cathedrali duo diversa Capitula deprehendantur. Quare si ab anno 1727 etiam post aliquot Canonicatuum Adjunctorum erectionem Canonici de Massa perseveraverint per se soli suffragium in novis admittendis ejusdem generis Canonicatibus ferre, id omnino per abusum contigisse adfirmant Adjuncti, nec ullum propterea legitimum jus exinde posse exoriri. Denique ab anno 1748 ad annum usque 1821 haud alia unquam Canonicalis nova præbenda Capitulo Fabrianensi oblata est; adeoque prætensum suffragii ferendi usum tam longo temporis spatio intermissum Canonicis de Massa plane interiisse opinantur. Ergo concludunt Canonici Adjuncti, irritas ac nullius prorsus momenti

fu-

faciendas esse Canonicorum de Massa resolutiones die 20 Februarii 1821, 21 Aprilis 1828, et 19 Maji 1829 sine eorumdem Adjunctorum Canonicorum suffragio pro exequenda Testatoris Braccini voluntate capitulariter latas.

Præter ea, quæ de Canonicatu Braccini hucusque relata sunt, *un altro arbitrio di una egual natura*, subdunt Canonici Adjuncti, *fu commesso dai Signori Canonici di Massa coll' aver conferito senza il voto dei Canonici Aggiunti, ed a fronte anzi di formale protesta dai medesimi emessa in questa Cancelleria Vescovile una Cappellania laicale di nomina esclusiva del Capitolo al Sig. D. Francesco Zonchi, al quale quantunque indebitamente conferita gli fu permesso non si sa con qual diritto di assegnarsela in patrimonio Sacro per potersi ordinare. E parimenti senza intesa dei Canonici Aggiunti, e posteriormente alle decisioni dell' EE. VV. si permisero i soli Canonici di Massa di conferire ad un Sacerdote la Capellania di S. Anatolia di alternativa nomina del nostro Capitolo e di Monsignor Vescovo pro tempore di Camerino affatto estranea dai beni della Massa.* Atqui hæc omnia luculentissime refragantur decreto hujus S. Ordinis ad VI. Dubium dato sub die 8 Augusti 1829, quia nimirum neuter ex memoratis Capellanis stipendium habet, sive reditum ex Massa communi percipiendum: suorum proinde jurium tuitionem ab EE. VV. Canonici Adjuncti vehementer implorant.

Sed Canonici de Massa, quorum animadversiones Episcopus Fabrianensis pro informatione et voto de more rogatus ad hunc S. Ordinem transmisit, illud præ ceteris expendendum proponunt, quod ipsi se in superiori causæ propositione anni 1829 legalibus rationum momentis probandum omisisse fatentur. Idoneis scilicet documentis ex capitularium resolutionum albo desumptis liquido nunc probant, unius tantummodo Capituli de Massa suffragium in admittendis novis Canonicatibus ferri semper consuevisse; idque vel ab anno 1727, quo anno primus ex Canonicis Adjunctis in-

institutus est, ita constanter ad hæc usque tempora fuisse servatum, ut nemo unquam ex iis capitularem vocem in successivis novorum Canonicatuum erectionibus sibi arrogare contenderit. Quocirca ut Canonici Adjuncti in erigendis novis Canonicatibus etiam in posterum suffragii jure careant, Canonici de Massa consuetudinem sibi favere non dubitant, quæ in controversiis omnibus ac præcipue in quæstionibus jurium et privilegiorum maximi fieri debet, *Pignatel. consult. can.* 25 *n.* 2 *tom.* 10, *S. Congreg. in Nullius Sublacen.* 29 *Januarii* 1825 §. *Jam*; eamdemque centenariam ac legitime inductam sustinent, qua omnia jura præscribuntur, *Auth. quas actiones Cod. de Sacros. Eccles.*, *Fagnan. in Cap. Consuetudines de Consuet. num.* 9, *Sacr. Congreg. in Perusina Capellaniæ* 24 *Novembris* 1827 §. *Catharina*, *et in Gallipolitana* 15 *Martii* 1828 §. *Neminem.* Verumtamen nisi ea in re putaverint EE. VV. recedendum esse a decisis in V. Dubio, Capitulares de Massa pro certo habent, privativum saltem suffagium sibi reservandum fore, ut, exclusis canonicis Adjunctis, ipsi libere possint de iis conditionibus decernere, quibus novum quemlibet Canonicatum admitti et erigi deceat. Ejusmodi enim conditiones, quæ ad sacra præsertim supellectilia, ædes Canonicas, Sacerdotales vestes in solemnibus Pontificalibus induendas, atque alia sumptuum genera referuntur, unice profecto attinent ad Canonicos de Massa, qui aliquid inde detrimenti capturi sunt; minime vero ad Adjunctos, qui nihil incommodi, sed plurimum potius utilitatis ex novorum Canonicatuum admissione, aliquam nempe onerum imminutionem, hauriunt. Qua in re Canonici de Massa eo etiam magis se voti sui compotes fieri cupiunt, quod, cum ipsi *octo* semper futuri sint numero, et jam *septem* Canonici Adjuncti recenseantur atque adhuc possint in posterum augeri, periculum sane foret, ne in novarum erectionum conditionibus capitulariter statuendis sententia Canonicorum de Massa, quorum unice interest, Adversariorum suffragiis obrueretur.

Ne-

Neque satis esse putant Canonici de Massa, quod ad VI. dubium die 8 Augusti 1829 decreverit S. Congregatio, Canonicos Adjunctos ferre non debere suffragium *in electione Capellanorum, et in admissione Clericorum Ecclesiæ inservientium, qui stipendia ex Massa communi percipiunt.* Etenim in Cathedrali Ecclesia Fabrianensi Capellaniæ, quæ ante erectionem Canonicatuum Adjunctorum institutæ sunt, probe secernuntur ac distinguuntur ab iis, quæ post eorumdem Canonicatuum fundationem extiterunt. Porro, quotiescumque nominandum fuit ad hujusce postremi generis Capellanias, Canonici Adjuncti nunquam a ferendo suffragio exclusi fuerunt, nec sane excludentur, nisi fortasse nominationis jus solis Canonicis de Massa ex testatorum voluntate relinquatur. At jus nominandi ad alterius generis Capellanias, quæ quatuor sunt (*Locatelli* anno 1663, *S. Anatoliæ* anno 1468, *Graziosi* et *S. Laurentiæ* anno 1649 erectæ), quum institutionem Canonicatuum Adjunctorum anno 1727 primitus exorsam longe præcesserint, a se solummodo constantissime fuisse exercitum et exercendum esse tuentur Canonici de Massa, quibus videlicet erectionum tempore unice existentibus pios Fundatores reliquisse nominandi jus non ambigitur. In capitularibus autem resolutionibus, ubi Canonicatuum Adjunctorum erectiones posterius admissæ sunt, inquiunt Canonici de Massa, jus ejusmodi ad quatuor jam antea institutas Capellanias nulla aut peculiari aut generali verborum formula concessum Canonicis Adjunctis reperitur; quin imo solemnibus ac generalibus adhibitis clausulis plane exclusum, quibus primæva Capituli de Massa jura sarta tecta perpetuo retinerentur. Denique, quum S. Congregatio die 8 Augusti 1829 proposito dubio II. = *An iidem Canonici* (Adjuncti) *interesse suffragium ferre possint in Capitulis, in quibus agitur de reditibus ad Canonicos tantum primæ erectionis spectantibus in casu etc.* = responsum dederit = *Negative in omnibus, exceptis negotiis respicientibus bona Capitulo generatim relicta post erectionem Canonicatuum Adjunctorum* =, huic profecto

cto decisioni consentaneum fore existimant Canonici de Massa, ut in nominationibus earum quatuor Capellaniarum, de quibus agitur, Canonici Adjuncti tum ex anteriore erectionis tempore, tum ex diuturna consuetudine a ferendo suffragio prohibeantur.

Hisce disputatis, Canonici de Massa ea diluenda aggrediuntur, quæ primo loco a Canonicis adjunctis super novo Canonicatu Braccini exposita sunt. Quidquid enim actum est pro novi hujus Canonicatus erectione, id inconsultis quidem Canonicis Adjunctis legitime omnino se gessisse propugnant, tum quia centenaria juris sui possessione et observantia innixi Capitularia Comitia die 20 Februarii 1821, die 21 Aprilis 1827, et die 19 Maji 1829 ad rei deliberationem rite habuerunt; tum quia jubente Sa. Me. Leone XII omnis de ejusmodi Canonicatu controversia ad Reverendam Fabricam S.Petri deferri et ab ea componi debuit; tum demum quia ad ineundam tanti negotii concordiam non modo amplissima initio adfuit R. P. D. Secretarii Reverendæ Fabricæ S. Petri hortatio et auctoritas, sed Apostolica deinde Sa. Me. Pii VIII approbatio et sanctio die 17 Julii 1830 intercessit, quperactam idcirco transactionem publicis instrumenti tabulis muniendam Episcopo Fabrianensi commisit. Hanc itaque transactionem die 19 Maji 1829 penitus absolutam, et a Canonicis de Massa legitimo jure acceptam negant iidem Canonici infirmari posse posterioribus hujus S. Congregationis resolutionibus diei 8 Augusti, quum constet *leges et Constitutiones futuris dare formam negotiis, non ad facta præterita revocari, nisi nominatim et de præterito tempore, et adhuc pendentibus negotiis cautum sit*, *L.* 7 *Cod. de Leg.*, *L.* 29. *de testament. Angel. cons.* 382. *n.* 1., *Rota dec.* 4. *n.* 9. *par.* 11. *recent.* Falso hinc Canonici Adjuncti asseruisse viderentur, præcitata hujus S.Ordinis decreta fuisse in themate a Canonicis de Massa violata, ac nulla propterea subesset legitima causa, cur suspendenda foret Instrumenti stipulatio, et Canonici Braccini nominatio, ut jam inita et a SSmo approbata con-

cor-

cordia Canonicorum Adjunctorum judicio et suffragio subjiciatur.

Postremo Canonici de Massa nullum jus esse arbitrantur Canonicis Adjunctis, ut in peractis Capellaniarum *S. Anatoliæ*, et *Locatelli* nominationibus suffragium sibi capitulariter ferendum deposcant. Utraque enim Capellania, uti superius innuitur, jamdiu existebant ante annum 1727, quo anno primus ex Canonicatibus Adjunctis institutus est; atque earum proinde nominatio a piis Fundatoribus in unius Capituli de Massa potestatem relicta fuit. Etsi autem ad Capellaniam *S. Anatoliæ* nominatum sit die 1 Martii 1830, ad alteram tamen *Locatelli* jam a die 2 Januarii 1828 nominatum fuerat; adeo ut hujusmodi nominatio posterioribus hujus S. Congregationis decisionibus diei 8 Augusti 1829 longe praecesserit.

Quum ita se res habeant, Episcopus Fabrianensis ita animi sui votum ingenue aperit = *Tutto quello, che è stato fatto dai Canonici di Massa circa li Canonicati o Canonicato Braccini, è anteriore alle venerate decisioni della S. Congregazione . . . . . L'affare sarebbe già tutto terminato e compito, se appunto li Signori Canonici Aggiunti non vi avessero, non so con qual fondamento, posto un' impedimento. Fu questo che il giorno 7 Settembre scorso con mia sorpresa e di tutti, nella mattina stessa, in cui dovevasi stipolare l'istromento a norma del Decreto Sovrano della Sa. Me. Pio VIII . . . . . produssero una protesta inibitoria di non procedere altrimenti alla celebrazione di un siffatto istromento; per il che tutto restò sospeso, come lo resta tuttora. Per verità un tal passo così azzardato e fuori di regola mi fece dire, e lo ripeto, che questi miei Canonici Aggiunti, per quanta sia la stima che nutro per essi, hanno dimenticato quel detto celebre e rispettato da Padri e Dottori della Chiesa = Roma locuta est; causa finita est =. Lungi però dal farmi Giudice di un tal operato, mi protesto anzi, ed imploro ed attendo sentire i saggi ordini dell' EE. VV. Rñe per adempirli ed eseguirli con ogni prontezza e fedeltà.*

Ad Capellaniam vero *Locatelli* quod attinet, *costa dagli atti di Cancellaria*, pergit Episcopus, *che fu conferita al Chierico Francesco Zonchi un'anno e mezzo prima della emanazione delle dette decisioni degli* 8 *Agosto* 1829. *Nè la protesta, che fecero in contrario i Canonici Aggiunti, poteva, nè doveva trattenere me dal riconoscere idonea la Capellania per titolo di ordinazione; poichè il Capitolo di Massa esercitava il suo antichissimo diritto, di cui era in possesso, nè in allora da alcuna autorità legittima gli era stato interdetto. In tutto il resto poi, che concerne gli altri punti, di cui parla il Memoriale dei Canonici Aggiunti . . . . mi riporto pienamente all' esposto dei Canonici di Massa nella loro risposta, che letta e riletta trovo veridica in tutte le sue parti. Quello però*, concludit ipse, *che non posso, nè devo omettere, perchè espressamente ordinatomi dall' EE. VV. Rme, si è di spiegare l'animo mio su quanto riguarda questo fatto. Il faccio per obbedire, e con quella sommissione di animo e di sentimenti, che si conviene. Esaminato dunque e ben ponderato il tutto, dico, che non trovo avessero i Canonici Aggiunti un vero fondamento di reclamare su quanto hanno esposto; e sono di avviso che non altro abbiano con ciò fatto che intorbidare quel poco di pace e tranquillità, che sembrava ritornata nel Capitolo dopo le più volte mentovate decisioni di codesta S. Congregazione. Mi giova però sperare, che con nuove risoluzioni, decisioni ed ordini si stabilirà una intiera e costante concordia fra questi Signori Capitolari. E questo è appunto ciocchè bramo ed imploro col maggiore ardore del mio cuore.*

Erit igitur EE. VV. pro ea, qua fulgent, sapientia et auctoritate definire

Dubia

I. *An sit standum, vel recedendum a decisis in quinto dubio in casu etc.*

II. *An*

II. *An sit standum, vel recedendum a decisis in sexto dubio in casu etc.*

III. *An suspendenda sit stipulatio instrumenti pro erectione Canonicatus Braccini, ejusdemque nominatio in casu etc.*

IV. *An confirmanda vel infirmanda sit nominatio Capellaniarum S. Anatoliæ et Locatelli absque suffragio Canonicorum Adjunctorum peracta in casu etc.*

Ad I. In decisis juxta modum, nempe exceptis conditionibus interesse Canonicorum de Massa respicientibus.

Ad II. In decisis juxta modum, nempe etiam quoad alios, quorum Capellaniæ institutæ sunt ante erectionem Canonicatuum adjunctorum.

Ad III. Negative.

Ad IV. Affirmative ad primam partem, negative ad secundam.

TERRACINEN. ET PRIVERNEN. CAPELLANIÆ. *Sess. 24 cap. 6 de refor.*

Angela Valerj ex oppido Vici Alatrinæ diœcesis secundas cum Nicolao Antonucci ejusdem oppidi jamjam initura nuptias, ut propitium erga ipsum, aliosque ex familia Antonucci animi sui voluntatem ostenderet, anno 1733 in parochiali Ecclesia S. Mariæ *del Rosario* laicalem sub invocatione Sanctarum Marthæ, et Magdalenæ fundavit Capellam, Capellaniamque ibidem instituit *con tutti, e singoli i beni stabili solamente creditarj del qu. Giovanni Camillo Valerj suo Padre, Erminia sua Madre, e Salvatore suo Zio.* Qua quidem in institutione eam instrumento legem indixit, ut eorumdem bonorum ususfructus pertineret ad se, donec ipsa viveret; post suam vero mortem ad virum suum Nicolaum Antonucci, hujusque fratres Ignatium, et Carolum *ed altri da nascere maschi però solamente . . . . in infinito, alli quali anche . . . . dona ogni ragione di ritenere li suddetti beni . . . . fruti-*

tificarli in loro mantenimento e conservazione della suddetta famiglia e Casa Antonucci . Quatenus autem *venisse estinta detta famiglia Antonucci , in luogo di questa succedano li parenti prossimi de' medesimi Antonucci sempre però colla condizione di sopra dichiarata a favore di detto suo Sposo e suoi fratelli discendenti de' medesimi in infinito : vuole pure ch' essi fratelli Antonucci e loro discendenti , come sopra , vivano unitamente anche coll' assegnamento di detti suoi beni* . Illud insuper sedulo animadvertendum est , fundatricem Angelam Valerj in institutionis instrumento sibi reservasse *scudi cento ed altri suoi beni ad effetto di testare , li quali morendo essa ab intestato vuole che restino uniti con gli altri beni dati per fondo alla Cappellania . . . . . , ed anche la sua casa , ed Orto dentro Vico , e le sue bestie grosse , e minute ; le quali Casa , Orto , e bestie a contemplazione del secondo matrimonio vuole , che il Sig. Abate D. Stefano Antonucci Zio del suo sposo sua vita durante naturalmente ne abbia l'usofrutto , e seguita la sua morte restino detta Casa , Orto , e quelle bestie che si ritroveranno , anche per fondo di detta Cappellania , e sollievo della famiglia Antonucci* . De oneribus vero sermonem instituens hæc habet : *Solo sieno tenuti alli pesi di una Messa solamente il mese* (quam et per extraneos Capellanos adimpleri permisit) , *al mantenimento di detta Cappella , e Quadro da farsi per la medesima coll' invocazione , ed effigie di dette SS. Marta , e Maddalena . . . . . ed al provedimento delle necessarie suppelletili per la celebrazione della S. Messa* .

Verum cum fundatrix Angela absque liberis decessisset, Nicolaus Antonucci ex secundis , quas cum Dominica Graziani contraxerat nuptiis , quatuor suscepit filios Gasparem , Angelam , Margaritam , et Elisabeth . Non multum vero post temporis Gaspare , ad quem patronatus jura devoluta fuerant , vita functo , aliisque ex gente Antonucci deficientibus masculis , fratres Nicolaus et Carolus Antonucci matrimonii caussa ad patronatus fruitionem nominarunt filiam , ac respecti-

ve

ve neptem Elisabeth Antonucci una cum viro Josepho Tomeucci Privernensis Civitatis. Ex quo factum est, ut post Nicolai mortem plures inter conjuges Tomeucci, et Angelam, ac Margaritam Antonucci, quæ contra eosdem conjuges jus sibi quoque ad Capellaniæ bona quæsitum asserebant, quæstiones obortæ fuerint. Hae ut absque forensi strepitu, et contendentium impendio dirimerentur, anno 1792 inita fuit inter partes transactio, qua conjuges Tomeucci partem bonorum Capellaniæ Sororibus Antonucci cessisse perspicuum est. Patet insuper ex ejusdem transactionis instrumento sibi reservasse Capellaniam erigendam, missasque celebrandas. In primo enim capite legitur = *riserbandosi però detti Signori Tomeucci la Cappella da erigersi nella Chiesa rurale di S. Maria del Rosario posta in questa terra, e come ancora le Messe, le quali devono soddisfarsi per tale erezione, si obbligano essi Signori Tomeucci Conjugi, e suoi ec. soddisfare a proprie spese, ed interesse*.

Rebus ita compositis suos Privernium transtulerunt lares Elisabeth Antonucci, et Joseph Tomeucci, reique familiaris caussa id consilii ceperunt, ut omnia bona sive hereditaria, sive dotalia, quæ in oppido Vici possidebant, alienarent, summamque ex venditione retrahendam in emptionem bonorum defuncti March. Mosca Pisauriensis Privernii impenderent. Cum vero inter bona alienanda ea etiam, quæ Capellaniæ dotem constituunt, recenserentur, hinc haud immemores hypothecæ, cui piorum legatorum bona obnoxia sunt, quæque in tertios etiam extraneosque transit possessores, Sacram hanc adierunt Congregationem, ut ipsis facultas fieret, bona, quæ Vici extabant, libere alienandi, ac vicissim ex acquirendis bonis ad hereditatem Mosca spectantibus vel unum, vel plura prædia, prout Eñis Patribus æquum videretur, pro Capellaniæ dote subrogandi. Cumque præterea Capella a fundatore instituta ob fundorum tenuitatem numquam erecta fuisset, postularunt, ut celebratio Missarum ex Ecclesia S. Mariæ *del Rosario* transferri posset ad alterutram ex Capellis jurispatronatus familiæ Tomeucci Privernii ex-

stan-

stantibus, quarum una in Cathedrali Ecclesia sub invocatione B. Mariæ Virginis Lauretanæ, altera in Collegiata sub titulo Sanctorum Petri, et Pauli extructa est. Propositis itaque dubiis I. *An et quomodo sit concedenda venditio bonorum Capellaniæ SS. Marthæ et Magdalenæ, et permutatio cum bonis acquirendis ex hereditate Mosca in casu etc.* II. *An sit concedenda Missarum translatio in casu etc.* et quatenus negative III. *An, et quomodo cogendi sint Oratores ad extructionem Capellæ in casu etc.* die 3. Julii 1819 responsum prodiit: *Ad* I. *Affirmative ad utramque, constituto capitali pro dote Capellaniæ in bonis acquirendis in summa scutorum quingentum cum solitis cautelis. Ad* II. *Affirmative ad alteram ex capellis jurispatronatus familiæ Tomeucci arbitrio Episcopi Privernensis. Ad* III *Negative, sed cogendos esse Oratores ad erectionem Iconis SS. Marthæ, et Magdalenæ in altari designando, ut in secundo dubio, et addito onere celebrandi quotannis unam Missam lectam in festo Sanctæ Marthæ, et alteram in festo S. Mariæ Magdalenæ, facto verbo cum SSmo.*

Postquam Sacræ hujus Congregationis decreto morem gesserant Conjuges Tomeucci nulla sane decem annorum spatio extitit de memoratæ Capellaniæ bonis controversia, donec die 7 Januarii 1829 eorumdem filius Carolus Tomeucci novas iterum obtulit preces, referens Capellaniæ bona, quæ fundatrix Angela pro ejusdem institutione constituerat, ad scutata 3533 pertingere. Id enim, ut ex quorumdam testimonio colligitur, fassa est ejusdem Caroli mater Elisabeth Antonucci dum extremo conficeretur morbo, inquiens *che aveva defraudato il suo figlio Carlo nel rappresentare alla S. M. di Pio VII., che i beni della Cappellania fossero stati di soli scudi* 321 . . . . *Quindi obbligò il suo consorte Giuseppe, acciò avesse di nuovo supplicato il S. Padre a correggere la grazia surrettizia, che aveva ottenuta con inganno, rappresentando che li detti beni ascendessero a scudi* 3579. Quapropter Carolus Tomeucci Sacram enixis precibus efflagitat Congregationem, ut quingentum scutatorum summa, quæ

quæ pro Capellaniæ dote ex ipsius Sacræ Congregationis decreto constituta est, ad 3533 scutatorum summam augeatur. Verum obstant Sorores Caroli Catharina et Theresia Tomeucci, quæ in hujusmodi bonis jus sibi ad dotem esse contendunt. Hinc Sacram hanc Congregationem et ipsæ adierunt, expostulantes, ut quæ oblatæ a Carolo Tomeucci fuerunt preces, ab Emis Patribus penitus rejiciantur.

Rogatus Privernensis Ordinarius pro informatione et voto hæc retulit „ Quæsivi, an pater nomine Joseph „ alios filios, vel filias haberet. Inveni alterum ha- „ bere filium nomine Petri jam a pluribus annis Li- „ burnii commorantem, et duas filias, quarum una „ nupta cuidam Castrillo, altera cuidam Roaldo: hæc „ postrema paucis abhinc annis defuncta, una cum „ viro suo duos reliquit filios, et unicam filiam, quæ „ nuperrime nupta traditur; qui filii et filia jam li- „ tem Caroli patri movere cœperunt pro dote matris, „ quam, dicunt, vel nullam unquam habuisse, vel „ saltem integram hucusque non obtinuisse „.

„ Certe si vera sunt, quæ documenta referunt, videtur „ nec Petrum, nec duas præfatas sorores Caroli ha- „ bere jus in eo, quod spectat ad integritatem fun- „ dorum, quæ ad Capellaniam secundum fundatricis „ mentem pertinent . . . . . Sed hic latere potest an- „ guis, ut dici solet, in herba. Sub specie enim pie- „ tatis potest nunc Joseph pater, vel filius Carolus „ primogenitus redintegrare suis bonis Capellaniam, „ quæ jam eidem Capellaniæ quodam tempore vel „ ignoranter, vel scienter abstulerunt, ut inde dene- „ gare valeant vel pater, vel filius Carolus filiabus „ nuptis, vel earum filiis proprias dotes jam statutas. „ Quare existimarem ut promissas dotes Orator, vel „ pater sororibus nuptis, vel earum filiis propriis bo- „ nis solvat, et quæ sunt Capellaniæ, Capellaniæ ex „ integro restituat juxta mentem fundatricis „.

Illud pro sua causa animadvertendum in primis censet Carolus Tomeucci, post mortem scilicet Nicolai et Caroli Antonucci, cujus hereditas cum beneficio legis et inventarii adita est, anno 1791 a Josepho Tomeucci

hujusque uxore Elisabeth Antonucci confectum fuisse ad juris tramites inventarium, ut peculiaris singulorum Capellaniæ bonorum descriptio fieret, ejusdemque inventarii nullam ab Elisabeth Tomeucci in oblatis Sacræ huic Congregationi precibus aut scienter, aut ignoranter institutam fuisse mentionem. Jam vero in hujusmodi inventario singillatim quoque describuntur bona *attinenti alla fu Angela Valeri, e da essa sottoposti ad una Cappellania mera laicale sotto il vocabolo delle SS. Marta e Maddalena*, eorumdem autem bonorum valorem ad scutata 2882 pertingere affirmat Carolus Orator. Hisce addenda tuetur quædam alia bona, quorum nulla in memorato inventario habita est ratio, scilicet domum, hortum, et gregem, quæ omnia post mortem Stephani Antonucci usufructuarii ad Capellaniam spectare jussit Angela Valeri, quæque summam circiter scut. 690 conficiunt. Huic sane supputationi apprime concinit æstimatio eorumdem bonorum anno 1742 expleta: Syndicus enim et Officiales Terræ Vici die 17 Maji 1733 testimonium tulere = che il Sig. Nicola Antonucci di detta Terra è una delle famiglie possidenti ed onestamente vive colli beni di una Cappellania laicale eretta dalla qu. Angela Valerj con i suoi beni dotali in fondi rustici ed urbani del valore di scudi 3280 come risulta dagli atti civili di questa Cancelleria Baronale sotto il dì 17 Ottobre 1742 stimati per decreto dell' A.C. Guglielmi =.

Hinc exploratum esse refert Carolus Tomeucci parentem suam Elisabeth, dum pro translatione Capellaniæ Sacram adiit Congregationem, quorumdam dumtaxat bonorum exhibuisse notulam; quod quidem luculenter eruitur ex confessione Elisabeth Tomeucci, quæ extremo laborans morbo coram tribus testibus fassa est, *che avea defraudato il suo figlio Carlo nel rappresentare alla S. M. di Pio VII, che i beni della cappellania fossero stati di soli scudi* 321 ..... *Quindi obbligò il suo consorte Giuseppe, acciò avesse di nuovo supplicato il S. Padre a correggere la grazia surrettizia, che aveva ottenuta con inganno, rappresentando, che li detti beni ascendessero a scudi* 3579.

Ne-

Neque tantum imminutionis memoratam scutatorum 3579 summam capere posse, autumat Carolus, ex bonis, quæ Elisabeth sororibus Angelæ et Margaritæ tribuenda transactionis titulo existimavit: siquidem refert, eadem bona scutatorum 247 summam non excessisse. Denique ex supremo, quo Elisabeth Antonucci decessit voluntatis suæ elogio, perspicue evincitur, scutata centum dumtaxat titulo dotis tribuenda esse tum Catharinæ, tum Theresiæ Antonucci, si paternam deserentes domum conjugalem statum amplecterentur. „ *Volendosi maritare debbano avere per parte, dote, e legittima scudi* 100 *per ciascuna .... non potendo di più lasciargli attese le sue ristrette finanze*. Quibus ex verbis, concludit Carolus Tomeucci, satis superque demonstratum est, quam intimo ipsius sorores nitantur præsidio, dum asserunt, eumdem Carolum idcirco Sacram Congregationem pro augendis Capellaniæ bonis adiisse, ut, postquam sui voti compos evaserit, valeat sub pietatis specie præstitutas a jure dotes sororibus denegare.

Verum sorores Catharina et Theresia Tomeucci contendunt tam ab eodem Carolo, quam ab illius parente non religionis ac pietatis, sed potius cupiditatis lucri gratia Sacram hanc exorari Congregationem, ut quingentum scutatorum summa, quæ ex ipsius Congregationis decreto pro Capellaniæ dote constituta est, ad scutata 3533 augeatur. Id autem Ordinarii auctoritate in primis confirmant, qui in eadem, ut jam innuimus, videtur esse sententia, adduntque, se in bonis, quæ maternam constituunt hereditatem ac paternum patrimonium, habere jus ad præfinitam a legibus partem percipiendam; eamque ob caussam litem jamdiu et parenti, et fratri Carolo ante Frusinonensis Delegati tribunal intendisse: ad hanc autem actionem justitia et æquitate innixam, si fieri posset, penitus convellendam illud a Carolo, annuente patre, excogitatum fuisse affirmant, ut omnia fere bona, quibus ipsi fruuntur, Capellaniæ vinculo obstricta ostenderet.

Ceterum a veritate quam longe abesse putant, Capellaniæ bona summam attingere scutatorum 3579. Quibus

bus enim bonis Capellaniæ dos olim coalesceret, perspicue quidem evincitur ex inventario anni 1791, sed latet verus eorum valor, ideoque ad illum dignoscendum periti agronomi æstimatione opus esset. Nec subsidium sibi Carolus quærere posse videtur ex testimonio Syndici et Officialium Vici: si istis enim fides habenda foret, jam certum exploratumque esset Nicolaum Tomeucci nullis aliis anno 1783 præditum fuisse bonis, quam fundis Capellaniæ dotem constituentibus, ut innuunt verba illa = *vive onestamente coli beni di una Cappellania*. = Verum ex inventario anni 1791 luculenter eruitur, eumdem Nicolaum pluribus tam mobilibus quam immobilibus instructum fuisse bonis, quæ a Capellaniæ prædiis prorsus secernebantur, quæque detrahenda forent ex valore, ad quem iidem Syndicus et officiales dotem Capellaniæ pertingere arbitrabantur. Nec satis. Ex eadem summa subducere quoque oporteret valorem bonorum, quæ sororibus Antonucci ex inita transactione anni 1792 cesserunt conjuges Tomeucci, quæ Carolus suo marte asserit vix summam conflasse scutatorum 247. Quæ cum ita sint, non dubitant sorores Tomeucci, quin Sacer hic Ordo oblatas a Carolo preces penitus rejiciat.

Erit nihilominus Eñorum Patrum decernere

An et in qua summa dos Capellaniæ augeri debeat in casu etc.

Dilata, et scribatur Episcopo Alatrino, qui per Peritum ex officio deputandum referat de valore bonorum Capellaniæ ad formam institutionis anni 1733, inspectis tum inventario anni 1791, tum instrumento transactionis anni 1792, non retardata interim solutione dotium.

Sess. 25. cap. 4. de Reform.

BONONIEN. TRANSACTIONIS. Administratores Nosocomii vitæ et mortis, quod Bononiæ extat, anno 1805 duo Antonio Gotti vendidere prædia Libellis Bononiensibus 12062 ea lege, ut quinque millibus ex eis eodem anno persolutis, quod supererat pretii, intra annum 1808 pendi deberet, semissibus interim in singulos annos constitutis fructibus. Atque ut sarta te-

cta

eta Pii Loci jura haberentur, iidem Administratores præter generalem hypothecam, qua universa emptoris bona devincienda curarunt, ac solidalem fidejussionem Caroli Zambonelli (qui tamen ære alieno obrutus jam obiit) specialem quoque hypothecam, dominium ac regressum in præfata duo prædia ipsius Nosocomii favore reservarunt, donec pretium, fructusque conventi ab emptore integre solverentur. At paulo post factum est, ut ære alieno oneratus Antonius Gotti extrajudicialiter creditores convocarit, qui universi, præter memorati Nosocomii Administratores, accedentes tres e suo cætu homines statuerunt, a quibus patrimonii Gotti suscepta quidem administratio est, sed pretii, et usurarum, quæ eidem Nosocomio debebantur, solutio omnino neglecta. Ad annum usque 1816 perducta eo in statu res erat, cum demum ex decreto Tribunalis, quod de primis instantiis tunc temporis Bononiæ jus dicebat, die 6 Maji ejusdem anni immissionem in duo prædia vendita Nosocomium obtinuit vi dominii, ac regressus in venditionis tabulis reservati.

Ægre id tulere Gotti creditores, dieque dicta coram eodem Tribunali Nosocomii Administratoribus, lis de nullitate immissionis contestata est, quæ tamen sub Judice fuit ad annum usque 1820, quo ea denuo excitata, sententia prodiit Nosocomii votis contraria, definiens nimirum creditores patrimonii Gotti esse redintegrandos in prædiorum possessionem; Nosocomium vero compellendum ad perceptorum fructuum rationem omnino reddendam. Ab inimica sententia illico provocarunt pii Loci Administratores, et silentibus creditoribus Gotti controversa prædia adhuc a Nosocomio anno 1830 possidebantur, quum ab iisdem creditoribus oblata est Nosocomio quædam transactio cujus capita sunt „ 1.° Che essi rinuncieranno alla sentenza del Tribunale di prima istanza delli 27 Settembre 1820, ed alle disposizioni della medesima, e riconosceranno perciò valido e legittimo il possesso dei sopradetti due predj preso dalla Commissione Amministrativa dell' Ospedale Maggiore della Vita, e della Morte nel giorno 13 Maggio 1816, rilasciando definitivamente al det-

to Luogo Pio detti due fondi, e le rendite de' medesimi dal detto anno 1816 a tutto oggi percette a piena tacitazione di ogni suo avere, e qualora a maggior validità dell'atto occorra, sempreche l'utile per l'inutile non resti viziato, retrocederanno ora, ossia daranno in paga al Pio Luogo, e per essa all' Illma Commissione Amministrativa detti due Fondi retroattivamente al detto giorno 13 Maggio 1816, e le rispettive rendite dal detto giorno in avanti a piena tacitazione, e saldo come sopra, garantendo d'evizione a termini di ragione.

„ 2. Che in conseguenza del premesso dato in paga, la detta Commissione Amministrativa debba acconsentire per la cancellazione delle Iscrizioni ipotecarie qualunque assunte in quest' Officio di Conservazione d'Ipoteche in Bologna in dipendenza del suddetto Istromento di vendita dei 6 Luglio 1805 rogito Forni, e Pedevilla, salvo di conservare a di lei piacimento dette Ipoteche in quanto percuotono li detti due Fondi da retrocedersi a tutela e garanzia del possesso dei medesimi.

„ 3. Che la suddetta Commissione Amministrativa riceva la cessione, che le faranno di crediti verso li coloni di detti due fondi, che esistevano all' atto del suddetto possesso in somma di Romani scudi 115. 55 meno però sc. 26. 40 importo di Formentone, che dai detti coloni non si ammette ricevuto, e ne paghi a contanti l'importo di sc. 89. 15 in mani di detti Assunti.

„ 4. Che le suddette parti si abbiano reciprocamente ad assolvere, e che l'assoluzione sia estensiva anche alle spese giudiziali, ed estragiudiziali respettivamente incontrate in detta lite.

„ 5. Che riguardo alle spese d'Istromento di transazione concorreranno essi Assunti in somma di sc. 10, ma le restanti si abbiano a subire dalla detta Commissione Amministrativa.

Subscribere hujusmodi Transactioni non dubitant Administratores Nosocomii, præsertim quia præter duo prædia, quæ huic conceduntur, vix aliquid in patrimonio

nio Gotti superesse videatur, in quod jus suum exercere valeat Nosocomium, nam ex sententia graduatoria a Tribunali Primæ Instantiæ die 6 Decembris 1820 edita Nosocomium inter creditores hypotecarios duodecimum obtinuit locum. Quare preces huic S. Ordini ab iis delatæ sunt, queis enixe postulant, ut hanc conventionem dignam, quæ Apostolico beneplacito confirmetur, velint EE. VV. definire. Rogatus Eñus Archiepiscopus de informatione et voto, propitiam confirmandæ transactioni suam profert sententiam, et legitimam affirmat adesse transigendi caussam. Compertum sane est, litem præsentem justam transactioni caussam suppeditare, *L.Cum te proponas cod. de transactionibus*, *Rot. in Lauretana Immissionis* 19 *Januarii* 1784 §. 10 *coram de Bayane*, *et S. Congreg. in Firmana Concordiæ* 21 *Nov.* 1807. In themate litem occurrere, inquiunt Administratores, et eam quidem, cujus progressio periculi est plena, uti ex ipsa anni 1820 perspicitur sententia: Dominii enim, ac regressus in venditionis tabulis reservationem ob pretium non solutum, in simplicem hypothecam, licet reliquorum creditorum hypothecis omnino potiorem, et privilegiatam, resolvi, neque ejus vi posse unquam venditorem reintegrationem possessionis adipisci post plures disceptationes suo judicio firmavit *Rota in Bononien. Pecuniaria* 26 *Julii* 1826 §.*ult.cor. R.P.D. Tiberi*, *et in Pisauren. seu Senogallien. Manutentionis*, *seu Reintegrationis* 4 *Dec.* 1826 §. 4 *coram Eño Marco*. Ex quibus omnibus illud etiam colligi facile posse putant, nimirum utilem Nosocomio futuram hujusmodi transactionem. Ipsum enim recessum a lite difficilis eventus maximæ tribuendum esse utilitati, nemo est qui non videat, *S. Congr. in Fanen. Transactionis* 27 *Aprilis* 1816 §. *Hæc tamen*, *et in Spoletana Transactionis* 17 *Decem.* 1803 §. *Eñus*. Præterea per hanc Transactionem a litis expensis reficiendis Nosocomium liberatur, quas, si causa caderet, refundere Creditoribus deberet.

Denique utilitatem, quamdam imo transigendi necessitatem demonstrat Promotor Fiscalis ab Eño Archiepi-

piscopo hac super re interrogatus. Quanquam enim, ait ipse „ il debito del Gotti si presenti avvantaggiato dall' obbligazione generale delli di lui beni fondi, e dal nome di un fidejussore nella persona di Carlo Zambonelli defunto nel Maggio 1808, niente dimeno risulta dallo stato concursale del detto Gotti debitore, e più precisamente da un giudizio di purgazione delle ipoteche introdotto e definito ad istanza di un' acquirente di un solo fondo che apparteneva al detto Gotti, non esservi capienza nel detto stato per il credito suddetto dell' Ospedale, sebbene siano state pratticate le opportune insinuazioni delle ipoteche: locchè stesso si verifica sopra il patrimonio del fidejussore Zambonelli, morto decotto, senza alcuna possidenza „.

Quamlibet tamen utilitatem evanescere, imo jacturam ex proposita transactione Nosocomio obvenire, quisquam fortasse objicere posset: Nosocomium siquidem amplam sui crediti partem, fructus scilicet in venditionis tabulis convento, patrimonio Gotti, seu Creditoribus concederet, atque id unum assequeretur, quod ei nemo potest auferre, scilicet duo prædia Antonio Gotti ea sub lege consultissime divendita, ne eorum dominium in emptorem censeretur translatum, donec ipse pretium solveret. Etenim a jure devium est, ut prædia, quorum pretium mansit insolutum, concursui subjiciantur, quum super re distracta et cadente sub reservatione dominii nullus creditor habere queat jus hypothecæ in præjudicium venditoris, donec integra solutio pretii desideratur, quemadmodum post *Carleval. de judic. tom.* 2 *disput.* 8 *sect.* 6 *n.* 67, *Card. De Luc. de cred. disc.* 6 *n.* 6 docet *Rota in Bononien. Cauthelæ Angeli* 2 *Maji* 1729 §. 3 *cor. Calcagnino*, *et cor. Olivat. decis.* 190 *n.* 13. Porro ea est transactionis indoles ac natura, ut paciscentes aliquid sibi mutuo remittant, *L.* 1 *ff. de transact.*, ideoque conventio, qua uni tantum ex contrahentibus quæritur utilitas, utpote iniqua, est prorsus respuenda *ad text. in L.* 28 *Cod. de transact.*, *Rot. in Romana Nul-*

Nullitatis 3 *Julii* 1820 §. 5. *cor. R. P. D Spada, S. Congr. in Romana Beneplaciti* 24 *Januarii* 1829 *ad II. Dub.* Utrum autem hujus generis videatur transactio, quam inire cupiunt Creditores patrimonii Gotti, viderint Emi Patres ea qua præstant sacri humanique juris disciplina.

Sit

Dubium

An et quomodo sit supplicandum SSmo pro approbatione transactionis in casu etc.

Affirmative in omnibus juxta votum Emi Archiepiscopi.

NULLIUS SANCTI MARTINI SUSPENSIONIS NOMINATIONIS ET ABSOLUTIONIS. Imminutis Præbendarum reditibus ob varias Locorum Montium vicissitudines, Capitulum Collegiatæ Ecclesiæ S. Martini nedum reductionem choralis servitii, verum etiam suspensionem duorum Canonicatuum die 17 Septembris 1808 ab hac S. Congregatione ad decennium obtinuit. Suspensio ejusmodi iterum iterumque ad triennium prorogata est diebus 16 Decembris 1820, et 24 Augusti 1822. Eadem postea perdurante redituum exiguitate, memorati Canonicatus tamquam suspensi habiti sunt, et Canonici eorumdem, annuos fructus inter se diribuere, quin ulla unquam petita ac indulta fuerit suspensionis prorogatio. Id cum nuper animadvertisset Vir Princeps Aloysius Joannes Andreas ab Auria Pamphilj, qui Collegiatæ gaudet patronatu, continuo supplicem huic Sacro Ordini obtulit libellum, quo tum absolutionem efflagitat quoad tempus præteritum pro qualibet omissione, potissimum ob non petitam suis temporibus prorogationem suspensionis Canonicatuum, antequam memorata indulta ad suum properarent finem, tum ulteriorem pro-

Sess. 25. *cap.* 15. *de reform.*

rogationem inchoandam a die novæ concessionis, et duraturam usque dum quacumque ratione augeantur reditus.

Eñus Protector, quem ex more rogaveram, ut Sacram Congregationem instructam reddere, animique sui sententiam pandere dignaretur, retulit, se Capitulum Collegiatæ interrogasse, atque istud animum suum petitæ suspensionis prorogationi plane adversum ostendisse, ne Ecclesiæ splendor, et spirituale incolarum bonum diutius dispendium patiantur. Vehementer tamen conqueruntur tam de gravi choralis servitii onere sub die 22 Februarii 1823 *etiam ad octavas privilegiatas* porrecto, quam de redituum tenuitate, adeout subductis Missarum oneribus quilibet Canonicorum ne annua quidem lucretur scutata quindecim.

At Eñus Protector oblatis precibus indulgendum putans, hæc ait „ Ut mentem meam aperiam censeo omnino necessariam prorogationem super suspensione nominationis duorum Canonicatuum Collegiatæ S. Martini. Si enim hanc initio concessit hæc S. Congregatio ad decennium, deinde ad triennium, ob imminutionem fructuum Locorum Montium, in quorum reditibus, si *non tota* (ut ait Capitulum) *in maxima tamen parte* sita est Canonicorum provisio, uti constat ex mea relatione ad hunc S. Ordinem trasmissa anno 1822, jam in propatulo est, eadem perseverante *causa* imminutionis fructuum Locorum Montium, effectum eumdem suspensionis nominationis duorum Canonicatuum sibi locum vindicare. „

„ Ad quod tamen tempus? Productio suspensionis ad tempus, quo Collegii Canonicorum reditus quacunque ratione augeantur, eidem Collegio non placet = *eo quod Abbatia nimis demissa venit cum duorum Canonicatuum prolixa viduitate;eo quod Capitulum jam tenue, sicuti etiam reditus,a suo Ecclesiastico exercitio deficiat necessum est ; coquod tandem enorme foret incolarum spirituale dispendium* =, ut verba sunt ipsorum Canonicorum. Verumtamen his facili negotio respondeo. Defectus ecclesiastici servitii non est timendus ubi omnes Canonici *resideant*, prout ex Canonum Ecclesiæ

jæ præscripto tenentur. Ex ipsa enim Canonicorum relatione patet, ei subscripsisse quatuor Canonicos præsentes, et præter hos Abbatem; reliquos autem esse absentes, videlicet (præter duos defunctos) invalidum unum, quartum et quintum extra residentiam. Jam vero quod attinet ad duos defunctos Canonicos, etiamsi omnem moverit lapidem Patronus ut alios in eorum locum sufficeret, neminem tamen reperire potuit, qui Canonicali huic exiguæ præbendæ inhiaret, multoque minus alteri ex iis, cui Archipresbyteratus adhæret. Quod vero spectat *quartum* et *quintum*, cur hi non resident? Alter jamdiu abest ob quædam sua negotia; alter, nempe Tomarellius, abest pariter, et Romæ vivit, fretus (ut mihi relatum est) cuidam rescripto S. Congregationis hujus *causa studiorum*, quamquam annus jam lapsus sit, ex quo Sacerdotio auctus est. Eccur itaque hi omnes non resident? Cur non revocantur ad residendum? Cur Abbas, qua Ordinarius, *hæc indulta abessendi* ob asserta negotia non negat? Quid quod cogitare etiam debent Canonici, ecclesiasticum servitium hodie, et ipsum valde redactum ipsis fuisse ab hac S. Congregatione, ut docet *thesaurus resolutionum* in locis in supplici Patroni libello indicatis, ita ut eo magis absurdum esset, si ab hoc ecclesiastico servitio adeo redacto et miti deficere auderent Canonici? „

„ Nescio pariter cur subtimeant Canonici, concessa productione suspensionis nominationis ad longum tempus enorme futurum *Incolarum spirituale dispendium.* Agitur enim de parvo Oppido S. Martini. In eo atque in ejus agris seu Territorio vix reperiuntur mille incolae *in totum.* Age vero in novissima relatione S. Liminum, quam Abbas et Ordinarius S. Martini transmisit, me curante, ad hanc S. Congregationem mense Aprilis proximo, aperte deprehendistis PP. EE. hæc verba: = Ultra Ecclesiam S. Martini adnumerantur „ tres aliae, quarum una pertinet ad Clericos Sæcu- „ lares Doctrinae Christianae, ubi singulis Dominicis, „ exceptis solemnioribus, habentur tres doctrinae in- „ fima, media, et suprema; *quotidie Sacramenta*

„ *administrantur cum frequenti concursu*, et juvenes „ conviventes in eorum Collegio, praecipue exteri, „ in humanioribus literis, ac in primis elementis sunt „ omni studio gratis instructi, et interdum in philo- „ sophicis institutionibus, quod est mihi ingenti lae- „ titiae, ipsisque habitantibus commodo et *utilitati* „ *pergrandi*. = Hisce sic stantibus, ubi nam adest *spirituale dispendium* et quidem *enorme* Populi, quod timent Canonici, si suspensio nominationis duorum ex octo Canonicatuum prorogetur, donec augeantur reditus? Numquid *sex Canonici*, qui semper adesse debent, satis non erunt pro populo, qui vix conflatur ex mille incolis, et cui quotidie *Sacramenta administrant* etiam Patres Doctrinae Christianae? =

„ Quare hae Canonicorum querimoniaetanti non sunt, ut me dimoveant a sensu, quod jam pandidi in praedicta mea anni 1822 relatione, concedendae prorogationis suspensionis duorum Canonicatuum (a die novæ hujus concessionis) duraturae, donec quacunque ratione augeantur reditus, quam ipsam clausulam placuit EE. VV. ponere in praefato Rescripto de Chori servitii reductione. Quod si lubeat EE. VV. tempus aliquod determinare, rogo ne sit perbreve, sed longum. In nostris enim Familiis, quae jure nominandi gaudent in tot aliis locis praeter Oppidum S. Martini, illud potest contingere, ut Patronis e memoria excidat breve prœfixum temporis spatium, et ita non petant in tempore prorogationem suspensionis, quemadmodum examussim non petiit hodiernus Patronus illiusque Pater. „

„ Atque en factus locus alteri petitioni hodierni Patroni super absolutione et sanatione *quoad prœteritum* pro quavis omissione, et potissimum ob non petitas suis temporibus in supplici libello expressis tam ab eo quam ab ejus Genitore prorogationes suspensionis nominationum de quibus agitur, post elapsa decennii aut triennii intervalla. Quam absolutionem et sanationem impertiendam esse duco: neque enim ex dolo processit, sed ex indiligentia Patroni hodierni ejusque Patris. „

Erit

Erit nunc Eñorum Patrum decernere

I. *An et ad quod tempus sit proroganda suspensio nominationis in casu etc.*

II. *An sit supplicandum SSmo pro absolutione quoad tempus praeteritum in casu etc.*

Ad I. Affirmative ad decennium, et Ordinarius curet observantiam sacrorum canonum quoad residentiam.

Ad II. Affirmative.

CIVITATIS CASTELLANÆ REDUCTIONIS ET DISPENSATIONIS. In oppido Vallerani extat Ecclesia Collegiata S. Andreae Apostolo dicata, cujus Capitulum duae constituunt Dignitates, decem Canonici, et quinque Beneficiati. Singulis Canonicis scutata triginta, Beneficiatis vero scutata quindecim quotannis tribui jussere pii fundatores Laurentius Augustini, et Petrus Rossetti. Temporum autem tristitia ita imminui contigit capitulares redditus, et Sacerdotum numerum, ut Canonici de praebendarum tenuitate, et de gravi chorâlis servitii sarcina plurimum quererentur, aç nemo sive ex indigenis, sive ex advenis inveniretur, qui ad vacantes praebendas contenderet. Quo factum est, ut propositis dubiis *I. An et quomodo sit concedenda reductio Canonicatuum et præbendarum beneficialium in casu etc.*, et quatenus negative *II. An et ad quod tempus, et quomodo sit concedenda suspensio collationis earumdem præbendarum in casu etc. III. An, et quomodo sit locus reductioni servitii choralis in casu etc. IV. An, et quomodo sit locus reductioni binæ Missæ quotidianæ ad binam in hebdomada in casu etc.*, V. *An sit concedenda dispensatio erigendi montem in casu etc.*, S. Congregatio die 19 Julii 1820 resribendum duxerit: *Ad I. Provisum in secundo. Ad II. Affirmative ad decennium pro duobus Canonicatibus, et tribus Beneficiatis ad effectum conficiendi multiplicum ex superextantibus reditibus, satisfactis Missarum oneribus, deputato per Episcopum Ec-*

Sess. 22. *cap.* 4. *et sess.* 24. *cap.* 15, *de reform.*

Ecclesiastico Administratore, non retardata interim provisione Præposituræ, et notificetur Ministris Datariæ Apostolicæ. Ad III. Affirmative ad decennium ad omnes dies festos etiam reductos cum solitis clausulis. Ad IV. Affirmative per decennium ad unam Missam tantum quotidianam. Ad V. Affirmative ad decennium, et ad D. Secretarium cum SSmo quoad omnia. At quoniam anno 1825 ob vilescens rerum pretium adeo decrevissent Capituli reditus, ut Canonici ne annua quidem scutata triginta haberent, si vacantium Beneficiorum fructus multiplico collocare pergerent, ideo illud tantummodo in arcam multiplici conferri enixis precibus postularunt, quod, subductis pro quolibet Canonico scutatis triginta, singulis annis superesset. Cumque votis Capituli propitiam pandidisset Episcopus animi sui sententiam, EE. VV. in Comitiis diei 17 Maji 1828 oblatis precibus indulgendum putarunt ea sub lege, ut summa scutatorum quingentorum septem, quae in sacra aede adhuc asservabatur, statim in fructiferos emendos fundos erogaretur.

Ad exitum jam properante indulto diei 19 Julii 1820, Canonici preces instaurarunt, quibus nedum easdem, quae anno 1820, sed graviores narrant occurrere causas, ut voti compotes fiant. In primis valde tenuem prae temporum conditione sibi esse affirmant congruam scutatorum triginta, ideoque illam ad scutata quadraginta pro Canonicis, ad scutata vero viginti pro Beneficiariis protrahi cuperent. Hinc necessariam tuentur nedum suspensionem, sed perpetuam suppressionem duorum Canonicatuum, ac trium Beneficiorum. Perpetuam insuper choralis servitii, et Missarum efflagitant imminutionem ad tramites rescripti anni 1820, ac etiam abrogationem montis, quem ad scutata usque centum quinquaginta ex fundationis lege in fabricae usum conficere tenerentur, eumque veluti inutilem describunt, cum Ecclesiae et fabricae sumptibus satis prospici queat ex massae capitularis reditibus.

Litteras dedi Episcopo pro informatione et voto, responsumque accepi: „ Sensum meum aperiendo circa ad-

ne-

„ nexas preces Capituli Vallerani, auditis omnibus
„ interesse habentibus, praesertim eodem Capitulo,
„ omne quod exposuit EE. VV. Rñis, verum esse agno-
„ vi; nam scutata quingenta septem legaliter investi-
„ ta apparent, et annuum afferunt fructum scutato-
„ rum triginta quinque. Eaedem remanent circum-
„ stantiae, ideoque prorogationem, ac dispensationem
„ petitam ad decennium concedendam esse, nec ali-
„ ter ob impotentiam et praebendarum tenuitatem pro-
„ videri posse existimo. „

Sint

Dubia

I. *An, et quomodo sit concedenda reductio Canonicatuum et praebendarum beneficialium in casu etc.*

Et quatenus negative

II. *An, ad quod tempus, et quomodo sit concedenda prorogatio suspensionis earumdem praebendarum in casu etc.*

III. *An, ad quod tempus, et quomodo sit tribuenda prorogatio reductionis servitii choralis in casu etc.*

IV. *An, et quomodo sit locus prorogationi reductionis duplicis Missae quotidianae in casu etc.*

V. *An sit concedenda dispensatio erigendi montem in casu etc.*

Non proposita cum reliquis.

TARENTINA REDUCTIONIS MISSARUM. Marchionissa Helena Castriota anno 1705 ultimum voluntatis suae condidit elogium, atque ex bonis ac juribus feudi S. Marzani Majoratum a nepotibus ex fratre fruendum instituit. Extinctis nepotum suorum lineis, neptes earumque descendentes ex ætatis ordine vocavit, masculis præ fœminis tributa prælatione. Quibusdam vero oneribus majoratus possessores obstrictos voluit, atque in primis ut diem festum S. Januarii in Ecclesia Dynastæ palatio attigua quotannis celebrare, ac

Sess.24 cap.12 de reform.

ac duorum Sacrorum celebrationem in parochiali Sancti Marzani Templo singulis hebdomadibus curare tenerentur. Hisce addidit quadrigentas Missas, nulla designata Ecclesia, in sui suæque familiæ expiationem quolibet anno litandas: ubi autem neptes earumque lineas majoratus bonis frui contigisset, alia quadrigenta Sacrificia singulis annis offerri jussit.

Castriotæ nepotes quum sine prole brevi temporis spatio decessissent, majoratus bonis ac juribus perfrui cœperunt neptes, earumque descendentes modo masculi, modo fœminæ, prout jusserat lex testamentaria, quin tamen lites super prælatione inter consanguineas aliquando non exarserint. Hoc ineunte sæculo Majoratus compendio gaudebat nobilis fœmina Teurisani, in eamque litem movit Paschalis Bonelli ex tertia testatricis nepte masculus descendens. Quamvis autem Paschalis ex judicis sententia anni 1806 causam obtinuisset, haud tamen bonorum possessionem nactus est, nisi anno 1810, postquam scilicet transactionem ad omnes eliminandas controversias cum eadem fœmina inierat. Interea factum est, ut, Neapolitano Regno ab externis copiis occupato, fideicommissorum vincula dissolverentur, et feudalia jura abrogarentur. Quocirca nedum Castriotæ Majoratus evanuit, sed insuper ejus census valde decrevit; lata enim sententia per Commissionem feudalem quædam bona Municipio attribuuntur, decimarum præstatio intercipitur, ac nonnulla jura utilia jam antiquata declarantur.

Castriotæ bonis ita imminutis, aliisque a Paschali perlatis calamitatibus, adeo ipse ære alieno opprimi cœpit, ut eidem creditores carcerem minitarentur. Obærati Paschalis miseratus ejus frater minor natu, cui nomen Joseph, S. Marzani feudum, seu Majoratus bona anno 1814 emit eodem convento pretio, quo prædia anno 1806 æstimata fuerant, et adjecta lege dimittendi nomina, quibus frater premebatur, quæque valorem fundorum excedebant ducatis ferme 3000. Neque hic sumptibus modus; cum enim Templum S. Januario sacrum jam fatisceret, ad illud reficiendum, et supellectili ornandum Joseph contulit ducata 450. Nu-

Nuper Marchio Joseph vetera suæ familiæ monumenta evolvens, facile intellexit, bona a fratre empta ex Castriotæ voluntate supra memorato obstringi piorum Legatorum onere. Rei novitate commotus illico suspicatus est, feudi Dominos pluribus annis pii Legati satisfactionem omisisse, quippe quod ex hominum memoria exciderat, ac nulla de eo in emptionis venditionis tabulis facta fuerat mentio, nec quidquam ejus nomine ex convento pretio detractum. Supplicem hinc Joseph huic Sacro Ordini porrexit libellum, quo nedum absolutionem a præteritis omissionibus, sed etiam reductionem pro futuris temporibus efflagitat. Atque ut voti compos facilius reddatur, se paratum exhibet ad instituendam in præfata Ecclesia S. Januarii Capellaniam, cui tradet fundum a quovis vinculo et obligatione immunem atque annui reditus ducatorum sexaginta, ea sub lege ut Capellaniæ Rector ibidem quotidie Sacrum faciat pro animabus Familiæ tam Oratoris quam Helenæ Castriotæ.

Quæ narrat Orator, eadem veritati consona esse affirmat Archiepiscopus = potendo io assicurare (sunt ejus verba), che tutti i documenti citati nella di lui memoria, che per la voluminosità non si possono rimettere, nè conviene azzardarli, sono stati a me presentati, i quali avendoli fatti riscontrare e verificare dal Cancelliere di questa Curia si sono trovati uniformi al contenuto in detta memoria. Non è poi possibile di potersi conoscere la rendita che davano i fondi in tempo della fondazione del pio Legato, nè quella che danno al presente, perchè non tutti dal Signor Bonelli vengono posseduti i divisati fondi, ma bensì sono diramati in diversi possessori, ed il detto Sig. Bonelli è solo alla domanda da lui avanzata alla S. Sede. Ho preso ancora conto di tutto da persona sicura che n'era informata minutamente, e sono stato assicurato che l'esposto fatto dal Bonelli contiene verità di fatto, e che quanto egli ha dedotto proviene dalla delicatezza della sua coscienza. E siccome le ragioni indicate nella memoria del Signor Bonelli sono ragioni su delle quali non può cadere dubbio veruno, così a me sem-

bra che la Sac. Congregazione del Concilio possa accettare quanto dall'Oratore viene proposto ed accordare la domandata istituzione della nuova Cappellania coll'assoluzione anche a favore de' precedenti possessori di tanto attrasso di celebrazione di Messe, che quando si dovessero al presente celebrare coll'elemosina di carlini due secondo la tassa di questa Diocesi, non basterebbe il valore della proprietà de' beni acquistati dall'Oratore con proprio suo danaro, inscio dei pesi che vi gravitavano =.

Ex hujusmodi Archiepiscopi relatione justam urgentemque eruitur occurrere causam indulgendi tam absolutionem, quam reductionem a Josepho petitam. Etenim nihil ex instituto hujus Sacri Ordinis exploratius, quam onera esse imminuenda, ubi reditus impares evaserint, ceu docent exempla *in Romana Reductionis* 8. *Augusti* 1818, *in Lucana Translationis, Reductionis et Sanationis* 26 *Augusti* 1820. Jam vero bona a pia testatrice relicta ita imminuta ac divendita esse patet, ut plane periisse videantur; quæ autem ab Oratore possidentur, eadem non jure hæreditario, sed emptionis titulo comparata fuisse publicæ testantur tabulæ anno 1814 obsignatæ. Hisce accedit, quod Joseph eadem bona sibi emerit, ne germanus ejus frater in carcerem a creditoribus detruderetur, non autem ut lucrum aliquod sibi quæreret: imo tot nomina ob initum emptionis contractum dimittere coactus fuit, ut longe majorem, quam bonorum sineret pretium, solverit pecuniæ summam. Tandem ipse bona fide, ac plane inscius fundos a fratre possessos Missarum subjici oneribus, eosdem tamquam a quovis onere immunes, ac propterea majori pretio comparavit. Quocirca idem Joseph, qui minori dumtaxat gaudet bonorum parte, non dubitat, quin Emi Patres oblatis precibus sint e vestigio suffragaturi.

Verum Sacri Canones et civiles leges supremam hominum voluntatem religiose servandam edicunt, *can. ultima voluntas caus.* 13 *quæst.* 2, *L.* 1 *Cod. de SS. Eccl.*, et hæc Sac. Congregatio Missarum reductioni solet obsistere, quoties reditus pares sunt indictis oneribus per-

perferendis, ut in *Romana* 15 *Septembris* 1802, *et in Mazzarien. Reductionis* 14 *Decembris* 1822. Quæ autem supersunt bona majoratus Castriota sive penes nobilem fœminam Teurisani, sive penes Marchionem Josephum existentia quam longe superant pecuniæ vim ad implenda onera a testatrice indicta necessariam, ac propterea deneganda videtur tam absolutio a præteritis omissionibus, quam onerum reductio. Quin aliquid officiat neutrum illorum hæreditario jure præfato bona possidere; cum enim agatur de annuis ac perpetuis legatis, quæ onera censentur realia indicta bonis eorumque fructibus ex *L.* 1 *Cod. de Legat.*, *Bart. in L. Cajus ff. de an. legat.*, *Rot. cor. Falconer. de legat. decis.* 1. *num.* 8., pia causa tamquam legataria gaudet actione hypothecaria legali nedum contra hæredes, sed etiam contra tertios possessores ad tradita per *Gomez var. resol.* §. 1 *num.* 7 *tom.* 12, *Mantic. de tacit. lib.* 11 *tit.* 17 *num.* 5, *Sac. Congr. in Nullius Leprignani Legatorum* 7 *Aprilis* 1781 §. *Perpendendum*, qui tamen jus suum experiri possent adversus cedentem aut venditorem pro liberatione a molestiis et refectione damnorem, *Rot. in Recineten. Evictionis* 14 *Junii* 1626 §. *Impulit cor. Millino*, *et cor. Ratto decis.* 173. *n.* 8.

Videant nihilominus Emi Patres

I. *An, et quomodo sit concedenda Missarum reductio in casu etc.*

II. *An, et quomodo sit supplicandum SSmo pro absolutione a præteritis omissionibus in casu etc.*

SUESSANA CONDONATIONIS. Peregrinorum Hospitium, cui adhæret Ecclesia S. Jacobo nuncupata, Suessæ a vetustis temporibus suo ære fundarunt plures familiæ, ex quibus etiam nunc ejus gaudent patronatu familiæ di Transo et di Paolo. Ex his alternatim a compatronis singulis bienniis eligitur Hospitii Magister, qui expleto biennio rationem gestæ administrationis Syndico reddere cogitur ex statutis an-

Sess. 22. *cap.* 9. *et sess.* 25. *cap.* 9. *de reform.*

no 1776 conditis . Hujus legis custodiam intermittere coeperunt nuperrimi Administratores , quo factum est , ut Nicolaus di Paolo , qui Magistri munere pluribus functus est biennis in proprios converterit usus Hospitii reditus , ejusdemque evaserit debitor in ducatis bis mille et quadringentis . Nicolao hæredes extiterunt ejus filii , quos inter Antonius et Jacobus . His in patriam a militia reducibus statim paternum innotuit debitum ; at cum frequenti familia sint gravati , inopia premantur , ac militari , qua donati sunt, pensione vitam traducere adigantur , preces huic Sacro Ordini porrexerunt , ac debiti condonationem expostularunt .

Episcopus , prout in more positum est , rogatus de informatione et voto , retulit , annuas Hospitii vires pertingere ad ducata quingenta , expensas vero ad ducata quadringenta . Quod vero pertinet ad Oratorum preces , hæc enarrat . „ Accersivi Jacobum de Paulo, „ ac etiam filios quondam Antonii Oratoris , et Fa- „ miliam de Transo , apud quam est actualis admi- „ nistratio Loci pii .

„ Summa debita a quondam Nicolao de Paulo est du- „ catorum 2400. Filii dicti Nicolai , inter quos divi- „ sa fuit illius hæreditas , fuerunt Angelus cum præ- „ capientia quartæ partis , Antonius , Jacobus , Cla- „ rix , Isabella . Dividendo summam prædictam , de- „ beret Angelus ducatos sexcentos pro quarta parte , „ et trecentos sexaginta pro reliqua hæreditate , cæ- „ teri quatuor singuli duc. 360 . Angelus defunctus re- „ liquit hæredes filios Antonii , et Jacobi ; filii Anto- „ nii deberent duc. 480 pro patruo , et duc. 360 pro „ patre , uti et filii Jacobi , Clarix vero debet duc. „ 360 , uti et Isabella .

„ Antonius totam suam expilavit paternam hæreditatem, „ et partem etiam filiorum . Jacobus vero habet ali- „ quam portionem . Pro his opinor , præter condo- „ nationem redituum non hactenus solutorum , pos- „ se adigi Jacobum ad solutionem ducat. 100 , hære- „ des Antonii ad ducat. 180 , Claricis hæredes, quia „ in bonis sunt , pro integra summa duc. 360 , uti et „ Isa-

„ Isabellam, condonatis antecedentibus, et reliquis „ partibus debitæ summæ.

„ Sunt et alii cespites dicti Pii loci, qui ob inertiam „ administratorum sunt deperditi. Sunt tamen instru- „ menta, quorum vigore cogi possunt, et reapse unus „ jam obtulit conventionem et recognitionem debitæ „ summae duc. 300.

„ Pro his sum in voto ut remittantur reditus non exa- „ cti; obligentur tamen, et recognoscant pium Lo- „ cum, et interim Sacra Congregatio vigorose adi- „ gat Administratorem de Transo ad recognoscendos „ reliquos cespites, quorum extat memoria, et de- „ bitores sunt solvendo. Cum hi bullares census for- „ mati fuerint ex reditibus tum superabundantibus, „ potest Sacra Congregatio descendere, si placet, ad „ condonationem ipsorum redituum non exactorum.

„ Concessa facultate Administratori recipiendi peculia- „ res obligationes tum ab hæredibus de Paulo, tum „ ab aliis cum annua præstatione interussurii. Adden- „ do summas, quæ abundant ex oneribus singulis bien- „ niis, fiat summa capitalis, quæ crescens per decen- „ nium, vel fere habebitur ipsa principalis summa „ duc. 2400 „.

Cum debitum contractum sit ex male gesta Nicolai de Paulo administratione, cuncti ejus hæredes pro viribus hæreditatis damnum pio Loco illatum rependere tenentur, *Leg.* 1. §. 1. *et L.* 16. *ff. de tutel.*, *et ration. distrah. Leg.* 4. *Cod. de hæred. tutor. et Curat.*

Ne itaque Peregrinorum Hospitium Administratorum dolo suis expoliari reditibus permittatur, ac piorum fundatorum voluntas impune fraudetur, respuere oporteret Oratorum preces, imo cum Nicolaus pii Loci bona ac jura usurpaverit, tum Oratores, tum reliquos hæredes quovis patronatus jure decidisse declarandum foret ex censura Tridentinæ Synodi *sess.* 25. *cap.* 9. *de reform.*

Verum nonnulla præsto esse videntur rationum momenta, quae aliter rem dijudicandam esse suadent. Gravis profecto obligati paupertas legitimam suppeditat debiti condonationis causam, cum inanis sit actio, quam ino-

inopia debitoris excludit , et Sacra Congregatio clementia uti solet erga eos , qui rei familiaris inopia vexantur , et sanguine cum fundatore junguntur , uti videre est in *Taurinen.* 30 *Martii* 1776 , *et in Mazzarien. Reductionis, et Absolutionis* 14 *Decembris* 1822, quia ut ait *de Luca de Testament. disc.* 72. *num.*15. *et seqq.* si gravem eorum paupertatem testator prævidisset , sanguinis fortasse vocibus motus vel onerum implementum non imposuisset , vel minorem eorum numerum demandasset .

Perpendere quoque dignentur Emi Patres , utrum Oratoribus tantummodo , quos gravi laborare inopia ex Episcopi relatione perspicue elicitur , sit debiti impertienda condonatio , vel etiam ad reliquos fructuum debitores certis legibus, quemadmodum suggerit idem Antistes , protrahenda . Videant etiam , an ad rectam bonorum Administrationem sit Hospitii Magistro inculcanda observantia Statutorum anni 1776 super rationis redditione . Sane art. 7 cautum legitur = Il Maestro, passato un mese dopo la sua amministrazione di due anni, debba presentare li suoi conti al Visore eletto dai compatroni , altrimenti sia privato di voce attiva e passiva , siccome d'adesso si dichiara privato e per tale = . Imo cum in Hospitii fundatione aliter statutum non fuerit , etiam Episcopo redituum rationem exhibendam esse patet ex Tridentina Synodo *sess.* 22. *cap.* 9. *de reform.* , ubi de Administratoribus piorum locorum tam ecclesiasticis quam laicis hæc ad rem habentur = *Si ex consuetudine aut privilegio , aut ex constitutione aliqua loci , aliis ad id deputatis ratio reddenda esset , tunc cum iis adhibeatur etiam Ordinarius ; et aliter factæ liberationes dictis administratoribus minime suffragentur* = .

Dubia

I. *An et quomodo sit supplicandum SSmo pro condonatione favore Oratorum in casu etc.*

II. *An et quæ condonatio sit concedenda aliis Hospitii debitoribus in casu etc.*

III. *An Magister Hospitii teneatur reddere rationem Administrationis in casu etc.*

Die

Die Sabbati 27. Augusti 1831. in Palatio Apostolico Quirinali erit Sacra Congregatio Concilii, in qua præter alia proponentur infrascripta Dubia, juxta morem ejusdem Sacræ Congregationis de jure resolvenda.

CIVITATIS CASTELLANÆ REDUCTIONIS ET DISPENSATIONIS. *Sess. 22 cap. 4 et sess. 24 cap. 15 de reform.*

Dubia

I. *An, et quomodo sit concedenda reductio Canonicatuum et præbendarum beneficialium in casu etc.*

Et quatenus negative

II. *An, ad quod tempus, et quomodo sit concedenda prorogatio suspensionis earumdem præbendarum in casu etc.*

III. *An, ad quod tempus, et quomodo sit tribuenda prorogatio reductionis servitii choralis in casu etc.*

IV. *An, et quomodo sit locus prorogationi reductionis duplicis Missæ quotidianæ in casu etc.*

V. *An sit concedenda dispensatio erigendi montem in casu etc.*

Ad I. Negative.

Ad II. Affirmative ad aliud decennium ad formam præcedentis, et quidquid superest, multiplico conferatur.

Ad III. IV. et V. Affirmative ad decennium ad formam præcedentis, et ad D. Secretarium cum SSmo quoad omnia.

TA-

Sess. 24 cap. 12 de reform.

TARENTINA REDUCTIONIS MISSARUM.

Dubia

I. *An, et quomodo sit concedenda Missarum reductio in casu etc.*

II. *An, et quomodo sit supplicandum SSmo pro absolutione a præteritis omissionibus in casu etc.*

Ad I. Affirmative ad Capellaniam quotidianam juxta preces cum congrua dote, comprehensis etiam utensilibus, ab Archiepiscopo præfinienda, transcripto fundo assignando, et idem Archiepiscopus moneat ceteros bonorum detentores, ut consulant conscientiæ suæ.

Ad II. Affirmative pro rata ad Oratorem spectante, celebratis quinque Missis.

Sess. 22 cap. 9 et sess. 25 cap. 9 de reform.

SUESSANA CONDONATIONIS.

Dubia

I. *An, et quomodo sit supplicandum SSmo pro condonatione favore Oratorum in casu etc.*

II. *An, et quæ condonatio sit concedenda aliis Hospitii debitoribus in casu etc.*

III. *An Magister Hospitii teneatur reddere rationem administrationis in casu etc.*

Ad I. Affirmative, impertita Episcopo facultate transigendi juxta vires Oratorum, auditis reliquis compatronis.

Ad II. Negative.

Ad III. Affirmative ad formam statutorum, et Episcopus utatur jure suo ad præscriptum Concilii Tridentini *sess. 22. cap. 9. de reform.*

URBI-

URBINATEN. CANONICATUS. Prostat hujus Causæ species in Folio diei 24 Julii, et 28 Augusti proxime elapsi anni 1830. Tunc autem propositis dubiis I. *An Canonicus Dionigi inciderit in pœnam privationis fructuum in casu etc.* et quatenus affirmative: II. *An sit consulendum SSmo pro condonatione fructuum in casu etc.* III. *An idem Canonicus inciderit in pœnam privationis canonicalis præbendæ in casu etc.* et quatenus negative: IV. *An eidem sit concedendum indultum absentiæ a residentia in casu etc.* et quatenus negative: V. *An sit admittenda renunciatio Canonicatus cum reservatione pensionis scut. 25. in casu etc.* rescriptum prodiit in Comitiis præfati Augusti: *Ad I. Affirmative. Ad II. Facta prius renunciatione absque ulla reservatione pensionis, affirmative. Ad III. IV. et V. Provisum in secundo.* *Sess. 24 cap. 12 de reform.*

Ejusmodi sententia minime quidem arrisit Canonico Dionigi: ideoque præscriptos intra temporis fines appellationem rite interponens, suppliciter postulavit, ut sibi causam suam ad hunc S. Ordinem iterum deferre, iterumque EE. VV. judicio subjicere liceret. Ex instituto hujus S. Congregationis morem gerere Oratoris precibus non dubitavi; sed Canonicalis tamen præbendæ fructus interim penes sacram ædem deponendos Archiepiscopo commisi, eo nempe consilio, ut post exitum causæ de iis, prout de jure, decerni possit. Jam vero, etsi ad reiterandam hujusce causæ propositionem jam bis Canonico Dionigi a Capitulo constituta fuerit dies, ipse tamen nil quidquam ideirco motus est, nec se unquam amplius huic S. Congregationi sistitit, ut jura sua peculiaribus, quæ pollicebatur, rationum momentis defendenda susciperet.

Certe si supplex ejusdem Dionigi libellus pro nova obtinenda causæ propositione porrectus expendatur, illud potissimum conqueri videtur, se ad mensem Augusti 1830 neque adversa documenta habuisse perspecta, neque favorabilia potuisse adducere testimonia, quibus ea refellerentur. Ceterum haud temere

se opinari ait, Canonicatum suum non esse Presbyteralem; seque ipsum negat plecti posse ob non emissam professionem fidei, de qua scilicet viginti abhinc annis, post aditum Procuratoris opera Canonicatum consentiente Archiepiscopo et Capitulo, monitionem sibi fieri jampridem oportuisse contendit. Quod autem spectat diutinam a residentia absentiam sine ullo hujus S. Congregationis indulto ratione infirmitatis, certis sane de causis se demonstraturum promiserat, quarenam satis sibi superque putaverit defuncti Archiepiscopi Berioli et universi Capituli consensum, donec ipse convalesceret, ac absque ulla temporis limitatione elicitum. Denique illud etiam innuerat se in hac nova causæ propositione patefacturum, utrum revera clericalis ab eo vestis et tonsura tanto tempore neglecta sit, quanto asseverabat Capitulum; tum vero plausibiles necne adfuerint rationes, quibus inquit se aliquo abhinc tempore immunem ab ejusmodi obligatione credidisse.

Hisce haustis, quæ ex supplici tantummodo suo libello depromenda præbuit Canonicus Dionigi, EE. VV. consulere denuo dignentur Folia diei 24 Julii et 28 Augusti 1830, ut dirimere possint

Dubia

I. *An sit standum vel recedenduu a decisis in primo dubio in casu etc.*

II. *An sit standum vel recedendum a decisis in secundo dubio in casu etc.*

Et quatenus recedendum a decisis

III. *An Canonicus Dionigi inciderit in poenam privationis Canonicalis præbendæ in casu etc.*

Et quatenus negative

IV. *An eidem sit concedendum Indultum absentiæ a Choro, et a residentia in casu etc.*

Et quatenus negative

V. *An*

V. *An sit admittenda renunciatio Canonicatus cum reservatione pensionis scut.* 25. *in casu etc.*

Dilata ad primam post aquas absque spe ulterioris prorogationis.

FERENTINA SACRÆ VISITATIONIS. In Oppido Ceccani Ferentinæ Diœcesis tria existunt Pia Loca, quæ *S. Mariæ de Loco*, *S. Sebastiani*, *et S. Rochi* titulo nuncupantur. Horum patronatus ad ejus Oppidi Communitatem pertinere dicitur, eademque Pia Loca a Ceccanensi Magistratu administrari compertum est. Jam vero hodiernus Ferentini Episcopus sacram ibidem agens Visitationem, quum administrationis rationem sibi ab eo Magistratu reddendam petiisset, hunc quidem suis ipse mandatis plane inobedientem sensit, fretum scilicet asserta quadam exemptione, qua se ab immemorabili tempore legitime frui contendit. Atqui hujusmodi exemptionem omnino impugnat Episcopus; qui, dum omni suæ jurisdictionis usu prudenter abstinuit, illico tamen Promotori Fiscali commisit, ut ad definiendam ejus rei controversiam supplicem huic S. Ordini libellum porrigeret, itidemque Aloisio Angeletti Ceccanensis Communitatis Priori coram hac S. Congregatione diem indiceret. *Sess.* 24. *cap.* 8 *de reform.*

Promotoris Fiscalis precibus jam a die 26 Junii 1830 ad Ferentinum Episcopum ablegatis, ut, auditis partibus, idoneum utrique terminum ad deducendum jura sua

coram hoc S. Ordine præfigeret, ipse Episcopus die 23 Februarii hujus anni ita literis suis se habuit = *Etiamsi, quod mihi præscripserant EE. VV., semel atque iterum, scilicet VII. Idus Julias anni proxime præteriti, ac deinde III. Nonas Januarii superioris Ceccanensi Magistratui constitutus fuerit terminus, primo unius mensis ac postea decem dierum intra quem jura sua deferret ad EE. VV., mihique etiam exhiberet ea subjecturo EE. VV. sententiæ, ad me tamen nihil retulit: gauderem, si ad Sacram Vestram Congregationem deferenda curasset.*

Porro in tanto jam elapsi temporis intervallo, Ceccanensis Magistratus Procurator sui quidem voti compos a me factus est, ut hujusce causæ propositio super concinnato Dubio ad hanc usque diem protraheretur, sed mihi nil quidquam pro Clientis sui defensione hactenus exhibuit. Id igitur unum mei muneris esse videtur, ut, cum satis multa prostant in Allegationibus Promotoris Fiscalis de more distribuendis, tum EE. VV. oculis hoc in loco exscripta subjiciantur ejusdem Ferentini Episcopi verba, quibus pro informatione et voto rogatus ingenuam aperit animi sui sententiam.

„ Etenim, ipse inquit, ecquis non intelligit ejusmodi Ceccanensis Magistratus repugnantiam aperte iis adversari, quæ sancita leguntur a Sacrosancta Tridentina Synodo *Sess.* 24 *de reform. cap.* 8, nimirum = *Episcopi, etiam tanquam Sedis Apostolicæ Delegati, habeant jus visitandi hospitalia, Collegia quæcumque, ac Confraternitates laicorum . . . . Eleemosynas Montis Pietatis, sive Charitatis, et Pia loca omnia, quomodocumque nuncupentur, etiamsi prædictorum Locorum cura ad Laicos pertineat.* Quam sanctionem licet per se clarissimam, ne quis tamen ad recognoscendas eorumdem locorum rationes haud pertinere interpretaretur, subjectum a laudata Synodo proximo *cap.* 9 reperimus decretum, ut etiam extra tempus, quo pastoralem visitationem per Diœcesim Episcopus obeat, *Administratores, tam Ecclesiastici, quam Laici, fabricæ cujusvis Ecclesiæ, etiam Cathedralis, hospitalis, Confraternitatis, eleemosynæ*

Mon-

Montis Pietatis, et quorumcumque piorum Locorum singulis annis teneantur reddere rationem administrationis Ordinario etc.

„ Intelligo, qua exceptione Magistratus putaverit posse a se vitari Tridentini Concilii sanctionem: si nempe id opponeret, non consuevisse antehac Episcopos, cum Ceccanum visitarent, Locorum Piorum, de quibus agitur, rationes exigere. Id tamen etiamsi daretur, ex omissione tamen ejusmodi nullum jus in Administratores aut Magistratum intelligi profectum conveniret, quo possent ullo unquam tempore Epicopum repellere, qui ad ea visitanda loca, rationesque eorum recognoscendas aggredi velit; nulla enim præscriptione jus visitandi extingui posse declaravit Innocentius III *cap.* 16. *de præscript.* = ibi = *nec contra visitationem ipsam potest aliquo modo præscribi* =

„ Nihil tamen est causæ, quamobrem putentur Episcopi juris exercitationem sui neglexisse. Plena certe sunt acta Visitationum Episcopalium decretis in Visitatione Locorum Piorum, de quibus agitur, editis, e quibus unum affero exemplum ex visitatione obita anno 1718 ab Episcopo Simone Gritti circa Pium Opus *S. Mariæ de Loco.* Protinus autem intelligitur, Episcopo, cui nulla exemptio ac privilegium obstiterit, ne Loca Pia, in quæ Communitas Ceccani jus patronatus sibi esse autumaret, visitaret, quæque opportuna viderentur, delectis a Communitate Administratoribus imperaret; nihil obstare itidem potuisse, ne rationes administrationis exigeret, quæ nisi recte gerantur, ne decreta quidem perfici poterunt, quæ pro Sacrarum Ædium conservatione ac nitore, et in reliquas explendas obligationes decreta fuerint.

„ Pro coronide demum præstat animadvertere, non Ceccanensi dumtaxat in Oppido, sed in aliis etiam, quæ hac Diœcesi continentur, esse ejus generis loca Pia, quæ Oppidanorum Universitas per delectos ab se Viros administret, quippe quæ a longissimis temporibus pia Oppidanorum largitione collecta censeantur ad sacras aedes sartas tectas tuendas, et ad certa quæpiam religiosi cultus officia: quin tamen idcirco cædem Universitates, delectique ab iis Admini-

stra-

stratores libertatem sibi arrogent a jure proprio Episcoporum, eoque imprimis, quod in recognoscendis gestarum administrationum rationibus versatur.

„ Quæ cum ita sint, non esse dubitandum arbitror, quin precibus hujus Promotoris Fisci Ecclesiastici benigne pleneque annuant EE. VV., in quarum judicio lubens acquiescam.

Sit igitur dirimendum

Dubium

An Administratores Locorum Piorum S. Mariæ de Loco, S. Sebastiani, et S. Rochi teneantur reddere rationem administrationis Episcopo in actu S. Visitationis in casu etc.

Affirmative.

Sess.25.cap.11, de Reform.

SENOGALLIEN. REDUCTIONIS CANONIS. Administratores Montis Pietatis in Civitate Montis Bodii erecti novem prædia rustica in emphyteusim ad tertiam generationem masculinam, auctorante S. Congregatione Boni Regiminis, et constituta auctione, majoribus ac potioribus licitatoribus anno 1808 dederunt. Publicis dein cum quolibet licitatore obsignatis tabulis, iisdemque adjectis pactionibus, cautum fuit, che l'annua corrisposta di detta enfiteusi debba pagarsi anticipatamente di quadrimestre in quadrimestre ..... che le collette tanto camerali che comunitative e privilegiate tanto imposte finora, quanto le altre che potessero imporsi in appresso, debbano essere tutte a carico dell' enfiteuta ....., che non possa mai domandare difalco, bonifico, o compenso di sorte alcuna sul convenuto annuo canone, ma debba quello intieramente pagare al Sagro Monte ..... rimossa ogni e qualunque eccezione, e non ostante qualunque intemperie ..... e qualunque altro infortunio pensato e non pensa-

sato. Rebus in conventis singuli oblatores prædiorum possessionem adierant, statutumque canonem diligenter repræsentarunt, imo factum est, ut nonnulla prædia intercedentibus eorumdem licitatorum cessionibus in novos alios commigraverint emphyteutas. Ex his Comes Ludovicus Ghetardi Benigni cum superioribus annis comperisset, prædiorum fructus, omnibus detractis oneribus, ne pares quidem esse convento canoni solvendo, memoratos emphyteusis contractus tamquam læsionis vitio infectos penes hanc Sacram Congregationem descripsit, ac sui non minus quam ceterorum emphyteutarum eam ob rem ad inopiam jam vergentium nomine postulavit, ut annui canones summam scutatorum 633. 57. complectentes æqua reductione imminuerentur, ac præterea aliqua eisdem pro damnis hactenus perlatis tribueretur compensatio.

Rogatus de more Emus Episcopus, ut, auditis iis quorum interest, ac deputato ex officio Perito, Sacram Congregationem instructam redderet, suique animi sententiam pandere dignaretur, tam rationum momenta utrinque allata, quam peritiam anno 1827 confectam misit. Peritus enarrat in primis, se annuos descripsisse fructus, quos anno 1809 ex fundis emphyteuticis percipiebantur; ait enim suam relationem comprehendere „ le cifre catastali, l'annuo canone in corso, l'annuale reddito lordo e nitido, redatto nel 1826, ma riferibile in tutto ciò che lo riguarda all' anno 1809 „. Similiter quod pertinet ad rerum pretium, se refert ad annum 1809 inquiens „ Omettendo di riferire li prezzi assegnati ai prodotti tutti di un terreno, aggiungerò che li medesimi erano costantemente usitati nelle perizie all' epoca del 1809, come da molte matrici che conservo, e che anzi dei presenti terreni enfiteutici ancora ne fermai il ristretto del reddito a commissione particolare sino dall'anno 1808, usando le stesse valute, non ostante che nel decennio retro fosse maggiore il valore di commercio „. Hisce innixus principiis suam Peritus Joseph Mancini struxit peritiam, cujus summam oculis Emorum Patrum subjicere reor.

TER-

TERRENI ENFITEUTICI	Estimo censuale	Corrisposta attuale	Fruttato del 1826		Soprassuolo nel	
			Lordo	Nitido	1809	1826
	Sc. Baj.	Sc. Baj.	Sc. Baj.	Sc. Baj.	Sc. Baj.	Sc. Baj.
1 Bucareto	1631 70	120 51	90 16	76 96	306 50	375 —
2 Pozzomontone	1437 66	165 60	144 66	132 80	572 50	689 55
3 Spescia	355 19	44 93	38 —	34 83	328 71	372 55
4 Sinichella Chiusa	419 73	46 03	42 25	36 48	212 58	163 88
5 Trebbio	353 64	61 —	44 87	41 59	279 05	319 51
6 S.Giovanni	236 12	79 90	59 92	57 34	361 82	394 95
7 S. Giacomo	226 85	42 —	35 93	33 72	132 08	199 56
8 Campaluccio	405 70	52 60	39 75	36 28	275 64	299 32
9 Madonna della Rosa	144 —	21 —	11 94	10 60	62 89	75 21
Totale .....℈	5458 59	633 57	507 49	460 33	2531 78	2899 53

Quum hanc peritiam inspexissent Administratores Montis Pietatis, conquesti sunt, quod Peritus Mancini nihili fecerit amœnitatem loci, venationem in fundis emphyteuticis exercendam, propinquitatem, quam ipsi habent cum civitate, et cetera commoda, quibus emphyteutæ frui valent. Fructuum præterea exiguitatem eorumdem emphiteutarum culpæ vertendam tuentur, quia scilicet domos rurales, ut oportebat, instaurare, ac majorem arborum numerum præ agrorum latitudine serere prætermiserunt. Quam ob rem agri metatorem Petrum Gennari in præfatos fundos miserunt, qui die 31 Julii 1830 retulit, sumptus in reficiendas domos, ac in memoratas pangendas arbores adhuc utiliter insumendos summam conficere scut. 239. 57.

At nihilominus Emus Episcopus votum suum precibus Emphyteutarum propitium aperire non dubitat „ Lepide Administratores, inquit, ponunt in calculo „ amœnitatem illorum prædiorum, civitatis Montis Bodii vicinitatem, commoditatem aucupandi, ac similia. Hæc extranea sunt prædiis, neque natura sua „ augent fructus. Neque insuper parvitas fructuum ex „ culpa Oratorum videtur repetenda, uti opponunt „ Administratores prædicti, quippe negligentia illa ac „ culpa aperte excluditur ex judicio Periti Mancini. „ Atque ideo libratis hinc inde rationum momentis, „ opinarer, Oratorum postulata posse a supremo Ordine benigniter excipi „ .

Quod vero ad cessiones attinet primorum emphyteutarum, hæc edisserit. „ Prædictis Administratoribus notum dumtaxat est, prædium a Leopoldo Menchetti „ acquisitum fuisse (die 28 Junii 1823) auctorante S. Congregatione Episcoporum ope cessionis Felicis Piissimi eidem peractæ absque ulla pactorum „ innovatione. Quoad reliqua prædia, ac de eorumdem transitu de una in aliam familiam, quave auctoritate, vel quibus pactis et conventionibus id evenerit, ab iisdem rectoribus prorsus ignoratur, neque iisdem datum est ex libris eruere „ .

Si iniquum est, clamant Emphyteutæ, quempiam cum aliena jactura locupletari, id sane maxime decedet

Ecclesiam, quæ justitiæ ac æquitatis mater est et cultrix, *Barbos. in cap. Cum dilecti num.* 17. *de empt. et vend.*, *S. Congr. in Senogallien. Transactionis* 8 *Maji* 1819 §. *Fac.* Quocirca si in statuendo canone emphyteusis bonorum ecclesiasticorum læsio intercessit, præsto esse debet remedium *L.* 2. *Cod. de rescind. vendit.* ut contractus ad æquitatem redigatur, *Constant. ad Statut. Urbis annot.* 46. *num.* 162, *Rot. decis.* 250 *num.* 1 *cor. Lancetta*, *et in celebri voto apud Emerix jun. decis.* 1130 *num.* 26, *S. Congr. in Fabrianen. Rescissionis* 20 *Decembris* 1806 §. *In.* Læsionem autem interfuisse plures existimant, nisi Ecclesia in emphyteusi ineunda sextam fructuum partem Emphyteutæ a canone liberam reliquerit, ut sancivit Imperator *in Authen. de non alien. aut permut.* §. *dudum*, ac tradunt *Pacion. de locat. et cond. cap.* 45 *num.* 35, *Rot. decis.* 861 *num.* 4 *cor. Cerro*, vel saltem nisi, deductis expensis, supersint fructus sufficientes pro solutione canonis, *Valasc. de jure emphyt. quæst.* 27 *num.* 4, *Rot. cor. Emerix decis.* 1130 *num.* 42. *et decis.* 1180 *num.* 4. Cui quidem justitiæ et æquitati inhærens S. Congregatio modo contractus rescissioni, modo canonum imminutioni locum esse respondit, prout nimirum rerum adjuncta postulare videbantur, ceu perspicere est *in Fabrianen. Rescissionis contractus* 20 *Decembris* 1806, *et in Senogallien Transactionis* 8 *Maji* 1819.

Jam vero canonem, quem Emphyteutæ in themate solvendum polliciti sunt, ab initio læsionis vitio infectum, aut saltem nimis gravem fuisse, patet ex relatione Periti ex officio ab Emo Episcopo electi. Si enim annua canonis summa in scut. 633. 57. conferatur cum fructibus, qui ex prædiis emphyteuticis tempore contractus colligebantur, patebit emphyteutis minime relictam fuisse sextam fructuum partem propter fortuitos casus ab ipsis perferendos ad tradita per S. Congreg. in *Pistorien. seu Praten. Emphyteusis* 20 *Novembris* 1761 §. *Orator*, *et in Firmana Emphyteusis quoad reductionem canonis* 26 *Aprilis* 1817 §. *Utrum*; imo promissum canonem annuis fructibus esse majorem in scut. 126. 06, non subductis expensis, publicisque

ve-

vectigalibus subinde valde auctis. Ne itaque emphyteutæ, qui ampliorem, quam par erat, canonem ob quamdam inter licitatores obortam æmulationem se spopondisse affirmant, ad incitas redigantur, conventus canon ita imminuatur oportet = che possano gli Oratori (ita in supplici libello) godere del vantaggio del sesto dell' utile pagati i canoni e pesi, ed abbiano un' adequato compenso per i danni fin quì sofferti.

Quod autem de imminutione fructuum jactant Administratores Montis Pietatis, id omnino respuunt Emphyteutæ ex sententia Periti, qui fundos ita arboribus auctos, ac domos instaurationibus refectas demonstrat, che il valore dei bonifici compreso l'aumento del fondo in più ascende a scudi 1002. 86. Quod si in prædio Sinichella seu Chiusa imminutio aliqua reperiatur antiqui valoris; id nihil sibi obesse tuentur, cum illius prædii emphyteuta alium potius fundum, cui nomen Compaluccio, meliorem reddere existimaverit.

Aliter tamen ab hoc Sacro Ordine rem esse dijudicandam sibi ominantur pii Loci Administratores. Initio enim animadvertunt, haud unum, sed novem esse canones, quot nimirum numerantur emphyteusis contractus, ac propterea ad metiendam læsionem est singulorum canonum habenda ratio. Dein quamlibet læsionis maculam in themate procul abesse propugnant; levis enim, quæ ex Periti relatione scatere videtur, læsio penitus evanescit, si amœnitas, propinquitas, venatio, ceteraque fundorum commoda, quæ sunt pretio æstimabilia, quæque etiam licitatores illexere, haud negligantur, sed æqui bonique regula æstimentur. Nec prætereunda alia utilitas, idest fructuum augmentum, quod sibi emphyteutæ merito blandiebantur ex accurata agrorum cultione, atque ex majori arborum satione, quemadmodum post *Paulum Castrens. in auth. si quas Cod. de SS. Eccl.* tradit *Rot. cor. Emerix jun. decis.* 1186. *n.* 2., quodque reapse sibi quæsivisse putandi sunt, licet eum nequaquam arborum plantaverint numerum, cui agros accomodatos esse refert Peritus Gennari. Quavis etiam læsione immunes, atque adeo utiles emphyteusis extitisse con-

tractus, de quibus agitur, perspicue emuitur nedum ex silentio viginti pene annorum, atque ex diligenti canonum solutione, ut perpendit *Rot. decis.* 468. *n.* 12. *part.* 14. *recent.*, *et cor. Emerix decis.* 1139. *n.* 19., sed præcipue ex cessionibus a licitatoribus, seu a primis emphyteutis expletis, quarum postremam anno 1823 peractam testatur Emus Episcopus. Atqui vix fieri posse videtur, ut primis emphyteutis alios invenire datum esset, in quos prædia transferrent, neque Joannes Baptista Antonini licitatoris Joanni Baptistæ Mazzanti pro cessione diei 26 Martii 1808 pependisset *a titolo di buonuscita* scutata quinquaginta, nisi contractus aliquam saltem emphyteutis attulissent utilitatem.

Verum esto damnum senserint emphyteutæ, subdunt Administratores; nihilominus cum istud levis esset momenti, quævis foret deneganda canonum reductio, ac damnorum refectio. Suis enim contractus stant viribus; nam ad pactionem numeris omnibus absolutam ex læsionis labe irritandam non quævis læsio, sed quæ semissem excedat omnino requiritur ad *tex. in L.* 2. *Cod. de rescind. vend. lit.*, *S. Congr. in Maceraten. Emphyteusis* 20. *Septembris* 1788. *ad I. dub.*, *et in Tolentinaten. Reductionis canonis* 13. *Septembris* 1806. §. *Defensor.* Res emphyteuticæ nulla ex parte conspiciuntur imminutæ, ideoque nulla subest ratio, cur pensiones sint remittendæ, sive annona vilescat, sive fructus imminuantur, siquidem emphyteutæ modicas fructuum imminutiones, præsertim temporarias, ex ipsa contractus natura ferre tenentur, *L.* 2. *Cod. de jur. emphit.*, *Rot. in Ferrarien. Reductionis canonis* 30. *Aprilis* 1790. *cor. Despuig.*, *et in Romana Reductionis affictus* 6. *Julii* 1804. §. 6. *cor. Serlupi.* Similiter explorati juris est, augmentum publicorum vectigalium haud justam suppeditare causam reducendi canonem, potissimum ubi, veluti in præsenti casu, accesserit renunciatio cuicumque compensationi, *Rot. in cit. Romana* §. 6., *S. Congr. in Firmana Emphyteusis quoad reductionem canonis* 17. *Maji* 1817. §. *Si.* Quare hic Sacer ordo reductionem canonum plane denegandam censuit, licet emphyteutæ ob fundo-

dorum sterilitatem, aut publicorum vectigalium augmentum conquererentur, adeo se exiguos ex fundis emphyteuticis colligere fructus, ut vix duas ex tribus canonum partibus attingerent. Prostant exempla *in Tolentinaten. Reductionis canonis* 13 *Septembris* 1806, *in Firmana Emphyteusis quoad reductionem canonis* 17 *Maji* 1817, *et in Senogallien. Transactionis* 8 *Maji* 1819. Solummodo canonis reductionem tum probandam existimavit, cum utilibus ab emphyteuta propositis conditionibus, controversiam transactione dirimendam partes judicarunt, ut videre est in *Tolentinaten. Reductionis canonis super transactione* 12 *Septembris* 1807, *et in Senogallien. Transactionis* 8 *Maji* 1819.

Sint igitur

Dubia

I. *An et in qua summa sit locus reductioni canonum in casu etc.*

II. *An et in qua summa sint damna reficienda in casu etc.*

Ad I et II. Negative.

BRICTINORIEN. PENSIONIS. Ad Brictinoriensem Sedem anno 1817 evectus Præsul Bencivenni reditus omnes ex bonis ad Episcopalem mensam pertinentibus eatenus nondum exactos, et ad summam scutatorum 1770. pertingentes, sibi a R. Camera Apostolica impertiendos curavit. Voti autem compos ea sub lege factus est, ut nonnullis nominibus tempore vacationis non solutis ipse satisfaceret. Quænam ab Episcopo forent dimittenda nomina, recensuit Administrator bo-

Sess. 24. *c.* 13. *de Reform.*

no-

norum ecclesiasticorum et cameralium in sua epistola diei 17 Junii 1817 inquiens = Relativamente alle passività che restano insolute, e che rimangono a carico dell' E. V. Rma (nempe Episcopi) consistono esse nelle tre seguenti partite, cioè sc. 89. per assegno dovuto al Parroco di Forlimpopoli per il secondo semestre del 1816, sc. 8. 50. per assegno dovuto al Parroco di Polenta per lo stesso semestre, e sc. 4. 50. per assegno dovuto alla Sagrestia di Polenta per le Ostie per tutto l' anno 1816 in luogo di staja due di grano. Non le accuso le attività e le passività del 1817, poichè queste sussistono per l'intero inesatte ed insolute =. Hac instructus epistola Brictinoriensis Antistes illico pensiones solvit Parocho Polentæ, ita quidem ut secundum anni 1816 semestre spatium exordiretur a die prima Julii ejusdem anni. Eadem ratione cum Parocho Foripompilii Gregorio Merloni se gerendum putavit Episcopus: verum iste, qui prius scut. 50. in partem sui crediti acceperat, postea, secundum semestre anni 1816 a die prima Aprilis illius anni incohandum existimans, adeo Episcopi suasionibus restitit, ut oblatam pensionis solutionem recipere jugiter recusaverit. Ita diu dimicatum est Episcopum inter et Parochum Merloni, quoad hic morbo correptus mortem oppetiit. Defuncti vestigiis inhærentes ejus fratres simulque hæredes Joseph ac Paulus numquam adduci potuerunt, ut pensiones reciperent, vel obortam quæstionem allatis probationibus palam facerent, ac maluere potius modo R. P. D. Thesaurarii fidei sese committere, modo Episcoporum et Regularium Congregationem adire, quin tamen aliquid pro re sua præstiterint, cùm modo ad scutata 159., modo ad scutata 206. suum creditum attollerent. Res tandem huic S. Congregationi ablegata est, et quoniam ex juribus utrinque deductis facile patuit, totam quæstionis summam in trimestrali solutionis tempore definiendo versari; hinc die 10 Januarii 1827 rescriptum prodiit = *Gaudeant hæredes Merloni summa sibi oblata ab Episcopo in scutis centum quindecim, et obolis quinque tantum, salvo jure coadjuvan-*

vandi probationes super asserta non facta eorum auctori solutione trimestrali, ac peculiandi cum sui Episcopalem mensam Præfecturam spectante.

Præfatam pecuniæ vim tandem acceptam habuere hæredes Merloni, et licet per aliquantulum sibi quiescendum putaverint, hinc tamen controversiam contra Executores testamentarios defuncti Præsulis Beccivenni rursus instituunt, atque EE. VV. oraculo eam dirimi enixis precibus efflagitant.

Initio animadvertendum ven. hæredes Merloni iis nunc actionem suam circumscribere limitibus, quibus sui auctoris jus coëbuit ab scutata quadringenti quatuor et obolos quinquaginta, seu ad trimestralem pensionem a die primi Aprilis ad ultimum mensem Junium 1816. Porro trimestrem hanc pensionem Parocho Merloni unquam a bonorum ecclesiasticorum Administratore fuisse exsolutam duplici argumento demonstrare conantur Parochi hæredes. In primis proferunt autographum exemplar translati a Commissariatu Centrali Forolivensi die 5 Junii 1816 subscripti, quo Parocho Merloni solvi præcipitur = La somma di scudi ottantanove, dicasi ₰ 89, quali sono per un semestre di pensione postergata scaduta in Marzo prossimo passato, e ciò in esecuzione dell'ordinanza di questa Delegazione Apostolica dei 31 Maggio scorso =. Dein exhibent testimonium ejusdem Commissariatus dini 4 Julii 1816, ex quo eruitur annuam pensionem scut. 178. Parocho Foripompilii fuisse = soddisfatta dall'Amministrazione de beni ecclesiastici di Forlì a tutto il mese di Marzo 1816 =. Huic relationi concinit epistola, quam communem bonorum Administrator die 2 Decembris 1824 scripsit R. P. D. Thesaurario, hæc edisserens = soddisfece quest'ufficio *a tutto Marzo* 1816 una tal pensione al Parroco D. Gregorio Merloni, giacchè per il tratto successivo non se ne potette effettuare il pagamento per mancanza di fondi trovandosi l'Altituario dei beni di detta Mensa in arretrato nei pagamenti. Ignora poi quest'ufficio se le mensualità successive al Marzo 1816 siano state soddisfatte dall'attual Monsig. Vescovo di

Ber-

Bertinoro =. Duo exinde certa explorataque arbitrantur hæredes Merloni, scilicet Administrationem bonorum ecclesiasticorum Forolivii quolibet semestri, id est mense Martio, ac mense Septembri, pensionem solvere consuevisse, postremamque solutionem ab eadem Administratione expletam, et a Parocho Merloni acceptam fuisse illam, cujus dies cesserat mense Martio anni 1816.

Neque hujusmodi Foroliviensis Commissariatus relatio pugnat cum supramemorata epistola 17 Junii 1817, quam ad Episcopum Bencivenni dedit Administrator. Rem sane explicat Commissarius Bononiensis suis litteris diei 2 Octobris 1826 ad eum missis, qui Forolivii Commissarii vicibus fungebatur = Non trovo alcuna discordanza (ait ipse) frà la lettera di codesta cessata Amministrazione dei 17 Giugno 1817, ed il foglio 4 Luglio prossimo passato di questo Commissariato, come suppone l'Illmo e Rmo Monsig. Vescovo di Bertinoro col dispaccio che le respingo. Nella prima si disse, che la pensione dovuta al Parroco di S. Pietro di Forlimpopoli doveva corrispondersi dalla Mensa Vescovile di Bertinoro per il solo secondo semestre del 1816, perchè scadendo i pagamenti nei mesi di Marzo e di Settembre d'ogni anno, ed essendo stato il Parroco soddisfatto in Marzo del 1816, restava ad avere la seconda scadenza dello stesso anno, che comprendeva un semestre. Usando questo Commissariato maggior precisione indicò a scanso di equivoco fino a quale epoca era stato il detto Parroco soddisfatto. Da ciò ella ben vede, che codesta cessata amministrazione non potrebbe essere addebitata, che di una poco esatta espressione, e qualora si volesse sostenere, che la medesima intese parlare del secondo semestre del 1816 ritenuta la material divisione dell' anno, locchè non si ammette, dovrebbe in questo caso confessarsi, che la stessa Amministrazione prese un' equivoco, poichè il suo asserto era contrario al fatto, che stà assolutamente come venne esposto da questo Commissariato. Il mandato, che in copia le unisco, e che fù l'ultimo staccato in favo-

vere del detto Parroco dimostra, che egli ebbe solo la pensione scaduta in Marzo del 1816. Di fatti non avrebbe potuto codesta cessata Amministrazione cambiare la scadenza dei pagamenti, portandoli in Giugno e Decembre d'ogni anno, e lo stesso Illmo e Rmo Monsignor Vescovo potra dagli atti della propria Cancelleria rilevare, che i pagamenti scadevano in Marzo e Settembre =. Itaque si Parocho Merloni administratio bonorum ecclesiasticorum pensionem exsolvit ad integrum dumtaxat mensem Martium anni 1816; si Antistiti Bencivenni ea lege fructus non exactos impertiendos censuit Rev. Camera Apostolica, ut nomina ipse dissolveret tempore vacationis non soluta, nemini dubium, quin Antistes Bencivenni onere obstringeretur præfato Parocho pendendi pensionem a die prima Aprilis 1816.

Hujusmodi tamen testimonia nullius ponderis esse arbitrantur Bencivenni Episcopi Executores Testamentarii. Epistola enim, inquiunt ipsi, Administratoris Stephani Lucchi diei 17 Junii 1817 adeo claris et perspicuis est concepta verbis, ut, ea quæ in iisdem narrantur literis, veritati omnino consona existimanda sint. „ Quomodo enim probabile esse poterat (utar „ verbis defuncti Episcopi), quod ab administratore tam cauto effugerint tres menses præcedentes secundum semestre, de quibus debebat respondere „ R. C. A., et potuerit et voluerit errare cum suo „ damno ? Præterea Merloni Parochus fassus est, a „ Ministro meo accepisse scutata Romana 50 computanda pro secundo semestri anni 1816. Nonne autem debuisset in tali circumstantia memoriam facere saepe commemorati trimestris præcedentis ? et tamen de hoc nullam mentionem facit „.

Huic postremæ Episcopi animadversioni aliam addunt ipsius Executores Testamentarii ex relata Administratoris epistola desumptam. In hac Episcopus præter summam scutatorum 89 Parocho Merloni tribuendam denunciatur etiam pro eodem semestri debitor alterius summæ scutatorum 8. 50. Polentæ Archipresbytero solvendæ. Jam vero si Polentæ Archipresbyter eam pecuniæ vim pro solidatione sui crediti ad integrum

mensem Decembris anni 1816 scienspru lens acceptam habuit, quin ullam de anno pensionario mentionem fecerit, proiecto liquet, semestre tempus, de quo loquebatur Administrator bonorum ecclesiasticorum, a die prima Julii anni 1816, non autem a die prima Aprilis ejusdem anni esse incohandum. Eadem igitur ratione Executoribus testamentariis argumentari licebit, Bencivenni Antistitem solvendo summam scutatorum 89 hæredibus Merloni pro anno 1816 suo muneri omnino satisfecisse, et vanam proinde esse existimandam illam anni pensionarii distinctionem, de qua tantopere hæredes Merloni gloriantur.

Hæc adnotasse sufficiat, ut EE. VV. decernant

Dubium

An sit locus trimestrali solutioni favore hæredum Merloni in casu etc.

Affirmative.

Sess. 22. c. 6. et c. 11. de Reform.

SENEN. Quum in Comitiis die 24 Aprilis superioris anni habitis proposita fuissent dubia in calce hujus Folii denuo exscribenda, placuit Emis Patribus eorumdem definitionem protelare, ac interim responsum edere = *Dilata, et scribatur Archiepiscopo ad mentem. Mens est, ut Archiepiscopus idoneam cautionem a fundorum emptoribus exigat pro canonum solutione, et agat cum sororibus de Malavoltis pro aliqua concilianda damnorum refectione favore Hospitii, ac pro perpetua cujuslibet juris et prætensi subsidii renunciatione ab eisdem facienda, simulque referat de modo, quo Pium Opus sive augmento canonum, sive alio genere præstationis aliquantulum redintegrari possit* =. Continuo itaque ad Archiepiscopum dedi litteras, qui delatum sibi munus libenter obeundum suscepit, totisque viribus incubuit, ut Eminentissimorum Patrum jussa faceret. Quid ipse egerit, quidque obtinuerit, ex ejus relatione luculenter innotescit.

„ Nullam patere viam (sunt Archiepiscopi verba) nullumque superesse occurrendi commodis, juribusque Hospitii S. Marthæ hujus Civitatis remedium ex tunc de-

deprehendi, quo meum Eminentissimis istius S. Congregationis Patribus, omni prius ad rei veritatem undequaque detegendam sedulitate adhibita, edocentis responsionis libellum humiliter obtuli, idque planissime ac sine fuco Eorum oculis subjicere non prætermisi.

„ Attamen ut recentia laudatorum Patrum imperata facerem, negocium omne iterum ad trutinam, atque iterum revocare gavisus sum, cum nihil ab Eis aut laboris, aut oneris mihi imponatur quod ego prompto, atque alacri animo non subeam.

„ Re igitur a vertice, ut dicam, ad talos recte perpensa, idipsum quod jam pridem perspectum habueram, hac etiam vice tuto rescire mihi contigit, spem videlicet omnem ad jacturas Hospitio S. Marthæ pluribus abhinc annis inflictas, aliquantulum instaurandas penitus desiisse. Omnia enim Pii Operis negocia, quoad civiles effectus, absoluta, omnique, tum legum, tum contractum robore munita, atque infrangibili sigillo obsignata extant, ita ut desperata res jam nunc foret jotam unum sive unum apicem contractibus adjicere, vel hunc, vel illud, quamquam in exiguo, iisdem adimere, vel quovis modo in Hospitii levamen immutare; ipsæque Malavoltorum Hæredes, velint, nolint, ad ea omnia, quæ in fundorum venditione pacta, et conventione firmata fuere, sarcta tecta citra ullam veniæ spem servanda coguntur.

„ Quamquam autem nulla Eminentissimorum Patrum votis propitia super hac re spes affulgeat, nil tamen vel detrimenti, vel periculi, tum quoad Canonum intemeratam cautionem, tum quoad eorumdem annualem solutionem, fore Hospitio exinde obventurum firmissime auspicari mihi licet. Quoad primam siquidem satis provisum fuisse constat, hinc per pactas contractuum solemnitates, inde ob præstitas ab Emptoribus super cæteros eorum liberæ proprietatis fundos legales hypothecas, quo præcavetur, ne ulla umquam vice Hospitii redditus detrimentum patiantur, cum, peremptis etiam Emphiteusis Fundis, Emptorum bona propria hypothecis affecta, ad tuenda Instituti sau-

ciata jura in promptu habeantur, et conditionibus obstricta existant. Quoad alterum vero, Canonum scilicet annuatim persolvenderum tutelam aptissime Leges ipsæ Hospitii juribus opitulari non desinunt. Si enim Livellarii statis temporibus canones persolvere morarentur, pecuniæque diem ad biennium quoque laxare sinerent, tunc domino directo, utcumque animus fert, agere lubet, vel emptores ad solvendum debitum, absque cunctatione obstringere, vel eadem bona emphiteutica, tota Emptorum pernicie, iterum hastae subjicere.

„ Quamquam vero aliqua Hospitii bona in Hæredum de Malavoltis ditione adhuc permaneant, cum tamen Patronorum honore amplius non fulgeant, sed tantum Emptorum, seu Livellariorum jure potiantur, sat superque cautum mihi videtur, ne eædem in posterum, Patronatus titulo, vel obsequio novas Hospitio jacturas afferre impune queant. E converso ipsæmet Hæredes, quæ Patronatus jure strictim, et legaliter accepto non gaudent (cum Patronatus quoad mares tantum institutus fuerit) veluti cæteri Bonorum Emptores legibus iisdem urgebuntur, absque eo quod valeant, ceu in præterito, earumdem Legum remedia, seu favores Jurispatronatus vel blandiri, vel in proprium commodum inflectere.

„ Prædictas autem Hæredes, ea qua par erat, diligentia, et dexteritate commonefacere non sum veritus, circa præposteram agendi Majorum suorum erga Pium Locum rationem, multumque operæ posuisse me testor, ut in earum mentem revocarem, quot, et quam ingentes jacturas idem propterea passum fuerit. Quam maxime de hoc Oratrices dolent, etsi quavis omnino vacent culpa circa ærumnas Hospitio allatas, quæ partim a remotiori ætate magnam in molem excreverunt, ob majorum scilicet inconsultam rationem, et pene arbitrarium erga Pium Opus agendi modum, partimque, novissimis nimirum temporibus, ab universa Patrimonii eversione incrementum receperunt, quæque Malavoltorum opes in extremis laborantes, multoque nummi fœnore prægravatas prorsus impares ad insolutos Canones quovis modo persolvendos reddidit,

ita

ita ut nisi rem patriam, et Hospitii Livellariam sponte insimul, ac festinanter vemundare aggressæ forent, utraque penitus mersa fuisset. Quin imo Curator duram subiit id perficiendi necessitatem; hinc ad præcavendum, ne Oratrienm Mater sua jura dotalia etiam cum rerum ad victum, atque vestitum necessariarum discrimine amitteret, et hinc ne Oratrices nedum dotium inopia remanerent innuptæ, verum etiam ne, rebus omnibus absumptis, ad mendicitatem quamvis de illustri genere procreatæ miserrime detruderentur.

„ Quidquid erat in me industriæ, atque diligentiæ, id totum consumpsi in adducendis Malavoltorum Hæredibus ad aliquam Instituto compensationem præstandam. Ipsæ autem quanto libentius reddere ad æqualitatem forent ex animo paratæ, si divitiæ affluerent, tanto parcius, iis deficiendibus, suppeditare coguntur. Oratrices ideo, ut aliquantulum, et quoad vires ferunt, suo pareant officio erga Institutum centum libras ab eodem sibimet annuatim persolvendas, per decennium exigere, sibique mancipare abstinebunt, hoc pacto, quod præfatæ libræ Hospitii commodis integræ accedant, omni spe deposita easdem in posterum, vel partim, vel ex toto tamquam rem propriam vindicandi. Quod tamquam unum, atque unicum compensationis alicujus remedium faciendum esse arbitror. Optimum propterea mihi videretur pacto huic adstipulari, ne omne, atque hoc etiam quod tantummodo superest instaurationis emolumentum, exolescat, cum nil juxta superius præmonstrata, expectandum ab Instituto sit ex Malavoltorum Heredibus ad illata detrimenta refundenda, vel per canonum augmentum, vel per aliud generis cujuscumque remedium.

„ Quamplurimum adlaboravi, ac omne studium contuli, ut Malavoltorum superstitibus exoptatam ab Emis Patribus super reliquis Hospitii bonis, renunciationem suaderem. Incassum tamen operam navavi. Oratrices enim id præstare nerviter detrectant: At quid nostra refert? Malavoltorum Hæredes, quæ nunc inter vivos agunt, novissimam de Patrona Hospitii gente sobolem constituunt, atque in eis omnia patronatus jura deficient,

cient, penitusque restinguentur. Fracto igitur omni Patronos inter, et Hospitium patronatus nexu, reliquum est, ut earum progenies veluti extranea circum primæva super Institutum honoris jura censeatur, hospitiumque per omnia in integrum reviviscat, absque eo, quod si quidquam vel honoris, vel humanitatis gratia ab Hospitio reposceret, ad illud rependendum procul dubio adigeretur.

„ Dum super his Emorum Patrum animum, prout Officii mei ratio postulabat, candide, ac sincere erudivisse spes certa me tenet, negotii hujus disceptationem, et arbitrium omne iisdem desero, per humanitatem eorum ratus, munus mihi impositum, nisi quantum opus erat, quantum saltem vires præstabant, præhabita explanatione obiisse.

„ De cætero, quæ in præcedenti mea epistola hoc super negocio enucleavi, atque in medium protuli, etiam nunc in Emorum Patrum memoriam revocare æquum existimo, illud enixe efflagitans, ut illa cum istis comparata, et ad rem composita Oratricum votis indulgere non dedignentur, ex quo geminum eisdem bonum occurrendum confido. Ipsas nempe quoad præterita omnino acquiescere posse, ac tuto de Hospitii bonis ad normam Apostolicæ concessionis, quoad vixerint, perfrui „.

Denuo igitur proponuntur

Dubia

I. *An sit confirmanda condonatio fructuum anno* 1821 *impertita in casu etc.*

II. *An sit concedenda condonatio fructuum ab anno* 1821 *ad diem* 4 *Julii* 1826 *in casu etc.*

III. *An sit supplicandum SSmo pro sanatione contractuum emphyteuticorum in casu etc.*

IV. *An sit supplicandum SSmo pro sanatione venditionis bonorum emphyteuticorum in casu etc.*

V. *An sit supplicandum SSmo pro absolutione a censuris in casu etc.*

VI. *An Rector Hospitii singulis annis teneatur reddere Archiepiscopo rationem administrationis in casu etc.*

Non proposita cum sequenti.

BRU-

BRUGNATEN. REDUCTIONIS. Capitulum Collegiatæ Ecclesiæ S. Mariæ de Nazareth in Oppido Sigestri Brugnatensis Diœcesis decem et octo Canonicalibus præbendis institutum est. Tres namque adsunt Dignitates, Archidiaconus, Archipresbyter, et Primicerius; tum Pœnitentiarius, et octo Canonici, qui dicuntur *Præbendati*, quorum sex juripatronatus ejusdem Capituli, reliqui duo juripatronatus laicali subjiciuntur; denique sex Canonici Supranumerarii. At ob præteritas temporum calamitates quum Capitulares reditus maxime decreverint, octo jamdudum vacarunt Canonicatus, quin eorumdem collatio hactenus perfici potuerit. Hinc decem tantummodo Canonici in præsentiarum existunt, qui licet quotidiano chori servitio rite fungi pergant, Missam tamen Conventualem sine cantu celebrant ferialibus diebus, eamque ex privilegio sa. me. Pii VI. nonnisi diebus dominicis solent applicare. Porro Archipresbyter ex præbenda sua annuum haurit fructum scutatorum 28; Archidiaconus autem, Primicerius, et Pœnitentiarius una simul eademque gaudent præbenda, quæ ad scutata 23 inter eos quotannis dividenda pertingit. Hisce quidem quatuor Capitularibus actualis animarum cura in perpetuum incumbit, ac parochialia idcirco percipiunt emolumenta, excepto jure sepulturæ, quod Sigestri indigenis biscentum amplius abhinc annis gratis omnino persolvitur. Ceterum Canonici supranumerarii nulla præbenda instructi sunt: duobus Præbendatis Canonicis laicalis patronatus annua circiter scutata 9:50 cuique obtingunt: sex alii Canonici Præbendati, quorum patronatus pertinet ad Capitulum, annuum 60 scutatorum proventum sibi æqua lance partiuntur. *Sess.* 21. *cap.* 3, *et Sess.* 24 *cap.* 15 *de reform.*

Jam vero quotidianarum distributionum massa, cui Canonici etiam supranumerarii communicant, ita exhausta erat anno 1825, ut annuis solummodo scutatis 34 inter omnes distribuendis consisteret. Eodem igitur anno ad ejusmodi augendas distributiones Ordinarius a sa. me. Leone XII necessariis et opportunis facultatibus per Rev. Fabricam S. Petri munitus concessit Capitulo, ut Missæ sex cum cantu, et Missæ 191 lectæ,

ctæ, quarum onus scutatis 29 ex aliquot legatorum numero proficiscentibus perferri debebat, ad duas cum cantu, et ad quinquaginta lectas reducerentur. Itidem sex Canonici Præbendati, quibus annuæ Missæ 21 cum cantu, et 12 lectæ imminent, earumdem reductionem ad quatuor cum cantu et quatuor lectas ipsius Ordinarii decreto ob suarum præbendarum exiguitatem impetrarunt. Postremo et ejusdem Ordinarii rescripto quatuor etiam Animarum Curatores, qui nimis angusta premebantur congrua, voti sui compotes facti sunt, ut pro legato scutatorum 9 in totidem Sacra erogando Missas tantum viginti lectas quotannis celebrarent.

Verum hæ reductiones ad quinquennium anno 1825 impertitæ fuerunt, idque temporis jam modo elapsum est. Interea quamvis ex recuperato quodam censu annua scutata 13, et ex Apostolici Regis Consilii subsidio post initam inter S. Sedem et Sardiniæ Regem concordiam super piorum locorum dotatione annua scutata 73 communi distributionum massæ accreverint, nihilominus Capitulum in maxima redituum tenuitate se versari significat. Itaque hunc Sac. Ordinem suppliciter obsecrat = *per la conferma in perpetuo della detta riduzione di messe 6 cantate, e 191 lette, riducendole ad un numero anche minore di messe lette* =. Quibus Capituli precibus suas quoque adjungunt quatuor Parochi et sex Canonici Præbendati, = *supplicando per la conferma parimenti in perpetuo della riduzione dei legati e messe spettanti alle tenuissime loro prebende nel modo che fu loro accordato nell' anno* 1825.

Ordinarius pro informatione et voto rogatus ita rescribit: = *Oratorum preces habent in vera necessitate fundamentum. Neque huic obest veritati, quod eædem penitus circumstantiæ non extent, quæ tempore vigebant primæ concessionis, cum postea et tredecim recuperata sint a Capitulo Sigestri annua scutata, et alia pariter annua 73 eidem largita sint ex Regia Munificentia: hæc siquidem inter omnes Canonicos dividenda, eos vel minime sublevant ab ea, qua premuntur, paupertate. Hisce igitur adæquate pen-*

pen-

pensis , mea sententia poterunt EE. VV. RR. , si nihil obesse putant , benigne preces excipere tam relate ad præfatum Capitulum , quam relate ad Comparochos , et sex Prebendatos Canonicos ejusdem Collegiatæ , ac imploratam reductionis confirmationem inchoandam a die , quo expiravit prima concessio , nisi in perpetuum , saltem ad tempus concedere .

Quum piorum Testatorum animæ uberiorem ex incruento Missæ Sacrificio , quam ex aliis piis operibus fructum consequantur , *Fagn. in cap. Ex parte de Const. num.* 34. , *Benedict. XIV. de Syn. Dixces. lib.* 13. *cap. ult. n.* 23. ; quumque Missarum Sacrificia Chorali servitio præferenda doceat S. Congregatio *in Derthonen.* 28. *Aprilis* 1827. §. *Nec* : hinc respui oporteret Oratorum preces , præsertim quia legatorum reditus ferendis Missarum oneribus pares esse deprehenduntur , prout suadent oracula hujus S. Ordinis *in Romana Reductionis* 8 *Augusti* 1818 , *et in Æsina Reductionis* 20. *Martii* 1824. *ad II. Dub.*

Verum in themate plura sunt , quæ EE. VV. oculis animadvertenda subjiciam . In primis enim etsi post concessam anno 1825 Missarum reductionem capitularis quotidianarum distributionum massa annuis scutatis 86 aucta fuerit , tamen si ratio aliqua habeatur tum Canonicorum numero , tum præbendarum angustiæ , tum Chorali servitio singulis diebus explendo , ejusmodi distributiones ita adhuc tenues esse patet , ut aliquantulum earum augmentum Capitulo impertiri posse videatur , si non ampliori Missarum reductione , quam quæ tributa est anno 1825 , ejusdem saltem reductionis confirmatione . Re quidem vera pro augendis distributionibus quotidianis , ubi alia non suppetant media , quemadmodum in casu est , Missarum reductionem ex mente Tridentinæ Synodi *sess.* 21. *cap.* 3. *et sess.* 24. *cap.* 15. *de reform.* passim concedendam censuit S. Congregatio , idque ipsa indulsit *in Perusina distributionum* 21 *Julii* 1827 *ad II. Dub.*

Sed æquitati præterea consonum foret , atque etiam hujus S. Congregationis praxi consentaneum , ut quatuor Ecclesiæ Collegiatæ Parochis exorata Missarum reductio confirmetur . Ex iis enim nemo congruam habet

scutatorum 100 ab hoc S. Ordine Curatoribus animarum constitutam, prout *in Tudertina* 27 *Aprilis* 1822 §. *Ut hæc*, *et in Asculana Congruæ* 21 *Julii* 1827 §. *Præterea*; imo ne scutatorum quidem quinquaginta, sicuti præscribit Constitutio S. Pii V. *Ad exequendum*. Quibus sane in casibus ad levandam Parochorum inopiam Missarum reductioni annuere solet S. Congregatio, uti prostant exempla *in Asculana Paræciæ* 13 *Decembris* 1804 §. *Hæc vero*, *et in Senogallien. Reductionis Missarum* 30 *Maji* 1829 §. *Ecclesiarum*.

Neque aliter sentiendum videtur de reductionis confirmatione a sex Canonicis Præbendatis implorata: Nam Canonicatus et Beneficia nedum ad præscripta Missarum onera implenda et ad ferendum Chorale servitium eriguntur, sed ad decentem quoque vitæ alimoniam Ecclesiæ Ministris suppeditandam, *S. Congr. in Asculana Reductionis* 22 *Januarii* 1820 §. *Verum*, *et in Senogallien. Reductionis onerum* 28 *Aprilis* 1827 §. *Jam vero*; atque hinc Missarum reductio ab hoc S. Ordine nunquam denegari suevit iis, qui adeo tenui laborarent præbenda, ut summam scut. 30 et aliquando 40 non attingeret, sicuti *in Marsorum Missæ Conventualis* 17. *Martii* 1827. §. *Attamen*, *et in Nullius Trium Fontium Reductionis Missarum* 17 *Maji* 1828 §. *Reductionem*. In themate certum exploratumque est, sex Oratores Canonicos Præbendatos non modo non lucrari scutata quadraginta, sed ne triginta quidem, quemadmodum ex facti serie superius exposita luculentissime evincitur.

Sint itaque dirimenda

Dubia

I. *An et quomodo confirmanda sit favore Capituli reductio Missarum in casu etc.*

II. *An et quomodo impertienda sit Missarum reductionis confirmatio quatuor animarum Curatoribus et sex Canonicis Præbendatis in casu etc.*

Die

Die Sabbati 17. Septembris 1831. in Palatio Apostolico Quirinali erit Sacra Congregatio Concilii, in qua præter alia proponentur infrascripta Dubia, juxta morem ejusdem Sacræ Congregationis de jure resolvenda.

SENEN.

Sess. 22. cap. 6. et cap. 11. de reform.

Dubia

I. *An sit confirmanda condonatio fructuum anno* 1821 *impertita in casu etc.*

II. *An sit concedenda condonatio fructuum ab anno* 1821 *ad diem* 4 *Julii* 1826 *in casu etc.*

III. *An sit supplicandum SSmo pro sanatione contractuum emphyteuticorum in casu etc.*

IV. *An sit supplicandum SSmo pro sanatione venditionis bonorum emphyteuticorum in casu etc.*

V. *An sit supplicandum SSmo pro absolutione a censuris in casu etc.*

VI. *An Rector Hospitii singulis annis teneatur reddere Archiepiscopo rationem administrationis in casu etc.*

Ad I. II. III. et IV. Affirmative cum conditione ab Oratricibus oblata juxta votum Archiepiscopi, facto verbo cum SSmo.

Ad V. et VI. Affirmative juxta votum Archiepiscopi.

Sess. 21. cap. 3. et sess. 24. cap. 15. de reform.

BRUGNATEN. REDUCTIONIS

Dubia

I. *An et quomodo confirmanda sit favore Capituli reductio Missarum in casu etc.*

II. *An et quomodo impertienda sit Missarum reductionis confirmatio quatuor animarum Curatoribus et sex Canonicis Præbendatis in casu etc.*

Ad I. Affimative in omnibus ad formam præcedentis, ad decennium, facto verbo cum SSmo.

Ad II. Affirmative ut in primo.

Sess. 25. cap. 19. de reform.

NEAPOLITANA NULLITATIS ORDINIS.

Aloisius Monaco Neapolitanus sub finem mensis Decembris 1810 quum quatuor jam minores Ordines suscepisset, ad Sacrum Subdiaconatus Ordinem evectus est. Verum ipse abeunte anno 1829 Sa. Mem. Pio VIII. supplicem porrexit libellum, quo se ex gravi parentum sucrum metu ad ejusmodi recipiendum Ordinem accessisse significans, declarandam propterea suscepti Ordinis nullitatem petiit, aut saltem Apostolicam sibi concedendam dispensationem, ita ut nec votum servare continentiæ, nec alia Subdiaconatus onera perferre teneretur. Re ad hanc S. Congregationem ablegata, literæ statim datæ sunt die 14 Decembris 18 ad Emum Archiepiscopum Neapolitanum, ut ex prescripto Constitutionis Benedicti XIV. *Si datam* processum confici curaret, eoque deinde transmisso an

mi sui sensum ingenue patefaceret. Attamen sub ipso processus initio Promotor Fiscalis Neapolitanus, ideaque validitatis ordinationis Defensor die 25 Maii 1830 institit, ut Orator Monaco a limine judicii repelleretur, quippe qui de asserta Sacri Ordinis nullitate intra quinquennium a Benedictina superius memorata Constitutione expressum minime reclamasset. Nihilo secius Sac. Congregatio die 18 Augusti ejusdem anni novis Oratoris precibus annuendum censuit, ut jam rite inceptus in Curia Archiepiscopali Neapolitana processus fieri pergeret, et ad finem usque perveniret.

Emus Archiepiscopus Sac: Congregationis natibus morem diligentissime gerens, exarata processus acta mense Aprili nuper elapso transmisit, ex quibus tum ipsius Oratoris Patrono, tum validitatis Ordinis Defensori haurire licuit, quidquid ad suas cuique allegationes concinnandas, et de more distribuendas poterat expedire. Hisce autem verbis idem Archiepiscopus suam pandidit sententiam: *D. Luigi Monaco espose di essere stato coartato con minacce da suoi genitori, perchè si ordinasse Suddiacono. Con giuramento depose e ratificò, che malgrado la sua alienazione ed avversione allo Stato Ecclesiastico fu per un grave timore incussogli da detti genitori d' indole severa e rigorosa obbligato ad ordinarsi, non fidandosi esso di opporsi, stante il suo temperamento timido e pusillanime, e che dall' epoca, in cui si ordinò, che fu nel* 1810, *fin ad oggi è vissuto e vive in una inquietezza di coscienza per vedersi in uno stato al quale non sentivasi affatto chiamato. Se avesse egli provato con testimonj prodotti, che nell' ordinarsi Suddiacono vi fosse intervenuta la coazione, ed il timore grave, avrebbe potuto sperare la grazia; ma dalle deposizioni de' testimonj non rilevasi tale coazione, ed il solo Arcivescovo di Lanciano Monsignor de Luca dice di aver inteso per pubblica voce che i genitori di D. Luigi coartavano alcuni Figli allo Stato Ecclesiastico, e con ispecialità D. Luigi. Costa però che i medesimi genitori erano di temperamento rigido, ed austero, e davano ai figli una educazione*

se-

severa, perchè fossero buoni; come anche inclinavano e mostravano desiderio di vederli dedicati alla Chiesa, e che se avevano usate minaccie non le avevano poste in esecuzione. E provato altresì che Don Luigi aveva sortito dalla natura un temperamento pusillanime e timido, ed era di vilissimo spirito, per cui il trattamento rigoroso de' genitori gli toglieva il coraggio di manifestare la sua volontà; talchè, come si esprime il lodato Arcivescovo di Lanciano, non solo le occhiate torve del padre, e le sue gravi minacce, ma la stessa apparenza d' ira l' atterrivano. Dal complesso quindi di tutte le prove non emerge l'asserita coazione, ma non altro in favore di D. Luigi, se non che un timore reverenziale cresciuto a dismisura nel medesimo, stante la sua natural timidezza e pusillanimità di spirito, e che fu la sorgente, per cui siasi indotto ad ordinarsi Suddiacono, e che basti, perchè si ordinasse senza piacere e senza la piena volontà. Egli nello stato infelice, in cui si trova attualmente, desta compassione: che perciò, se Vostra Eña crede nella sua saggezza di valutare le prove raccolte, potrà degnarsi raccomandarlo alla commiserazione di Sua Santità; questo è il mio sentimento che sottometto al purgato di Lei discernimento.

Aloisii Monaco Patronus, ut clientem suum continentiæ voto aliisque Subdiaconatus oneribus liberandum suadeat, profitetur quidem in hac causa non eum proferri posse metum, qui in virum constantem cadere dicitur, sed metum erga parentes reverentialem probari ejusmodi, ut apud ipsum Aloisium pro singulari ac nimia sua pusillanimitate plurimum valuisse intelligatur. In primis enim affert testimonium Archiepiscopi Lancianensis, qui ita se habet: *Posso attestare di aver conosciuto benissimo i Genitori di D. Luigi Monaco. Essi erano bene istruiti dei doveri Cristiani, e nella condotta religiosa sapevano certamente la necessità della vocazione divina negli Ecclesiastici, ma preoccupati troppo dal desiderio di vedere i figli dedicati alla Chiesa, forse non vi badavano. Ho inteso per bocca di altri, come voce pubblica, ch' essi coarta-*

tavano alcuni figli allo Stato Ecclesiastico, e con ispecialità D. Luigi con minacce di dargli de' calci, di non guardarlo più, di abbandonarlo e di altro simile. Alla mia presenza però (antequam scilicet Archiepiscopus crearetur) *qualche volta non hanno dimostrato altro, che una soverchia severità di volto, ed una austera premura di destinarli al detto stato, la qual severità peraltro bastava per avvilire la debolezza del proprio figlio, e ad accrescere almeno il timore reverenziale. Conosco molto D. Luigi, che in quei tempi si confessava da me. Egli* (*oltre la voce pubblica tra quei che sapevano la di lui casa*) *mi fece sentire per se stesso le coartazioni fattegli dal padre e dalla Madre. Ciò però fu dopo la di lui ordinazione. Sperimentai in quel tempo, essere Don Luigi Monaco timido assai, e di naturale pauroso, talchè non solo le gravi minaccie, ma le sole occhiate torve del padre e le apparenze d' ira lo atterrivano a segno, che non fidavasi affatto di opporsi o di far sapere la propria opposizione alla volontà paterna. Era solito dire; non fate sapere a Papà questi miei sentimenti.* Atque hoc sane testimonium de parentibus filios suos ac præsertim Aloisium ad Ecclesiasticam militiam minaciter impellentibus eo pluris in themate pro metu reverentiali demonstrando æstimari debere contenditur, quod a Summo Viro prolatum est ex publica voce et fama, quæ locum obtinet evidentissimæ probationis, *Surd. Cons.* 371 *num.* 44, *Rot. in decis.* 18. *num.* 18 *part.* 4 *tom.* 2 *recent.*, *cor. Lancetta dec.* 994 *num.* 7, *et cor. Crescent. decis.* 83 *num.* 11.

Neque minus clienti suo favere putat ejusdem Patronus ea omnia, quæ ex fratrum ceterorumque testium examine colliguntur. Etenim plura iis vel nolentibus excidisse autumat, quæ metum incussum ostenderent, et Aloisium in Subdiaconatus Ordine suscipiendo a reverentiali metu obrutum confirmarent. Huc siquidem spectant assidua parentum austeritas, et constans corripiendi severitas: tum perspecta et cuique cognita eorumdem cupiditas habendi filios in Sacrorum Ministrorum numerum adscitos: denique ad id cohortatio-

nes

nes et minæ, dum coacta imminebat militum conscriptio, a Matre in Aloisium adhibitæ *di mandarlo a fare il soldato*, nisi ipse Subdiaconatus ordinem sibi conferri voluisset. Quibus nimirum omnibus aliisque hujusmodi rebus, si metum progigni reverentialem nemini indubium est; id eo etiam magis, inquit Aloisii Patronus, vel eodem testante Emo Archiepiscopo Neapolitano, debuit in Cliente graviter emergere, et augeri *a dismisura*, *stante la sua naturale pusillanimità di spirito*, *e che fu la sorgente*, *per cui siasi indotto ad ordinarsi Suddiacono*. Hoc namque in loco Patronus ipse animadvertit, Aloisium tanta semper animi aversione ab Sacro illo ordine suscipiendo abhorruisse, ut, licet natura timidissimus, minitanti matri respondere non dubitaverit, *andrò piuttosto a fare il soldato*; postea vero impulsum invincibili ac gravi metu reverentiali ob parentum indignationem ad ordinem Subdiaconatus accessisse, sed ea tamen de re Neapoli usque ab anno 1814 clanculum incepisse queri; deinde etiam venisse Romam querelas suas Summo Pontifici delaturum, nec nisi patre e vivis sublato potuisse demum anno 1829 suo huic negotio libere vacare.

Igitur elapsi jam a die Sacræ Ordinationis quinquennii difficultatem juremerito fuisse explosam ex S. Congregationis rescripto subdit, idque sibi omnino certum pollicetur fore, ut EE. VV. sive de Ordinis nullitate sive de dispensationis beneficio favorabiliter decernentes, Clientem suum servandæ continentiæ voto, ceterisque Subdiaconatus oneribus eximatis. Neque enim censet in themate quidquam agi dissimile ab iis, quæ de coactione conditionali et causativa, idest de reverentiali metu discussa ac definita occurrunt *apud Bald. in leg. interpositos ff. de trans.*, *Barbos. Vot. decis. lib.* 2. *Vot.* 37. *num.* 4. *et seqq.*, *Layman. Theolog. Moral. Tom.* 1 *lib.* 4 *tract.* 5 *cap.* 5 *num.* 6, *Rot. decis.* 1 *et* 2 *apud Cæsarem de Grassis de his quæ vi metusque causa fiunt*; quumque castitatis votum non sit de substantia Subdiaconatus, sed huic Ordini *accidentaliter* adnexum ex Statuto Ecclesiæ, *Rot. decis.* 870 *num.* 1

et

et seqq. cor. Emerix Jun., idcirco ob ejusmodi metus causam, licet tolli nequeat character Ordinis, potest tamen ab continentiæ obligatione tribui exemptio, prout ipsa S. Congregatio Apostolicam illius voti dispensationem Subdiacono cuidam decrevit esse concedendam *in Parisien. Dispensationis* 12. *Julii* 1721, *et in Biterren. Ordinis Subdiaconatus* 21 *Augusti* 1790 *ad II. Dub.* Re quidem vera fatetur Patronus, voluntatis consensionem per metum non excludi *ad tradita per Hillinger. in Not. ad Donell. de jure civili lib.* 15. *cap.* 39., *Rot. et Cujac. in leg. ult. ff. quod metus causa*; at in voto tamen nuncupando eam ait requiri voluntatem, quæ spontanea sit ac Deo grata, adeo ut votum ipsum metu gravi ac injusto extortum tum jure naturali tum jure Canonico irritum haberi debeat, uti ex communi sententia scite refert *Antoine Sacr. Theolog. Moral. tract. de virtut. Religion. cap.* 3. *de Voto quæst.* 2.

At vero Sacræ Ordinationis Defensor ex Officio Deputatus in id totus incumbit, ut Aloisius Monaco propter reverentialem metum neque ex nullitate Ordinis neque ex Apostolica dispensatione liberari posse continentiæ voto videatur. Etenim negat ad suscipiendum Sacrum Subdiaconatus Ordinem metu coactum fuisse Aloisium qui primam tonsuram et quatuor minores ordines decimum septimum post annum ætatis suæ se lubenti animo sumpsisse fassus est, quique Ecclesiasticis etiam studiis piisque operibus impensam dedisse operam perhibetur, atque ea tantummodo de causa unius anni dilationem pro assequendo Subdiaconatu imploravit, ut nempe Theologicas disciplinas profundius addisceret. Quod si Aloisii parentibus tanta fuisset cupido filium suum in Ecclesiæ militiam quoquo modo intrudendi, quantam adfirmat ipsius Aloisii Patronus, certe reverentialem eidem metum vel ante primæ tonsuræ et minorum Ordinum susceptionem, atque a teneris prope unguibus incutiendum curassent: quod tamen sua ipsa confessione de Clericali statu post elapsam pubertatem libenter inito exclusit omnino Aloisius. Exadverso itaque Sacræ Ordinationis Defensor ad-

notat, eumdem Aloisium iis usum esse parentibus, qui et pii, et de Christiana filiorum educatione maxime solliciti, et de divinæ etiam vocationis ad Ecclesiasticum statum necessitate probe conscii fuisse ex processu deprehenduntur; quique propterea, ut ceteri omnes fidi ac testes inquiunt, si interdum in liberos pro sua austeritate verberibus quoque animadverterint, id sane nunquam ad eam rem fecerunt, ut exterritos in Ecclesiæ castra ingredi coarctarent. Hinc, quod Aloisium spectat sacro subdiaconatus ordine insignitum, nonnulli jurarunt testes, nihil se unquam scivisse de metu reverentiali, quo se ille ordinatum clamat; alii adfirmarunt quidem, sed ex aliena voce et fama, non autem ex propria scientia; reliqui partim id penitus inficiati sunt, quos inter ipsa Aloisii Mater, partim nullius esse ponderis retulerunt; omnes tandem testes, præsertim qui cum Oratore sanguine junguntur, in id videntur consensisse, ut Aloisii depositio jurejurando firmata vel fictis vel exaggeratis constet rebus. Atqui metum non præsumi, sed esse probandum docet *Maschard. de probat. conclus.* 1053; *neque sufficit in ordine ad actum externum*, tradit Pirrhing *in Jus Can. lib.* 1. *tit.* 40. §. 2. *num.* 7., *ut vim passus voluntate et animo dissentiat, sed requiritur, ut etiam externis corporis facultatibus resistat, et quantum potest, impediat actum externum.*

Hæc quum ita sint, sacræ Ordinationis Defensor nihili faciendum existimat Archiepiscopi Lancianensis testimonium, utpote qui querelas Aloisii Monaco de reverentiali metu nonnisi post susceptum Subdiaconatum sibi delatas significat. Quamvis autem una fuerit inter testes Anna Maria Aloisii soror, quæ de aliquot parentum minis ad cogendos in Ecclesiasticam militiam filios retulerit, ea tamen ipsa adjunxit verendum nullatenus fuisse, ne minarum effectus sequerentur, atque omnem proinde vim sustulit testimonio suo, dum necesse est reverentialis metus gravitatem evinci ex minis atrocibus et verosimiliter exequendis, et multo magis ex sævitiis de facto illatis, potissimum si agatur de irritando castitatis voto, ceu docet *Innocent. III. in cap.*

In-

Insinuante 7. *qui cleric. vel voven.*, *Engel. in Jus Can. Lib.* 1. *tit.* 40. *num.* 15., *Rot. in Romana Nullitatis Voti* 14. *Januar.* 1754 *cor. Viceeomite*. Secus namque habetur metus adeo levis et vanus, quo siquis ad Sacram Ordinationem se adduci siverit, nullum dubium est, quin ad continentiam teneatur, *Pignatell. Consult. Can.* 77 *tom.* 7 *num.* 8, *Reiffenst. in lib.* 4 *Decretal. tit.* 6 *num.* 11, *Schmalzgrueber Jus Canon. Lib.* 4 *part.* 2 *tit.* 6 *num.* 20. Ceterum, quum voluntas licet ex metu coacta non desinat esse voluntas, *cap. majores* 3 §. *item de baptism.*, observat sacræ Ordinationis Defensor, non ipso jure haberi irrita tum a civilibus tum a canonicis legibus ea, quæ ex metu quantumvis gravi et in constantem virum cadente gesta sunt, §. 1. *Instit. de except.*, *leg.* 85. *ff. de acquir. vel. omitt. hered.*, *Navarr. in Manual. prælud.* 6. *num.* 5., *Glossa in Cap. Abb. de his quæ vi metusque causa fiunt.*, multoque etiam minus præ ceteris contractibus tolli posse ob causativam ac conditionalem vim, quæ metu infertur, Sacri Ordinis validitatem cum adnexo continentiæ voto, sicuti docet *Can. merito* 15 *quæst.* 1., *can. de judæis dist.* 45, *S. Congr. in Arelaten. Dispensationis* 17 *Februarii* 1731 *ad I. Dub. et in Aversana Subdiaconat.* 21 *Februarii* 1818. §. *Econtra*. Etenim reverentialem metum pro vano ad rescindendum actum ex eo gestum reputant Jurisconsulti, ex quibus sacræ Ordinationis Defensor satis esse ait citare *Sanchez. lib.* 4. *disp.* 6. *quæst.* 1. *et* 2., *Layman. Theol. Mor. lib.* 5. *tract.* 5. *part.* 2. *cap.* 6. *num.* 3; adeoque in peculiaribus casibus nonnisi per Apostolicam dispensationem fuisse quempiam voto castitatis exemptum probant citata ab Aloisii Patrono Sac. Congregationis exempla *in Parisien. Dispensationis* 12 *Julii* 1721, *et in Biterren. Ordinis Subdiaconatus* 21 *Augusti* 1790 *ad II. dub.*, atque alia similia, ubi scilicet ad minuendam voluntatis consensionem constabat vel malum, quod timebatur, fuisse per se grave et non ex vana metuentis opinione, vel certitudinem saltem moralem adfuisse de gravi illo malo prorsus impendente.

Ex his si unum deficiat, corruit probatio illius metus, qui valeat votum irritare, quemadmodum perpendit Sacra Congregatio *in Neapolitana Ordinis Subdiaconatus* 21 *Septembris* 1816 §. *Quatenus.*

Præterea nihil in themate occurrit, ex quo pateat Aloisium Monaco Apostolica dispensatione super voto seu lege castitatis esse donandum. Etsi enim aliquis reverentialis metus ad Subdiaconatus ordinem minus libenter suscipiendum diceretur intercessisse, eum tamen non audiendum tuetur Sacræ Ordinationis Defensor, quum antea posset ad quoscumque recurrere, *leg. fin. ff. de eo, quod metus causa, et cap. dilectus de his, quæ vi metuque etc.*, ac potuisset etiam duorum fratrum vestigiis inhærere, qui, eodem licet metu reverentiali a parentibus injecto, sine ullo negotio ab Clericali militia desciverunt, quin ullum reapse detrimentum ex parentum indignatione pertulerint. Sed illud insuper in casu, de quo agitur, animadvertendum proponit, valida esse quæ metu licet gesta, postea intervallo temporis ex libera voluntate et sine ulla coactione rata habeantur sive tacite sive expresse, factis nimirum aut indiciis, *leg.* 2. *et* 4. *Cod. quod met. caus.*, *cap. perlatum* 1. *extrav. de his, quæ vi met. caus. fiunt.* Porro haud aliter sentiendum de Sacra Ordinatione, ita ut continentiæ votum servari debeat, nec matrimonium iniri liceat, si actum Ordinis ex metu suscepti libere posthac exercuerit Subdiaconus, tradunt *Reiffenst. in lib.* 4. *decret. tit.* 6. *numer.* 13, *Sac. Congregat. in Cameracen. Dispensationis* 18 *Novembris* 1769, *et in Aversana Subdiaconatus* 21 *Februarii* 1818 §. *At vero.* Nullam igitur dispensationis spem esse posse Aloisio Monaco sustinet Ordinis Defensor, quum idem ipse fassus fuerit se Subdiaconatus ordinem pluries Neapoli publice exercuisse, ac suæ enunciaverit Sorori, ut liquet ex processu, se de assumpto ordine contentum extitisse, *e che se non lo avesse fatto, lo rifarebbe.* Atque hæc omnia si deessent, nihilominus pro certo habet, Aloisium Monaco, qui intra quinquennii fines omnino tacuit de

suæ Ordinationis vitio ex proposita metus reverentialis causa, repellendum esse a dispensationis beneficio, veluti jubet Tridentina Synodus *session.* 25. *cap.* 19. *de reformat.* ac Benedicti XIV Constitutio *Si datam.* Etenim nullibi datum fuit reperire aliquod fide dignum documentum, unde constet ipsum Aloisium ante annum 1829 actionem in validitatem Ordinis intendisse, et eam quidem coram Ecclesia, cujus est solius de ea re judicare, prout ipsa statuit superius recensita Constitutio. Denique concludit, Apostolicam super castitatis voto dispensationem impertiendam non esse ex privatæ utilitatis ratione, nisi alioquin publica causa ex magni cujusdam Principis, aut regni, aut integræ saltem provinciæ damno occurrat, *Reiffenst. lib.* 4. *decret. append. ad dispens.* §. 3, *Cosc. de separat. tor. lib.* 2. *cap.* 4, *Schmalzgrueber lib.* 4. *decret. tit.* 16. *num.* 146, aç plura ideirco memorat denegatæ ab hac S. Congregatione dispensationis exempla, quæ in casibus etiam durioribus prostant *in Monasterien.* 15 *Januarii* 1714, *in Bisuntina Dispensationis* 17 *Junii* 1752, *in Osnabrugen. Dispensationis* 19 *Januarii* 1765, *et in citatis Neapolitana Ordinis Subdiaconatus* 21 *Septembris* 1816 *ad II. Dub.*, *ac in Aversana Subdiaconatus* 21 *Februarii* 1818 *ad II. Dub.* Adeo scilicet a veritate alienum est, quod ajebat Aloisii Patronus, ex consueta Apostolica benignitate et perpetuo S. Congregationis usu eximendum esse continentiæ voto, quisquis metu licet gravi reverentiali perculsus Subdiaconatus Ordinem receperit.

Erunt igitur

Dubia

I. *An constet de nullitate Ordinis, ita ut Aloisius non teneatur ad votum continentiæ, et ad alia onera Ordini Subdiaconatus adnexa in casu etc.*

Et

Et quatenus negative

II. *An sit consulendum SSmo pro dispensatione in casu etc.*

Ad I. et II. Negative et amplius.

Sess. 22. *cap.* 4. *de Reform.*

RECANATEN. Hectori ex Comitibus Leopardi, qui Dignitatem, quam vocant Decanatum, in Cathedrali Recinetensi Ecclesia possidebat, Apostolicis Bullis diei 21 Februarii 1824 Coadjutor cum futura successione constitutus est Clericus Antonius Politi patritius Recinetensis, et in ætate annorum duodecim constitutus, ut, absente Coadjuto, eidem Ecclesiæ *in divinis deservire, et apud illam personaliter residere, ac omnibus functionibus, processionibus, cæterisque actibus capitularibus de jure, et consuetudine solitis, et consuetis interesse* posset ac teneretur. In memoratis autem Bullis cautum legitur: *Interim vero donec prædictis sacris Ordinibus initiatus non fueris, vocem et votum in Capitulo dictæ majoris Ecclesiæ non habeas*. Cumque paulo post ex hac vita migrasset Coadjutus novam Decanatus possessionem nactus est præfatus Clericus, omnibusque juribus ac prærogativis perfrui cœpit. Verum ineunte anno 1826 nonnullæ Decanum inter et reliquos Canonicos exarserunt controversiæ: quo factum est, ut ipse Decanus S. Rituum Congregationem adierit, eamque percontatus fuerit, utrum sibi, licet clericali dumtaxat Tonsura insignito, jus esset: 1. di prenunziar l'Antifona a preferenza dei semplici Canonici Sacerdoti: 2. se ad esso, piuttosto che ad altro sedente ne' successivi stalli, debbasi dagli altri tuttochè Sacerdoti domandare la venia nell' uscire dal Coro: 3 se

possa

possi intervenire ai Capitoli, senza però dare il suo voto, finchè non sarà promosso agli Ordini Sagri =, Oratoris vota propitium die 20 Februarii 1826 prodiit rescriptum, quo easdem præeminentias ad Clericum Politi spectare declaratum fuit, iis tantummodo exceptis, *quæ ex sacro Ordine, quo destituitur, ortum ducunt.* Ad tramites hujus rescripti Recinetenses Canonici, dum eodem anno 1826 capitulares Constitutiones ab Episcopo in Sacra Visitatione confirmatas, exararunt, hæc de capitularibus comitiis sanxerunt: *Chi non è Suddiacono, non ha voce in Capitolo* (*Tridentin. Session.* 22. *capit.* 4.); *può intervenirvi però per imparare* (*Congregat. Concil.* 8, *Aug.* 1621.); *non per dare il voto* (*Cong. Episc.* 15. *Julii* 1586). Decanus itaque Politi capitularibus dein adstitit sessionibus, suumque votum, quod suadendi tantum vim haberet, nemine obsistente edidit, quin imo pecuniaria pœna mulctatus fuit, ubi una vel altera vice iis defuerit, donec Canonici in comitiis diei 3 Martii 1830 ad ea, quæ irrepserant, evitanda incommoda majoribus suffragiis decreverunt, *che siano esclusi gli attuali Canonici Chierici dalle adunanze Capitolari, ed in appresso non si mandi più loro il solito avviso nel dì antecedente; riservandosi il Capitolo il diritto di riammetterli se e come di piacere.* Hujusmodi decretum ægre tulerunt Canonici sacris Ordinibus nondum insigniti, ac præsertim Decanus Politi, qui ad hanc S. Congregationem suas censuit deferendas querelas, ut Emorum Patrum oraculo decernatur, num sibi liceat capitularibus comitiis adesse, quin tamen in iisdem suum ferat suffragium.

Vicarius generalis, qui prima fruitur in eadem Ecclesia capitulari Dignitate, quique comitiis diei 3 Martii 1830 interfuit, de informatione et voto rogatus, se abstinuit a pandenda animi sui sententia, remisitque huic S. Ordini quasdam a Recinetensi Capitulo acceptas animadversiones, quibus Canonici capitularis decreti æquitatem ostendere conantur.

In

In primis nonnulla proferunt rationum momenta, quæ eo Capitulum impulerunt, ut decretum, de quo nunc quæritur, subscriberet. Etenim ob nimiam Canonicorum, qui nondum sacris Ordinibus erant insigniti, imprudentiam sæpius acciderat, ut ea, quæ in capitularibus sessionibus secreto acta fuerant, quæque sub pœna suspensionis ipso facto ex decreto Episcopi anni 1826 contrahendæ nemini fas erat extra Capitulum enuntiare, palam fierent, adeo ut plures in Canonicos adversæ sententiæ excitarentur simultates, ac etiam Capituli utilitas periclitaretur. Et quod pertinet ad reprehensibilem Decani Politi agendi rationem, postquam ipse in quadam controversia Canonicos inter et Altaristas exorta in Capitulari Conventu suum præbuerat assensum, ut sontes merita plecterentur pœna, in sequentibus comitiis contra Capituli decretum contestatam emisit denunciationem, quam in Altaristarum, et in Episcopalis Cancellariæ acta describere curavit. Hæc cum gravate paterentur Canonici, in eam devenere sententiam, ut *gli attuali Canonici Chierici* a capitularibus sessionibus, quoad Capitulum aliter decerneret, omnino arcerentur.

Neque temere se id egisse gloriantur Canonici. Præsidium namque sibi quærunt tum ex Clement. *Ut ii de ætat. et qualit. præfic.*, tum ex Concilio Tridentino *sess.* 22. *cap.* 4. *de reformat.*, quibus cautum fuit, *ut nullus . . . . vocem in Capitulo habeat (etiamsi hoc sibi ab aliis libere concedatur) nisi saltem in Subdiaconatus Ordine fuerit constitutus* ; neque contrariam suffragari præscriptionem respondit S. Congregatio, prout traditur *in Sabinen.* 31 *Maji* 1783 §. *Ex mente.* Imo non desunt Doctores, quos inter Gavantus *Manual. Juris verb. Capitulum*, *Gargias de Benefic. part.* 3. *cap.* 4. *n.* 25., ac præcipue Pignatellus *Consult.* 115. *n.* 3. *tom.* 8., qui doceant Canonicos in minoribus constitutos ne quidem *vocem consultivam, neque assistentiam*, *neque sedem in Capitulo habere posse.* Concinit S. Congregatio, quæ 8 *Martii* 1664 rogata, an Canonici minoribus tantum Ordinibus initiati saltem possent *in Capitulo as-*

si-

sistere, atque interesse, respondit: *Non posse*, cum videre licet *in Romana Vocis in Capitulo 1. Julii 1741. §. Contra.* Quæ cum ita sint, Recinetenses Canonici merito se putant decretum illud edidisse, quo hodierni Canonici nondum minoribus Ordinibus insigniti ob proditum secretum, simultatesque excitatas aliqua pœna coercendi, a pandendo voto consultivo, imo et a capitularibus comitiis, donec Capitulo libeat, prorsus repellerentur.

Verum ultra fatetur Decanus Politi, potestatem sibi non esse suffragium in Capitularibus comitiis ferendi; sed iniquum esse ait, ut ipse prohibeatur capitularibus sessionibus adesse. Etenim cum Clement. *ut ii de ætat. et qualit. præfic.* et Concilium Trident. *sess.* 22. *cap.* 4. *de reformat.* vocem tantum Canonicis in sacris Ordinibus non constitutis adimant, et vocis nomine activam solummodo vocem esse intelligendam tradant *Barbos. de Canonic. et Dignit. Cap.* 16. *num.* 18, *Leuren. For. Benefic. quæst.* 560. *tom.* 4. ac etiam declaravit hæc *S. Congr. in Romana Vocis in Capitulo 1. Julii 1741. §. Contra*, *et in Sibinen.* 31. *Maji* 1583. §. *Disputant*, eadem vocis privatio non est eo usque protrahenda, ut præsentiam quoque in Capitulis, et votum consultivum auferat, nam in legum interpretatione pœnæ mollienda sunt potius quam exasperandæ, *L.* 42. *ff. de pœnis*, *R.* 15. *I. in* 6. Et sane Card. De Luca in adnot. *ad sess.* 22. *cap.* 24. *de Reform. Concilii Trident.* ait = *non exinde prohibentur alii qui in Sacris non sint, Capitulo intervenire, eorumque judicium tamquam consultivum votum proferre, cum id non sit prohibitum* =. Hujusmodi sententiæ adhæsisse quoque videtur S. hæc Congregatio *in Romana vocis in Capitulo* 22 *Julii* 1741, proposito enim dubio = *An Canonici Clerici Ecclesiæ Collegiatæ S. Mariæ in Cosmedin intervenire possint in Capitulo, inibique habere vocem activam in casu etc.*, respondit = *Posse intervenire, sed non habere vocem* =. Injuria itaque Recinetenses Canonici Decanum Politi aliosque Canonicos minoribus tantum Ordinibus initiatos a capitularibus sessionibus

eliminandos decreverunt, cum Orator qua ex sacrorum canonum jure, qua ex capitularibus constitutionibus anni 1826 hac prærogativa luculentissime honestetur.

Iminerito autem, subdit ejusdem Clerici Defensor, Decani agendi rationem redarguere nituntur Canonici, eumque, ut a capitularibus comitiis arceretur, pœnam promeruisse affirmant: quæ enim a Canonico Marconi, ait illius Defensor, adversus Capitulare decretum prolata fuere, et capitularibus actis insita, quibus et alii duo subscripsere Canonici, crimen eidem objectum nullis evinci probationibus demonstrant, vel illud ita imminuunt, ut ne culpa quidem in ea agendi ratione reperiatur. Cetera quæ ad tuendas Decani partes spectant, fusius haurient Emi Patres ex allegatione ab ejus Defensore circumferenda, ut dirimere valeant

Dubium

An Clericus Decanus Politi possit capitularibus Comitiis interesse, ac votum consultivum in expendendis Capituli negotiis ferre in casu etc.

Affirmative.

Sess. 23. cap. 1. et Sess. 25. cap. 5. de Reform.

CALARITANA ONERUM. Illud a remotissimis temporibus in more Metropolitanæ Ecclesiæ Calaritanæ positum erat, ut quinque tantummodo ex Canonicorum Collegio omnes Missas sibi per hebdomadas toto anno canendas distribuerent, ea adjecta lege, ut, si quis eorum suo defuisset officio, trium juliorum pœna muletaretur. Hujusmodi consuetudinem pluribus etiam scatentem abusibus Summus Pontifex Clemens VIII. *corruptelam potius, et juris dispositioni ac Concilii Tridentini Decretis contrariam esse, et in diminutionem divini cultus tendere* judicans, die 7 Septem-

ptembris 1592 Apostolicas edidit Literas, quibus *perpetuo* statuit ac mandavit, ut *in futurum omnes et singuli, quibus de Canonicatibus et præbendis dictæ Ecclesiæ . . . . Apostolica seu ordinaria, aut alia quavis auctoritate in futurum tantum provideri, seu in Canonicos supranumerarios creari contigerit, ad celebrandum dictas Missas decantandas per totum annum in eadem Ecclesia pro sua quisque hebdomada omnino teneantur, et debeant sub pœna excommunicationis per contrafacientes eo ipso incurrenda; sicque per quoscumque Judices et Commissarios quavis auctoritate fulgentes, sublata eis et eorum cuilibet quavis aliter judicandi et interpretandi facultate et auctoritate, ubique judicari et definiri debere; irritum quoque et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.* Dehinc Calaritanus Archiepiscopus Delbecchi Sacram agens Visitationem sanxit, omnibus plane Canonicis præter Missam Conventualem onus etiam canendi Evangelium in Anniversariis, Pontificalibus et Canonicalibus functionibus incumbere; ita tamen, ut legitimo quisque impedimento detentus, *per alium* posset uni atque alteri officio satisfacere. At nullam pro omissionibus mulctam ab eodem Archiepiscopo constat fuisse inflictam. Eo enim tempore, quum ordinaria Missæ eleemosyna decem minor obolis foret, Capitularis autem massa obolos sexdecim pro missa conventuali rependeret, facillimum sane erat, ut ad gerendas alterius vices quisquam libentissime accederet.

Labentibus annis, ordinaria Missæ eleemosyna ad obolos octodecim aucta, non exigua emersit difficultas inveniendi aliquem, cui partes suas rite obeundas crederent ii, qui *per se* nec Missam celebrare Conventualem nec Evangelium canere posse significabant. Quare, posteaquam complures etiam Canonici contendere exorsi fuerant, se vel ob vocis defectum, vel ob ægram corporis valetudinem, vel ob jubilationis indultum ab onere præsertim Missæ Conventualis esse eximendos, multa sane incommoda pertulit cho-

rale servitium in Calaritano Capitulo; adeo ut narrata Clementis VIII præscriptio fere jam in desuetudinem abiisse videretur. Hac de re excitati Canonici die 12 Septembris 1814 in Capitularibus Comitiis statuerunt, *che nell' avvenire senza esenzione alcuna nè degl' Impiegati, nè degli inabili, nè degli ammalati attuali od abituali, nè dei giubilati, fossero tutti e singoli i Canonici sì Prebendati che di Stallo obbligati ad eseguire sive per se sive per alium le funzioni suddette sotto la multa di mezzo Scudo Sardo in odio di coloro, che non compissero a siffatto dovere nell' accennato modo riguardo alla celebrazione delle Messe Conventuali, e di reali tre pel servizio di Evangelista da prelevarsi dalle distribuzioni Corali a favore di quei Soggetti, che ne supplirebbero le veci; e ciò oltre la pena Canonica inflitta dal sullodato S. Pontefice.*

Capitulari huic resolutioni unus tantummodo obstitit Canonicus Jubilatus, qui palam professus fuit se Apostolicæ Sedis oracula consulturum. Verumtamen suum ipse jus nunquam reapse expertus est; imo etiam ceteri, qui jubilationis indulto jam frui properabant, Missam postea Conventualem et Evangelium canendi onere adamussim fungi non detrectarunt sive per se sive per alium: quod jampridem in Metropolitana Ecclesia Calaritana fuisse constantissime servatum antiquæ Archivii Capitularis tabulæ testabantur. Ceterum, ubi lex in pristinam redierat observantiam, censuit Capitulum temperandam esse mulctam in comitiis diei 12 Septembris 1814 irrogatam, eamdemque propterea coercuit *a reali due e mezzo*, seu ad obolos viginti monetæ Romanæ pro cujuslibet Missæ Conventualis celebratione, et *a soldi sette e mezzo*, nempe ad obolos duodecim pro Evangelii cantu in Anniversariis, Pontificalibus, et Canonicalibus functionibus peragendo. Archiepiscopus ab hac probanda Capitulari resolutione omnino abstinuit, ratus scilicet, rei ejusmodi judicium ex Literis Apostolicis Clementis VIII ad S. Sedem fore reservandum. Quoniam vero resolutionem illam unanimi consensione Capitula-

res probaverat, atque ea ipsa pertinebat ad Apostolicarum Literarum executionem magis magisque firmandam, hinc suprema hujus S. Ordinis sanctio nunquam hactenus a Capitulo Calaritano fuerat implorata.

Interim anno 1822 Sacerdos Antonius Carboni Canonicatum laicalis patronatus instituit in ea Metropolitana Ecclesia sub titulo S. Victoriæ et S. Antonii, ac de ejusdem fundatione, auctorante Archiepiscopo et assentiente Capitulo, publicas instrumenti tabulas die 21 Januarii illius anni solemniter obsignavit. Porro præter annuum prebendæ fructum, quum vellet Fundator Rectorem Canonicatus sui una cum ceteris Canonicis ad percipiendas communis massæ distributiones admitti, eamdem massam sorte scutatorum Sardiciensium sex mille dotavit: idque potissimum inter fundationis leges cautum legitur 1. *Che i frutti della prebenda saranno soggetti alla rata dei regii donativi, ed a qualunque altra prestazione, a cui soccombono attualmente, o soccomberanno nell' avvenire le altre prebende; come pure le quotidiane distribuzioni saranno soggette a tutti e singoli i pesi, ai quali sono le medesime, e saranno nell' avvenire obbligate, e particolarmente le spettanti ai Signori Canonici*: 2. *Che il primo Canonico sarà esente da tutta puntazione, e godrà di tutti i privilegj e prerogative spettanti a tutti gli altri Canonici e Prebendati.*

Hac fretus conditione Fundator Antonius Carboni, qui sui Canonicatus possessionem primus obtinuit, ita se ab omni Choralis cujusque officii et punctationum genere exemptum putavit, ut seipsum anno 1826 contenderit non modo immunem esse ab onere celebrandi Missam Conventualem et canendi Evangelium, sed posse etiam absentem eas lucrari legatorum distributiones, quæ ex Fundatorum voluntate Canonicis actu præsentibus debentur. At Capitulum ab istiusmodi Canonici Carboni consilio vehementer discrepat; idcirco Archiepiscopus jura utriusque partis supplicibus exarata libellis una cum sua informatione, et voto ad hanc

S. Con-

S. Congregationem misit, ut tota, de qua agitur, controversia ab EE. VV. ex SS. Canonum censura atque hujus S. Ordinis disciplina penitus dirimatur. Quo in loco illud in primis optat Capitulum decerni EE. VV. suffragio, *quale multa sia conveniente a defalcarsi dalle distribuzioni di quei Canonici, che non soddisfacessero* neque per se neque per alium *al peso della Messa Conventuale, ed all' obbligo di Evangelisti; e poi anche se la deliberazione Capitolare del 12 Settembre 1814 relativa agli ammalati si attuali che abituali, ed ai giubilati possa avere il suo pieno vigore, trattandosi di un obbligo, a cui è tenuto il Capitolo uti Corpus, come pure lo sono tenuti tutt' i Canonici, uti singuli.*

Quod mulctam spectat infligendam Canonicis Missam Conventualem et Evangelii cantum omnimode negligentibus, videtur quidem rescribi posse ex Ordinarii sententia, qui ea super re literis suis hæc habet. „ Non „ accaderebbe la difficoltà di trovare chi supplisca la „ mancanza di chi è impedito di adempiere da per „ se stesso al predetto onere della Messa Conventuale, se si fosse avuto presente di fissare, come nel „ passato, la limosina della Messa Conventuale più „ alta dell' ordinaria, facendo contribuire la massa „ capitolare, come nel passato: vale a dire, essendosi portata la limosina ordinaria della Messa a dieciotto bajocchi secondo il rescritto Pontificio, sarebbe stato bastante che detta massa vi contribuisse un' altro paolo. Peraltro sarebbe ora gravoso alla massa capitolare di aggiungere alla limosina ordinaria un' altro paolo in questi tempi, che i redditi sono assai diminuiti. Crederei pertanto nelle attuali circostanze che non vi sarebbe miglior espediente che di approvare una multa, come lo credette necessario il Capitolo: ma non mi sembra sostenibile, che la multa da fissarsi contro quelli, che non adempiscono da se stessi le surriferite funzioni, sia assai maggiore di quella contribuzione che dava la massa comune nel passato: e sarebbe ben sufficiente, se la S. Congregazione non giudica diversa-

„ men-

„ mente, che la detta multa si restringesse ad un so-
„ lo paolo e due bajocchi per la Messa Conventua-
„ le, ed a mezzo paolo per il Vangelo.

Idem præterea Ordinarius super ceteris Capituli sui postulationibus ita pergit. „ Sul riflesso, che la Bolla
„ di Clemente VIII. impone l'obbligo ai soli Canonici, che devono intervenire al Coro, non mi sembrerebbe che fossero tenuti a detta multa quelli che
„ sono attualmente ammalati, e dispensati dal coro
„ per cagione di malattia attuale a tenore delle stesse Costituzioni del Capitolo, senza che perdano le
„ distribuzioni ordinarie del Coro, mentre in questo
„ caso crederei tenuti gli altri a supplire le loro veci passando il ruolo col solito ordine. La stessa eccezione meriterebbero i giubilati, mentre la giubilazione esime da tutte le funzioni corali in forza
„ anche di molte risoluzioni di codesta S. Congregazione.

Re quidem vera *infirmitas* tum a Bonifacio VIII *in Cap. Consuetudinem de Cleric. non resid. in* 6, tum a Concilio Tridentino *Sess.* 23 *cap.* 1 *de reform.* inter legitimas choralis absentiæ causas luculentissime exprimitur: adeo ut Canonici adversa valetudine laborantes, si choro adesse nequeant, integras lucrari debeant quotidianas distributiones, quemadmodum decrevit S. Congregatio *in Savonen. Distributionum* 18 *Decembris* 1745, *in Praten. Indulti* 23 *Junii* 1746, *ac traditur in Dubia Indultorum* 16 *Maii* 1820 §. *Indulta*. Atqui ægrotantibus Canonicis integra quotidianarum distributionum perceptio minime foret, si super his aliquam solvere muletam cogerentur, vel saltem tenerentur pecunia sua quempiam alium ad obeunda Chori officia substituere. Quapropter Canonicos ex justa causa absentes obstringendos non esse, ut per substitutum Choro inserviant, non obstante immemorabili consuetudine, docet Garcias *de Benefic. part.* 3 *cap.* 2 *num.* 197, S. Congregatio *in Reatina* 22 *Martii* 1766 §. *Denique, et in Eugubina Punctaturarum* 15 *Martii* 1783 §. *Cum*. Id autem pro infirmis præsertim et senibus Canonicis valere tradit Fagnanus *in Cap. Nulla*

la de concess. præbendæ num. 72 *et* 73, ubi hæc animadvertit = *Cum Episcopus vel Prælatus propter ægritudinem vel senium redditus est inhabilis ad pastorale officium, necessitas cogit, ut illi de Coadjutore perpetuo provideatur, ne gregi fidelium desit custodia pastoralis . . . . . Hæc ratio non viget in Canonicatibus et aliis beneficiis Cathedralium vel Collegiatarum Ecclesiarum . . . . . tunc enim in prædictis Ecclesiis divina officia persolvuntur a reliquis Collegialibus ; nec Canonicus infirmus vel senio confectus tenetur sibi Coadjutorem adjungere aut inservire per substitutum, cap. unic. de Cler. non resid. in* 6, *et millies fuit resolutum, ut late scripsi in C. Licet de præben. num.* 136. Præsentes nimirum in choro supplere debent Canonicorum ægrotantium defectum in iis, quæ ad chorale servitium et divina officia pertinent; quumque dubium non sit, partem in toto contineri *ex leg. In toto* 113 *ff. de Reg. Jur.*, id profecto intelligendum in themate non solum de cantu Evangelii, sed etiam de celebratione Missæ Conventualis, quæ præcipua divinorum officiorum pars dicitur, imo ad illam horæ Canonicæ ordinantur, *ex cap. cum creatura de celeb. Miss.*, *S. Congr. in Urbanien. Missæ Conventualis* 19 *Julii* 1828 §. *Animadvertendum*, *et in Civitatis Plebis Missæ Conventualis* 24 *Aprilis* 1830 §. *Immerito*.

Neque secus se res habet de Canonicis rude donatis, quibus ex jubilationis indulto fructus omnes et distributiones quotidianas sui Canonicatus deberi constat, *S. Congr. in Terracinen. seu Privernen. Missæ Conventualis* 15 *Septembris* 1827 §. *Sed.*, perinde ac si Choro et divinis Officiis personaliter interessent. Huic itaque exemptioni plane adversaretur, et jubilatum Canonicum impertita gratia ex parte privaret onus sive Missæ Conventualis sive cujusvis alterius muneris *per se* aut *per alium* in Choro explendum, præsertim si pœnali ad id mulctæ solutione adigeretur. Quamobrem Canonicos Jubilatos cogi non posse ad celebrationem et applicationem Missæ Conventualis neque per se neque per alium, passim definivit S. Congregatio, prout

in

in Pientina 20 *Augusti* 1757, *et in Spoletana Jubilationis* 15 *Septembris* 1770; nec etiam ad solvendum hujusmodi Sacrorum stipendium, uti hoc ipsum S. Tribunal respondit *in Prænestina* 11 *Martii* 1662, *et in Senen. Celebrationis et Applicationis Missæ Conventualis* 21 *Julii* 1759. Quin aliter suadeat quævis contraria consuetudo et imposita a Capitulo atque etiam a Jubilatis accepto habita obligatio, quam esse irrationabilem ac rejiciendam semper censuit S. Congregatio, veluti indulta commonstrant *in Civitatis Plebis* 23 *Novembris* 1782, *et in Nullius, seu Foropompilii Jubilationis* 18 *Junii* 1796. Missa enim Conventualis onus est Capituli, *S. Congr. in Burgi S. Domnini Missæ Conventualis* 16 *Maji* 1716 *ad I. Dub.*, *et in Pisana Applicationis Missæ Conventualis* 6 *Julii* 1737. §. *Tertio*: atque hinc, dum ex communi Capitularium redituum massa solvitur Missæ Conventualis eleemosyna, nullum in themate reliquis Canonicis infertur detrimentum, si non modo Evangelii cantum, sed etiam illius Missæ celebrationem ex Jubilatorum absentia sæpius obire teneantur.

Hisce perspectis, quæ ad Capituli postulata spectabant, præcipua nunc propositæ controversiæ momenta breviter discutienda. Nam contendit Capitulum, Canonicum Carboni plane obstringendum esse ad Missam Conventualem sive per se sive per alium celebrandam, utpote quæ singulis Cathedralium et Collegiatarum Ecclesiarum Canonicis ita incumbit, ut ab ejus onere immunitatem præstare nequeat nec redituum exiguitas, nec adversa consuetudo, nec fundatio a certis benefactoribus peracta sub lege præstitutum litandi Missarum numerum, sicuti liquet ex notissima Benedicti XIV Encyclica *Cum semper oblatas*, atque ex responsis hujus S. Ordinis *in Nullius S. Rufilli* 8 *Augusti* 1761, *et in Marsorum Missæ Conventualis* 28 *Aprilis* 1827 *ad I. Dub.* Huc accedit, quod in Calaritana Ecclesia Metropolitana Clemens VIII Apostolicis suis Literis diei 7 Septembris 1592 omnes omnino ejus temporis Canonicos, atque eos etiam, quos in posterum creari contigisset, ad Capitulares canendas

Missas voluit pro sua quemque hebdomada sub excommunicationis pœna obligari. Quocirca, etiamsi Canonicus Carboni, tanquam primus novi Canonicatus possessor, exemptus fuerit in fundationis vestibulo *da tutta puntazione*, id sane Capitulum ait intelligi debere de punctationibus in eos Canonicos infligendis, qui horis Canonicis ac proinde etiam Missæ Conventualis celebrationi non adessent; at plane negat referri posse ad Conventualis Missæ per turnum canendæ et applicandæ immunitatem, quam tribuere adversus prælaudati Pontificis voluntatem nullatenus eidem Capitulo licuisset. Neque hoc onus sibi incumbere non novit ipse Canonicus Carboni, æque ac alterum canendi Evangelium in Anniversariis, Pontificalibus, et Canonicalibus functionibus. Etenim *sin dal* 1822, asserit Capitulum, *epoca della recezione ed istallamento del Canonico sopranominato, riconobbe egli di fatto questo suo dovere, e vi adempì e per se e per altri, ed anche non trovandosi nel Coro, fu invitato a celebrare i Pontificali e Canonicali, ed a prestare nei medesimi il servizio di Evangelista secondo l'uso vigente in questa Chiesa Primaziale, invito che non solo accettò, ma pretese ed ottenne*. Postremo subdit Capitulum, fundationem Canonicatus Carboni eam non esse, ut refragari possit Capitulari resolutioni diei 12 Septembris 1814, ex qua nemini Canonicorum fas est ab ejusmodi oneribus per se aut per alium obeundis sese ullo pacto subtrahere.

Quod reliquum est, fatetur Capitulum ordinarias chori distributiones Canonico Carboni, licet absenti, ex fundationis tabulis fuisse concessas: nihilominus propugnat, eumdem Carboni injuria prorsus et immerito sibi arrogare velle eas etiam distributiones, quæ ex voluntate testatorum et benefactorum actualem Canocorum præsentiam omnino requirant. Etenim, præterquam quod ferendus non est, qui lucrum quidem amplectitur, onus autem ei annexum respuit, *L. unic.* §. 4. *Cod. de caduc. tollen.*, *R.* 55. *J. in* 6., latet certe neminem, ejusmodi emolumenta neque a Canonicis jubilationis indulto munitis, neque animarum curam exercentibus, neque ob adversam valetudinem aut

aut in evidentem Ecclesiæ utilitatem Choro legitime absentibus percipi posse, ceu tradit *Piton. discept. Eccl.* 1 *num.* 35, *S. Congr. in Terracinen. seu Privernen. Emolumentorum* 23 *Decembris* 1826 §. *Dein, et in Asculana Literarum Apostolicarum* 20 *Novembris* 1830 *ad IV Dub.* Cui rei ipse consonat Calaritanus Archiepiscopus, inquiens: *Non sembrerebbe degna di considerazione la dimanda che fa il Canonico Carboni di dover godere anche degli emolumenti straordinarj, ch' esiggono la personale assistenza, per esser questa dimanda contraria alle rispettive fondazioni, cosicchè non ne godono nemmeno gli ammalati, nè possono estendersi a questi emolumenti le esenzioni accordategli nell' atto di fondazione, quali si restringono alle sole distribuzioni ordinarie, e a tutti gli altri emolumenti, che non richiedono rigorosa personale intervenienza.*

At Canonicus Carboni adeo propitium EE. VV. suffragium sibi fore confidit, ut immunitatem in primis a Missæ Conventualis et Evangelii canendi onere ipse sibi decernendam non dubitet. Sex namque et triginta fere annos animarum cura perfunctus, non alio demum animo Canonicatum sibi instituisse significat, quam ut vitam quiete ac nullis exagitatam laboribus traduceret; propterea que cavisse in fundationis limine, *che il primo Canonico sarà esente da tutta puntazione*, perinde ac si ageretur de simplici laicali beneficio, *e godrà di tutti i privilegj e prerogative spettanti a tutti gli altri Canonici e Prebendati*. Quod si ob hujusmodi conditionem, eodem fatente Capitulo, impune abesse potest Canonicus Carboni ab horis Canonicis, et ab ipsius Missæ Conventualis celebratione, rem certe perabsurdam et Choralium punctationum exemptioni omnino adversam esse inquit, si uno eodemque tempore ad Conventualem Missam applicandam et obeundum Evangelii cantum sive per se sive per alium turni lege ac poenali sub mulcta obstringi posset. Nulla siquidem mentio de hisce oneribus occurrit in solemni fundationis instrumento, *nel quale peraltro*, animadvertit Carbonius, *il Capitolo espresse ad uno ad uno gli obblighi, ai qua-*

li dovea esser soggetto lo stesso Fondatore , con averlo pure escluso dal godere delle limosine delle Messe , di cui godono tutti i Canonici e Beneficiati , finchè seguisse la fondazione di una certa Capellania.

Haud vero quidquam sibi putat Canonicus Carboni officere Apostolicas Clementis VIII litteras anni 1592, et resolutionem capitularem diei 12 Septembris 1814, quibus Missæ præsertim Conventualis applicatio per turnum unicuiqueCanonico præscribitur.Nusquam enim in iis comprehensus legitur, nec sane comprehendi poterat quispiam novi Canonicatus in posterum Fundator, cui profecto integrum est in institutionis vestibulo, accedente Ordinarii et Capituli consensu , prout in themate, leges quascumque velit apponere , easque etiam juri communi contrarias, dummodo nec turpes sint , nec alias a jure improbatæ , nec beneficii substantiam destruentes , *Lambertin. de jure patron lib.* 1 *part.* 1 *art.* 1 *quæst.* 9 *num* 52, *Card. de Luca de Jurepatr. disc.* 20 *num.* 15 , *Barbosa de officio et vot. Episc. lib.* 1 *tit.* 2, *gloss.* 17 *num.* 18, *S. Congr. in Ripana Erectionis Canonicatuum* 30 *Januarii* 1830 §. *Longe* . Quare idem Carbonius , ubi semel de omnimoda punctaturarum exemptione , ac de Choralium idcirco officiorum immunitate sibi rite ac legitime præcautum autumat, fundationis quidem leges sanctissime sustinendas servandasque tuetur, uti jubet Tridentina Synodus *Sess.* 25 *cap.* 5 *de reform.* ; nec post peractam Canonicatus sui erectionem ulla sibi nova onera imponi posse contendit , quum gravare oneribus beneficia non sit Capituli et Episcopi , sed unius Fundatoris , quemadmodum *ex text. in Cap. Porro de privileg.* admonet *Fagnanus in Cap. Conquerente de Cler. non resid. num.* 24 *et seq.* , *Garzias de benef. part.* 7 *cap.* 1 *num.* 12 , *Monacell. Formul. tom.* 2 *tit.* 15 *ad form.* 1 *num.* 19 , *et S. Congr. in Vercellana* 12 *Septembris* 1750 §. *Confugit* . Nihil enim vero negotii facessere arbitratur , quod , ipse ait , annis 1822 et 1823 *osservando la scarsezza de' soggetti , che sebbene il Capitolo fosse composto di* 29 *Canonici , soli tre celebravano la Messa Conventuale e supplivano per tutti gli altri , fece anch' egli cin-*

cinque sole volte la settimana , ma volontariamente, e perchè fu pregato ed invitato , come confessa il Capitolo , e la fece in buona fede , senza che pochi atti di tal natura abbiano potuto stabilire il possesso . Imo etiam illud adjicit , se utpote omnibus ceterorum Capitularium privilegiis et honoribus ornatum, posse utcumque velit Missam Conventualem et Evangelium in Choro concinere , quin tamen ex hujusmodi actibus facultativis ulla invehi possit præscriptio, *Zallinger lib. 2 Decret.* §. 350 *num.* 4 , *Rota cor. Ratto decis.* 259 *num.* 12 , *S. Congr. in Viterbien. Jurium* 26 *Augusti* 1826 §. *Et re sane , et in Nepesina Legati Pii* 26 *Februarii hujus anni* §. *Eo jam .*

Canonico Carboni pro immunitate ab onere canendi Missam Conventualem et Evangelium favet voto suo Archiepiscopus , ubi hæc adnotat : „ I primi Fondato-
„ ri possono essere esenti da tutte le funzioni , che
„ riguardano il Coro , *cap.* 11. *de Præb. et cap.* 23
„ *de Jurep.* , e crederei , che non essendosi manifesta-
„ to al medesimo Fondatore nelle trattative avute col
„ Capitolo nell' erezione del Beneficio il prescritto
„ nella Bolla di Clemente VIII riguardante l'obbligo
„ della Conventuale , non possa in forza della mede-
„ sima , come primo Fondatore esser tenuto a tal ob-
„ bligo , che sembra riguardare soltanto quelli , che
„ sono tenuti a intervenire al Coro , e alle funzioni
„ annesse , com' è anche quella del Vangelo . E' poi
„ da riflettersi nel caso , che il Fondatore ha dota-
„ to la Massa delle distribuzioni di una somma mag-
„ giore di quella, ch' egli percepisce dalle ordinarie
„ distribuzioni , e che il Canonicato da lui fondato
„ diventa utile al Capitolo ed alla Diocesi , perchè
„ essendo eretto in presbiterale , non potrà alcun Suc-
„ cessore partecipare delle distribuzioni prima di es-
„ sere Presbitero , e di fare il prescritto Canonicale.

Tandem Canonicus Carboni , quum ad percipiendas , licet absit a choro , omnes ceterorum Capitularium distributiones , communem massam munifice dotaverit, ea etiam emolumenta sibi a Capitulo deberi censet , quæ ex testatorum aut benefactorum voluntate solis Canonicis actu præsentibus sunt dispertienda . Dum enim

enim ab omnibus punctationibus, seu a Choralibus cujuscumque speciei officiis exemptus est fundationis lege, nullum distributionis et emolumenti genus fuisse a Capitulo exceptum putat, quod sibi absenti denegari possit.

Erunt igitur dirimenda

Dubia

I. *An et quæ mulcta constitui debeat Canonicis neque per se neque per alium Missam Conventualem et Evangelii cantum adimplentibus in casu etc.*

II. *An Canonici ægrotantes teneantur per alium Missam Conventualem et Evangelium canere in casu etc.*

III. *An Canonici Jubilati cogi possint ad ejusmodi onera sive per se, sive per alium implenda in casu etc.*

IV. *An Canonico Carboni incumbat onus Missæ Conventualis et Evangelii cantus, adeo ut mulctæ pœna plecti possit, si illud neque per se, neque per alium adimpleri curet in casu etc.*

V. *An Canonico Carboni, licet Choro non intersit, debeantur extraordinaria emolumenta, quæ ex testatorum aut benefactorum voluntate Canonicis actu tantummodo præsentibus distribuenda sunt in casu etc.*

Ad I. Affirmative in omnibus juxta votum Archiepiscopi.
Ad II. et III. Negative.
Ad IV. Negative juxta votum Archiepiscopi.
Ad V. Negative.

ASTEN.

ASTEN. INCOMPATIBILITATIS. Vercellensis Episcopus Jacobus Goria e Civitate Villefranche Dioecesos Astensis jam inde ab anno 1645 omnia sua bona in Ecclesiam S. Helenæ ejusdem Civitatis donationis titulo contulit. Quorum quidem bonorum administrationem quatuor laicis personis eodem in loco degentibus ea lege commisit, ut majori Ecclesiæ decori, et utilitati prospicerent, nec non domum, communem mensam, ceteraque ad vitam pro clericalis status ratione necessaria duodecim ab ipsis eligendis suppeditarent Sacerdotibus, qui sub Præpositi regimine et obedientia constituti, Oblatorum S. Eusebii nomine nuncuparentur. Cumque Episcopo Goria ea potissimum insederit mens, ut hujusmodi institutione Dei cultus, et animarum salus magis magisque provveheretur, hinc iisdem Oblatis, quos S. Eusebii auspiciis ipse devoverat, indixit, ut non modo in memorata S. Helenæ Ecclesia ad instar Collegiatarum divina officia quotidie persolverent, tres Missas singulis diebus juxta ipsius fundatoris mentem litarent, ac vicissim inter se conscientiæ casus expenderent, verum etiam pueros ad prima legendi, scribendi, et grammaticæ rudimenta informarent, Sacramenta Pœnitentiæ, et Eucharistiæ in propria Ecclesia ministrarent, de rebus divinis ad populum concionem interdum haberent, vacantesque Parœcias in Dioecesibus Vercellensi, Astensi, ac Taurinensi, dummodo ab earumdem dioecesum Episcopis rogarentur, regerent, et administrarent.

Sess. 7 cap. 4, et sess. 24 cap. 17 de reform.

Ast vero progressu temporis factum est, ut gravissima quædam in eo Convictu ecclesiastico incommoda irrepserint. Quamobrem Astensis Episcopus Paulus Cajsotti eumdem Convictum in Astensem Civitatem, et in Seminarii sui ædes transtulit, ibique Oblatis peculiarem Ecclesiam pro divinorum officiorum celebratione præstituit.

Anno 1820 inter Oblatos S. Eusebii adscitus fuit Sacerdos Jacobus Sticca juris utriusque doctor, qui, ut muneris a Præposito sibi commissi partes plenius exploret, Villamfrancham se contulit, ibique commorans pueros juxta fun-

fundatoris mentem primis legendi, scribendi, nec non grammaticæ elementis instituit. Verum ratus nullam inter Oblati et Parochi officium adesse ex jure incompatibilitatem, anno 1828 parochialem obtinuit S. Silvestri Ecclesiam, quæ suo ibidem pastore viduata fuerat, ejusque Parœciæ regimini tribus fere annis præfuit, quin Oblati, quo insimul fungebatur, muneri sese abdicaret. Nuper vero, cum aliqua de hujusmodi officiorum incompatibilitate oborta sit suspicio, Presbyter Jacobus Sticca Sacram adiit Congregationem, rogans, ut ab Emis Patribus decerneretur, an sine ulla sacrorum Canonum offensione Oblaturam simul et Parœciam retinere ipse valeat.

Rogatus Ordinarius pro informatione et voto, atque ut de onerum incompatibilitate, ac de annuo tam Oblaturæ, quam Parœciæ reditu, comprehensis incertis stolæ, referret, scribit „ unumquemque Oblatorum „ pro vestitu habere annuas libellas centum sexaginta „ quinque monetæ pedemontanæ, aliasque libellas centum circiter titulo residentiæ percipere; Oblatorum „ numerum ob diminutionem redituum restrictum fuisse ad octo, quorum duo in dicto loco Villæfranchæ publicæ institutionis gratia degunt, alii vero „ vel Parœcias vacantes regunt, vel in dicto Seminario sub oculis Ordinarii constituti illud servitium „ præstare satagunt, cui ex fundationis lege obstringuntur. Ex iis, quæ fundationis naturam aperiunt, „ colligitur etiam Oblatos S. Helenæ non esse beneficiatos, sed præstimonium dumtaxat habere, cujus „ titulus licet perpetuus sit, ab eodem tamen exciderunt semper toties quoties promoti fuerunt ad „ aliquam Ecclesiam Parochialem, quia Oblaturæ servitium habitum semper fuit tamquam incompatibile „ cum provisione, et munere parochiali, ut constat „ ex pluribus aliis exemplis præcedentibus. Parœcia „ S. Silvestri, qua Orator provisus est, inter ditiores „ computatur, cum centum et viginti circiter jugera „ terræ possideat, quorum aliqua si in præsens dispersa in pluribus territoriis inveniuntur, Orator obtinuit a S. Sede facultatem alienandi bona dispersa

„ sub

„ sub conditione convertendi pretium in stabilibus „ utilioribus, ex quibus ampliores fructus, ac reditus „ ab ipso perciperentur, et sic reditus certi, et in- „ certi præbendæ parœcialis S. Silvestri ad summam „ libellarum bis mille quingentas circiter monetæ pe- „ demontanæ statui possint. Ideirco censerem Orato- „ ris petitioni haud esse indulgendum „.

Ex hac Vicarii Capitularis relatione, ac rationum momentis patet luculenter, munus Oblati omnino incompatibile esse cum titulo parochialis Beneficii. Ea enim est utriusque officii ratio, ut si quis unius onera impleat, alterius partes negligat oportet. Enim vero = Parochus (ait memoratus Vicarius) debet consistere in ædibus suæ Parœciæ: Oblatorum vero ordinarium domicilium nunc est Seminarium Astense. Debet Oblatus in Ecclesia S. Helenæ divina officia statis horis persolvere, et Sacramenta ministrare: debet Parochus alteri Ecclesiæ, imo Plebi suæ inservire cunctis diebus, et singulis horis semper ac necessitas expostulet. Debet Oblatus quandoque ludimagistri officium in loco Villæfranchæ explere: Parochus non potest ob alia officia obeunda Parochiam suam deserere. Debet Oblatus huc illuc (prout nimirum obedientia Præposito exhibenda exegerit) se conferre ad regendas Parochias vacantes: at qui uni Parœciæ, titulo perpetuo, est desponsatus, non potest vacantes in alio loco Parœcias regere, atque administrare =. Jam vero duo officia ecclesiastica, quorum unum onera alterius rite obire impediat, esse inter se incompatibilia nedum ipsa suadet naturalis ratio, sed evincunt responsa hujus Sac. Congregationis *in Neapolitana Capellaniarum* 14 *Aprilis* 1725, *in Maceraten.* 29 *Januarii* 1825. Et nuperrime *in Lucana Incompatibilitatis* 14 *Maji hujus anni* respondit, constare de incompatibilitate Canonicatus cum Capellania, cui onus imminebat opitulandi Parocho in gerenda animarum cura.

Frustra autem Parochus Sticca, ut quamlibet Parœciæ cum officio oblati repellat incompatibilitatem, confugit ad superiorum temporum consuetudinem. Id siquidem quam levis, imo nullius sit ponderis, scite per-

pendit Vicarius Capitularis, hæc edisserens = Non inficior aliquando contigisse, quod Oblati rexerint Astæ Parœcias vacantes, etiam ad longum tempus, sed semper tamquam simplices Oeconomi. Verum cum id muneris institutioni Episcopi Goria consonum sit, tunc Oblati a ceteris servitiis erga Ecclesiam S. Helenæ eximebantur: quæ tamen exemptio non esset concedenda Oblato habenti Parœciam cum præbenda in titulum perpetuum; dum enim eidem Parœciæ inservit, fundationis leges non implet, prout implentur ab illo, qui Parœciam vacantem regit, quique idcirco ab aliis fundationis oneribus eximitur =.

Nihilominus argumenta hujuscemodi parvi facienda esse arbitratur Parochus Sticca. Quæ enim a sacris canonibus statuuntur, ne cuiquam plura officia committantur, *can.* 1. *dist.* 89, ea putat esse cohibenda ad beneficia ecclesiastica, quæ in titulum collativum tribuuntur, ac residentiam expostulant, veluti eruitur ex illis Tridentini verbis *sess.* 7 *cap.* 4. *de reform.* = *Quicumque de cetero plura curata, vel alias incompatibilia beneficia ecclesiastica . . . retinere præsumpserit, beneficiis ipsis privatus existat* =, secus qui aliquo gaudet ecclesiastico Beneficio, foret jam quocumque alio expoliandus officio: quod quidem Canonistarum sententiæ adversum tenere conspicitur. Et sane ecclesiasticum Beneficium, licet residentiæ onere gravatum, haud incompatibilitatem cum Capellania laicali, officio Custodis, et Suffraganeatu, aliisque officiis ecclesiasticis inducere docent *Rigant. ad Reg.* 1 *Cancel.* §. 7. *num.* 84, *Rot. in Augustana* 15 *Maji* 1716 §. *Neutiquam cor. Falconerio*. Et Sac. Congreg. *in Biterten.* 6 *Decembris* 1721 rogata = *An id quod procedit in retentione Beneficiorum, procedere etiam debeat in Legatis piis et Capellaniis de jurepatronatus laicorum in casu etc.* = rescribendum censuit = *Negative* =. Porro ex ipsa Vicarii Capitularis relatione palam colligitur, Oblaturam neque in titulum conferri, neque ecclesiasticum Beneficium vocari posse, sed tantummodo præstimonium, et officium ecclesiasti-

sticum, ac propterea cum Parœcia minime incompatibilitatem præseferre.

Nec munia parochialia ab Oratore exercenda impedimento sunt, quominus ipse Oblati oneribus plane satisfaciat. Præterquam enim agitur de Parœcia, quæ quingentos tantummodo complectitur incolas, et vix annuum affert fructum 500 libellarum, illud etiam accedit, quod animarum cura per Oblatos obeunda congruit fundatoris institutioni, atque experientia deprehenditur, nunc Parochum Sticca, superioribus autem temporibus alios Oblatos parochialibus officiis esse perfunctos, quin servitium Oblatorum Ecclesiæ ex fundatione præstandum unquam intermittere coacti fuerint.

Hinc quæritur

An constet de incompatibilitate Parœciæ cum Oblatura in casu etc.

Affirmative.

PERUSINA SUBSIDIORUM DOTALIUM. Supremo quo decessit, elogio anni 1679 Felix Moravalli Perusinus haeredem instituit Augustinum Moravalli, ac de fructibus census, quem a Paulo Bisnetti scutis 1000 emerat, legem dixit, = *che un anno si, ed un anno nò* tribus pauperibus puellis *nate ed allevate nella Parrocchia di S. Giovanni del Fosso* nominandis *da uno di casa de' Signori Domini, e dall' infrascritto mio Erede e loro successori* = perpetuo distribuerentur tria subsidia dotalia scutatorum duodecim = *con far dire una Messa nel giorno 27 Decembre in detta Chiesa, e fare che le dette Zitelle si comunichino alla detta Messa per l'anima mia*. Quod si obtingeret, *che vi fossero zitelle bisognose di Casa Moravalli e del sangue, quelle siano preferite alle altre, e la dote gli si dia di scudi 30 per ciascuna zitella di detta Casa*. Cavit insuper, *che l'anno che non si darà la dote alle zitelle della Città e di questa Parrocchia, si debbano dare a tre altre zitelle nate, ed allevate, ed abitanti nella Parrocchia di S. Paterniano del pian di Ronzano*. Addidit *che dei* *Sess. 22 cap. 6 de reform.*

denari da darsi in dette doti . . . sia depositario il detto Signore di Casa Donnini, che è elettore di dette zitelle . . . e mancando il detto Signore . . . il mio erede possa eleggere un altro in suo luogo, il quale abbia anche il voto per la elezione delle zitelle, e le doti si debbano cavare tutte successivamente, ed in perpetuo da distribuirsi come sopra, durante detto censo, o altri censi colli frutti del medesimo, che il di più dovrà mettersi a moltiplico per dette doti, e non altrimenti . . . e che li detti scudi mille siano sempre a frutto per dette elemosine, e spese che bisognassero per sostentare il detto censo, e che mai per alcun tempo sia lecito convertire i frutti di detto censo in altro uso, che in dare doti alle zitelle come sopra, che tale è la mia volontà =.

Testatoris voluntati religiose ab initio paruit hæres. Verum cum Paulus Bisnetti censum redempturus scutata quingenta anno 1684 et reliqua anno 1696 Augustino Moravalli persolvisset, hic utramque summam penes Franciscum Donnini deposuit, quoadusque iterum illas ex mente Testatoris investimento collocaret. Ex his scutata quadringenta in emptionem census, cujus nunc etiam debitor existit Joseph Pariani, collata fuisse, certum quidem exploratumque est: reliqua autem summa utrum penes depositarium Donnini, vel alio modo deperierit, penitus latet. Nihilominus onus a Testatore relictum integrum Familiæ Moravalli inhæsisse patet ex transactione, quæ Vincentium inter et Ubaldum Antonium Moravalli anno 1779 intercessit: Ubaldus Antonius = *prese a suo carico l'adempimento dell' annua distribuzione della dote ordinata dal suddetto Felice* =. Hanc transactionem novo robore fulcivit nedum postera quorumdam dotalium subsidiorum præstatio ab ipso Ubaldo expleta. sed etiam sententia a Prætore Perusino anno 1826 lata, quæ in rem judicatam ex Ubaldi acquiescentia transiisse dicenda est. Cum enim quotidie novo aere alieno obrueretur Ubaldus, dotesque promissas non solveret, Lucretia Censi, Vincentii Moravalli nurus, Ubaldum in judicium vocavit, et ad tramites transactionis anni 1779 a Prætore declarationem obtinuit = teneri et obli-

obligatum esse reum conventum Ubaldum Antonium Moravalli incipiendo ab anno 1779 et in perpetuum solvere de biennio in biennium subsidia dotalia relicta a Felice Moravalli ; et pro effectu hujus obligationis relevari indemnem patrimonium defuncti Caroli Moravalli descendentis Vincentii a Domina Lucretia Censi possessum , et loco indemnitatis separari fundum liberum a patrimonio Domini Ubaldi Antonii in fructatu correspondente subsidiis dotalibus = . Hujusmodi decreto suffulta generalem hypothecariam inscriptionem Lucretia fieri curavit pro summa scut. 936 , quæ partim collatas , partim conferendas dotes sartas tectasque redderet . Ob quam hypothecam factum est, ut post mortem Ubaldi Moravalli concordiam illius creditores anno 1829 inierint , et annuente Episcopo ex scut. 947 , quæ penes Comitem Franciscum Conestabile emptorem cujusdam prædii adhuc supererant inter inscriptos creditores diribenda , scutata sexcenta Legato dotium fuerint addicta . Atque ita causa pii integritatem fundi scutatorum mille post varios casus recuperasse visa est . Ast vidua Ubaldi Moravalli ejusque filii Dominicus et Antonius supplicem huic Sac. Ordini libellum porrexere , quo ob extremam, qua ipsi laborant, paupertatem a dotibus nondum solutis absolutionem , præfatæ summæ scut. 600 condonationem , ac subsidiorum dotalium reductionem ad unam tantum dotem altero quolibet anno ex censu scut. 400 adhuc existente in posterum conferendam implorant.

Episcopus , quem de sua sententia rogavi præfatam rerum seriem in primis confirmat . dein subdit : Paro-
„ chi liquido demonstrant , integrum esse , quod spe-
„ ctat censum subsidiorumque dotalium collationem ,
„ atque ut æquum est , vindicant inopes puellas iis-
„ dem subsidiis sublevandas . Contra vero hæredes
„ Moravalli . urgent , ut sibi res pro votis cedat. Re-
„ rum veritate inspecta , sola vidua Mater a propriis
„ derelicta filiis inopia premitur . Quapropter ipsam
„ dumtaxat arbitror promereri posse , quoad vixerit ,
„ dummodo in viduitate maneat , annale subsidium
„ ex una tantum de dotibus singulis annis distribuen-
„ dis , relictis aliis in pauperum puellarum beneficio
„ juxta mentem pii testatoris „ .

Pro-

Profecto Oratorum preces juris dispositioni et Testatoris voluntati adversum tenent . Etenim qua Pontificiæ , qua Cæsareæ leges jubent , decedentium voluntates religiose esse servandas , *Can. ultima voluntas caus* 13. *q.* 2 , *l.* 1 *Cod. de SS. Eccl.*, *S. Cong. in Tolentinaten. Commutat. Vol.* 22 *Aprilis*, 1826 *et in Camerinen. Erection. Ecclesiæ Collegiatæ* 17 *Maji* 1828. §. *Hisce* . Sacra autem Congregatio tum potissimum abhorret a supremarum voluntatum commutatione , cum hæc jus alterius lædit , quemadmodum traditur *in Spoletana Reductionis onerum* 2 *Augusti* 1823 §. *Testatorum* , vel a testatore cautum fuit , ne sua bona in alium usum converterentur, *in cit. S.Congr.Camerinen.§.Hisce*. Jam vero in præsenti casu si EE. VV. precibus Oratorum annuerent , jus pauperum puellarum , quæ dotibus jam donatæ , vel in posterum forent donandæ , læderetur, ac pia everteretur mens testatoris , qui adeo cupidum sollicitumque se præbuit de legati implemento , ut expresse sanxerit = che le doti si debbano cavare tutte „ successivamente ed in perpetuo . . . . . e che li „ detti scudi mille siano sempre a frutto per dette „ elemosine , e che mai per alcun tempo sia lecito „ convertire i frutti di detto Censo in altro uso , che „ in dare doti alle Zitelle come sopra , che tale è la „ mia volontà = . Quocirca Parochi non dubitant , quin Emi Patres e vestigio sint rescripturi , respuendas esse filiorum Moravalli preces ; siquidem = i ricorrenti , inquiunt ipsi , non sono poveri servendo nell' armata de' Dragoni dello Stato , da cui ritraggono il soldo : la figlia femmina dimora in Firenze senza aver bisogno de' suoi attinenti : solamente la Vedova è in istato di povertà , e però merita qualche considerazione = .

Verum justa ac rationabili intercedente causa defunctorum voluntates commutari posse docet Tridentina Synodus *sess.* 22. *cap.* 6. *de reform.* , et S. Congregatio modo denegandam , modo impertiendam censuit commutationem prout rerum adjuncta postulare visa sunt, quemadmodum traditur *in Romana Commutationis Voluntatis* 27 *Febr.* 1734 §. *Commutationes* . Porro justam ac urgentem suppeditat causam gravis obliga-

to-

torum paupertas, cum S. Congregatio pietatis cultrix ac mater clementia uti soleat erga eos, qui rei familiaris angustia vexantur, et sanguine cum fundatore jungantur, uti videre est *in Taurinen.* 30 *Martii* 1776, *et in Mazarien. Reductionis et absolutionis* 14 *Decemb.*, 1822 idque ex præsumpta Testatoris voluntate, qui, *ut ait de Luca de Testam. disc.* 72 *n.* 15 *et seq.*, si gravem eorum paupertatem prævidisset, sanguinis fortasse vocibus motus vel onerum implementum non imposuisset, vel minorem eorum numerum demandasset. In themate non tam de præsumpta, quam de expressa quodammodo Testatoris voluntate agitur: ipse enim ediverat = quando portasse il caso, che vi „ fossero zitelle bisognose di Casa Moravalli e del „ sangue, quelle siano preferite alle altre, e la dote „ gli si dia di sc. 30 per ciascuna zitella di detta Casa „. Extrema autem nedum Viduæ Moravalli sed etiam Oratorum paupertas ex eo palam eruitur, quod ipsi propter æs alienum a patre contractum sint bonis fortunæ penitus destituti, atque ut suo labore ac industria sibi quærerent victum, Pontificiæ Militiæ nomen dare coacti fuerint. Nec prætereundum, subdunt Oratores, scutata sexcenta, quæ ex census extinctione proficiscebantur, penes depositarium Domini, procul familiæ Moravalli culpa, dudum periisse, ac propterea iidem Oratores nedum propter gravem, in qua versantur, paupertatem, verum etiam ne peremptam sortem suis bonis redintegrare obstringantur, non dubitant, Eños Patres oblatis precibus fore suffragaturos.

Quæritur itaque

An et quomodo sit annuendum precibus Oratorum in casu etc.

Affirmative juxta modum, nempe, cauto per Episcopum de investimento scutatorum sexcentum in complementum fundi dotalis, siquid supererit, particularibus puellis non promissum, cedat æquis partibus favore Oratorum et eorum Matris, et ex futuris dotibus distribuendis duæ cedant quotannis in subsidium Viduæ Vincentii Moravalli, donec in statu viduali permanserit, facto verbo cum SSño.

ARI-

Sess. 24 *cap.* 13 *et* 14 *de reform.*

ARIMINEN. SUPPRESSIONIS PAROECIÆ, ET ERECTIONIS CANONICATUS. Posteaquam Flaminia Provincia in Gallorum inciderat manus, Parœcia SS. Joannis, et Pauli, quæ extat in Civitate Ariminensi, una cum aliis nonnullis suppressa est, ac partim S. Agnetis, partim S. Augustini Parœciis adjuncta. Rebus tandem restitutis Thomas Bizzocchi, qui antea memoratæ Ecclesiæ SS. Joannis et Pauli Parochus fuerat, quique universis suppressæ Parœciæ adhuc fruebatur reditibus, a S. M. Pio VII. impetravit anno 1817 ut præfata Parœcia in antiquum statum restitueretur. Plures deinde inter Parochum Bizzocchi, aliosque animarum Curatores exarserunt quæstiones, ut videre est *in Ariminen. Paroeciarum* 15 *Septembris* 1821, quas amica transactione sedare oportuit. Nunc vero idem Sacerdos Bizzocchi senio confectus, suisque laboribus finem imponere cupiens, supplex ab hac S. Congregatione enixe postulat, ut eadem Parœcia, quo ante fuerat, modo rursus suppressa, ex ejus reditibus Canonicatus in Ecclesia Cathedrali erigatur hisce sub conditionibus, nimirum = 1. Questo Canonico avrà tutti i redditi, meno gl'incerti del Beneficio parrochiale de' SS. Gio. e Paolo: goderà della casa di abitazione dell' attual Parroco, e rimarrà col titolo di Rettore della medesima Chiesa, ed il Parroco del circondario non vi avrà dritto alcuno. 2. Si chiamerà Canonico de' SS. Gio. e Paolo, e dovrà conservare aperta la piccola Chiesa a gloria di Dio, ed onore di quei beatissimi Martiri, e ne farà annua festa con un Legato, che il Bizzocchi lascia di scudi dodici di reddito perpetuo del proprio col peso di far celebrare Messe dodici nel giorno della Festa dei detti Santi Martiri per l' anima sua a baj. 20 l'una, nel che si obligherà in forma, quando la cosa accada. Inoltre detto Canonico avrà un vantaggio di un Legato di Messe 280 annue colla limosina di baj. 20 l'una da dirsi o farsi dire in detta Chiesa, come da Istromento del fù Luigi Gregorini 23 Decembre 1819 Rog. Borghesini. 3. Questo Canonico non avrà quanto al Coro altro peso, che quello d'intervenirvi nella not-

notte e giorno del S. Natale, nei giorni di S. Colomba, Epifania, la mattina delle Ceneri, Settimana Santa, giorno di Pasqua, dell'Ascensione, Pentecoste, e Corpus Domini la mattina, onde non abbia un peso soverchio colla grave incombenza, della quale si parlerà, ed abbia per le stesse ragioni libere le vacanze scolastiche autunnali per intero. 4. Avrà di più il peso di fare per il Ven. Seminario una volta il giorno una delle scuole di scienze di Logica, e Metafisica, o di Fisica e Mattematica, o di Morale, o di Dogmatica, ovvero di Jus Canonico secondo che Monsignor Vescovo pro tempore troverà più opportuno di destinarlo nella di lui nomina. Con questo però, che qualunque di dette Scuole faccia, una volta alla settimana dia de' Prolegomeni per l'intelligenza della S. Scrittura, ed un breve corso di Storia Ecclesiastica. 5. Tal Canonico sarà liberamente sempre nominato dall' Ordinario pro tempore e scelto tra i diocesani, o anche forastieri, purchè idoneo ed in Sacris. Se qualche volta l'Ordinario, avendone più d'uno che si presentasse, e credesse di farne concorso, sarà in di lui libertà di farlo in questa guisa, o per nomina assoluta come più gli piacerà. 6. In caso d'impotenza o per malattia o per vecchiaja, o altra legittima, ed involontaria cagione, che il Canonico non potesse far la scuola, contribuirà a proporzione del tempo, in cui è impedito a ragione di scudi 50. annui, ed il resto della gratificazione a chi fà per lui, lo darà al Ven. Seminario a quella misura che l'Ordinario crederà. Non facendo la Scuola per negligenza, od altri motivi colpevoli pagherà al Ven. Seminario le puntature in quella guisa e quantità, che pagano i Canonici obligati al Coro giornaliero. La stessa puntatura pagherà al Rmo Capitolo per distribuzione *inter præsentes* se mancasse senza causa di salute al Coro nei giorni indicati. 7. I redditi disponibili in tempo della vacanza del Beneficio resteranno pel successore, onde far fronte alla meglio alle spese per le vesti Canonicali, possesso etc. 8. Sarà fatto un' esatto inventario dei stabili, mobili, e redditi di detto Beneficio, non che di tutti gli arredi sacri, che l'attuale Bene-

ficiato intende di donare, ed una copia sarà posta nell' Archivio Capitolare, e l'altra nella Cancellaria Vescovile. 9. Il primo Canonico di questo nuovo Canonicato sarà l'attuale possessore D. Tommaso Bizzocchi senza peso però della scuola, ma solo con quello del Coro nei giorni indicati nel Super. numero 3 „.

Episcopus, quem de more rogaveram, ut auditis iis quorum interest, relationis litteras daret, suumque panderet animi sensum, ait „ Perutile sane mihi vi„ detur consilium consulendi meliori modo, quo pos„ sit, huic Episcopali Seminario per idoneos Magi„ stros scientiarum, et hoc mihi ac omnibus est in „ votis. Qua de re non improbandum, imo laudabi„ le puto consilium Oratoris, qui Parochiale Benefi„ cium in Canonicatum convertere proposuit, eo ani„ mo ac onere, ut Canonicus quantum fieri potest, „ vacuus a choro curam instituendæ juventutis in ec„ clesiasticis scientiis sibi sumeret. Nihil autem obest, „ quod parochiale Beneficium supprimatur, cum huic „ incommodo facillime possit occurri, ut videre est „ ex consensu Parochorum, qui limites Ecclesiæ pa„ rochialis SS. Joannis et Pauli proxime attingunt, e „ quorum finibus dicta Parœcia nuper detracta fuit. „ Obstat tamen, quod Parochus Orator, qui sibi quie„ tem conciliare curat, quique prædives est, nullam, „ se vivente portionem fructuum parochialium in be„ neficium instructionis, ac Seminarii applicare velit. „ Obstant et litteræ Capituli hujus Cathedralis, quam„ vis rationes per Canonicos allatas non omnes æque „ solidas esse legenti compertum sit „.

Ubi alterutra utilitatis vel necessitatis adsit causa, beneficiorum suppressio a sacris Canonibus permittitur *ad Text. in Cap.* 26 *de Præben. Reinffest.*, *l.* 3 *Decret. tit.* 12 §. 2 *num.* 34, *S. Congregatio in Sutrina* 27 *Maji* 1809. §. *Suppressioni.* Jam vero manifestam in themate præsto esse utilitatem ex eo contendit Bizzocchius, quod Canonicatui, quem, suppressa SS. Joannis, et Pauli Parœcia, erigendum proponit, onus imponitur adolescentium animos in Seminario scientia aliqua potissimum ecclesiastica excolendi. Quidquid enim ad rectam conducit adolescentium in Seminariis in-

institutionem, id ad utilitatem Ecclesiæ pertinere nemo non videt, et colligitur apertissime *ex Cap. Cum ex eo 34 de Elect.*, *Cap. Super specula 5 de Magistris.*

Neque ex hac suppressione, quidquam detrimenti capere potest animarum cura. Ea enim lubentissime suscipitur a Parochis S. Augustini ac S. Agnetis, a quibus et antea gesta fuit, cum præfata SS. Joannis, et Pauli Parœcia, quæ quadringentis circiter constat animabus, ob perspectam ejus inutilitatem anno 1806 suppressa fuerat.

Imo neque divinus cultus minui videtur. Nam conditionibus a Bizzocchio oblatis decori Ecclesiæ SS. Joannis, et Pauli prospicitur, et ex suppressæ Parœciæ reditibus Canonicatus erigitur, in cujus institutione licet Choro inserviendi munus ad solemniora tantum festa cohibeatur, id tamen ob memoratum docendi onus et necessarium ferme est, et a SS. Canonibus minime absonum *ex cit. cap. Super specula de Præb.*

Precibus nihilominus a Parocho Bizzocchi oblatis adversatur Capitulum Cathedralis Ecclesiæ, easque prorsus rejiciendas putat, nonnullis fretum rationibus, quas in folio ad Episcopum misso hisce verbis exornat. = Abbiamo esaminato il progetto dell' Arciprete Bizzocchi, ed abbiamo trovato che con questo non viene alcun vantaggio alla Cattedrale, perchè il servizio che si propone di prestare in Coro, consiste in alcuni giorni di solennità, quando tutti li Canonici nel numero di quattordici intervengono all' uffiziatura. Nè alcun utile per ora si procura al Seminario . . . . e verrebbe solo a cessare una Parrocchia, delle quali è scarso il numero per la soppressione fatta in tempo del Governo Francese: la quale necessità di maggior numero di Parrocchie non potè a meno di non conoscere lo stesso Arciprete Bizzocchi, quando supplicò ed ottenne che quella de' SS. Giovanni e Paolo fosse ripristinata. Abbiamo inoltre considerato, che la conservazione della di lui Parrocchia non sarebbe disgiunta dall' utile del Seminario, potendosi dopo la morte dell' Arciprete Bizzocchi conferire ad un Ecclesiastico, che colla sua opera possa, se così lo stimasse il Superiore, servire il Seminario in qualità di Maestro, come hanno fatto per lo passato tanti Parrochi con mol-

to utile si per la scienza, che per l' Economìa del Seminario, i di cui Maestri d' altronde è ottima cosa, che non abbiano l' obligo di fare la scuola inerente al Beneficio, onde l' Ordinario non abbia alcun intoppo nel licenziarli, quando li trovasse in qualunque modo non più atti per la scuola. Aggiungiamo, che non vi è modo di dare luogo in Coro ad altri Canonici, attesa la sua ristrettezza, per cui, se si volesse allargare, vi bisognerebbe una forte spesa, alla quale non è giusto che il Capitolo, e la Fabbricerìa si assoggettino, e questa sarebbe del tutto nell' impossibilità di farla. E se anche per supposizione si ammettesse, che potesse aver luogo altro stallo, tuttavia sarebbe di danno per la Cattedrale, che fosse occupato da un Canonico obbligato al Coro per poche volte all' anno, perchè se qualche Benefattore avesse in animo di fondare altro Canonicato, per cui la Cattedrale avesse un nuovo servizio quotidiano, ne sarebbe distolto per non trovare vacuo alcun posto, nè modo di provvedervi, e così la Cattedrale sarebbe privata di maggior servizio, e di un nuovo beneficio = .

Si Emis PP. placuerit secundam suppressioni Parœciæ ac novi Canonicatus erectioni, proferre sententiam, illud etiam dignentur definire, utrum omnes, quas suggerit Bizzocchius, probari debeant conditiones, eæque præsertim, quibus decernitur tum a choro, exceptis solemnioribus festis, exemptio, tum novi Canonicatus in ipsum Bizzocchium collatio, ac omnium fructuum perceptio absque ullo docendi onere. Quanquam enim docentes ecclesiasticas disciplinas a choro exemptos voluerit Honorius III. *cit. cap. Super specula* 5 *de Magistris*, idque decreto suo confirmaverint Tridentini Patres *sess.* 5 *cap.* 1 *de reform.*; attamen exemptio a choro adeo in themate extenditur, ut quarumlibet etiam complectatur feriarum dies, in quibus nullum scholæ impedimentum est. Quare aut nullo modo ea probanda est, ut ipsum animadvertit Capitulum, aut saltem digna videtur, quæ aliis circumscribatur limitibus, uti in concedendis absentiæ indultis studiorum causa compluries ab hoc S. Ordine cautum est, ac præsertim *in Balneoregien. Indulti* 30 *Martii* 1805.

Quod

Quod quidem vim etiam suam exerere debet, quousque Sacerdos Bizzocchi instituendi Canonicatus fructibus erit fruiturus: nulla siquidem æqua subesse conspicitur causa, cur ipse, qui ceteroquin divitiis affluit, et gerendæ animarum curæ liberatur onere, universis tamen gaudeat Beneficii fructibus, ac solemnioribus tantum diebus choro interesse obstringatur

Erit nihilominus Eminorum Patrum decernere.

An et quomodo sit locus suppressioni Paroeciæ et erectioni Canonicatus in casu etc.

Non proposita cum sequenti.

LUNEN. SARZANEN. REDUCTIONIS. Hyacinthus Paita ex Bastremoli Sarzanensis Diœcesis oppido quoddam possidet prædium, cui nomen *Ronco*, intra limites Paroeciæ Marinasco positum. Publicum huic prædio inest Oratorium SSmæ Trinitati dicatum, cujus in superliminare graphice descriptum legitur onus Missarum duarum supra septuaginta satis quibusdam diebus celebrandarum. Nullum quidem hujus oneris datum est reperire monumentum; quædam tamen incessit fama, memoratum prædium legato Missarum esse affectum, easque ad annum 1810 fuisse celebratas. Quanquam res in tanta versaretur ambiguitate, nihilominus Hyacinthus sui muneris esse putavit, quorumdam Sacrorum superioribus annis curare satisfactionem: at quoniam annui prædii reditus impares sunt cunctis implendis Missarum oneribus, ac perferendis Oratorii divinique cultus impendiis, supplex hanc adiit S. Congregationem, postulavitque, ut nedum absolutio pro præteritis omissionibus sibi impertiretur, sed etiam ut Sacrorum onera ad annuas Missas viginti in ævum cohiberentur, et ad Ecclesiam parochialem Bastremoli quarto circiter ab Oratorio dissitam lapide perpetuo transferrentur. *Sess. 24 cap. 13 de reform.*

Oblatas preces veritati consonas testatur Episcopus de informatione et voto rogatus, dum ait „ Nihil omnino constat quoad fundationem Oratorii, nihil quoad ejus dotationem, si quod in dictis precibus exponitur, excipiatur; creditur tamen dotalem fundum dicti Oratorii illum esse, intra cujus idem Oratorium situm

tum est. Quod autem respicit adimplementum in præterito Capellaniæ, de qua hic agitur, suppositionibus magis quam probationibus evincitur. Ecce enim quantum extat memoriæ.

„ Magnus patruus Oratoris erat Presbyter, et in Oratorio supra memorato Sacrum faciebat, ac satisfecisse oneribus eidem Oratorio adnexis per consequens præsumendum est. Ipso defuncto constat eadem onera complevisse usque ad annum 1802 Tutores q. Dominici Paita patris Oratoris. Tutela finita supponitur de dicto, probari tamen haud potest, ipsum Dominicum eisdem oneribus implementum dedisse usque ad annum 1810, quo mortuus est. Post ejus obitum de Oratoris mandato nonnullæ identidem Missæ pro memoratæ Capellaniæ gravamine celebratæ sunt, quæ respondere possunt, ut ipse ait, adimplemento annorum circiter sex. Rebus ita stantibus inadimpletæ omnino remanerent adhuc Missæ annorum circiter sexdecim.

„ Annuus reditus præfati fundi ad summam libellarum circiter centum viginti monetæ Genuensis pertingit. Pro integro implemento Missarum 72. totidem libellæ monetæ Genuensis commode sufficere poterunt, si præfatæ Missæ ad Ecclesiam parochialem loci Bastremoli, vel etiam loci Marinasco transferantur: sin autem in Oratorio, de quo in precibus, sint, ad obolos 24 d. monetæ singulæ Missæ computandæ celebrandæ erunt ratione loci. Pro solutione vectigalium decem libellæ circiter, ac tantumdem pro manutentione citati Oratorii erunt annuatim erogandæ.

„ Attentis circumstantis parum vel nihil patitur incommodi Populus ex reductione ac translatione Missarum, quia demptis die SSmæ Trinitatis, Titularis Oratorii, et casu, quo deferenda sit SSma Eucharistia alicui infirmo ex tribus finitimis familiis, populus ad audiendam ibi Missam convenire non solet. Nihilominus hujusmodi translatio, si fieret ad Ecclesiam parochialem loci Marinasco, intra cujus fines adest Oratorium pluries citatum, forsitan menti pii fundatoris foret magis consentanea „.

Ex inscriptione in superliminare Oratorii, ex Missarum implemento, atque ex constanti incolarum opinione certo conjici posse videtur, fundum, in quo situm

est

est publicum Oratorium, a fundatoribus tributum fuisse, ut sarta tecta ejusdem Oratorii reficerentur, et Missarum onera implerentur, *S. Congr. in Vercellen.* 12 *Septembris* 1750, *in Savonen. Commutationis Voluntatis* 19 *Aprilis* 1824, *et in Perusina Oneris Missarum* 21 *Januarii* 1826. Quæ sane argumenta tanti fecit ipse Orator, ut publici Oratorii tuitioni prospexerit, ac per plures annos Missarum celebrationem curaverit, et modo earumdem imminutionem ob redituum exiguitatem efflagitet. Porro nemini dubium, quin onera sint reducenda, si reditus eisdem perferendis impares deprehendantur; at ex instituto hujus Sacri Ordinis ea quippe methodo conceditur reductio, ut tot litentur Sacra, quot subductis oneribus liari queunt ad rationem eleemosynæ manualis, *Benedictus XIV. de Synod. Dioeces lib.* 13. *cap. ult. n.* 35., *S. Cong. in Spoletana Absolutionis et Reductionis Missarum* 26. *Februarii* 1826 §. *Verum.* Immerito hinc Orator Missarum onera ad annua Sacra viginti cohiberi postulat, cum nulla subsit rationabilis causa, cur ille quotannis non sit offerendus Missarum numerus, quem sinunt dotalis fundi reditus. Cumque ex Episcopi relatione pateat, annuos fundi reditus impares quidem esse cunctis Missarum oneribus in rurali Oratorio implendis, pares autem si Missæ celebrentur in Ecclesia Parochiali Marinasco, vel in Oppido Bastremoli, erit Eñorum Patrum decernere, utrum Missarum reductio, vel potius translatio sit tribuenda. Fundatoris quidem voluntati, Oratorii cultui ac decori, atque accolarum commoditati magis consentanea conspicitur Missarum reductio, quam translatio, quæ hisce occurrentibus circumstantiis ab hoc Sacro Ordine solet denegari, quemadmodum videre est *in Usentina Celebrationis Missarum* 14. *Januarii* 1748, *in Lucana Translationis* 26. *Augusti* 1820. §. *Inquirendum.*

Verum Hyacinthus haud certis probationibus evinci autumat tam onus Missarum a possessore fundi esse implendum, quam fundum *Ronco* dotem Oratorii constituere; quæ enim habentur conjecturæ potius incerti rumoris, quam probationis merentur nomen, ac pro-

propterea prorsus despiciendæ, quemadmodum inter incertum rumorem, ac publicam vocem distinguens tradit *Rot. in Ferrarien. Immissionis* 21. *Februarii* 1791 §. 13. *cor. Acciajuoli*, *et in Ravennaten. Beneficii* 22 *Junii.* 1795 §. 8 *cor. eod.* Imo hæc quoque S. Congregatio *in Comen. Legati Missarum* 21 *Januarii* 1826 incertum rumorem, ac testes inverosimilia narrantes despexit, responditque non constare de legato Missarum. Hæc autem sin tanti ponderis non æstimentur, ut Orator ab onere Missarum immunis declaretur, at certe in spem ipse adducitur, fore ut EE. VV. oblatis precibus suffragentur; facilius enim, atque amplior tribui solet reductio, ubi onus curandi implementum Missarum in dubium revocari potest, *S. Congr. in Albanen.* 24 *Martii* 1792, *in Ravennaten. Reductionis Missarum* 12 *Julii* 1823, *et in Burgi S. Sepulchri Reductionis et Absolutionis* 21 *Junii* 1828 §. *Attamen.* Præter absolutionem vero ab anteactis omissionibus, et reductionem Missarum sperat Orator, Eños Patres fore etiam indulturos earum translationem ad parochialem Ecclesiam Oppidi Bastremoli. Etenim quacumque in Ecclesia offeratur Missæ Sacrificium, idem semper defunctorum animabus obvenit suffragium ad tradita per *Pasqualig. de Sacrif. quæst* 1149 *n.* 9, *S. Cong. in Tolentinaten. Com. Volunt.* 22 *Aprilis* 1826 §. *Nec*; nullum ruralis Oratorii cultui infertur detrimentum, neque fidelium devotioni ullatenus detrahitur; siquidem ipsi, teste Episcopo, ad parochialem Ecclesiam diebus festis soleant se conferre. Justa autem intercedente causa sæpius hic Sacer Ordo Missarum translationem concessit, ut videre licet *in Bononien.* 28 *Junii* 1724, *et in Comen. Translationis Missarum* 24 *Novembris* 1764

Sint

Dubia

I. An et quomodo sit locus reductioni Missarum in casu etc.

II. An et ad quam Ecclesiam sit transferenda earum celebratio in casu etc.

III. An et quomodo sit tribuenda absolutio pro præteritis omissionibus in casu etc.

Die

Die Sabbati 3. Decembris 1831. in Palatio Apostolico Vaticano erit Sacra Congregatio Concilii, in qua præter alia proponentur infrascripta Dubia, juxta morem ejusdem Sacræ Congregationis de jure resolvenda.

ARIMINEN. SUPPRESSIONIS PAROECIAE ET ERECTIONIS CANONICATUS. *Sess. 24. cap. 13. et 14. de reform.*

An et quomodo sit locus suppressioni Paroeciæ et erectioni Canonicatus in casu etc.

Negative in omnibus

LUNEN. SARZANEN. REDUCTIONIS.

Dubia

I. *An et quomodo sit locus reductioni Missarum in casu etc.* *Sess. 24 cap. 13. de reform.*

II. *An et ad quam Ecclesiam sit transferenda earum celebratio in casu etc.*

III. *An et quomodo sit tribuenda absolutio pro præteritis omissionibus in casu etc.*

Ad I. II. et III. Dilata et scribatur Episcopo ad mentem. Mens est, ut agat cum Oratore ad effectum suadendi existentiam obligationis Missarum super Fundo *Ronco*, nec non curet fieri inscriptionem hypothecariam super eodem fundo, et de resultantibus referat, ut inde decerni possit de petita Missarum reductione et translatione, proviso ne interim detrimentum patiatur Oratorii manutentio.

Sess.24.cap.12. de reform.

URBINATEN. CANONICATUS. Quæstio hæc in Comitiis diei 27 superioris mensis Augusti erat dirimenda; verum Canonico Dionigi novam causæ definitionem in aliud tempus, ut suam struere posset allegationem, protrahi efflagitante, placuit Eñis Patribus responsum edere = *Dilata ad primam post aquas absque spe ulterioris prorogationis* =. Preces subinde Sacratissimo Principi obtulit Dionigius, quibus eum deprecabatur = di reintegrarlo al possesso „ del suo Canonicato, ed accordargli benignamente „ la venia dell'assenza dal Coro, non che l'assolu- „ zione di tutte le pene, nelle quali possa essere „ incorso =. At die 16 Septembris hujus anni dimissus fuit rescripto = *Sanctissimus mandavit Oratorem uti jure suo in S.Congregatione* =. Et quoniam Dionigii Defensor nihil mihi hactenus ad sua tuenda jura exhibendum existimavit, idcirco EE. VV. denuo consulere dignabuntur folia dierum 24 Julii et 28 Augusti 1830., atque etiam diei 27 Augusti 1831, ut dirimere possint, quæ rursus proponuntur

Dubia

I. *An sit standum vel recedendum a decisis in primo dubio in casu etc.*

II. *An sit standum vel recedendum a decisis in secundo dubio in casu etc.*

Et quatenus recedendum a decisis.

III. *An Canonicus Dionigi inciderit in pœnam privationis canonicalis præbendæ in casu etc.*

Et quatenus negative.

IV. *An eidem sit concedendum indultum absentiæ a choro et a residentia in casu etc.*

Et

Et quatenus negative.

V. *An sit admittenda renunciatio Canonicatus cum reservatione pensionis scut.* 25. *in casu etc.*

Ad I. In Decisis.

Ad II. Recedendum a decisis, quatenus renunciationem non emiserit.

Ad III. Affirmative.

Ad IV. et 5. Provisum in tertio.

ALBEN. COMMUTATIONIS VOLUNTATIS. Franciscus Lorenzini supremo, quo decessit, elogio sub die 28 Maji 1749 Beneficium, seu Prioratum instituit ad altare S. Francisci penes Parœcialem Ecclesiam in Oppido *Vitiæ* Albensis Diœcesis perpetuo duraturum, *e da aver principio dopo la morte della sua erede universale, facendo la dote e capitale a detto benefizio di lire* 5000. (nempe scut. Rom. 900.) *quali si trovano impiegate appresso la Città di Torino in tanti Monti . . . . e più di lire* 800. *impiegate in un censo*, (scut. Rom. 135.); *incaricando pure detta erede ad ottenere per detta erezione di Benefizio l'opportuna approvazione e permissione da chi sarà espediente, dichiarando esso Testatore, che vuole che la nomina al detto Benefizio spetti per la prima volta alla infrascritta sua erede universale, e successivamente . . . . . al Signor Arciprete pro tempore con ciò però che vuole che detto Benefizio sia sempre disgregato dall'Arcipretura, dichiarando pure che intende e vuole che in primo luogo sieno nominati e provvisti a detto benefizio Sacerdoti del presente luogo, se vi saranno, e tra quelli li più esemplari e capaci; e se non vi saranno, sia nominato altro Prete Sacerdote della presente Diocesi con obbligo e pe-*

Sess. 22 *cap.*6. *de reform.*

so a detto Provisto della celebrazione di Messe due ebdomadarie da celebrarsi all'altare suddetto in perpetuum, come pure di fare ogni Venerdì l'esercizio della Santa Via Crucis in detta Parrocchia, come pure obbliga detto Provisto ad attendere per quanto sarà possibile ad ascoltare le confessioni in detta Chiesa Parrocchiale. Hodiernus Albensis Episcopus, quum anno 1830 sacram ageret visitationem, ejusmodi Beneficium tanto jam temporis elapso intervallo fuisse nunquam erectum animadvertit, neque id fortasse in posterum effici posse vidit. Etenim reditus Beneficii, ad summam libellarum 268. seu rom. scut. 48. quotannis pertingentes, ita ab oneribus ex testatoris lege impositis, ac vim rom. scut. circiter 27. conficientibus imminuuntur, ut vix annua scut. 21. romanæ monetæ sint Beneficiato superfutura. Nullus præterea adest in Oppido Sacerdos indigena, qui oneribus Beneficii satisfacere queat: nulla prostat domus, quæ in tanta fructuum tenuitate saltem lares præbeat advenæ Beneficiato; adeoque adversus Testatoris mentem, et cum maximo Christi fidelium detrimento Beneficii Rector negligeret residentiam, aut ipsa tandem inutilis foret erectio Beneficii, quod residentiæ onere obstrictum quisque profecto respueret. Hinc, impletis quotannis Missarum oneribus, refert Episcopus superextantes quandoque proventus fuisse antehac concessos ejus Loci Vicario Curato, cui præterea Archipresbyter Parochus sponte sua hospitii et victus commodum in suis ædibus hucusque suppeditavit. Hisce perspectis, quum Vitiæ populus duobus animarum millibus major sit, itemque in aspera et montosa regione, locisque hac illac hyemali potissimum tempestate aditu difficilibus dispalatus consistat, rem plane utilissimam eidem populo fore exponit Episcopus, si ad memoratam victus et hospitii præstationem Vicario Curato in posterum solvendam se nunc suo suorumque successorum nomine obliget Archipresbyter, qui in id libentissime consentit; atque ipsi insuper Vicario Curato cedant annui Beneficii Lorenzini reditus, ea sub lege, ut Missarum, et alia onera a Testatore præscripta rite adimplenda suscipiat. Attamen ad hanc rem aliqua in primis opus

es-

esset supremæ voluntatis commutatione, quippe erigi deberet non jam beneficium, uti pius Testator indixit, sed simplex potius Capellania ad nutum Archipresbyteri nominantis amovibilis: deinde vero oporteret idoneas a Sede Apostolica tribui Archipresbytero facultates, quibus se suosque Successores expresse onere habendi Vicarium Curatum, eique hospitium et victum suppeditandi possit deviocire. Igitur, quod utrumque spectat, Episcopus ipse supplici porrecto libello ad hunc S. Ordinem confugit, seque pro evidentissima animarum et Ecclesiæ utilitate consilii ac voti sui compotem fieri vehementer expostulat.

Precibus ad eumdem Episcopum ablegatis, plura quidem suis ille literis huic S. Congregationi rescripsit, quæ ad rem penitius dignoscendam conferunt, ad eamque dijudicandam iter sternere videntur. Etenim sic se habet: 1. *Annuus proventus bonorum immobilium præbendæ Parochialis Loci Vitiæ est libell. novæ monetæ pedemontanæ* 800., *seu scut. monetæ romanæ* 141. *Reditus autem incerti Stolæ, licet pertingere queant ad lib.* 600. *circiter, seu scuta romana* 108, *tamen quum ob parochianorum paupertatem omnes exigi nequeant, computari tantum debent in libellis nostratibus* 250 *seu scutis romanis* 45. *circiter.*

2. *Onera Beneficio Parochiali adnexa sunt vectigalia, quæ respondent lib.* 250. *circiter, seu scutis monetæ romanæ* 45.; *item onera perpetua legatorum, quæ annuatim etiam libellis* 44., *seu scutis romanis* 8. *æstimantur. Ex quo constat subductis duabus postremis summis, seu scutis* 45 *et* 8., *superesse Parocho annuum certum reditum libell.* 756. *seu scut. rom* 133.

3. *Summa a Parocho contribuenda favore Vicarii Curati, quatenus precibus annuatur, quamvis in pecunia numerata non sit constituenda (Parochus enim hospitium et victum ultro quidem concedere paratus est, imo Vicario donari maxime cupit, non vero victus loco pecuniam subministrare); tamen æstimari potest libellis* 300. *circiter, seu scutis* 54.

4. *Demum quod nequeat aliter suppleri sive pro manutentione Vicarii Curati, sive pro collatione beneficii favore Sacerdotis indigenæ res facile constat. Redi-*

ditus enim Parochi, ut patet, tanti non sunt, ut præter victum et hospitium, stipendium Vicario Curato erogare possit. Quoad Sacerdotem indigenam, quum generatim Vitiæ incolis necessaria desint ad sustentaculum, perraro etiam contingit, ut quis studiis [illegible], et militiæ Ecclesiasticæ adscribi petat. Jam vero dudum est, ex quo dicta Parœcia de aliquo Sacerdote indigena gloriari nequit. Advenam autem, qui oneribus satisfaciat, inibique resideat tum attenta redituum beneficii tenuitate, tum deficientia ædium, onerumque quantitate numquam haberi posse, non est inficiandum.

Quum proprium non sit Episcopi, sed Fundatoris beneficia oneribus gravare, quemadmodum *ex text. in Cap. Porro de privilegiis* admonet *Fagnanus in Cap. Conquerente de Cler. non resid. num. 24. et seq. Garzias de benef. part. 7. cap. 1. num. 12., S. Congregatio in Vercellen. 12. Septembris 1750 §. Confugit, et in Calaritana Onerum 17. Septembris proxime elapsi §. Haud vero*; hinc respuendæ forent Albensis Antistitis preces, qui Beneficio Lorenzini jam jam erigendo vicariam animarum curam superimponere exoptat. Nec quidquam proficeret, si per eam rem voluntatis commutatio in melius fieri diceretur. Etenim supremæ testatorum voluntates *ex can. Ultima voluntas caus. 13. quæst. 2., Leg. 1. Cod. de Sacrosanctis Ecclesiis*, adeo religiose servandæ sunt, ut ne in melius quidem immutari debeant, *Clementt Quia contigit de religios. domib., L. 7. cod. de testament., Gratianus discept. forens Cap Nos quidem de testament. num. 35., S. Congr. in Forolivien. Translationis Legati 26. Junii 1830. §. Hisce.*

Veruntamen præstat animadvertere, eam esse hujus S. Ordinis disciplinam et praxim, ut, si pia testatorum voluntas impleri nequeat, fiat ejusdem commutatio in aliud opus magis proximum, et magis voluntati testatoris consimile, quemadmodum traditur *in Nullius Piscien. Commutationis Voluntatis 13. Jul. 1820. §. Supplicationis, et in Fanen. Legatorum et Transactionis 21. Junii 1828 §. Ceterum.* In themate Francisci Lorenzini Testatoris mentem super ejusdem bene-

ne-

neficio impleri non posse, satis videntur evincere Albensis Episcopi literæ. Reditus namque tenuissimi sunt, quibus nemo unquam sive advena sive indigena ad beneficii possessionem una cum onere residentiæ incundam adduci possit. Jam vero proposita ab eodem Anti-tite commutationis ratio supremæ Institutoris voluntati apprime respondet, quippe qui Beneficii sui Rectorem iis voluit oneribus devinctum, quæ ipsum Vicarii Curati officium fere omnino constituunt. Huc demum accedit evidens ac publica in Oppido Vitiæ præ locorum difficultate et populi multitudine necessitas et utilitas, quæ ab hoc S. Ordine legitima semper habita est ultimas voluntates commutandi causa, ut *ex Conc. Trid. Sess.* 22. *Cap.* 6. *de Reform* ipsa docet S. Congregatio *in Ariminen Applicationis Legati* 19. *Aprilis* 1823. §. *Quanquam, et in Tolentinaten Commutationis voluntatis* 22. *Aprilis* 1826. §. *Urgente.*

Erit igitur dirimendum

Dubium

An et quomodo sit annuendum precibus Episcopi in casu etc.

Affirmative in omnibus juxta votum Episcopi, et eidem Episcopo pro executione cum omnibus facultatibus, facto verbo cum SSmo.

Sess. 22. cap. 6. et 11. de refor.

SORANA SUSPENSIONIS NOMINATIONIS. Extat Soræ Ecclesia Collegiata Deo in honorem S. Bartholomæi sacra, cujus Capitulum nedum Archipresbytero, cui animarum imminet cura, sed etiam septem constat Canonicis. Horum quatuor una cum Archipresbytero quotidie, alter diebus tantum festis, reliqui duo diebus festivis, tempore Adventus, et Quadragesimæ, ac per octavam Corporis Christi horis canonicis adstare tenentur. Ex hisce postremis unum instituit ac dote ad annua circiter ducata sexaginta, non deductis Missarum publicorumque rectigalium oneribus, pertingente donavit die 14. Decembris 1755. Ignatius de Ciantis, ejusque patronatum = attivo e passivo = addixit = alle sue sorelle = jam matrimonio copulatis, atque etiam = ai loro eredi e successori di linea mascolina tantum di primogenito in primogenito in stirpes et non in capita: deficiente autem illarum linea masculina = succeda nella nomina di detto Canonicato il Capitolo della Ven. Chiesa di S. Bartolomeo =.

Voluit præterea = che i primogeniti delle famiglie, che hanno la nomina, debbano nominare il nuovo Canonico per turno e vicendevolmente per dette quattro famiglie . . . . talmente che la nomina passiva debba cadere in quella delle suddette famiglie in caso di vacanza, in cui si troverà persona abile, ed in cui da più tempo non è caduta la suddetta nomina passiva: ed in caso che in tutte le suddette famiglie non vi fosse persona abile, possono nominare qualche loro parente, ed essendo discordi nella nomina, in quel caso Monsig. Vescovo pro tempore debba eleggere frà li nominati il più meritevole =.

Vincentius Baldassarra, qui nunc gaudet jure nominandi tamquam ex linea masculina Antoniæ de Ciantis Baldassarra descendens, cum nuper vacasset memoratus Canonicatus, quem possidebat Philippus Muscella ejusdem Vincentii nepos ex sorore, supplex hunc S. Ordinem adiit, impetraturus suspensionem nominationis, ut, impletis oneribus Missarum triginta trium, quæ ex fundationis lege quolibet anno sunt celebrandæ, reliqui redditus ad levandam extremam,

qua

qua ipse laborat inopiam, per viceunium conferantur. Precibus hujusmodi acriter interea obstitit Diaconus Benignus Muscella, ejusdem Vincentii ex sorore nepos, qui institutionem ad vacantem Canonicatum sibi debitam protuetur.

Rogatus Episcopus de more, ut referret, an petita suspensione chori servitio, vel passive vocatis idoneis jactura inferretur, respondit = audito Capitulo, de plenitudine voti conclusum est, nullum inferri præjudicium chorali servitio ex deficientia Canonici, de quo agitur in precibus, maxime cum ipse unus de duobus sit, qui diebus festivis, adventu, quadragesima, ac in octava Corporis Christi teneatur Choro inservire. Id vel magis experientia comprobatur; nempe quod, etsi vacante ad præsens Canonicatu prædicto, nil attamen detrimenti Ecclesiæ servitium capere videtur. Quoad autem si expetita suspensione præjudicium inferatur passive vocatis idoneis, animadvertere est, quod nemo in cognatione eorum, ad quos spectat nominatio passiva, extat pro canonicatu suscipiendo. Quin imo supradictus Vincentius Baldassarra unicum habet filium, et hunc conjugatum cum quadam Josepha Lama, ex quorum connubio numquam proles suscepta fuit. = Quod vero pertinet ad Diaconum Muscella, hæc ait „ auditis interesse habentibus, et præsertim præfato Diacono in scriptis; nihil aliud ad rem producere licet nisi quæ in testamento quondam Ignatii de Ciantis de die 14. Decembris anni 1775. apertis verbis expressa reperiuntur. Etenim præfatus Ignatius majori cultui divino providere cupiens, Canonicatum instituit, cujus nominatio tam activo quam passivo modo post suum obitum spectaret per vices ac quodam præfinito ordine ad filios et hæredes suarum sororum tunc temporis conjugatarum . . . et deficiente in descriptis familiabus, qui habilis est pro Canonicatu assequendo, *possint tunc qui jure activo gaudent, nominare aliquem ex consanguineis vel affinibus*: ubi per illud *possint* non debet intelligi eos teneri ad nominandum aliquem vinculo sanguinis conjunctum. Quin imo attenta vacatione Canoni-

„ catus, de quo agitur, secuta anno 1801. per asse-
„ cutionem alius canonicatus facta a Rev. Paschale
„ Baldassarra, exorta est controversia inter Vincen-
„ tium Baldassarra, ad quem nominatio activa per-
„ tinebat et R. Sacerdotem D. Dominicum Clavelli,
„ qui, utpote de cognatione, sui juris tunc arbitra-
„ batur nominationem passivam. Re ad hanc Curiam
„ delata, consideratisque omnibus de jure considera-
„ dis per eamdem Curiam decretum fuit die 28. men-
„ sis Februarii ejusdem anni 1801, nullam extare
„ coarctationem pro passiva nominatione in persona
„ ceterorum conjunctorum, qui de familiabus ut
„ supra designatis non essent. Itaque hoc modo pro-
„ visem, Canonica collatio facta fuit in persona q.
„ D. Marcelli Petrozzi, qui nullo sanguinis vinculo
„ ad patronum pertinebat. Demum advertendum est,
„ quod Testator tam parvi putavit respicere pro no-
„ minatione passiva conjunctos extra stirpes designa-
„ tas, ut ipsis cessantibus, sancivit nominationem
„ activam quacumque conditione seclusa spectare ad
„ Capitulum Collegiatæ et Parochialis Ecclesiæ S. Bar-
„ tholomæi, ac illum ad Canonicatum nominatum
„ censeri, qui per majorem suffragiorum partem
„ electus fuisset. His perpensis deducere arbitror,
„ quod deficientibus aliis consanguineis primo loco
„ a Fundatore passiva vocatione donatis, libera re-
„ manet nominatio activa in Patrono, cum pro no-
„ minatione passiva in aliis de consanguinitate, qui
„ de vocatis non sint, legatur in testamento *posse eos*
„ *nominari*, quod procul dubio videtur nullam im-
„ ponere necessitatem „.

Et sane postremas Ignatii tabulas legenti facile innotescit, id præcepisse testatorem, ut si in designatis sororum familiis aliquis extaret idoneus agnatus, in eum a patruelis omnino expleretur nominatio: at deficientibus agnatis, haud legem primogenitis dedisse, ut cognatos nominarent, sed solummodo eisdem facultatem tribuisse pro suo lubitu nominandi consanguineos potius quam extraneos; verbum enim *possano* facultatem, non vero necessitatem in lege fundationis inducere tradit *Rot. in Asten. Prioratus* 20. *Januarii* 1708. §. *Absque cor. Lancetta*, *in Senogallien.*

lien. Canonicatus 23. Junii 1710. cor. Aldovrando, et in Sulmonen Jurispatronatus 3 Junii 1715. §. Ibidemque cor. Faleonerio. Frustra itaque Diaconus Muscella passivum sibi patronatum vindicare nititur.

Jam vero patronos pauperes omni miseratione dignos semper existimavit S. hæc Congregatio, quæ illorum inopiæ sæpe opitulatur vel per administrationem beneficii, vel per suspensionem nominationis. Ecclesia namque benigna mater non sinit, ut patronus stipem quæritare cogatur, ceu videre est in *Montis Regalis Capellaniarum 23. Nov. 1793. in Asculana Dispensationis 23. Maji 1786.* Et Concilium Toletanum IV. can. 37. expresse mandaverat, *ut patroni eorumque filii redacti ad inopiam ab Ecclesia suffragium vitæ pro temporis usu recipiant* =. cui accessit Clemens III. *in cap. Nobis de jurepatr.* diserte statuens Patrono ad inopiam vergenti ab Ecclesia esse modeste opem ferendam. Quæ omnia ex præsumpta potissimum Testatoris voluntate manare dignoscet, qui animadverterit, quod si ipse hæredum paupertatem prævidisset, sanguinis fortasse vocibus motus, ut ait *de Luca de testam. disc. 72. num. 15. et seq.* vel onerum implementum non imposuisset, vel minorum eorum numerum demandasset.

In themate Orator activo quidem gaudet patronatu, utpote ex linea masculina a Testatore designata prognatus, eum vero in adversam incidisse fortunam testatur Episcopus inquiens = testamur supradictum „ Vincentium Baldassarra septuagenarium fortunæ „ bonis adeo expertem, ut propriæ substentationi, „ et quod pejus substentationi ejus uxoris, ac duarum nubilium filiarum consulere, et ipse minime valeat; ac proinde non mediocre sentiret levamen, si ad aliquod saltem prætinitum tempus, „ suspensa beneficii collatione, ejus redditibus gauderet =. Quapropter Emos Patres suis votis fore suffragaturos sibi Vincentius Baldassarra pollicetur.

At preces Vincentii, qui Sorae Chirurgiam profitetur, penitus rejiciendas autumat Diaconus Muscella, ne jus sibi ex fundationis lege quæsitum lædatur, ac ne fundatoris voluntati vulnus infligatur. Scitum namque est, in eum vacantis Beneficii nominationem a

patrono esse conferendam, quem fundator ad illius fruitionem vocasse intelligitur, *Rot. cor. Olivatio decis* 204. *n.* 1., *S. Cong. in Tudertina Jurispatronatus* 29. *Januarii* 1827. §. *Blasius.* Porro Ignatius de Ciantis in ipso sui elogii exordio sibi mentem insedisse significavit *di fondare il suddetto Canonicato per li poveri suoi Nepoti, e loro successori*; quibus sane verbis tam agnatos, quam cognatos ex suis sororibus descendentes complexum fuisse ex eo liquet, quod nepotum ac eorum successorum nomine veniant omnes sive ex masculis, sive ex fæminis descendentes, nisi ex aliis verbis secus fundatorem statuisse colligatur, *Piton. de controv. patron. alleg.* 86. *n.* 21. *Rocc. disp. jur. cap.* 193. *n.* 10., *Rot. decis.* 49. *num.* 7. *part.* 11. *recent*, *et in Balneoregien. Beneficii* 11. *Januarii* 1707. *cor. Kaunitz.* Et quamvis masculos agnatos ceteris consanguineis postea anteferendos decreverit, attamen istis deficientibus, seu ut ajunt in subsidium cognatos prædilexit, eosque ad fruitionem Canonicatus vocavit, inquiens, *in caso, che in tutte le suddette famiglie non vi fosse persona abile, possano nominare qualche loro parente.* Nec verbum illud *possano* ea est interpretatione explicandum, ut patronus facultate polleat nominandi, vel non nominandi consanguineum: præterquam enim verba facultativa in ultimis voluntatibus resolvuntur in præceptum ad *text. in L. Unum* 69. *ff. de leg.* 2. ac docent *Alciat. in L. Nepos* 125. *n.* 3. *ff. de V. S. Rot. in Romana Fabricæ* 13. *Januarii* 1702. §. *Vixque cor. Ansaldo*; illud etiam accedit, quod germana fundationum vis ac potestas non ex verborum cortice, sed ex integro tabularum contextu sit eruenda, uti monet *tex. in L. Duo ff. de testam*, *Rot. decis.* 41. *n.* 7. *cor. Emo Gamberini*, *et S. Congr. in Platien. Canonicatus* 30. *Maji* 1829. §. *Rem*, ac proinde rimanda est fundatoris mens, ut deprehendatur, num verbis illis *possano nominare* facultatem, vel necessitatem induxerit, *Piton. de controv. patron. alleg.* 80. *n.* 23., *Rot. cor. Dunoz. jun. decis.* 828. *n.* 5. Porro si fundator initio sui elogii nepotes eorumque descendentes, ac propterea consanguineos omnes ad passivam nominationem vocavit, si postea agnatos præ-

prædilexit, eisque prælationem tribui existimavit, patet ex ipsis fundationis tabulis cognatos quoque vocari, licet in subsidium, cum nimirum vel penitus deficiunt agnati, vel minus digni sunt, qui Canonicatum assequantur. Cumque nemo ex agnatis in præsens iis polleat dotibus, quæ ad Canonicatum nanciscendum ex sacrorum canonum jure requiruntur, canonica institutio tribuenda est Diacono Muscella, qui et fundatori, et patrono per fœminam sanguine conjungitur, quique cunctis præditus est dotibus ad Canonicalis præbendæ munia rite implenda. Menti insuper fundatoris adversatur petita nominationis suspensio, cum diutinam Canonicatus vacationem, et supremæ voluntatis commutationem secumferat. Canonum itaque ac legum dispositioni, qua decedentium voluntates religiose implendas cavetur, *can. ult. voluntas quæst.* 13., *L.* 1. *Cod. de SS. Eccl.*, derogaretur, ac etiam divino cultui ob exiguum Canonicorum numerum detrimentum inferretur, si EE. VV. precibus Vincentii propitiam ederent sententiam. Hinc proponuntur

Dubia

I. *An et quomodo sit annuendum precibus Vincentii in casu etc.*

Et quatenus negative

II. *An canonica institutio danda sit Diacono Benigno Muscella in casu etc.*

Ad I. Negative in omnibus.
Ad II. Affirmative.

Sess.24.cap.12 de reform.

FABRIANEN. CANONICATUS. Didacus Merli Canonicalem Præbendam in Collegiata Ecclesia S. Nicolai Fabriani instituturus conventionem anno 1677 iniit cum Canonicis ejusdem Ecclesiæ, qua cautum fuit = che dopo morto detto D. Diego erettore l' elezione, o nomina di detto Canonico abbia tre voti, uno sia per il Capitolo della Collegiata di S. Niccolò, e gli altri due debbano avere gli Eredi di detto D. Diego e loro successori per linea mascolina e discendenti da dichiararsi conforme alla disposizione del testamento di esso Erettore . . . e dopo estinte le linee mascoline degli eredi di esso da dichiararsi, e dei successori loro, possa il Capitolo di S. Niccolò conferirlo liberamente e perpetuamente a chi gli parerà . . . con condizione però espressa che detto Canonico da eleggersi debba essere dottore, ovvero cittadino, e non altrimenti, nè in altro modo, e che almeno sia in Sacris, e tale condizione debba osservarsi in perpetuo con tutti li Canonici da nominarsi pro tempore =. Insequenti anno 1678 supremas condidit tabulas, sibique scripsit heredes = Girolamo Gili da Fabriano, e suoi figli e discendenti di questi in infinitum con piena ragione, li quali abbiano la nomina perpetuamente del Canonicato da lui eretto nella Collegiata di S. Niccolò da Fabriano, li quali abbiano due voti da lui riservati nel detto Istromento di erezione, dichiarando che quando si dovrà conferire detto Canonicato, la detta elezione per li suddetti due voti debba farsi da uno più vecchio, ed anziano di detti eredi come sopra da lui istituiti e che essendovi Preti di Casa Gili, e discendenti dal detto Sig. Girolamo e figliuoli, debbano nominarsi questi, ed in mancanza di questi li figliuoli e discendenti del Signor Carlo Marchetti da Fabriano, ed in mancanza ancora di questi i figli, e discendenti del Signor Biagio Possenti, ed il tutto in conformità dell' istromento di erezione = . Nicolaus Gili postremus masculus per lineam masculinam a Hieronymo descendens supremam anno 1815 obiit diem, relictis duabus tantummodo filiabus, quæ adhuc vitæ fruuntur usuris. Cumque suo nuperrime Canonicatum Merli destitui contigisset rectore, ac nemo sive ex patronorum sanguine,

sive

sive ex Fabrianensibus familiis extaret idoneus Clericus, in quem Canonicatus nominatio conferretur, supplices huic Sacro Ordini porrexere libellos tum Sacerdos Angelus Segoni, tum Clericus Angelus Stelluti, dispensationem impetraturi, ut ipsi, qui ex fundationis lege minus apti dignoscuntur, ad vacantem Canonicatum nominari queant. Etenim Sacerdos Segoni, licet Fabriani ortus, illius tamen caret civitate, nullaque est doctorali laurea insignitus; Clericus vero Stelluti, Fabrianensi quidem gaudet patriciatu, ac memorato Hieronymo per fœminam sanguine jungitur, sed nullo est sacro Ordine initiatus, cum vix decimum quintum excesserit ætatis annum.

Utriusque Oratoris preces Episcopo ablegandis censui, ut auditis iis, quorum intererat, S. Congregationem instructam redderet, animique sui sententiam aperiret. Canonici, quos Episcopus interrogavit, lineam masculinam Hieronymi per obitum Nicolai Gili jam penitus defecisse, et ad Capitulum plenam nominandi potestatem devolutam arbitrantur, imo „ acriter con- „ tendunt, se nullo jurispatronatus passivi vinculo „ obstrictos, atque ex pacto fundationis post jam ex- „ tinctam quamcumque masculinam lineam hæredum „ Gili posse libere, quem voluerint, eligere: testamen- „ tarias vero tabulas, in quibus juspatronatus passi- „ vum inducitur, ad summum afficere hæredes tan- „ tum fundatoris, scilicet quousque penes eosdem „ nominandi facultas remaneret, nullatenus vero Ca- „ pitulum, quo penitus inscio, sunt aliæ leges in te- „ stamento contra electionis libertatem appositæ. Qua- „ propter iidem Canonici in eligendo hujusce Cano- „ nicatus Rectore, qualitates tantummodo in instru- „ mento erectionis statutas requirendas esse censent „. Quod vero spectat ad dispensationem alterutri ex Oratoribus indulgendam, eam potius Sacerdoti Segoni, quam Clerico Stelluti concedendam putant Canonici, quorum sententiæ adhæret Fabrianensis Antistes, hæc edisserens „ Excluso quocumque jure vocationis pas- „ sivæ, cum nemo sit, qui dictam præbendam assequi „ velit pollens qualitatibus supra memoratis, ad fun- „ datoris mentem propius accedere Canonici existi- „ mant, si eligatur, qui Sacerdotali charactere insi-

gni-

„ gnitur, quam qui longe absit ab illo ; majorem „ enim faciunt Ordinem sacrum, quam civitatem, „ vel lauream doctoralem. Quare si per indultum „ S. Congregationis uterque Orator habilis efficiatur, „ Canonici profecto, quemadmodum colligere licet „ ex resolutione capitulari, Sacerdotem potius Sego- „ ni, quam Clericum Stelluti selecturi esse videntur. „ Ceterum quid postulet æquitas, quid divinus cul- „ tus, viderit sapientia vestra, Emi Patres, quibus „ me ipsum, et hæc omnia, ut par est, humiliter „ subjicio „.

Ut certa ab incertis secernantur, illud principio animadvertendum reor, quod exploratissimi juris sit, Capitulum suo quidem voto, seu tertia vocum parte ita pollere, ut in quem istud voluerit, vocem suam ad tramites legum fundationis seu conventionis anni 1677. conferre valeat, cum testator supremis sui elogii tabulis anno 1678. exaratis jura Capitulo jam quæsita pessumdare, vel aliis limitibus circumscribere vetaretur, *Piton. de controv. patron. alleg. 37. n. 2., et alleg. 100 num. 149., Rot. in Asten. Prioratus 20. Martii 1709. §. Quamvis cor. Aldovrando, et in Faventina Jurispatronatus 12. Maji 1710. §. Maxime cor. Ansaldo*; reliquas vero duas vocum partes omnino pertinere ad filiam Nicolai Gili natu majorem utpote ex ipso fundationis instrumento vocatam ad exercendum nominationis jus, quoties deficerent masculi Gili per lineam masculinam descendentes. Et sane in conventione cum Capitulo inita duo vota tribuuntur *agli Eredi di detto D. Diego e loro successori per linea mascolina e discendenti da dichiararsi conforme alla disposizione del testamento di esso Erettore*. Concinunt testamentariæ tabulæ, quibus hæredes instituuntur, et ad jus nominandi vocantur *Girolamo Gili, e suoi figli, e discendenti di questi in infinitum.*

Jam vero nomine descendentium per lineam masculinam etiam fœminas contineri post Glos. *in L. Gallus §. Nunc ff. de liber. et postum.* fuse docent *Piton. discept. eccl. 14., Rot. decis. 100. n. 3. part. 13. recent., in Lucana Jurispatronatus 5 Aprilis 1688. §. Demum cor. Emerix, et in Mantuana Beneficii 3. Junii*

sii 1689. §. *Cui cor. Ursino*, atque id solummodo verba illa per *lineam masculinam* efficiunt, ut existentibus masculis, ipsi præ fœminis gaudeant prælatione, ac fœminæ dumtaxat peremptis masculis, sive, ut ajunt, per posterius, jus nominandi sibi asserere valeant. *Piton loc. cit. n. 6. et seq.*, *Fargn. de jurepatr. part. 2. can. 1. et 2. cas. 13. n. 9.*, *S. Congr. in Tudertina Jurispatronatus 27. Januarii 1827. §. Francisca.* Quæ quidem vim suam potissimum exercere debent, ubi agitur de fœminis ex masculis familiæ natis, quæ agnationem retinent, licet sint finis sanguinis et agnationis, *Peregrin. de fideicom. art. 26. n. 30. Rot cor. Pamphilio decis. 313. n. 5.*, *et in Romana Jurispatronatus 1. Junii 1708. §. Sententiarum cor. Ansaldo*; quin imo in jure patronatus primogeniali vel agnatitio fœminæ agnatæ, quousque vita fruantur, penitus excludunt substitutum præsertim extraneum, ceu docent *Fargn. loc. cit. n. 3. Constant. Vot. decis. 484. n. 72. Fusar. de substit. quæst. 511. n. 106.* et respondit hæc Sac. Congregatio *in cit. Tudertina 17. Martii 1827.* Ex his veluti sua sponte fluit, descendentes ex familia Gili, ac propterea etiam Clericum Stelluti ex eadem prognatum, passivo gaudere patronatu, cum testator hæredibus suis legem dixerit nominandi *i discendenti dal detto Sig. Girolamo Gili.* Id unum itaque inquirendum superest, utrum eidem Clerico, vel potius Sacerdoti Segoni petita impertienda sit dispensatio ad removendum obicem, quo ipsi ad Canonicatum nominari impediuntur.

Porro suis precibus Eños Patres suffragaturos confidit Clericus Stelluti: ipse enim Fabrianensi pollet civitate, cum patronis sanguine jungitur, ac passiva gaudet vocatione. Nullo quidem est initiatus sacro Ordine, atque ætatis laborat defectu: verum cum ipse unus existat ex patronorum gente, ac Pontifex veniam concedendo Clerico passive vocato utatur jure suo, ac nullam ei, qui hac destituitur prærogativa, quique similiter indiget dispensatione, inferat injuriam, sibi potius quam alteri dispensationem concedendam putat ad tradita per S. Congr. *in Monasterien. et Osnabrugen. Canonicatuum 7. Aprilis 1753. §. Neque*, *et in Civitatis Castelli 21. Januarii 1786. §. Solet.* Plu-

rimæ nimirum in thesauro Resolutionum occurrunt dispensationes eo consilio ab hac Sac. Congregatione tributæ, ut patronorum filii, licet in puerili versarentur ætate, ad Beneficia ecclesiastica nominari possent, quemadmodum videre licet *in Vercellen.* 19. *Julii* 1766. *in Sutrina Canonicatus* 20. *Junii* 1829. *et in Hortana Canonicatus* 30. *Januarii* 1830.

At vero Canonici, quibus adstipulatur Episcopus Sacerdotem Segoni præ Clerico Stelluti dignum arbitrantur, qui voti compos fiat. In primis enim censent = „ nulla forsan (verba sunt Episcopi) indigere dispen- „ satione Sacerdotem non civem, neque doctorem, „ cum nullus alius Sacerdos hujusmodi prærogativa „ ornatus existat: neque enim putandum est, funda- „ torem voluisse potius Beneficium diu vacans, quam „ a Sacerdote ceteroquin idoneo, non tamen cive, „ vel doctore, possessum =. Dein Sacerdos Segoni eidem Ecclesiæ Collegiatæ tamquam Capellanus dudum inservit, fidelium excipiendis confessionibus impense ac utiliter incumbit, aliisque ornatur dotibus, quæ eum Clerico Stelluti præferendum suadent, *Sac. Congr. in Fabrianen. Canonicatus* 21. *Novembris* 1830. §. *Præterea.*

Accedit etiam Ecclesiæ utilitas, atque adeo necessitas quæ id postulare videtur, ut eligendus Canonicus statim suo fungi queat officio, quemadmodum perpendit Episcopus et Capitulum; nam „ alternæ chorali „ hebdomadæ, ad quam pertineret eligendus, addi- „ cti sunt sex tantum Canonici cum unico Capella- „ no, quorum duo jubilationis indulto gaudent, al- „ ter Canonicus chorali tempore vocatus Confessio- „ nes excipere debet ex lege fundationis, et alter nunc „ est in minoribus tantum constitutus. Vix igitur mo- „ do servitium chorale potest adimpleri, et a sexto „ Canonico eligendo aliquod sibi Canonici pollicen- „ tur adjumentum; quod sane deesset, si Clericus „ Stelluti quindecim annos natus assumeretur, qui „ ad perdiscenda grammaticæ rudimenta totus incum- „ bere atque conari deberet =.

Erit

Erit nihilominus Eñorum Patrum decernere

An et cujus favore sit consulendum SSño pro dispensatione in casu etc.

Affirmative favore Clerici Stelluti cum obligatione suscipiendi Sacros Ordines, ubi ad legitimam ætatem pervenerit.

PONTIS CURVI REÆDIFICATIONIS ECCLESIÆ. Collegiata et Parochialis Ecclesia S. Nicolao in Civitate Pontis Curvi nuncupata, cui septem inserviunt Canonici, quorum primus Abbatiali præeminet dignitate, et animarum cura fungitur, nedum quatuor mille continendis parochianis omnino impar est, sed etiam ex vetustate ruinam minitatur, adeo ut Episcopus anno 1830 in sacra peragenda visitatione eam solo æquari præceperit, ne forte in præceps ruens populum opprimeret. Quocirca Canonici animo et cogitatione se converterunt ad viam ineundam, qua novum Templum sacra turri, et aliis præditum commoditatibus, quibus fatiscens destituitur, extolli posset: at facile senserunt, mediis tantummodo a jure statutis opus perfici non posse. Nulla enim extant bona Fabricæ Ecclesiæ destinata, canonicales vero præbendæ tam exiguis donatæ sunt reditibus, ut excepta Abbatis Præbenda, quæ vix ad annua scutata centum pertingit, ceteræ aut quadraginta, aut triginta, ac etiam viginti scutatorum quotannis afferunt fructum. Præsto quidem est communis massa distributionum, cujus annuus valor scutatis centum viginti octo æstimatur, sed totus fere consumitur in Missarum, aliorumque legatorum implementum, ac in

Sess. 21. *cap.* 5 *de reform*

alia obeunda Ecclesiæ et Capituli impendia. Tandem adest Capella SSmi Sacramenti peculiaribus instructa reditibus ad annuam vim scutatorum quinquaginta supra biscentum ascendentibus, quorum tamen scutata ducenta ac viginti quinque in Missarum eleemosynas, in sacras peragendas functiones, et in alias subeundas impensas erogantur. Quæ cum ita sint, id unum ad novum construendum Templum ex sacrorum canonum jure superesse intellexerunt, ut Parochiani bonorumque possessores per æs, et libram ad ducata duodecim millia, quot nimirum ex Architecti testimonio necessaria sunt, suppeditanda compellerentur. Cumque si hoc unum juris remedium adhiberetur, Templi ædificationem diu protrahi et parochianis plus æquo tributum imponi necesse foret, idcirco Canonici huic Sacro Ordini supplicem porrexere libellum, quo ad duodecim saltem annos suspensionem efflagitant cum Missarum, tum aliorum onerum Capitulo, et Capellæ SSmi Sacramenti imminentium, quo eorum fructus una cum annuis ducatis quadringentis ex parochianorum indictione cogendis in ædificationem Ecclesiæ conferantur. Hisce autem precibus ut libentius EE. VV. suffragentur, spondent Canonici, se pro expiandis testatorum animabus quolibet anno, donec perduraverit suspensio, Anniversarium celebraturos, ac etiam singulos eadem die Sacrum facturos.

Quæ narrant Canonici, eadem confirmantur ab Ordinario, qui plura rogatus hæc insuper addit „ Audito Capitulo, auditisque omnibus interesse habentibus, nullus inventus est, qui religiosæ supplicantium voluntati sit ullo modo adversatus; quin imo omnes una voce et unanimiter optant, ut cito quoad fieri potest, novum opus inchoetur ad majorem Dei cultum, et gloriam, et populi utilitatem ac devotionem „.

„ Sciant EE. VV. chorale servitium Collegiatæ Ecclesiæ S. Nicolai ab Oratoribus esse præstandum singulis festis diebus horis matutinis tantum, et in pervigilio festorum primæ et secundæ classis etiam horis vespertinis. Huic autem chorali officiaturæ tempore reædificationis providebitur illam fideliter exercendo in

alia

alia Ecclesia, et ne Ecclesia debito servitio fraudetur, nova interim instituetur punctatura summa ducatorum sexdecim a Præbendatis pro rata contribuenda „.

„ Quoad summam ab Oratoribus contribuendam cum Præbendarum fructus sint adeo tenues, ut congruæ Præbendatorum sustentationi minime sufficiant, Abbas et Canonici summam elargiuntur, quam ex distributionibus a Massa Capitulari capiendis percipere possunt. Abbas insuper propriis impensis suppeditabit pro associatione SSmi Viatici ad infirmos, et pro expositione SSmi Sacramenti unoquoque Mercurii die, ut moris est, habenda, et formaliter renuntiat annuo afflictui ducatorum quinque per totum reædificationis spatium pro quodam domicilio ad suam parochialem præbendam spectanti ad favorem Capellæ SSmi Sacramenti „.

„ Quod vero ad patronos attinet Capellarum, et sepulchrorum, quæ gentilitia sunt, hi nihil conferant adjumenti in Ecclesiæ reædificationem, sed ut fert loci consuetudo cum nova Ecclesia fuerit a fundamento erecta, absoluta, et adhuc impolita, Patroni vel Capellas emunt, perficiunt, et ornant, vel suo juri renuntiare coguntur, et tunc alii non deerunt, qui illorum loco supradictas Capellas comparabunt, quarum pretium in Ecclesiæ complementum est erogandum „.

„ Per peritum ex officio deputatum compertum quoque est, summam necessariam pro reædificatione, comprehenso situ, qui necessarius et uniendus putatur, ut Ecclesia in ampliorem formam assurgat cum Sacristia, Choro, Turri sacra, Sepulchreto, et Baptisterio, esse ducatorum circiter decem millia, ac propterea mihi videtur onerum et Legatorum suspensionem per duodecim saltem annos posse sufficere, addita Parochianorum taxa per Episcopum statuenda, nec alia suppetunt media minus onerosa, quibus Oratores voti compotes fieri possint. Votum denique daturus, an propositam reædificationem aggredi expedire videatur, satis erit Eminentiis Vestris notum facere, hodiernam Ecclesiam S. Nicolai præterquam quod attenta Parochianorum numerositate ad

quæ-

quatuor circiter millia nimis arcta sit, et angusta, vetustate etiam, squalore, et humiditate undequaque scatere, omni prorsus decore, qui domui Dei summopere decet, omnibusque necessariis commodis Sacrario præsertim, et Choro, et Sepulcreto destitutam, dignam idcirco ut jure merito interdicatur, utpote quæ pro devotione horrorem, et pro pietate timorem cuilibet ingredienti primo etiam aspectu ingerat omnino. Aedificium autem ad tale pessimum statum esse redactum, ut restaurari nullo modo possit, cum totum et in qualibet ejus parte renovatione indigeat, nec istam fieri omnino posse, nisi prius muris eversis irregulari forma erectis, et novis factis fundamentis. Quæ cum ita sint censeo esse omnino locum ejus reædificationi „.

Cum Ecclesia S. Nicolai tam arcta et angusta sit, ut parochianorum numero minime sufficiat, vetustate autem undequaque fatiscens neque ampliari, neque refici possit, necessariam esse patet ejus eversionem, ac novi Templi ædificationem. Jam vero sumptus ad sacras construendas ædes necessarios, ubi desint statuta, consuetudo, aut reditus fabricæ addicti, in primis perferre tenentur Canonici, ac illi qui Beneficia possident, *Trid. Syn. sess.* 21. *cap.* 7. *de reform.*, *Bened. XIV. Instit. eccl.* 100., in istorum autem defectum parochiani ac bonorum possessores, licet forenses, cogendi sunt ad Ecclesiæ parochialis ædificationem, quacumque appellatione, exemptione, et contradictione remota, ut inquiunt Patres Tridentini *loc. cit. et docet S. Congr. in Spoletana Restaurationis Ecclesiæ* 21. *Februarii* 1824. §. *Forenses*, *et in Brictinorien. Paræciarum* 8. *Maji* 1824. §. *Ad jurgia.* Porro in themate agitur de Ecclesia, quæ septem canonicalibus instructa est præbendis, quæque intra paræciæ suæ limites frequentem continet populum. Ex præbendarum igitur fructibus, atque ex parochianorum, aliorumque bona possidentium symbola novum extollendum est ædificium, quin, tracta testatorum voluntate, pia suspendantur onera.

Attamen a parochis ac beneficiatis in suarum Ecclesiarum reparationem id solum est erogandum, quod sufficienti eorum superest sustentationi, *Bellet. Disquisit.*

quisit. Cleric. part. 1. *de Cleric. debit. §.* 14., *Reinffen. Jus Canon. lib.* 3 *tit.* 48. *§.* 1. *num.* 24. Canonici vero Ecclesiæ S Nicolai ex præbendarum fundis adeo tenues percipiunt fructus, ut ne decenti quidem eorum sufficiant vitæ tuitioni. Quapropter ultra id, quod ex massa capitulari conferunt, et alia onera, quæ ferenda libenter suscipiunt, haud gravari posse videntur. Nec æquitati consonum est, ut sumptus omnes a populo perferantur; ingens est enim pecuniæ vis reædificationi necessaria. Hisce profecto in casibus extraordinariis remediis, nimirum voluntatum commutatione, ac Missarum aliorumque legatorum suspensione, fabricæ necessitati occurrere solet hæc Sacra Cong., ut videre est in *Senogallien. Fabricæ Ecclesiæ* 20. *Februarii* 1795. *ad II. dubium*, *in Ferentina Reædificationis Ecclesiæ* 25. *Maji* 1805., *et in Tiburtina Suspensionis Capellaniæ* 13. *Januarii* 1816. Neque huic suspensioni refragari videtur piorum testatorum voluntas, hi siquidem cum in eadem Ecclesia Missas litari, divinaque celebrare officia voluerint, Ecclesiam quoque consistere, eamque fatiscentem propriis etiam bonis, si opus esset, instaurari voluisse dicendi sunt.

Dignentur itaque EE. VV. dirimere

Dubium

An et quomodo sit locus reædificationi Ecclesiæ in casu etc.

Affirmative in omnibus juxta votum Episcopi, facto verbo cum SSmo.

ALATRINA SERVITII CHORI. In Oppido Fumonis extat parochialis Ecclesia sub auspiciis S. Mariæ Majoris, quam sa. me. Pius VI. ad insignis Collegiatæ honorem anno 1781 evexit, atque inibi ex plurium Beneficiorum unione Collegium instituit decem constans Canonicis, ac duabus Dignitatibus, quarum prima Archibresbyter, Abbas altera nuncupatur. Capi-

Sess. 27. *cap* 7. *et sess.* 24 *cap.* 12. *de reform.*

pitularibus onus injunxit nedum servandi residentiæ legem, sed etiam horas canonicas tam nocturnas quam diurnas in choro persolvendi *singulis diebus festis infra annum, Octava Corporis Christi, et insuper toto tempore Adventus et Quadragesimæ.* Beneficiorum vero, quorum decreverat unionem, *vacatione totaliter secuta*, præcepit, ut Capitulares *residentiæ quotidianæ sint in choro obnoxii atque obligati, simulque teneantur per turnum canere, et respective applicare pro Benefactoribus quotidie Missam Conventualem.* Unus adhuc superest Dionysius Tofanelli, qui alterius ex memoratis Beneficiis gaudet fructibus, ac propterea Canonici quotidiano choralis servitii onere nondum gravantur. At perpendentes Canonici ædificium Ecclesiæ utpote ala, seu navi sinistra carens, opus præseferre adhuc non absolutum, ac minus decorum; Sacrarium vero supellectili indigere, exiguisque esse instructum reditibus, consilium inierunt reditus præfati Beneficii perpetuo uniendi tum Sacrario tum Fabricæ Ecclesiæ, ut illud sacra supellectili ornari, hæc vero penitus absolvi queat. Cumque hac methodo Capituli census imminuatur, et aer oppidi Fumonis sæviente hyeme et bacchantibus ventis adeo sit frigidus, ut Canonicorum valetudo, si quotidie choro adstare ipsi compellerentur, facile periclitaretur, idcirco a S.Congregatione id postulant, ut oblata unio probetur, et ipsi a quotidiano chori servitio in ævum liberentur, atque iis solummodo diebus, quibus hactenus consueverunt, horas canonicas in choro absolvere, ac Missam Conventualem pro benefactoribus in genere applicare et canere teneantur.

Episcopus, prout in more, interrogatus hæc ad rem enarrat „ Reditus uniuscujusque Canonicalis Præbendæ supradicti Capituli annuam summam scutatorum circiter sexaginta quatuor, onera vero summam annuam scutatorum circiter duodecim attingunt, exceptis tamen Præbendis Archipresbyteri, qui dupli cis præbendæ, Abbatis Curati, qui unius præbendæ et medietatis alterius præbendæ similis, Canonici Theologi, et Canonici Confessarii, nuncupati, qui unius pariter præbendæ ac quadrantis alterius præbendæ similis, fructus annuatim percipiunt. „.

„ Be-

„ Beneficium de quo in precibus, Sacrario et Fabricæ uniendum, jam a Beneficiato multis abhinc annis resignatum fuit in favorem ejusdem Capituli cum reservatione scutatorum novemdecim, et reditnum duorum prædictorum annuatim titulo pensionis percipiendorum, qui reditus una cum scutatis prædictis ad summam scutatorum triginta quatuor computantur, et hæc summa est, quam Oratores Sacrario et Ecclesiæ Fabricæ annuatim dimittterent ad effectum dispensationis a chori servitio quotidiano consequendæ. Quam porro pecuniæ summam perpetuo Sacrario et Fabricæ applicandam relinquere contenderent, ut similiter perpetuo super quotidiana chorali residentia cum eis Sedes Apostolica dispensare dignetur „.

„ De eadem pecuniæ summa scutata viginti quatuor Fabricæ annuatim cederent; quod autem reliquum est, Sacrarii beneficio impenderetur, ut proinde cum ad Fabricæ Ecclesiæ consummationem juxta legalis Periti murarii per me deputati relationem, cujus authographum adjungo, scutata mille nongenta quinque, et julii septem requirantur, octoginta circiter annorum spatium attendi deberet, quo ex annuis scutatis viginti quatuor simul collectis, prædicta summa scutatorum mille nongentorum quinque et juliorum septem conflari posset pro fabricæ absolutione, propterea quæ Apostolica Sedes, nisi perpetuam dispensationem concedere, saltem ad prædictum annorum octoginta spatium dispensare fortasse dignaretur „.

„ Sacrarii reditus annuatim scutata viginti unum, expensæ vero similiter annuatim faciendæ ad scutata triginta computantur. Suppetit quidem præfatæ Ecclesiæ aliqua supplendi ratio quoad utensilia sacra, sed non pro Ecclesiæ ejusdem dignitate; nulla vero suppetit quoad Ecclesiæ Fabricam absolvendam „.

„ His omnibus præmissis ad legitimam causam reducendi servitii chori devenio. In supplici libello exponunt Oratores, sese annuos reditus Beneficii uniendi, id est summam annuam scutatorum triginta quatuor in favorem Sacrarii et Fabricæ perpetuo applicandam relinquere, ut perpetuo a quotidiano servitio chori per Apostolicam Sedem eximantur. At cum hujusmodi causa sit temporaria, quippe post Fabri-

cæ absolutionem, idest post octoginta annos a prima præfatæ summæ applicatione computandos, expiret, temporariam ex hoc ipso servitii chori dispensationem concedendam esse arbitrarer. Cum autem Oratores et aliam causam, nempe Fumonensis aeris intemperiem valeant allegare, quam quidem ex testibus fide dignis et medicorum judicio tantam esse accepi, ut diu hyemali tempore in Ecclesia Capitulari commorantibus discrimen salutis inducat, putarem, Eñi Patres, ex hac causa, Oratores absolvi posse in perpetuum a quotidiano servitio chori a mense Novembris ad Februarium inclusive, exceptis diebus festis, Adventu, et Quadragesima: ex causa vero cessionis pecuniæ præfatæ absolvi posse, et dispensari quoad reliquos menses cum præfatis exceptionibus festorum dierum, Quadragesimæ, et Octavæ Corporis Christi per annos octoginta computandos, ut supra, a prima applicatione dictæ pecuniæ in favorem Sacrarii et Fabricæ, cum totidem anni attendi debeant ad pecuniæ summam conflandam, quam Fabricæ absolutio equirit „.

Ea nunc est forma Ecclesiæ S. Mariæ Majoris, ut opus exhibeat irregulare, insuetum, ac decori Domus Dei plane incongruum. Itaque optandum maxime foret, ut Ecclesia Oppidi princeps, et Canonicorum Collegio honestata tandem aliquando perfici posset. Huc pertinet Canonicorum consilium, qui, licet haud amplo fruantur censu, attamen præfati Beneficii fructus ab se perpetuo abdicarent, ut fabrica Ecclesiæ absolvatur, et exigui Sacrarii reditus aliquatenus augeantur. Jam vero si Patres Eñi unionem Beneficii probatione dignam putarent, eosdem Canonicorum quoque precibus super choralis servitii reductione annuere oporteret. Ex Apostolicis enim sa: me: Pii VI. literis tum demum chori servitio singulis diebus Canonici subjiciuntur, cum Beneficiorum omnium, quorum sancita fuerat unio, obtigerit vacatio, seu universi eorumdem Beneficiorum reditus in Capituli utilitatem devenerint: quod quidem deficere videretur, si vel unius Beneficii bona in alium, quam in Canonicorum usum conferrentur. Nec præteuerndum, eousque Fumone progredi frigoris vim, ut

ut Canonici diu in Ecclesia super vertice montis posita moram ducere nequeant, quin valetudinem suam in discrimen adducant. Valetudinis autem causam plurimi faciendam esse, ut etiam Chori servitium reducatur, tradunt *Schmier Jus Can. lib. 3. tract. 1. part. 2. cap. 1. num. 351.*, *S. Congr. in Scepusien. Servitii Chori 30. Julii 1796.*, *et in Cingulana Servitii Chori 29. Martii 1817. §. in II. dubio.*

At quamquam choralis servitii reductio nonnumquam ab hoc Sacro Ordine impertiri soleat; perpendere tamen oportet, utrum ea præsto sit causa, quæ Oratores voti compotes reddendos suadeat. Porro quod spectabat fricam Ecclesiæ et exiguos Sacrarii reditus, sacris canonibus jam cautum est, qua ratione Parochialis et Collegiata Ecclesia sit sacra supellectili ornanda, instaurationibus munienda, ac etiam e fundamentis extollenda, quin S Congregatio ad reductionem chori, et ad unionem Beneficiorum confugere adigatur. Etenim deficientibus reditibus fabricæ et Sacrario addictis, Canonici in primis præter mediam annatam, quam ex constitutione Benedicti XIII. *Pius et Misericors* Collegiatæ fabricæ solvere debent, symbolam conferre tenentur in restaurandum vel absolvendum ædificium, et in cetera comparanda, ut sacræ functiones eo, quo decet, decore peragi queant, quemadmodum fuse docent *Bened. XIV. Instit. eccl.* 100. *num.* 9., *Bellet. disquis. de cleric. debit. §.* 13. *num.* 13., *S. Congr. in Fanen. Manutentionis Fabricæ Ecclesiæ* 17. *Maji* 1828. *§. Ex sacrorum*, *et in Ferentina Restaurationis Ecclesiæ* 22. *Novembris* 1828. *§. Alexander.* Tandem si Canonicorum, aliorumque Beneficia obtinentium symbola impar deprehendatur, Parochiani omnes ac bonorum possessores per æs et libram necessarios sumptus facere obstringuntur, *Trid. Syn. sess. 21. cap. 7. de reform.*, *S. Congr. in Spoletana Restaurationis Ecclesiæ* 20. *Martii* 1824., *et in Tiburtina Restaurationis Ecclesiæ Parochialis* 15. *Septembris* 1827. *§ Collabescentes et seqq.* Quæ sane juris sanctio, etiamsi EE. VV. oblatam Beneficii unionem amplecterentur, adhibenda foret, ne fabricæ, seu sinistræ alæ constructionem ad annos octoginta, ut innuit ipse Episcopus, protrahi con-

tingat. Quod reliquum est de aeris frigiditate, hæc haud tanti æstimanda videtur, ut chorale servitium ad festos dies sit cohibendum: si enim frigoris magnitudo aliis remediis pelli nequeat, corporumque saluti noxia comperiatur, hic Sacer Ordo Canonicis indulgere solet, ut absolutis horis vespertinis Matutinum et laudes diei sequentis in choro persolvere possint, ut videre est *in Maurianen. Servitii Chori* 18. *Junii hujus anni.*

Hinc quæritur

An et quomodo sit annuendum Canonicorum precibus in casu etc.

Non proposita cum sequenti

Sess. 24. cap. 15 de reform.

REGIEN. BENEFICII. Camilla Ruggieri Brami jam inde ab anno 1617 simplex Beneficium sub titulo S. Francisci Assisinatis erigendum curavit in Ecclesia Servorum B. Mariæ Virginis „ cum onere ut Rector, „ qui pro tempore dicti Beneficii fuerit, et quem Sa„ cerdotem esse omnino voluit, teneatur quotidie per „ se, vel, si fuerit ipse impeditus, per alium celebra„ re Missam ad Altare infrascriptum pro animabus „ prædictis; insuper quidquid, deductis ducatonis „ centum a libris octo pro quolibet ducatono (nem„ pe romanis scutatis triginta octo) ad commodum, „ beneficium, et substentationen Rectoris, superfue„ rit, erogare in faciendo celebrare tot officia in di„ cta Ecclesia pro animabus prædictis „. Memoriæ quidem proditum est, hujus Beneficii Rectores religiose implevisse onus Missæ quotidianæ, ac etiam Anniversarium quolibet anno jugiter celebrasse: utrum vero annui fructus, qui, subductis Missarum, emolumenti ad Rectorem spectantis, publicorumque vectigalium oneribus, superfuerunt, ex fundationis lege in tot officia fuerint erogati, an aliquo Apostolicæ Sedis intercesserit rescriptum, in tenebris antiquitatis delitescit. Illud unum certum exploratumque est, Præsulem Angelum Nozzi, qui anno 1795. Be-

ne

neficio petiebatur, nedum quotidie Sacrum fecisse, sed aliquot insuper Missarum numerum aliis Sacerdotibus faciendum commisisse. Quæ cum ita sint Regiensis Episcopus hanc Sacram super adiit Congregationem, consultum, an hodiernus Beneficii Rector Presbyter Guido Rocca legibus fundationis obsequi teneatur, seu potius saepe illos reditus in propriam utilitatem convertere valeat.

Rogatus idem Antistes, ut omnibus perlustratis sacrarum visitationum actis, accitisque patronis suum panderet votum, hæc scribit = Utrum præteriti Rectores dicti Beneficii legi fundationis sese accommodaverint, non satis constat. Ex sacræ visitationis actis nihil eruitur; de Beneficiis siquidem in Regularium Ecclesiis erectis ne verbum quidem faciunt. Ex hujus Cancellariæ libris, præter testimonium de Beneficii erectione, et consequentibus ejusdem collationibus, tantum colligitur onus Missæ quotidianæ, et officii anniversarii. Acta porro Ecclesiæ, in qua Beneficium erectum est, hominum vitio superioribus tempestatibus perierunt. Ex Beneficii reditibus scuta biscentum conflantur, a quibus omnibus deductis oneribus, et subtracto Rectoris emolumento, octoginta circiter scuta supersunt. Si fundationis verba attendamus, nullum potest oriri dubium, qua ratione sint eroganda: si vero consuetudinem quoad præteritum consulamus, quid actum sit, frustra perquirimus. Beneficii Rector optaret quidem augeri summam, quæ in sui commodum et sustentationem vertit; num vero id æquum sit, sapientiori judicio EE. VV. decernendum committitur tum a Rectore, tum a patronis qui summo, quo decet, obsequio quidquid a S. Congregatione sancitum fuerit, amplectentur, et colent =.

Ex hac Episcopi enarratione erui posse videtur, Beneficiarios a tempore quo hominum vincit memoriam, onus tantummodo Missæ quotidianæ, et unius Anniversarii perferre consuevisse, reliquos vero Beneficii reditus in proprios usus erogasse. Præscriptione autem longissimi temporis ac præsertim immemorabili cum actiones omnes, ac etiam jura Ecclesiarum perimantur, *L. 24. de SS. Eccles.*, *cap. 4. de prescript.*, *S. Congr. in Brictinorien. Parœciarum* 5. *Maji* 1824.

§. *Quid*

§. Quod; imo cum immemorabilis et centenaria consuetudo præsumptionem secumferat omnis melioris tituli, ac proinde Apostolici etiam beneplaciti, *Rot. in Romana Locationis 15. martii 1789. cor. Cesarei, et Sac. Congr. in Nullius Sublacen. Jurium Parochialium 29. Januarii 1825 §. Rationabilis*, quo supremæ decedentium voluntates commutantur, ac beneficiorum fundationibus derogatur, *Clem. Quia contingit de relig. domib., Trident. Synod. Sess. 22. cap. 6. de reform.*, exinde conjici posset, onera Beneficii fuisse partim præscripta, vel Apostolicæ Sedis indulto abrogata, ac propterea a Beneficiariis superfluos reditus, qui in tot officia ex fundationis lege forent erogandi, in suam utilitatem impendi posse.

Attamen pro meo munere animadvertendum reor, certam in themate exploratamque esse fundationis legem; quæ autem ad eam convellendam afferuntur argumenta, negativis omnia nituntur conjecturis, ac proinde parvi facienda. Præterea etiamsi aliqua invehi cœpisset consuetudo, eadem sub Præsule Nuzzi interrupta videretur, cum ipsum præter Missam quotidianam quorumdam præterea Sacrorum implementum curasse pateat. Tandem esto consuetudo ejusmodi a vetustis usque temporibus inchoaverit, et ad nostra tempora sine ulla intermissione perrexerit, nihilominus haud potis esset fundationis legem immutare, ac Missarum onera perimere. Quanquam enim non desint nonnulli Doctores, qui doceant centenaria præscriptione Missarum onera, ac Beneficiorum fundationes immutari posse; hanc tamen S. Congregationem contrariæ adhæsisse sententiæ traditur *in Romana Capellaniarum 30. Julii 1768. §. Quæstio, in Comaclen. 8. Julii 1818., ac præsertim in Civitatis Plebis 11. Maji 1793. ad I. Dub.*

Igitur sint

DUBIA

I. *An et in quem usum sint erogandi superflui reditus Beneficii in casu etc.*

II. *An sit consulendum SSmo pro condonatione fructuum quoad tempus præteritum in casu etc.*

IN-

INDEX RESOLUTIONUM

QUÆ PRODIERUNT IN CAUSIS IN SACRA CONGREGATIONE CONCILII

Anno 1831 *propositis.*

A

Perspecta Dominici Biaschelli bona fide, et gravi Hortensiæ Santini egestate, S. Congregatio definivit consulendum esse SSmo pro *absolutione* ab anteactis omissionibus super onera Capellaniæ Vici in Parochiali Ecclesia Castri Palatii Forosemproniensis Dioecesis erectæ non adimpleta, celebratis tamen quatuor Missis communi utriusque sumptu, in *Forosempronien. Capellaniæ* 26 *Martii ad III. Dub.*

Optimam Principis Aloisii Joannis Andreæ ab Auria Pamphilii fidem, qui Collegiatæ Ecclesiæ Nullius S. Martini patronatu gaudens, super obtenta suspensione nominationis duorum Canonicatuum post elapsum indulti tempus per plures annos prorogationem petere omiserat, dignam habuerunt Emi Patres, ut decernerent, supplicandum esse SSmo *pro absolutione* quoad tempus præteritum, *in Nullius S. Martini Suspensionis Nominationis et Absolutionis* 30 *Julii ad II. Dub.*

Precibus Josephi Marchionis Bonello, qui emptis bona ex fide aliquot fundis ad Majoratum Castriota in Civitate Tarentina pertinentibus, pia ejusdem Majoratus onera per aliquod tempus implere omiserat, S. Congregatio censuit, supplicandum esse SSmo pro *absolutione* ab anteactis omissionibus quoad ratam ad oratorem spectantem, celebratis quinque Missis, *in Tarentina Reductionis Missarum* 27 *Augusti ad II. Dub.*

Administrationem pii Legati Chiatti in Oppido Campaneani Nepesinæ Dioecesis heredibus tantummodo Fiduciariis a Fundatore expresse relictam, Emi Patres ex præscripto SS. Canonum, et Tridentinæ Synodi, nec non ex decretis S. Congregationis censuerunt retinendam esse penes ipsos heredes fiduciarios independenter ab Episcopo, salvo tamen ejusdem

Episcopi jure ad formam SS. Canonum, et Chirographi diei 4 Decembris 1818, *in Nepesina Legati Pii* 26 *Martii ad I. Dub.*

Ut maturius, ac rite expendi possit super Legato Marchionis Justiniani, utrum probanda sit ædium ac prædiorum *alienatio*, et quomodo eorum pretium investimento collocari debeat, Emi Patres eam quidem alienationem probarunt in genere, sed huic tamen ab Emo Præfecto in casibus particularibus providendum esse statuerunt, *in Romana et Januen. Legati* 26 *Martii ad X. Dub*

Assignamenta, quæ ex voluntate Testatoris iis tantummodo e Familia Justiniani descendentibus debentur, qui rei familiaris angustia laborent, non esse in posterum conferenda Justinianis, qui ejusmodi subsidio non indigent, decrevit S. Congregatio juxta votum Emi Relatoris, *in Romana et Januen. Legati* 26 *Martii ad III. Dub.*

Etiam puellis Justinianis post religiosam professionem aut post initas nuptias solvendum non esse illud legati *assignamentum* sanxit S. Congregatio; sed in casibus tamen peculiaribus, quibus tales quoque puellæ subsidio indigere deprehenderentur, censuit provideri ea de re posse ab Emo Præfecto, *in eadem Romana et Januen. Legati ad IV. Dub.*

Ubi vero continget, ut Præsul Justiniani ad Cardinalatus fastigium evehatur, huic quidem S. Congregatio ex mente ipsius Testatoris denegandum fore *assignamentum* definivit, idque reservandum favore sive alterius Prælati, sive multiplici, *in eadem Romana et Januen. Legati ad V. Dub.*

C

Ad ea, quæ huic Sacro Ordini proposita fuerant pro revocanda, aut confirmanda Sententia diei 28 Augusti 1830, qua ex Tridentinæ Synodi sanctionibus, et Summorum Pontificum constitutionibus decretum fuit, Alexandrum Dionigi *Canonicali* præbenda in Ecclesia Cathedrali Urbinatensi instructum ob numquam emissam fidei promissionem, neglectamque per plures annos residentiam, et clericalis habitus ac tonsuræ delationem incidisse in poenam privationis fructuum, quos tamen ipsi diuturna corporis infirmitate laboranti ex Apostolica indulgentia condonandos sanciebatur, facta prius renunciatione Canonicatus absque ulla pensionis, quam ille contendebat, reservatione, Emi Patres novis ejusdem Dionigi precibus commoti inducias judicii impertiverunt, rescribentes, Dilata ad primam post aquas absque ulla spe ulterioris prorogationis, *in Urbinaten. Canonicatus* 27 *Augusti ad I. II. III. IV. et V. Dub.*

Jam vero idem Alexander Dionigi, quum in nova causae suæ propositione nil quidquam huic S. Ordini pro sua defensione protulisset, dignus sane fuit, quem Emi Patres ex iisdem rationum momentis adducti, in poenam privationis *canonicalis* præbendæ incidisse decernerent, adeoque sententiam diei 28 Augusti 1830 fere integram confirmarent, rescribentes, in eo tantummodo recedendum esse a decisis, ut eidem Dionigio nulla omnino fieret præteritorum fructuum condonatio, quatenus renunciationem Canonicatus non emisisset, *in eadem Urbinaten.* 3 *Decembris ad I. II. III. IV. et V. Dub.*

Canonicos ægrotantes et Jubilatos cogi non posse ad canendam neque per se, neque per alium Missam Conventualem et Evangelium in Pontificalibus; et Canonicalibus functionibus, aut in Anniversariis, sanxerunt Emi Patres, *in Calaritana onerum* 17 *Septembris ad II., et III. Dub.*

Canonicum Poenitentiarium Cathedralis Ecclesiæ Albanensis tum ex peculiari Capituli Constitutione, tum ex constanti ac diuturna consuetudine, donec in duobus postremis stallis locum obtineat, teneri ad obeundum Diaconi, et Subdiaconi munus diebus solemnioribus definivit S. Congregatio, nisi tamen actu fidelium confessiones excipiat, *in Albanen. Servitii Choralis* 30 *Julii.*

Quum parochialis administratio Collegiatæ Ecclesiæ S. Blasii in Civitate Centi Bononiensis Dioecesis postulasset, ut *Capellania* Donati pauperibus Clericis Centensibus in titulum congruæ ad sacros ordines suscipiendos quibusdam additis clausulis conferri possit, S. Congregatio id fundationis legibus minime adversari perspiciens, annuendum putavit ejusdem administrationis precibus juxta votum Emi Archiepiscopi, firmo tamen celebratione Missarum biscentum sexaginta, ac proinde nominationem probavit Clerici Joannis Baptistæ Giordani, *in Bononien Capellaniæ* 23 *Aprilis ad I. et II. Dub.*

Rogante Cosimo Berti, ut sibi pro sua inopia impertiretur condonatio a fructibus antea non solutis, eorumdemque fructuum reductio super quodam censu ad *Capellaniam* Bindi apud Ecclesiam Humilitatis in Oppido Lori Aretinæ dioecesis erectam pertinente, cujus nempe census venditioni pro Lactantio Maggiotti ille satisdator in solidum accesserat, S. Congregatio judicium differre maluit, rescribens, Dilata., et exquiratur ab Episcopo penes quem existat fundus censitus, et an experiri queat actio potioritatis, *in Aretina Condonationis* 14 *Maji.*

Ex voluntate Testatricis Isabellæ Salvati, quæ Comiti Tarusio Conjugi suo duarum *Capellaniarum* legatum præscripserat,

S. Congregatio decrevit locum esse ejusmodi legati executioni ad taxam perpetuæ ab Archiconfraternitate SS. XII Apostolorum Urbis, utpote Comitis Tarusii herede, præ ceteris ejusdem Tarusii legatis efficiendæ, *in Romana seu Montis Politiani Legatorum* 18 *Junii ad I. Dub.*

Parochialem Ecclesiam Deo in honorem S. Georgii Maceratæ dicatam, quam ipsius Archipresbyter ex quibusdam signis et conjecturis *Collegialitatis* honore frui contendebat, Sac Congregatio ex defectu tituli et suppletoriæ cujusque probationis Collegiatam non esse dixit, *in Maceraten. Mediæ Annatæ* 18 *Junii ad I. Dub.*

Antonio et Jacobo de Paullo, qui ex male gesta Nicolai patris sui administratione debitum contraxerant cum Peregrinorum Hospitio in Civitate Suessana existente, Patres Emi pro gravi eorumdem inopia aliquam debiti *Condonationem* tribuendam esse declararunt, impertita Episcopo facultate transigendi juxta vires oratorum, auditis reliquis compatronis, et denegata quavis condonatione aliis ipsius Hospitii debitoribus, *in Suessana Condonationis* 27 *Augusti ad I. et II. Dub.*

Canonicis Ecclesiæ Cathedralis Ipporegiensis reclamantibus adversus resolutionem diei 20 Martii 1830, qua decreverat Sac. Congregatio consulendum esse SSmo pro *Condonatione* distributionum quotidianarum, quibus ipsi tempore vacationum eo usque gavisi fuerant, atque idcirco erogandam in pauperes aliquam eleemosynam arbitrio Episcopi, Emi Patres de peculiaribus illius Ecclesiæ constitutionibus edocti, quæ ab Apostolica Sede ante Synodum Tridentinam confirmatæ per triginta sex dies permittunt quotannis absentiam a Choro et a residentia sine ulla distributionum quotidianarum jactura, existimarunt, recedendum esse a decisis, *in Ipporegien. Servitii Chori* 23 *Aprilis ad II. Dub.*

D

Etsi Conductores bonorum Familiæ Lante et Heredes Sensini neque in oppido Attiliani, neque in Amerinæ Diœcesis finibus, ubi oppidum illud situm est, domicilium habeant, tamen Emi Patres tum ex SS. Canonum præscripto, tum ex S. Congregationis disciplina, tum ex Amerinæ Synodi sanctionibus decreverunt, ab iis solvendas esse ejusdem loci Archipresbytero et Mensæ Episcopali Amerinæ prædiales *decimas* ad formam voti Promotoris Fiscalis et a die ultimæ solutionis super agris in Attiliani territorio positis, quos illi bobus ac villicis suis solent excolere, *in Amerina Decimarum* 23 *Aprilis.*

Precibus Capituli Cathedralis Imolensis, cujus resolutione die 17

Aprilis 1830 statutum fuerat, ut octo tantummodo servarentur in posterum *Dignitates*, neque amplius in harum numero Canonici Pœnitentiarius, Theologus, et Parochus recenserentur, S. Congregatio perspiciens id ad primævam Capituli ipsius formam restituendam apprime conducere, annuendum esse censuit ad tramites Capitularis resolutionis, facto verbo cum SSmo eamque rem Datariæ Apostolicæ pro expeditione Brevis significandam jussit, *in Imolen. Dignitatum* 26 *Martii.*

Dispensationem, quam Sacerdos Angelus Segoni, et Clericus Angelus Stelluti sibi invicem ab hac S. Congregatione dandam contendebant, unde posset eorum unus, licet non omnibus a Fundatore præscriptis dotibus instructus, Canonicalem assequi præbendam in Collegiata Ecclesia S. Nicolai Fabriani erectam, Emi Patres Clerico Stelluti, utpote passive vocato, impertiendam a SSmo decreverunt, cum obligatione tamen suscipiendi S. Ordines, ubi ad legitimam ætatem pervenerit, *in Fabrianen. Canonicatus* 3 *Decembris.*

Canonicis Collegiatæ Ecclesiæ S. Andreæ Apostoli in oppido Vallerani Diœcesis Civitatis Castellanæ postulantibus, ut sibi pro summa Canonicalium redituum inopia tribueretur *dispensatio* erigendi montem, quem ad scutata usque 150 in fabricæ usum conficere ex fundationis lege tenerentur, S. Congregatio perspiciens Ecclesiæ et Fabricæ sumptibus satis consuli posse ex massa capitulari, ejusmodi dispensationem jam ante sub anno 1820 ad decennium concessam prorogavit ad aliud decennium, facto verbo cum SSmo, *in Civitatis Castellanæ Reductionis et Dispensationis* 27 *Augusti ad V Dub.*

Quamquam coadjutoria curata Cathedralis Ecclesiæ Lucanæ ex onerum natura et qualitate incompatibilitatem secumferat cum canonicatu Collegiatæ Ecclesiæ S. Michaelis, nihilominus pro evidenti fidelium animarum bono, et spirituali utilitate, Emi Patres decreverunt supplicandum esse SSmo pro *dispensatione*, ut Canonicus Ridolfi eximio zelo, ac vigilantia præstans coadjutoris officium retinere pergat, *in Lucana Incompatibilitatis* 14 *Maji ad II. Dub.*

Canonicis Ecclesiæ Cathedralis Ipporegiensis ægre ferentibus resolutionem diei 20 Martii 1830, qua ipsi a choro et residentia tempore vacationum absentibus denegatum fuit privilegium lucrandi quotidianas *Distributiones*, Emi Patres Tridentinæ Synodi decreto suffulti rescripserunt, standum esse in decisis, exceptis diebus triginta sex ad formam peculiarium ejus Ecclesiæ constitutionum, quæ Apostolicæ Sedis auctoritate confirmatæ reperiebantur, *in Ipporegien. Servitii Chori* 23 *Aprilis ad I Dub*

Quum præsto non essent opportuna rationum momenta, quibus decerneretur a S. Congregatione, an et in qua summa *dos* Capellaniæ ab Angela Valerj in oppido Vici Alatrinæ Diœcesis instituta augeri deberet ex bonis, quæ sibi jure dotis Sorores Tomeucci Privernenses tribuenda ex parte obtendebant, Emi Patres rescribere maluerunt, Dilata, et scribatur Episcopo Alatrino, qui per peritum ex officio deputandum referat de valore bonorum Capellaniæ ad formam institutionis anni 1733, inspectis tum inventario anni 1791 tum instrumento transactionis anni 1792, non retardata interim solutione dotium, *in Terracinen. et Privernen. Capellaniæ* 30 *Julii.*

Proposito dubio, an patroni Parochialis Ecclesiæ S. Joannis Baptistae ad Casaburim Cavensis tenerentur augere *dotem* parochialium præbendarum, S. Congregatio definivit satis provisum esse illius Ecclesiæ necessitatibus, ubi sancitum est, supplicandum fore SSmo pro sanatione unionis earumdem præbendarum jam antea peractæ, *in Caven. Unionis* 23 *Aprilis ad II Dub.*

E

Canonico Carboni in Metropolitana Ecclesia Calaritana, quamvis ex fundationis lege ab omni chorali officio et qualibet punctatione immunis sit, si choro non intersit, nullatenus deberi *extraordinaria emolumenta*, quæ ex testatorum aut benefactorum voluntate Canonicis tantummodo actu præsentibus distribuenda sunt, sancivit S. Congregatio, *in Calaritana Onerum* 17 *Septembris ad V Dub.*

Novam erectionem quatuor Canonicatuum in Cathedrali Ecclesia Bobiensi adversus Apostolicas Literas sa: me: Pii VII die 17 Julii 1817 editas ab Episcopo peractam Sacra Congregatio confirmandam non esse definivit, et ad mentem: mens est, ut quatuor novi electi Canonici tamquam honorarii habeantur, reservato eisdem jure assequendi canonicales præbendas liberæ collationis, ita ut qui juxta anterioritatem nominationis, et in paritate nominationis juxta majorem ætatem primus pervenerit ad Canonicatus possessionem, ejusdem reditus cum tribus aliis distribuere teneatur, et ita secundus, et tertius, donec omnes ad plenam participationem pervenerint, *in Bobien. Canonicatuum* 14 *Maji ad I Dub.*

Erogationem redituum ad pium legatum Chiatti pertinentium in oppido Campaneani Nepesinæ Diœcesis heredibus tantummodo fiduciariis ab Fundatore ex-

presse commissam, Emi Patres ex præscripto SS. Canonum et Synodi Tridentinæ, nec non ex Decretis S. Congregationis censuerunt perficiendam esse ab ipsis heredibus fiduciariis independenter ab Episcopo, salvo tamen ejusdem Episcopi jure ad formam SS. Canonum et Chirographi 4 Decembris 1818, *in Nepesina Legati Pii* 26 *Martii ad I Dub.*

Quum Ecclesia Parochialis SSmi Crucifixi, et B. M. V. a Septem Doloribus in Civitate Casalis satis congruo redituum censu instructa deprehenderetur, quibus ipsa posset fabricæ, et divini cultus impendiis satisfacere, Emi Patres in usum ejusdem Ecclesiæ nullam pecuniæ summam *erogari* oportere censuerunt ex quorumdam legatorum proventu proficiscentem, *in Casalen. Reductionis et Commutationis Voluntatis* 26 *Martii ad III Dub.*

Perpendentes autem Patres Emi, iisdem heredibus fiduciariis et administratoribus Pii Legati Chiatti facultatem datam adhuc non fuisse contradicendi Pontificio Rescripto diei 4 Decembris 1818, quo, reticita quidem testatoris voluntate, concedebatur Ordinario potestas *erogandi* arbitrio suo scutata 50 Clericis non Campaneanensibus, hinc totam ejusmodi controversiam diremerunt rescribentes, Dilata, et heredes fiduciarii doceant de aperitione oris, *in eadem Nepesina ad IV Dub.*

H

Agnoscentes Emi Patres, Sororibus de Malavoltis in Senensi Civitate ad inopiam jamdudum vergentibus culpæ tribui non posse ea damna, quæ earumdem defuncti consanguinei aliquot præpostere initis contractibus emphyteuticis, et aliquibus etiam bonis emphyteuticis male divenditis *Hospitio* S. Marthæ antea attulerant, hinc quibusdam probatis conditionibus, quæ ex parte Oratricum congruam eidem Hospitio redintegrationem pro earum viribus asserunt, decreverunt juxta votum Archiepiscopi, Oratricibus impertiendam esse condonationem super fructibus per aliquot annos non solutis, facto verbo cum SSmo, nec non supplicandum eidem SSmo tum pro sanatione venditionis bonorum emphyteuticorum, et emphyteuticorum contractuum, tum pro absolutione ab omnibus censuris, si quas illæ incurrerint, imposito onere Rectori Hospitii, ut singulis annis teneatur reddere Archiepiscopo rationem administrationis, *in Senen.* 17 *Septembris ad I. II, III. IV. V. et VI. Dub.*

I

Oblaturam in Ecclesia S. Helenæ a Vercellensi Episcopo Jacobo

Goria in Civitate Villafranchae Dioecesis Astensis erectam, cujus officia cum oneribus parochialis Beneficii in Ecclesia S. Silvestri ejusdem Civitatis *incompatibilia* deprehendebantur, incompatibilem cum memorata Paroecia esse declaravit Sacra Congregatio, in Asten. *Incompatibilitatis* 17 *Septembris.*

Coadjutoriam Curatam Cathedralis Ecclesiae Lucanæ ex onerum natura, et qualitate cum Canonicatu Collegiatæ Ecclesiae S. Michaelis *Incompatibilem* esse declaravit S. Congregatio, *in Lucana incompatibilitatis* 14 *Maji ad I. Dub.*

Canonicis Ecclesiae Cathedralis Civitatis S. Joannis Dioecesis Maurianensis in Sabaudia, quorum pluribus senio confectis, ceterisque omnibus præ hyemis asperitate et nivium diuturnitate difficillimum erat absque valetudinis detrimento, summo mane se se ad Matutinum persolvendum in Ecclesiam Cathedralem conferre, S. Congregatio benigne tribuit *indultum* psallendi post vesperas et completorium in choro matutinum cum laudibus diei sequentis a die 2 Novembris ad totum mensem Martium, exceptis solemnioribus diebus arbitrio Episcopi praefiniendis, ad decennium, *in Maurianen Servitii Chori* 18 *Junii.*

Sacerdoti Josepho Malerbi, qui omnibus a fundatore præscriptis dotibus instructus, cum nemo ex passive vocatis idoneus reperiretur, a Lucensi Capitulo ad Prioratus dignitatem in Collegiata Ecclesia SS. Petronii, et Prosperi apud Civitatem Luci Imolensis Diœcesis erectam legitime nominatus fuerat, S. Congregatio canonicam ejusdem dignitatis *institutionem* dandam esse decrevit, atque ita precibus Fratrum Nuvoli ex adverso contendentium censuit nullo modo annuendum, *in Imolen. Prioratus* 26 *Martii ad I, et II. Dub.*

Canonicam *institutionem* cujusdam præbendæ Canonicalis in Ecclesia Collegiata Sorana erectæ, cujus passivum juspatronatus Diaconus Benignus Muscella sibi esse probabat, Emi Patres petitam a Patrono Vincentio Baldassarra suspensionem nominationis denegantes, eidem Diacono Muscella dandam esse decreverunt, *in Sorana Suspensionis Nominationis* 3 *Decembris ad II. Dub.*

J

Canonicis primæ erectionis, seu de Massa Cathedralis Ecclesiæ Fabrianensis certamen instaurantibus adversus resolutionem S. Congregationis die 8 Augusti 1829 editam, qua definitum fuerat Canonicos secundæ erectionis seu Adjunctos pollere *jure suffragii* in erigendis novis Canonicatibus et Capellaniis, eadem S. Congregatio censuit standum esse in decisis juxta modum, nempe exceptis conditionibus interesse Canonicorum de Massa respicientibus,

in Fabrianen. Jurium et Emolumentorum 30 *Julii ad I. Dub.*

Sed ipsa S. Congregatio, quæ eodem die 8 Augusti 1829 declaraverat, memoratos Canonicos secundæ erectionis seu Adiunctos minime habere *jus suffragii* in electione Capellanorum, et in admissione aut dimissione eorum Clericorum Ecclesiæ inservientium, qui stipendia ex massa communi perciperent, sententiam hujusmodi confirmandam censuit juxta modum, nempe etiam quoad alios, quorum Capellaniæ institutæ sunt ante erectionem Canonicatuum Adjunctorum, *in eadem Fabrianen. ad II. Dub.*

L

Deducta duarum Cappellaniarum dote, quarum onus ex voluntate Institutricis Isabellæ Salvati reditibus hereditatis Comitis Tarusii e monte Politiano incumbit, quum nihil in præsentiarum supersit ad exequenda studiorum *legata* ab eodem Comite Tarusio pro suis consanguineis relicta, S. Congregatio hujusmodi legatorum executionem in posterum protelantes, rescripserunt, Dilata, et suspensa subministratione scutorum quindecim quolibet mense quidquid superest, erogetur in redintegrationem Archiconfraternitatis SS. XII Apostolorum Urbis pro subministrationibus factis et expensis litis; qua redintegratione sequuta recurrant, et provideblitur, *in Romana seu Montis Politiani Legatorum* 18 *Junii ad II. et III. Dub.*

Dubitantes Emi Patres, utrum annuendum foret precibus Theresiæ Guidi Menghi, quæ in Oppido Gambetulae seu Boschi Coesenatensis Diœcesis contendebat sibi jus esse integros pii *legati* Florentini fructus erogandi in suorum liberorum subsidium, an potius ejusdem legati fructus impendi oporteret in levamen pauperum Parœciæ Gambetulæ, antequam quidquam etiam decernerent de petita condonatione fructuum quoad tempus præteritum, rescribendum duxerunt, Dilata, et scribatur Episcopo Coesenaten., quexigat redditionem rationis a Theresia quoad præteritum, et certioret Sac. Congregationem; referat quot ipsa filias dotanda habeat, et in qua summa sit habenda congrua dos, spectata conditione et consuetudine familiæ, et quæ expensa sit necessaria pro alendo juvene in Seminario, simulque referat de annuo reditu pii Legati et de statu familiæ, *in Cæsenaten Legati Pii* 23 *Aprilis ad I. et II. Dub.*

De *legato* Missarum 72, cujus onus etsi hæsitabat Hyacinthus Paita ex oppido Bastremoli Sarzanen. Diœcesis utrum foret nec ne impositum super Fundo *Ronco*, ubi publicum inest Oratorium, supplex tamen petierat non modo congruam Sacrorum reductionem, eorumque translatio-

nem ad paræcialem Oppidi Ecclesiam, sed etiam absolutionem a præteritis omissionibus. Emi Patres maluerunt in themate rescribere : Dilata, et scribatur Episcopo ad mentem ; mens est, ut agat cum oratore ad effectum suadendi existentiam obligationis Missarum super fundo *Ronco*, nec non curet fieri inscriptionem hypotecariam super eodem fundo, et de resultantibus referat, ut inde decerni possit de petita Missarum reductione et translatione, proviso ne interim detrimentum patiatur Oratorii manutentio, *in Lunen. Sarzanen. Reductionis 3 Decembris ad I. II. et III. Dub.*

M

Abrogationem *Missæ* communis in Bobiensi Capitulo adversus legitimam consuetudinem, constantemque diuturni temporis observantiam ab Episcopo præscriptam, Emi Patres probandam non esse jusserunt, *in Bobien. Canonicatuum 14 Maji ad II. Dub.*

Beneficiatos Ecclesiæ Parochialis Deo in honorem S. Georgii, in Civitate Maceratensi dicatæ, quam ex defectu tituli et suppletoriæ cujusque probationis Collegiatam non esse declaravit S. Congregatio, censuerunt Patres Emi obstrictos esse ad solvendam *mediam annatam* Ecclesiæ Cathedrali, adeoque consalendum SSmo pro absolutione quoad præteritum, *in Maceraten. Mediæ Annatæ 18 Junii ad II. Dub.*

Canonico Carboni, qui in instituendo sibi Canonicatu apud Metropolitanam Ecclesiam Calaritanam se se ex fundationis lege fore exemptum quovis officio chorali, et qualibet punctatione declaraverat, decreverunt Emi Patres non incumbere onus *Missæ Conventualis* et Evangelii cantus, adeo ut mulctæ poena plecti nequeat si illud neque per se, neque per alium adimpleat, *in Calaritana Onerum 17 Septembris ad IV. Dub.*

Ex diuturna consuetudine, et constanti Prædecessorum acquiescentia et observantia, decrevit S. Congregatio Canonicos Coadjutores Collegiatæ Ecclesiæ S. Bartholomæi in Oppido Montis Falchi Spoletanæ Diœcesis teneri alternatim cum Priore ad applicandam *Missam* pro populo, *in Spoletana Missæ pro Populo 14 Maji.*

Canonicis Metropolitanæ Ecclesiæ Calaritanæ neque per se, neque per alium Missam Conventualem et Evangelii cantum adimplentibus, aliquam pecuniæ *mulctam* juxta votum Archiepiscopi constituendam esse judicavit S. Congregatio, *in Calaritana Onerum 17 Septembris ad I. Dub.*

Ex Testatoris voluntate, quam in themate servandam jusserat Benedictus XIV, S. Congregatio censuit *multiplicum* esse redintegrandum juxta Votum Emi Relatoris *in Romana seu Ja-*

nuen. Legati 26 *Martii ad II. Dub.*

N

Administratoribus Pii Legati Chiatti in Oppido Campaneani Nepesinæ Dioecesis facultate carentibus contradicendi Pontificio Rescripto diei 4 Decembris 1818, quo, reticita quidem Testatoris voluntate, concessa fuerat Ordinario potestas erogandi arbitrio suo scutata 50 Clericis non Campaneanensibus, Emi Patres proposito Dubio, an et ad quem spectaret in casu ejusmodi Clericorum *nominatio* responderunt, Dilata, et Heredes fiduciarii doceant de aperitione oris, *in Nepesina Legati Pii* 26 *Martii ad V. Dub.*

Nominationem Capellaniae S. Anatoliæ et Locatelli ab Canonicis Fabrianensibus primæ erectionis, sive de Massa, absque suffragio Canonicorum Adjunctorum, sive secundæ erectionis, legitimo jure ac tempore habili peractam, Emi Patres confirmandam esse putarunt, *in Fabrianen. Jurium et Emolumentorum* 30 *Julii ad IV, Dub.*

O

Deficientibus probationibus, quibus evinceretur halitum Mariæ Annæ Bonello adeo graviter olentem esse, ut conjugi Aloisio Costa impertienda foret tori habitationisque separatio, Emi Patres decreverunt locum esse præstationi *obsequiorum* matrimonialium, atque hinc scribendum Episcopo ad mentem; mens fuit, ut Episcopus ante unionem curaret animos reconciliare, *in Melevitana Obsequiorum Matrimonialium* 18 *Junii.*

Ex SS. Canonum disciplina, quibus exploratum est nullitatem *Ordinis* ob metum reverentialem inferri numquam posse, S. Congregatio definivit validum esse Subdiaconatus Ordinem ab Aloisio Monaco susceptum; quumque reverentialis metus magnitudinem neque ex minis atrocibus et super malo per se gravi verosimiliter exequendis, neque etiam ex sævitiis ullo modo illatis probasset, sicuti pro irritando voto castitatis jubet Innocentius III, et declarant plura hujus S. Ordinis decreta, hinc Eminentissimi Patres judicantes memoratum Aloisium Monaco teneri ad votum continentiæ, et ad alia onera *Ordini* Subdiaconatus adnexa, censuerunt supplicandum non esse SSmo pro dispensatione et amplius, præsertim quia Orator Ordinem susceptum pluries jam ex libero ejusdem exercitio ratum se habere ostenderat, nec ullam usquam actionem pro obtinenda saltem dispensatione nedum intra quinquennium a Tridentina Synodo præscriptum, sed ne per viginti quidem fere annos instituere curaverat, *in Neapolitana Nullitatis Ordi-*

nis 17 Septembris ad I. et II. Dnb.

P

Partitionem libellarum 3600, quas duodecim Capitulares Bobienses a Regio Consilio Apostolico impetraverant, inter sexdecim Canonicos ne æqua quidem lance ab Episcopo peractam, S. Congregatio improbandam esse sancivit. *in Bobien. Canonicatuum 14 Maji ad III. Dub.*

Quum S. Congregatio die 20 Martii 1830 decrevisset, locum non esse aperitioni oris, nec *pensionem*, scutatorum viginti delendam esse, quam motu proprio et ex mera liberalitate Sa: Me: Pii VII super beneficio quodam in Archipresbyterali Riparum Ecclesia Verulanæ Diœcesis erecto pro Vincentio Celebrini impositam, Beneficiatus Joannes Baptista Stefani de obreptionis et subreptionis vitio immerito incusabat, Eminentissimi Patres instaurato certamine eam ipsam sententiam confirmarunt, definientes, standum esse in decisis et amplius *in Verulana Pensionis 14 Maji ad I. et II. Dub.*

Precibus Sacerdotis Ignatii Meloni in Cathedrali Ecclesia Arborensi Archipresbyteri, qui, licet ex Canonicali præbenda, quam antea possidebat, annua scutata trecenta quatuordecim hausisset, tamen *pensionem* scutatorum 45 pro annuis 1817-1819; et 1820 Parœciæ Oppidi Tramatza non solverat, ejusdemque condonationem sibi fieri postulabat, S. Congregatio nullatenus censuit esse annuendum, *in Arboren. Pensionis 18 Junii.*

Neque etiam annuendum putarunt Eminentissimi Patres ejusdem Archipresbyteri Meloni petitioni, qui nullam legitimam ob causam a se rejicere conabatur *pensionis* scutatorum 100 Sardicensium onus super Archipresbyterali præbenda ab Sede Apostolica rite impositum favore Ecclesiæ parochialis S. Ephisii, et ab ipso Oratore Archipresbytero luculentissime recognitum, et accepto habitum, *in Arboren. Condonationis 18 Junii.*

Favore Pauli et Josephi Merloni Foripompiliensium, et Heredum Parochi Gregorii Merloni respondit S. Congregatio locum esse trimestrali *pensionis* solutioni, cujus onus erga memoratum Parochum a R. Camera Apostolica impositum fuit novo Antistiti Brictinoriensi Bencivenni super reditibus mensæ Episcopalis, durante illius sedis vacatione, nondum exactis, in *Brictinorien. Pensionis 27 Augusti.*

R

Reædificationem Collegiatæ et Parochialis Ecclesiæ S. Nicolai in Civitate Pontis Curvi; quam ex vetustate prope jam collabentem Episcopus in sacra visitatione soto æquandam præ-

ceperat, Emi Patres omnimoda rei necessitate commoti sanxerunt perficiendam esse iis omnibus mediis, quæ et extraordinaria, et supremarum voluntatum commutationibus obnoxia proposuerat idem Episcopus, facto tamen verbo cum Sanctissimo, *in Pontis Curvi Reædificationis Ecclesiae* 3 *Decembris.*

Rogati Eminentissimi Patres, ut decernerent, an Magister Hospitii Peregrinorum in Civitate Suessana erecti teneretur *reddere rationem* Administrationis, rescripserunt, affirmative ad formam Statutorum, et Episcopus utatur jure suo ad præscriptum Concilii Tridentini sess. 22. cap 9. de reform., *in Suessana Condonationis* 27 *Augusti ad III. Dub*

Ex Tridentina Synodo Sess. 24. cap. 8. de reform. S. Congregatio decrevit, Administratores Locorum Piorum S. Mariæ de Loco, S. Sebastiani, et S. Rochi in Oppido Ceccani Dioecesis Ferentinæ teneri *reddere rationem* Administrationis Episcopo in actu S. Visitationis, *in Ferentina S. Visitationis* 27 *Augusti.*

Redditionem rationis de Legato Marchionis Justiniani ad annum usque 1829 initam, quæ huic S. Congregationi probanda exhibebatur, Eminentissimi Patres ad Eminentissimum Praefectum censuerunt de more esse ablegandam, *in Romana et Januen. Legati* 26 *Martii ad IX. Dub.*

Super prædiis rusticis ad Montem Pietatis in Civitate montis Bodii Senogalliensis Dioecesis erectum spectantibus, et in emphyteusim ad tertiam generationem masculinam rite concessis, S. Congregatio nullam Canonum *reductionem*, damnorumque *refectionem* censuit esse impertiendam, utpote quæ ex silentio viginti annorum ac diligenti canonum solutione, nec non ex cessionibus a primis licitatoribus sive a primis emphyteutis postea expletis fere nullius aut levissimi momenti laesionem adesse perspexit *in Senogallien. Reductionis Canonis* 27 *Augusti ad I. et II. Dub.*

Capitulo Collegiatæ Ecclesiæ S. Mariae de Nazareth, et quatuor animarum Curatoribus et sex Canonicis Praebendatis ejusdem Collegiatae in Oppido Sigestri Brugnatensis Dioecesis, qui omnes admodum angustis redituum proventibus gaudent. Eminentissimi Patres, cum cetera omnia media deessent tum ad augendam quotidianarum distributionum massam, tum ad congruam Oratoribus alimoniam suppeditandam, confirmandam putarunt aliquot Missarum *reductionem* anno 1825 ab hoc S. Ordine iisdem impertitam, ad decennium ad formam praecedentis, facto verbo cum Sanctissimo, *in Brugnaten. Reductionis* 17 *Septembris ad I. et II. Dub.*

Reductionem Servitii Choralis ad omnes dies festos etiam redu-

etos cum solitis clausulis, nec non *reductionem* duplicis Missae quotidianae ad unam tantum quotidianam Missam Capitulo Collegiatae Ecclesiae Sancti Andreae Apostoli in Oppido Vallerani Dioecesis Civitatis Castellanae nimia praebendarum angustia laboranti jamdiu a die 19 Julii 1820, concessam, S. Congregatio, eadem perdurante legitima causa, prorogavit ad aliud decennium ad formam praecedentis, facto verbo cum Sanctissimo, *in Civitatis Castellanae Reductionis et Dispensationis* 27 *Augusti ad III. et IV. Dub.*

Ob multa rerum temporumque discrimina, quibus bona Majoratus ab Helena Castriota Tarentinae Civitatis instituti partim divendita, partim imminuta admodum fuerant, Eminentissimi Patres pia ejusdem Majoratus onera *reducenda* definierunt ad Capellaniam quotidianam juxta preces Josephi Bonelli emptoris bonae fidei cum congrua dote, comprehensis etiam utensilibus, ab Archiepiscopo praefinienda, transcripto fundo assignando, et idem Archiepiscopus moneat ceteros bonorum detentores, ut consulant conscientiae suae, facto verbo cum Sanctissimo, *in Tarentina Reductionis Missarum* 27 *Augusti ad I. Dub.*

Ex literis novi Mutinensis Episcopi quum non satis constaret, quomodo populi commoditati, et Cleri sustentationi provideri posset, si tam ampla missarum *reductio* a Congregatione Charitatis expostulata impertiretur, Eminentissimi Patres judicium super ejusdem Congregationis precibus protelantes rescripserunt, Dilata, et Episcopus magis praecise referat ad formam praecedentis resolutionis, *in Mutinen. Reductionis et Commutationis* 23 *Aprilis.*

Imminutis quatuor Capellaniarum reditibus, quarum dotem Fratres Mansnata Januenses prae gravi sua paupertate augere satis non possent, S. Congregatio earumdem unionem in Ecclesia S. Blasii in Porcifera probans, decrevit etiam ipsarum onera ad unam Missam quotidianam esse *reducenda* juxta votum Ordinarii, *in Januen. Reductionis* 15 *Maji.*

Petitam a sex Canonicis de Massa et ab universo Capitulo Collegiatae Ecclesiae Maceratensis S. Joannis Missarum *reductionem* super oneribus ad quaedam pia legata pertinentibus, S. Congregatio deficiente legitima et rationabili causa denegandam esse censuit, *in Maceraten. Reductionis Missarum* 10. *Junii ad I. et II. Dub.*

Legati Sebastiani Pastorelli *reductionem* hujus S. Ordinis decreto diei 26 Januarii 1828 sancitam ad tot Missas, quot ad taxam manualem paterentur scuta decem auri in auro ex ipsa testatoris voluntate, Eminentissimi Patres confirmandam putarunt, rescribentes, standum esse in decisis; simulque

declararunt non modo decem missas pro implemento Legati Joanni-Baptistae Pastorelli complecti etiam onera ex altero legato Juliae sororis proficiscentia, sed insuper pertinere ad Oratricem Mariam Antoniam Marchionissam Spinola Pastorelli quidquid superest post impletum decem Missarum onus ex fructibus locorum montium, eamdemque non indigere nova absolutione pro praeteritis legati Julia eomissionibus, *in Albiganen. Reductionis Missarum* 26 *Martii ad I. II. III. et IV. Dub.*

Joanni Pasquali Parocho Ecclesiae SSmi Crucifixi et B. M. V. a septem doloribus in Civitate Casalis suppliciter flagitanti, ut super omissione Missarum 8350 ad quædam pia legata pertinentium congrua tribueretur *reductio*, unde posset ex eorumdem legatorum pecunia frugifer census institui in sortem saltem libellarum quinque millium pro stipendio Capellani Curati, qui Parocho in exercenda animarum cura opitularetur, S. Congregatio ob eam rationabilem causam praeteritas Missas ad bismille reducendas concessit, quibus celebratis totam reliquam pecuniæ summam investiendam jussit pro stipendio Capellani, qui teneatur singulis diebus festis etiam reductis Missam celebrare in Ecclesia Parochiali, eamque applicare in compensationem praeteritarum omissionum, facto verbo cum SSmo, *in Casalen. Reductionis, et Commutationis voluntatis* 26 *Martii ad I. et II. Dub.*

Quod vero attinet ad Missarum legata in memorata Ecclesia Parochiali SSmi Crucifixi, et B. M. V. a septem doloribus in posterum adimplenda, Eminentissimi Patres tribuendam non esse duxerunt ullam ejusmodi legatorum *reductionem* pro ejusdem Ecclesiæ necessitatibus, utpotequæ satis congruo reditnum censu ad sustinendos fabricæ, et divini oultus sumptus instructa deprehendebatur *in eadem Casalen.* 26 *Martii ad IV. Dubium.*

Capellaniam Vici, quae in Ecclesia Parochiali Castri Palatii Forosemproniensis Dioecesis erectam illegitimam prædii *l'isola* aliorumque fundorum alienationem pertulerat ab Patrono Hieronymo Santini peractam sine ullo consensu Capellani, cui fundatores designata ipsius Capellaniae bona ab suis heredibus tradenda praescripserant Eminentissimi Patres in possessionem illius praedii cum finitimis fundis *redintegrandam* esse sanxit, solutis tamen juxta Votum Episcopi scutatis quadraginta Dominico Biaschelli, qui ejusmodi fundos bona cum fide emerat, eosque per totidem scutatorum solutionem ab emphyteusis vinculo necessariis munitis facultatibus liberaverat, *in Forosempronien. Capellaniae* 26 *Martii ad I. Dub.*

Quum heredes fiduciarii et administratores Pii Legati Chiatti

in Oppido Campaneani Nepesinae Dioecesis die 14 Septembris 1829 nihil statuissent, quod non testatoris voluntati et Administrationis legibus apprime conveniret, S. Congregatio decrevit eorumdem *resolutionem* confirmandam esse ac propterea non exequendum decretum Episcopi Nepesini die 11 Februarii 1830 editum, quo ejusmodi resolutio immerito evertebatur, *in Nepesina Legati Pii* 26 *Martii ad II. Dub.*

S

Stipulationem instrumenti a Sa. Me. Pio VIII per R. P. D. Secretarium Reverendae Fabricae S. Petri Episcopo Fabrianensi commissam pro erectione Canonicatus Braccini ejusdemque nominatione, suspendendam non esse, prout Canonici secundae erectionis sive adjuncti nulla justa de causa contendebant, sanxit S. Congregatio, *in Fabrianen. Jurium et Emolumentorum* 30 *Julii ad III. Dub.*

Subsidio pro suis descendentibus a Marchione Justiniani Institutore Legati relicto frui non posse ac privandos esse eos, qui extra Italiam et adjacentes Insulas commorantur, definivit S. Congregatio ex voluntate Testatoris, *in Romana et Januen. Legati* 26 *Martii ad VI Dub.*

Ipso autem legati *Subsidio* neminem Justinianorum frui debere, nisi quolibet anno saltem per legitimum Procuratorem praesentes adesse videantur, eodemque omnino privandos pro biennio eos, qui hoc temporis intervallo illud petere neglexerint, sanxerunt Emi Patres juxta votum Emi Relatoris, *in eadem Romana et Januen. ad VII, et VIII Dub.*

Dominico et Antonio Fratribus Morovalli e Perusia una cum matre vidua exorantibus, ut sibi pro gravi sua paupertate aliquid tribueretur ex *subsidiis* dotalibus tum pro tempore praeterito, tum pro futuro distribuendis, quorum scilicet Institutor fuerat Felix Moravalli Oratorum consanguineus, Emi Patres ex praesumpta ipsius Institutoris voluntate annuendum censuerunt eorum precibus juxta modum, nempe cauto per Episcopum de Investimento scutatorum sexcentum in complementum fundi dotalis, si quid supererit, particularibus puellis non promissum, cedat æquis partibus favore Oratorum, et eorum matris, et ex futuris dotibus duæ cedant quotannis in subsidium viduæ Vincentii Moravalli, donec in statu viduali permanserit, facto verbo cum SSmo, *in Perusina Subsidiorum dotalium* 17 *Septembris.*

Precibus Canonici Philippi Bozzo, qui adversus Testatoris voluntatem in oppido Campaneani

Nepesinæ Diœcesis *subsidium* ex reditibus pii Legati Chiatti sibi confirmandum petierat ad perficiendam studiorum rationem, S. Congregatio annuendum non esse sancivit, *in Nepesina legati pii* 26 *Martii ad III. Dub.*

Suspensionem nominationis duorum Canonicatuum in Collegiata Ecclesia Nullius S. Martini jamdiu ab anno 1808 pro augendis ceteris præbendis, quarum reditus valde decreverant, impertitam et plus una vice dein prorogatam, S. Congregatio iisdem manentibus rerum causis et adjunctis ad decennium confirmavit, injunxitque Ordinario, ut curaret observantiam S. Canonum quoad residentiam, *in Nullius S. Martini Suspensionis Nominationi, et absolutionis* 30 *Julii ad I. Dub.*

Quoniam sacris canonibus nihil est antiquius, quam ut patronis ad inopiam vergentibus ex bonis Ecclesiae donatis succurratur, Emi Patres *suspensionem* nominationis Canonicatus Lanci in Ecclesia Collegiata Oppidi Montis Ulmi Firmanæ Dioecesis erecti ad triennium impertiverunt, cujus annui fructus juxta votum Emi Archiepiscopi tribuantur Magdalenae Lanci senio et egestate pressæ, deputato Ecclesiastico Administratore, facto verbo cum SSmo, *in Firmana Canonicatus* 23 *Aprilis.*

Præ nimia præbendarum inopia, qui adhuc premi constabat Capitulum Collegiatae Ecclesiæ S. Andreae Apostoli in Oppido Vallerani Dioecesis Civitatis Castellanae, Emi Patres quamlibet Canonicatuum et beneficiorum reductionem denegantes, *suspensionem* potius die 19 Julii 1820 ad decennium impertitam pro duobus canonicatibus, et tribus beneficiatis ad effectum conficiendi multiplicem ex superextantibus reditibus, satisfactis Missarum oneribus, deputato per Episcopum Ecclesiastico Administratore, prorogarunt ad aliud decennium ad formam præcedentis facto verbo cum SSmo, *in Civitatis Castellanae Reductionis, et Dispensationis* 27 *Augusti ad I. et II. Dub.*

Parocciae *Suppressionem* a Toma Bizzocchi Parocho Ecclesiæ SS. Joannis et Pauli in Civitate Ariminensi prepositam eo consilio, ut ex ejus reditibus canonicatus in Ecclesia Cathedrali erigeretur, cujus Possessor paucis anni Festivitatibus Chorali servitio obstrictus, praeceptoris munus in in Seminario ejusdem Civitatis exerceret, S. Congregatio tum Ecclesiæ Cathedrali, tum ipsi Paroeciali Ecclesiæ SS. Joannis et Pauli, tum denique Christifidelium animabus nihil aut parum utilem fore perspiciens, decrevit, esse omnino denegandam, *in Ariminen. Suppressionis Paroeciae et Erectionis*

ctionis Canonicatus 3 *Decembris.*

Suspensionem nominationis, quam hodiernus Patronus Vincentius Baldassarra imploraverat super quodam canonicatu in Ecclesia Collegiata Sorana erecto, ad eam quidem rem, ut sibi annuus ejusdem praebendae reditus, impertiretur S. Congregatio decrevit denegandam esse, ne Diaconus Benignus Muscella passive vocatus detrimentum caperet, *in Sorana suspensionis nominationis* 3 *Decembris ad I. Dub.*

T

Transactionem, quam super Capellania Gentili in oppido Amandulæ Firmanæ Dioecesis Sacerdos Ascanius Marcolini cum hodierno patrono Marcello Gallo pro assignanda eidem patrono annua pensione, inierat, Eminentissimi Patres, utpote adversam supremæ Institutoris voluntati, probandam non esse sanxerunt, et ad mentem; mens est, ut Eminentissimus Archiepiscopus a Patrono Gallo exigat redditionem rationis, et quatenus enunciatam pensionem perceperit, nec in fundorum melioritatem erogaverit, ad restitutionem compellat, in *Firmana Transactionis* 14 *Maji.*

Neque minus Eminentissimi Patres decreverunt juxta votum Eminentissimi Archiepiscopi Bononiensis, supplicandum esse Sanctissimo pro approbatione *transactionis*, quam Administratoris Nosocomii vitæ, et mortis, quod Bononiæ extat, ad evitanda diuturnae litis incommoda et impendia utiliter inierunt cum creditoribus Antonii Gotti, *in Bononien. Transactionis* 30 *Jalii.*

Transactionem anno 1815 initam qua statuitur ut fructus legati a Marchione Justiniani instituti inter Justinianos tam Romæ, quam Januae commorantes æqua quotannis portione dividantur, etsi testatoris menti et Chirographi Bened. XIV in eo adversam perspicerent Eminentissimi Patres, quod fructuum quoque partem multiplico destinatam inter Justinianos diribendam praecipiat, eam tamen ipsam ob temporum adjuncta, et ob frequentem non modo Justinianorum numerum, sed eorumdem quoque indigentiam censuerunt probandam esse ad vitam eorum, qui nunc legato fruuntur, juxta votum Eminentissimi Relatoris, *in Romana et Januen. Legati* 26 *Martii ad I. Dub.*

Hortensiae Santini, quæ plurium filiorum onere gravata, et domesticae rei angustia pressa postulaverat ut sibi perpetuo relinqueretur possessio Praedii *le moglie*, quod ad Capellaniam Vici in Ecclesia Parochiali Castrii Palatii Forosemproniensis Dioaecesis erectam pertinebat, et illegitime prorsus a Patrono Hieronymo Santini Oratrici filiae dotis titulo collatum fue-

rat, Patriarchalem Patres praedicta illud tribunalium non esse decreverunt, mandantes primo ut Episcopus curaret hoc *transcriptionem* omnium fundorum favore Capellaniae, nec non nominandi Capellanum, qui ex fructibus ejusmodi praedii *de Virgili* solvat quotannis Ordinario, dum vixerit, scuta duodecim; superextantes vero fructus ejusdem fundi erogent in celebrationem Missarum ad manualem, facto verbo cum Sanctissimo, *in Forosempronien. Capellaniae* 26 *Martii ad II. Dub.*

Translationem Missarum ad pia quaedam legata pertinentium a sex Canonicis de massa Collegiatae Maceratensis Ecclesiae S. Joannis praepositum, et in hanc ipsam Ecclesiam ab veteri Collegiata Sanctissimi Salvatoris efficiendam, Eminentissimi Patres suadente legitima et rationabili causa concedendam esse duxerunt, *in Maceraten. Reductionis Missarum* 18 *Junii ad I. Dub.*

V

Canonicos Collegiatae Ecclesiae S. Andreae Apostoli Empoliae Florentinae Dioecesis, qui fere omnes admodum exigua, atque octo praesertim ex eorum numero nulla praebenda potiuntur et gravi choralis servitii oneri per totum annum obnoxii sunt, dignos judicarunt Eminentissimi Patres, quibus animadvertere quotannis nemo [illegible] cuidam cum sortis casualis, nec non impertiatur privilegium [illegible] eo tempore quotidianas distributiones, dimissa tamen tertia parte, *in Florentina Vicariatus* 30 *Julii ad I. et II. Dub.*

Precibus Episcopi Albensis, qui in Oppido Vitae supremam Francisci Laurentii *voluntatem* ideo corroborandam petierat, ut institutum ab eo beneficium in simplicem potius erigeretur Capellaniam, quae foret amovibilis ad nutum Archipresbyteri nominantis, et cujus Rector ab eodem Archipresbytero pro tempore in communi hospitium et victum excipiendus Vicariam animarum curam exercere obstringeretur, S. Congregatio ob evidentissimam Ecclesiae utilitatem censuit annuendum esse, itaque eidem Episcopo omnes pro hac facultates pro executione concedendas, facto verbo cum Sanctissimo, *in Alben. Commutationis Voluntatis* 3 *Decembris.*

Antonium Politi in Cathedrali Recinetensi Ecclesia Decanum et adhuc in Clericali statu constitutum S. Congregatio ex decreto hujus S. Ordinis die 22 Julii 1741 edito decrevit posse non modo capitularibus interesse Comitiis, sed *votum* etiam consultivum in expediendis Capituli negotiis ferre. *Recinneten.* 17 *Septembris*

U

Super *unione* parochialium praebendarum in Ecclesia S. Joannis Baptistae ad Casaburim Cavensis Dioecesis, jampridem jubente laica potestate, Gallis Italiam occupantibus, et annuente Vicario Capitulari peracta, S. Congregatio censuit juxta votum Episcopi supplicandum esse Sanctissimo pro sanatione, eo scilicet consilio, ut earum reditus in congruam unius Parochi alimoniam, in Ecclesiae admodum pauperis tuitionem, et in pensionem Capellani Vicarii Curati exolvendam impendantur, *in Caven. Unionis* 23 *Aprilis ad I. Dub.*

Imminutis quatuor Capellaniarum reditibus, quarum dotem Fratres Masnata Januenses ob gravem suam inopiam augere satis non possent, Eminentissimi Patres earum *unionem* in Ecclesia S. Blasii in Porcifera ad unam tantummodo Capellaniam probarunt juxta votum Ordinarii, *in Januen. Reductionis* 14 *Maji.*

FINIS

INDEX CONCLUSIONUM

Quæ adnotatæ sunt in foliis Causarum Anno 1831.

ABSENTIA

Inter legitimas choralis absentiæ causas recensetur infirmitas, *pag.* 271 §. *Re quidem vera.*

Legitime quoque absunt a choro ii, qui docent ecclesiasticas disciplinas, *pag.* 292 §. *Si*

Idque decreto suo confirmat Synodus Tridentina, *ibid.*

Absens choro ex legitima causa obstringi nequit, ut per substitutum inserviat, *pag.* 271 §. *Re quidem.*

Non obstante immemorabili consuetudine, *ibid.*

Vide *Canonici*, *Emolumenta*, *Servitium Chori.*

ABSOLUTIO

Absolutio ab anteactis omissionibus conceditur Patronis eorumque filiis egentibus, *pag*, 57 §. *Quod.*

ACQUIESCENTIA

Acquiescentia cum postera ac diuturna observantia obligationem inducit, quæ non satis firmo per se fundamento niteretur, *pag.* 140 §. *Porro.*

Vide *Subdiaconatus.*

ACTIO

Actiones usucapione perimuntur, *pag.* 57 §. *Ad hanc.*

Actione hypothecaria legali gaudet causa pia, utpote legataria adversus heredes, atque etiam tertios possessores, *pag.* 218 §. *Verum.*

His tamen datur actio adversus cedentem aut venditorem pro liberatione a molestiis et refectione damnorum, *ibid.*

Inanis est actio, quam inopia debitoris excludit, *pag.* 221 §. *Verum.*

ACTUS FACULTATIVI

Per longum licet temporis spatium exerciti nullam invehunt præscriptionem, *pag.* 39 §. *Eo jam*, *pag.* 276 §. *Haud.*

ADMINISTRATIO ET ADMINISTRATORES

Redditio rationis ab Administratoribus voluntariis et honorariis, submoto juris rigore ac mitius, quam fieri potest, exigitur, *pag.* 161 §. *Postremo.*

Administratores, etsi necessarii, de inexactis creditis vexari nequeunt, nisi perspicuus dolus, et lata ac supina eorum negligentia constet, *ibid.*

Multo minus tenentur de æstimatione rerum venditarum, sed dumtaxat de pretio re ipsa percepto, *ibid.*

Administratores, quorum integritas et diligentia eluceat, de suarum curarum exitu minime respondere obstringuntur, *ibid.*

Vide *Episcopus.*

ÆQUITAS

Æquitas canonica non patitur, ut qui nullum reapse compendium retulit ex adita hereditate, ære suo nomina dissolvat, *pag.* 134 §. *At.*

ÆS ALIENUM

Æris alieni deductioni locus est præ omnibus legatis, *pag.* 158 §. *Administratorum.*

ÆTAS

Ætatis dispensatio tribuitur ad Patronorum eorumque filiorum inopiam sublevandam, *pag.* 48 §. *Quod vero.*

ALIENATIO

Alienatio bonorum ad Capellanias laicales pertinentium valide ac licite fieri potest sine Apostolicæ Sedis beneplacito, *pag.* 56 §. *Quamquam.*

Sed alienare potest, qui rerum pollet dominio, *ibid.*

Vel saltem liberae administrationis officio fungitur, *ibid.*

Vide *Dominium.*

BENEFICIUM

Unio beneficiorum, utpote in jure odiosa, haud facile concedenda, *pag.* 81 §. *At.*

Fructuum inopia justam præbet causam uniendi beneficia ad honestam Beneficiariorum vitæ tuitionem, *pag.* 117 §. *Porro.*

Beneficia nedum ad ferendum chorale servitium, et ad præscripta Missarum onera implenda, sed ad decentem quoque Clericorum vitam sustinendam eriguntur, *pag.* 250 §. *Neque.*

Diuturna præbendarum vacatio adversatur fundatorum voluntati et juris dispositioni, *pag.* 89 §. *Jam vero.*

Suspenditur choralium beneficiorum nominatio, cum patronorum urget paupertas, *ibid.*

Et nullum chorali servitio affertur detrimentum, *ibid.*

Singula beneficia singulis tantum personis conferenda, *pag.* 97 §. *Canonicus.*

Hinc nemo potest alterum assequi beneficium, nisi de prioris insufficientia ad vitam honeste ducendam constet, *ibid.*

Et nisi pateat utrique beneficio residentiæ onus non incumbere, *ibid.*

Secus autem est, quando agitur de officiis tantum Ecclesiasticis, *ibid.*

Aut de simplici ac temporaria Capellania nullum canonicum titulum præseferente, *ibid.*

Lex pluralitatem beneficiorum prohibens protrahitur etiam ad beneficia impropria, *pag.* 98 §. *Aliter.*

Id est ad simplices Capellanias, quæ oneribus cum Canonicatu incompatibilibus gravantur, *ibid.* et §. *Nec aliter.*

Ad assequendum aliud residentiale beneficium conceditur Canonico dispensatio, si Ecclesiæ utilitas aut meritorum prærogativa occurrat, *pag.* 99 §. *Si Eminentissimi.*

Vide *Fundatio*, *Incompatibilitas*, *Nominatio*, *Pensio*, *Suppressio.*

BONA FIDES

Necessaria est ad præscribendum, *pag.* 76 §. *Nec.*

Omnino tollitur per judicialem interpellationem, *ibid.*

CANON

Si in statuendo canone emphyteusis bonorum Ecclesiasticorum intercessit læsio, præsto esse debet remedium, *pag.* 233 §. *Si iniquum.*

Nam dedecet Ecclesiam, quæ mater justitiæ et æquitatis cultrix est, cum aliena jactura locupletari, *ibid.*

Plures existimant læsionem esse in emphyteusis contractu, si Ecclesia non reliquerit tertiam fructuum partem Emphyteutæ liberam a canone, *ibid.*

Vel saltem, si non supersint fructus sufficientes pro canonis solutione, deductis expensis, *ibid.*

Hinc S. Congregatio modo contractus rescissioni, modo canonum imminutioni locum esse respondit, *ibid.*

Prout nimirum rerum adjuncta postularunt, *ibid.*

Emphyteutarum silentium per plures annos, et diligens canonum solutio læsionem excludit, *pag.* 235 §. *Aliter.*

Ad canonis pactionem numeris omnibus absolutam ex læsionis labe irritandam læsio requiritur, quæ semissem excedat, *pag.* 236 §. *Verum.*

Secus suis stat viribus contractus, *ibid.*

Augmentum publicorum vectigalium haud justam præbet causam reducendi canonem, *ibid.*

Præsertim si accesserit renunciatio cuicumque compensationi, *ibid.*

Hinc reductio canonis a S. Congregatione denegata est, etiamsi emphyteuticorum fundorum fructus vix duas ex tribus canonum partibus attingerent, *ibid.*

Probatur canonis reductio, cum, utilibus ab Emphyteuta propositis conditionibus, controversiam transactione diriméndam partes censuerint, *ibid.*

Casus fortuiti ab Emphyteutis perferendi, *pag.* 234 §. *Jam vero.*

Nec prætereunda utilitas, quæ ex accurata agrorum cultura atque ex majori arborum satione hauriri potuisset, *pag.* 235 §. *Aliter.*

CANONICATUS ET CANONICI

Canonici ex jure canoniæ æquale jus vocis habent quoad omnia, quæ in Capitulo fiunt, et collegialiter expediuntur, *pag.* 190 §. *In supplici.*

Canonici secundæ erectionis ferre nequeunt suffragium in capitulis, in quibus agitur de reditibus ad Canonicos tantum primæ erectionis spectantibus, *pag.* 193 §. *Neque.*

Exceptis negotiis, quæ respiciunt bona Capitulo generatim relicta, jam existentibus Canonicis secundæ erectionis, *ibid.*

Canonicatus eriguntur nedum ad implenda Missarum onera, et chori servitium ferendum, sed ad decentem etiam Ecclesiasticorum vitam procurandam, *pag.* 250 §. *Neque.*

Nam Canonicos decet iis præditos esse fructibus, qui pro personarum ac locorum qualitate pares sint honesto vitæ gradui sustinendo, *pag.* 149 §. *Missarum.*

Hinc imminutis Canonicatuum reditibus, onera quoque imminuantur oportet, *ibid.*

Oneribus enim fructus respondere debent, *ibid.*

Gravius ac decentius chori servitium reductionem onerum suadet, *ibid.*

Si nempe ad ferendum chori servitium, deductis oneribus, non supersint annua scutata 30 aut 40, *pag.* 150 §. *Nihilominus.*

Tenentur Canonici mediam annatam fabricæ Ecclesiæ solvere, *pag.* 323 §. *At.*

Præterea symbolam conferre obstringuntur ad restaurandum vel absolvendum ædificium, et ad cetera comparanda, quæ pro sacrarum functionum decore opus sunt, *ibid.*

Eo tamen in casu, quo deficiant reditus fabricæ et Sacrario addicti, *ibid.*

Omnes Canonici Cathedralium et Collegiatarum Ecclesiarum canere et applicare debent Missam Conventualem pro benefactoribus in genere, *pag.* 150 §. *Nihilominus.*

Atque ii etiam, qui animarum curam gerunt, *ibid.*

Non obstante contraria consuetudine, *ibid.*

Aliarumque Missarum pro peculiaribus fundatoribus implemento, *ibid.*

Ob pacificam Canonicalis præbendæ possessionem Canonicus a Coadjutoria curata plane decidisse censetur, *pag.* 99 §. *Jam vero.*

Canonicorum officium incompatibile est cum munere Vicarii Curati in aliena Ecclesia obeundo; *pag.* 98 §. *Nec aliter.*

Sed ob Ecclesiæ utilitatem aut meritorum prærogativam dispensatio impertitur ad assequendam Parœciam aut aliud residentiale beneficium, *pag.* 99 §. *Eminentissimi.*

Canonicorum consensus requiritur ad novorum Canonicatuum erectionem perficiendam, *pag.* 116 §. *Canonici.*

Canonici supranumerarii adjuvandæ in chorali servitio numeratis instituti sunt, *pag.* 123 §. *Nihil.*

Trium mensium vacationes Canonicis a Tridentina Synodo permittuntur, *pag.* 170 §. *Trium.*

Salvis tamen peculiarium Ecclesiarum constitutionibus, quæ longius servitii tempus requirunt, *ibid.*

Sed hæc Tridentini Concilii limitatio videtur intelligenda de iis statutis et consuetudinibus, quæ minores, quam trium mensium, non de iis, quæ nullas concedunt vacationes, *ibid.*

Huic opinioni favet S. Congregationis praxis, *ibid.*

Nam modo ampliores, modo breviores tribuere solita est vacationes, prout rerum ac temporum suadebant adjuncta, *ibid.*

Nullius ope statuti aut consuetudinis Canonici ultra tres menses a choro et residentia abesse possunt, *ibid.*

Ubi vero Canonici ex diuturna consuetudine nullo gavisi sunt vacationum beneficio, eidem renunciasse censentur, *ibid.*

Ne divinus cultus aliquid patiatur damni, in concedendo vacationum indulto quædam præscribuntur conditiones, *ibid.*

Tempore vacationum Canonici amittunt quotidianas distributiones, *pag.* 179 §. *Si Emi*

Neque ad hanc legem abrogandam prodest adversa consuetudo, licet immemorabilis, *ibid.*

Verum Summi Pontifices tum ante tum post Concilium Tridentinum Canonicos aliquando donarunt privilegio lucrandi distributiones quotidianas tempore vacationum, *ibid.*

Quæ ex Capitularibus constitutionibus Sedis Apostolicæ auctoritate confirmatis ante Synodum Tridentinam abesse possunt tempore vacationum a choro et residentia, et suis interim lucrari quotidianas distributiones, *pag.* 67 §. *Canonicis.*

Hoc idem privilegium ob redituum decrementum aliamve justam causam tribui posse respondit S. Congregatio, *pag.* 179 §. *Si Emi.*

Vide *Parochus*, *Vox in Capitulo.*

CANONICUS INFIRMUS

Legitime abest chori servitio, *pag.* 271 §. *Re quidem.*

Et lucratur integras quotidianas distributiones *ibid.*

Neque obstringitur inservire per substitutum, *ibid.*

Non obstante immemorabili consuetudine, *ibid.*

Idem dicendum de Canonicis senio confectis, *ibid.*

Præsentes namque tenentur suppliere in choro Canonicorum ægrotantium defectum in iis, quæ pertinent ad chorale servitium et divina officia, *ibid.*

Etiam quoad cantum Evangelii et Missæ Conventualis celebrationem, *ibid.*, *et pag.* 278 *ad II. Dub.*

Percipere tamen nequit emolumenta choralia, quæ ex voluntate testatorum et benefactorum actualem in choro Canoni-

corum præsentiam requirunt, *pag.* 274 §. *Quod.*

CANONICUS JUBILATUS

Omnes lucratur fructus et quotidianas distributiones, *pag.* 272 §. *Neque.*

Cogi non potest neque per se neque per alium ad applicationem et celebrationem Missæ conventualis, *ibid.*

Nec solvendum Missæ hujus stipendium, *ibid.*

Quin adversa obsit consuetudo, *ibid.*

Vel imposita a Capitulo ejus rei obligatio, et a Jubilatis Canonicis accepto habita, *ibid.*

Hanc enim irrationabilem ac rejiciendam semper censuit S. Congregatio, *ibid.*

Nequit tamen percipere emolumenta, quæ ex voluntate benefactorum aut testatorum actualem Canonicorum in Choro præsentiam requirunt, nisi intersit, *pag.* 274 §. *Quod.*

CANONICUS POENITENTIARIUS

In iis, quæ ad forum internum spectant, veluti Ordinarius censendus est, *pag.* 185. §. *Præterea.*

Dum audit confessiones in propria Ecclesia, censetur præsens in choro pro distributionibus, *pag.* 181 §. *Rationum.*

Sive audiat in confessionario, sive extra, *ibid.*

Secus eas tamen pro tempore, quo residet in confessionario, nec audit confessiones, aliis in choro divina celebrantibus, *ibid.*

Nec si idem interea celebraverit Missam, *ibid.*

Aut si privatim officium recitet, etiam ut opportunius audiat confessiones, *ibid.*

Cogi nequit ad majorem residentiam, quam alii Canonici, *pag.* 183 §. *Nec quidquam.*

Missæ Conventualis onere non eximitur, *ibid.*

In festis sollemnioribus debet assistere, et residere de mane etiam non vocatus in sede Confessionali ab Episcopo destinata, *pag.* 185 §. *Verum.*

Imo etiam tempore jejuniorum, quadragesimae, adventus, et quatuor temporum, *ibid.*

Ne ex Capitulari quidem constitutione et consuetudine in Cathedrali Ecclesia Veliterna cogi potest ad obeundum Diaconi et Subdiaconi munus juxta rescriptum S. Congregationis Rituum, *pag.* 186 §. *Et sane.*

Aliter tamen decrevit hæc S. Congregatio, *in Albanen. pag.* 187.

Nisi actu fidelium confessiones excipiat, *ibid.*

CAPELLANI

Capellani personalis residentiæ onere obstricti, et quotidiana Missæ celebratione per se ipsos in certo Altari explenda onerati, nequeunt acceptare alia onera cum ejusmodi Missarum celebratione incompatibilia, *pag.* 98 §. *Nec aliter.*

Etiamsi facultatem habeant munus suum solvendi per alios, ubi legitime aliquo die sint impediti, *ibid.*

CASTITAS

Vide *Metus*, *Subdiaconatus*.

CASUS FORTUITI

Ab Emphyteutis perferendi, *pag.* 234 §. *Jam vero.*

CAUSA PIA

Causa pia, ubi legataria sit, gaudet actione hypothecaria legali nedum contra heredes, sed etiam contra tertios possessores, *pag.* 218 §. *Verum.*

His tamen datur actio adversus cedentem aut venditorem pro liberatione a molestiis et refectione damnorum, *ibid.*

CENSUS

Universos census fructus ære proprio solvere tenetur heres, qui adierit hereditatem nullo confecto inventario, ac nullo implorato legis præsidio, si bona hereditaria defecerint, *pag.* 133 §. *Ex juris.*

Vide *Heres*, *Paupertas*, *Reductio.*

CHARITAS

Ordinata charitas postulat, aut saltem concedit, ut quis suæ prius incolumitati prospiciat, *pag.* 153 §. *Quæ.*

Et ab iis se abstineat, quæ eum in probabile vitæ periculum conjicere possunt, *ibid.*

COADJUTORES ET COADJUTORIA

Vide *Canonici.*

CODICILLUM

Enunciativa Codicilli declaratio non officit dispositivæ testamenti præscriptioni, *pag.* 160 §. *Quum ita.*

COLLATIO

In beneficiorum collatione certæ personæ efficienda, si nullam expresse qualitatem adjecerit Fundator, intelligenda semper præsumitur ejusdem personæ habilitas, et idoneitas, *pag.* 49 §. *Jam vero.*

Nam quaelibet dispositio, quamvis generalis, interpretationem de habilitate et idoneitate recipit, *ibid.*

Vide *Subsidium Dotale.*

COLLEGIALITAS

Eruitur Ecclesiarum Collegialitas nedum ex bulla vel istrumento erectionis, sed etiam ex signis et conjecturis, *pag.* 144 §. *Quamquam.*

Oportet tamen adesse ad eam rem univoca ac vehementia argumenta, *pag.* 45 §. *Nihilominus.*

Certum nempe, et assiduum Chori servitium, quotidianæ distributiones, comitia convocandi usus, capitulare sigillum, Missæ conventualis cantus, atque alia hujusmodi, *ibid.*

His deficientibus, omnis Collegialitatis probatio corruit, *ibid.*

Si cetera indicia incerta et infirma sint, haud sufficit ostendere, mediam annatam nunquam fuisse Ecclesiæ Cathedrali persolutam, *pag.* 146 §. *Quod.*

Sed necesse est indubie probare, eamdem solvi consuevisse Ecclesiæ, cujus Collegialitas in quæstionem vertitur, *ibid.*

COMMUTATIO

Vide *Consanguinitas*, *Ecclesia*, *Paupertas*, *Reductio*, *Voluntas.*

CONDONATIO

Condonatio fructuum concedi solet in patronorum et eorum filiorum levamen, si egestate premantur, *pag.* 57 §. *Quod.*

Itidemque ad levandam eorum inopiam, qui cum fundatore sanguine junguntur, *pag.* 221 §. *Verum.*

CONGRUA

Vide *Paræcia* et *Parochus.*

CONJECTURA

Conjecturæ, quæ potius incerti rumoris, quam probationis nomen merentur, despiciendæ sunt, *pag.* 295 §. *Verum.*

CONSANGUINITAS

In subsidiis dotalibus divites puellæ consanguineæ non sunt pauperibus præferendæ, *pag.* 93 §. *Jam vero.*

Aliter enim, si non paupertatis, sed unius sanguinis ratio haberetur, quælibet pietatis causa evanesceret, *ibid.*

Si testator de uno consanguinitatis adjuncto sollicitus fuerit, alterum paupertatis noluisse censetur, *pag.* 95 §. *At vero.*

Consanguinitas cum paupertate conjuncta justam præbet causam ad commutandas testatorum ac fundatorum voluntates, *pag.* 286 §. *Verum.*

Idque ex præsumpta testatoris voluntate, *ibid.*

CONSTITUTIONES

Constitutiones Capitulares Apostolicæ Sedis auctoritate factæ aut confirmatæ ante Synodum Tridentinam, minime revocatæ censentur posterioribus ejusdem Synodi decretis, *pag.* 67 §. *Canonicis.*

Vide *Canonici.*

CONSUETUDO

Spectanda est in statuenda decimarum ratione et quantitate, *pag.* 76 §. *Quæ.*

Ac sufficit quadragenaria, *ibid.*

Decennalis satis est ad inducendam obligationem juris dispositioni consonam, *pag.* 117 §. *Porro.*

Diuturna consuetudo in eo sustinetur, ut onus missæ pro populo in Vicarios Curatos aut

allios beneficiarios transferatur, *pag.* 139 §. *At Prior.*

Non sustinetur etiamsi centenaria ad præscribendum onus mediæ annatæ, *pag.* 146 §. *Quod vero.*

Neque etiam valet adversa quælibet consuetudo ad abrogandum Missæ Conventualis onus in Ecclesiis sive Cathedralibus sive Collegiatis, *pag.* 150 §. *Nihilominus.*

Nihil prodest licet immemorabilis ad abrogandam Tridentini Concilii sanctionem, quæ Canonicos vacationum tempore quotidianis distributionibus privandos jubet, *pag.* 179 §. *Si Eminentissimi.*

Item non obstat adversa consuetudo Canonicis legitime a choro absentibus, ut per substitutum inserviant, *pag.* 271 §. *Re quidem.*

Neque officit Canonico Jubilato, ut Conventualem Missam teneatur celebrare et applicare, *pag.* 272 §. *Neque.*

Ea est vis consuetudinis, ut deficiente interdum legis sanctione, pro lege non immerito accipiatur, *pag.* 184 §. *Ad postremum.*

Inducta ex longæva observantia potest compatibilia reddere officia, etiamsi de jure essent incompatibilia, *ibid.*

In controversiis omnibus, ac præcipue in quæstionibus jurium et privilegiorum maxime valet, *pag.* 191 §. *Sed Canonici.*

Centenaria ac legitime inducta præscribit omnia jura, *ibid.*

Immemorabilis enim et centenaria præsumptionem secumfert omnis melioris tituli, ac proinde etiam Apostolici beneplaciti, *pag.* 325 §. *Ex.*

Consuetudo, quæ nulla innititur ratione, et perniciosa Ecclesiæ deprehenditur, reprobanda est, *pag.* 125 §. *Quum.*

CONTRACTUS

Vide *Canon.*

CURA

Vide *Parœcia et Parochus.*

DECIMÆ

Decimarum substantia et in veteri et in nova lege de jure semper divino habita fuit, *pag.* 74 §. *Illud.*

Decimandi jus oritur ex dispositione juris, *ibid.*

Neque minus expressum est in Tridentina Synodo, *ibid.*

Exerceri potest super omnibus prædiis in Parœciæ seu Dioecesis districtu sitis, *ibid.*

Sive ea prædia possideantur ab indigenis, qui Parœciam aut Diœcesim incolunt, *ibid.*

Sive ab alienigenis, qui alibi morantur, *ibid.*

Decimarum jus competit Ecclesiis Parochialibus ratione ministerii Sacramentorum, *ibid.*

Attamen solvi debent prædiales decimæ Parocho territorii, ubi prædia decimanda existunt, *ibid.*

Quamvis in alia Parœcia Sacramenta percipiantur, *ibid.*

Nam decimæ prædiales debentur ex prædiorum fructibus, *ibid.*

Atque hinc onus est reale, quod prædiorum possessores et cultores ubicumque sequitur, *ibid.*

Decimarum onus refunditur etiam in Conductores et Emphyteutas, qui integros percipiunt fructus, *pag.* 75 §. *Hisce.*

Quare decimæ rependendæ sunt etiam à prædiorum cultoribus, *ibid.*

Etsi extra Parochiam degant, *ibid.*

Sive fructus percipiant jure locationis, *ibid.*

Sive coloniæ jure, *ibid.*

Sive alio quocumque titulo, *ibid.*

Quia scilicet Colonus et Conductor possident pro domino, *ibid.*

Ut jus decimandi legitime præscribi possit, requiritur præter justi tituli probationem quadragenarium saltem temporis spatium nullo contrario actu interruptum, *pag.* 76 §. *Nec.*

Ad statuendum decimarum modum et quantitatem consuetudini adhærendum est, *ibid.* §. *Quæ.*

Et sufficit quadragenaria, *ibid.*

DESCENDENTES

Nomine descendentium per lineam masculinam etiam feminæ continentur, *pag.* 312 §. *Jam.*

Verba illa *per lineam masculinam* id tantummodo efficiunt, ut existentibus masculis, ipsi præ feminis gaudeant praelatione, *ibid.*

Ac feminae, dumtaxat peremptis masculis, sive, ut ajunt, per posterius, jus nominandi sibi asserere valeant, *ibid.*

Hoc autem potissimum servari debet, ubi agitur de feminis ex masculis familiae natis, *ibid.*

Quia agnationem retinent, licet sint finis sanguinis, et agnationis, *ibid.*

Imo in jurepatronatus primogeniali vel agnatitio feminae agnatae, quousque vita fungantur, penitus excludunt substitutum, praesertim extraneum, *ibid.*

DISPENSATIO

Denegatur dispensationis gratia, si alterius jus laedere possit, *pag.* 50 §. *Itaque.*

Ob Ecclesiae utilitatem aut meritorum praerogativam ab incompabilitate beneficiorum dispensatur, *pag.* 99 §. *Si Emi.*

Summus Pontifex jure suo utitur in concedenda dispensatione passive vocatis, *pag.* 313 §. *Porro.*

Adeoque nullam infert injuriam extraneo, qui similiter indigeat dispensatione, *ibid.*

Plurima occurrunt exempla dispensationum, quae ab hoc S. Ordine tributae sunt, ut filii patronorum, licet in puerili aetate versentur, ad beneficia Ecclesiastica nominari possint, *ibid.*

Vide *Ætas*, *Subdiaconatus*, *Metus*.

DISTRIBUTIONES

Distributiones quotidianae conferendae sunt una cum aliis emo-

lumentis in congruam Archipresbyteri Parochi, *pag.* 175 §. *Porro*.

Ad augendas quotidianas distributiones, si alia desint media, Missarum reductio impertitur, *pag.* 249 §. *Verum.*

Integras quotidianas distributiones lucratur infirmus, *pag.* 271 §. *Re.*

Atque etiam Canonicus Jubilatus, *pag.* 272 §. *Neque.*

Non obstante adversa consuetudine, *ibid.*

Vide *Canonici*, *Canonicus Infirmus*, *Canonicus Jubilatus*, *Emolumenta.*

DOMINIUM

Rerum dominia acquiruntur usucapione, *pag.* 57 §. *Ad hanc.*

Qui rerum pollet dominio, eas alienare potest, *pag.* 56 §. *Quamquam.*

Dominii ac regressus in venditionis tabulis reservatio ob pretium non solutum resolvitur in simplicem hypothecam, *pag.* 207 §. *Compertum.*

Haec tamen hypotheca reliquorum Creditorum hypothecis omnino potior et privilegiata est, *ibid.*

Venditor non potest in vim illius reservationis reintegrationem possessionis adipisci, *ibid.*

Super re distracta et cadente sub reservatione dominii nullus Creditor habere potest jus hypothecae in praejudicium venditoris, *pag.* 208 §. *Quamlibet.*

Donec integra pretii solutio facta non sit, *ibid.*

Praedia, quorum pretium mansit insolutum, concursui subjici nequeunt, *ibid.*

DOS BENEFICII

Vide *Beneficium.*

ECCLESIA

Ad levandam Ecclesiarum indigentiam, ac divini cultus decorem promovendum tribuitur supremæ voluntatis commutatio, *pag.* 62 §. *Quod igitur.*

Ecclesiam patronalem debent patroni instaurare, *pag.* 81 §. *At.*

Secus ruit Ecclesiae juspatronatus, *ibid.*

Ex bonis Ecclesiae donatis succurritur patronis, eorumque filiis ad inopiam vergentibus, *pag.* 88 §. *Hæc.*

Ecclesiam justitiæ et æquitatis matrem ac cultricem dedecet locupletari cum aliena jactura, *pag.* 233 §. *Si iniquum.*

Ad Ecclesiæ utilitatem pertinet quidquid confert ad rectam in Seminariis Adolescentium institutionem, *pag.* 290 §. *Ubi.*

Vide Canon, *Paræcia*, *Præscriptio*, *Reædificatio*, *Reductio*, *Voluntas.*

EMOLUMENTA

Emolumenta, quæ ex voluntate testatorum, et benefactorum actualem Canonicorum in choro præsentiam requirunt, percipi non possunt a Canonicis jubi-

latis, nisi intersint, *pag.* 274 §. *Quod.*
Neque ab animarum curam exercentibus, *ibid.*
Neque ab iis, qui legitime absunt aut ob adversam corporis valetudinem, *ibid.*
Aut in evidentem Ecclesiæ utilitatem, *ibid.*

EMPHYTEUSIS, ET EMPHYTEUTA

Emphyteuta modicas fructuum imminutiones, præsertim temporarias, ex ipsa contractus natura ferre tenetur, *pag.* 236 §. *Verum.*
Vide *Canon.*

EPISCOPUS

Habet jus exigendi quotannis redditionem rationis ab Administratoribus locorum piorum, *pag.* 34 §. *Illud.*, *pag.* 222 §. *Perpendere*, *pag.* 228 §. *Etenim.*
Atque etiam condendi leges pro recta eorumdem locorum administratione, et regimine *pag.* 34 §. *Jam vero.*
Imo quoque cogendi Administratores ad exequendam Fundatorum voluntatem, eosque removendi ab officio, si negligentes fuerint, *ibid.*
Verum nequit Episcopus redditionem rationis super piorum locorum administratione sibi exhibendam contendere, si ex fundatorum voluntate Administratores eo onere immunes sint, *pag.* 37 §. *At si.*
Secus tamen est in casu negligentiæ Administratorum, *ibid.*
De qua quidem negligentia debet moralis adesse suspicio, *ibid.*
Habet jus Episcopus visitandi omnia loca pia, *pag.* 228 §. *Etenim*
Quomodocumque nuncupentur, *ibid.*
Etiamsi eorum cura et administratio ad laicos pertineat, *ibid.*
Ejusmodi jus nulla præscriptione extinguitur, *pag.* 229 §. *Intelligo.*

ERECTIO

Licet Fundatoribus in beneficiorum erectione eas præscribere qualitates et conditiones, quæ ad populi utilitatem spectant, *pag.* 49 §. *Hæc.*
Et quæ ad Ecclesiæ dignitatem promovendam conferunt, *ibid.*
Nec eisdem qualitatibus et conditionibus derogandum, *ibid.*
Sed pro lege habendæ sunt, *ibid.*
Præsertim ubi juri alterius quæsito damnum inferretur, *ibid.*
Non licet novos canonicatus erigere sine Capitularium consensu, *pag.* 116 §. *Canonici.*
In erectione novorum beneficiorum licet fundatoribus leges, quascumque velint, apponere, *pag.* 276 §. *Haud.*
Etiam juri communi contrarias, *ibid.*
Dummodo turpes non sint, *ibid.*
Nec alias a jure improbatæ, *ibid.*
Nec beneficii substantiam destruentes, *ibid.*
Vide *Canonicatus*, *Canonici*, *Fundatio.*

FABRICA ECCLESIÆ

Vide *Canonici*, *Reædificatio.*

F A M A

Locum obtinet evidentissimæ probationis, *pag.* 254 §. *Alioqui.*

FUNDATIO ET FUNDATOR

Fundatoris est, non Episcopi aut Capituli gravare oneribus beneficia, *pag.* 276 §. *Haud*, *pag.* 302 §. *Quum.*

Fundatores choralium præbendarum exempti esse possunt ab omnibus officiis, quæ ad chorum pertinent, *pag.* 277 §. *Canonico.*

Censetur Fundator reliquisse fundum, in quo situm est publicum Oratorium, ut sarta tecta ejusdem Oratorii reliciantur, et Missarum onera impleantur, *pag.* 294 §. *Ex.*

Idque certo videtur conjici posse ex inscriptione in superliminari Oratorii posita, *ibid.*

Et ex Missarum implemento ante exacto, *ibid.*

Atque ex constanti Incolarum opinione, *ibid.*

Fundationum vis ac potestas non ex verborum cortice, sed ex integro tabularum contextu eruenda, *pag.* 307 §. *At.*

Beneficiorum fundationibus Apostolico beneplacito derogatur, *pag.* 325 §. *Ex.*

Vide *Collatio*, *Erectio*, *Præscriptio*, *Verbum.*

GRATIA PRINCIPIS

Vide *Jus quæsitum.*

HABILITAS

Habilitas personæ ad passivam beneficii nominationem exigendam constare debet tempore vacationis beneficii, *pag.* 50 §. *Itaque.*

Aut saltem intra tempus patronis ad præsentandum impertitum, *ibid.*

Vide *Collatio.*

H E R E S

Heres, qui adierit hereditatem nullo confecto inventario, ac nullo implorato legis præsidio, universos census fructus proprio ære solvere tenetur, si bona hereditaria deficiant, *pag.* 133 §. *Ex juris.*

Attamen paupertas heredis ejusque familiæ justam ut plurimum causam suppeditat pro temporaria sortis et fructuum reductione, *ibid.*

Non autem pro perpetua, *ibid.*

Nam et ii, qui bonis suis cesserunt, si fortunam perditam restituerint, in id quod possunt conveniuntur, *ibid.*

Sed æquitas canonica non patitur, ut qui reapse nullum retulit compendium ex adita hereditate, ære suo nomina dissolvat, *pag.* 134 §. *At.*

Hinc etiam perpetuam legatorum reductionem heredi inopi sæpius

confessa S. Congregatio, *ibid.* §. *Praterea.*

Heredes tenentur illata piis Locis damna rependere pro viribus hereditatis, *pag.* 221 §. *Cum.*

Quando ea damna orta fuerint ex mala auctoris administratione, *ibid.*

Gravis paupertas heredis legitimam suppeditat condonationis causam, *ibid.* §. *Verum.*

HYPOTHECA

In simplicem hypothecam resolvitur reservatio dominii et regressus ob pretium non solutum in venditionis tabulis expressa. *pag.* 207 §. *Compertum.*

Atque hæc hypotheca reliquorum Creditorum hypothecis potior, et privilegiata est, *ibid.*

Ideirco tamen non potest venditor reintegrationem possessionis adipisci, *ibid.*

Attamen nullus Creditor habere potest jus hypothecæ in præjudicium venditoris super re distracta et cadente sub reservatione dominii, *pag.* 208 §. *Quamlibet.*

Donec integra solutio pretii facta non sit, *ibid.*

Hypothecaria actione legali gaudet causa pia, si legataria sit, adversus heredes, atque etiam tertios possessores, *pag.* 218 §. *Verum.*

Hi tamen possunt experiri jus suum adversus cedentem aut venditorem pro liberatione a molestiis et refectione damnorum, *ibid.*

HORÆ CANONICÆ

Vide *Beneficium*, *Canonici*, *Servitium Chori.*

IDONEITAS

Vide *Collatio*, *Habilitas.*

INCOMPATIBILITAS

Duo officia Ecclesiastica, quorum unum alterius onera rite obire impediat, inter se sunt incompatibilia, *pag.* 281 §. *Ex hac.*

A Sacris Canonibus statuitur, ne cuiquam plura officia committantur. *pag.* 282 §. *Nihilominus.*

Quisquis pluribus curatis vel alias incompatibilibus beneficiis potitur, ac ea retinere præsumpserit, ipsis privandus est ex Tridentina Synodo, *ibid.*

Non existit incompatibilitas inter beneficium Ecclesiasticum, licet residentiale, et inter Capellaniam laicalem, *ibid.*

Nec cum officio Custodis et Suffraganei, *ibid.*

Nec cum aliis Officiis Ecclesiasticis *ibid.*

Vide *Beneficium*, *Canonici*, *Capellani*, *Consuetudo*, *Parochus.*

INFIRMITAS

Vide *Absentia*, *Canonici*, *Servitium Chori.*

INVENTARIUM

Vide *Heres.*

J U S

Omnia jura periimuntur usucapione, *pag.* 57 §. *Adhuc.*

JUS CANONICE

Vide *Canonici.*

JUS QUÆSITUM

Ex gratia Principis nullum infertur detrimentum juri alterius quæsito, *pag.* 38 §. *Neque.*
Idem dicendum de privilegiis, *pag.* 50 §. *Itaque.*
Nisi Princeps juri quæsito expresse derogaverit, *pag.* 117 §. *Porro.*

L Æ S I O

Vide *Canon.*

LEGATUM

Legatum pium pauperibus futile esse non potest, *pag.* 94 §. *Quæ.*
Legatorum executio ab incerto eventu pendere non debet, *ibid.*
Id namque opponitur testatorum voluntati, *ibid.*
Et regulis in ultima interpretanda voluntate adhibendis, *ibid.*
Annua ac perpetua legata censentur onera realia super bonis eorumque fructibus, *pag.* 218 §. *Verum.*
Non constare de legato respondit S. Congregatio, ubi ejus existentia ex incerto rumore et ex testibus inverosimilia narrantibus conjiciebatur, *pag.* 295 §. *Verum.*

LIBERATIO A MOLESTIIS

Vide *Actio.*

L I S

Lis præsens justam præbet transactionis causam, *pag.* 207 §. *Compertum.*

LOCA MONTIUM

Ratio investiendi pecuniam in Locis Montium pro Ecclesiarum ac pupillorum utilitate ad annum usque 1797 tutissima ac prudentissima habita est, *pag.* 161 §. *Postremo.*
Eademque tum quotidiano usu, tum gravissimis Doctorum et Tribunalium responsis probatissima, *ibid.*

LOCA PIA

Damna piis locis illata tenentur heredes rependere pro viribus hereditatis, *pag.* 221 §. *Cum.*
Vide *Episcopus.*

MEDIA ANNATA

Mediæ annatæ onus contraria consuetudine, etiamsi centenaria, non tollitur, *pag.* 146 §. *Quod vero.*
Tenentur Canonici mediam annatam pro Ecclesiæ fabrica solvere, *pag.* 323 §. *At.*

METUS

Metus non præsumitur, sed probandus *pag.* 257 §. *At vero.*

Metus reverentialis gravitas evinci debet ex minis atrocibus et verosimiliter exequendis, *pag.* 258 §. *Hæc.*

Multo magis ex sævitiis de facto illatis, potissimum si agatur de irritando castitatis voto, *ibid.*

Secus namque habetur metus levis et vanus, *ibid.*

Quo posito, sacro ordine initiatus ad continentiam tenetur, *ibid.*

Nam voluntas metu coacta semper est voluntas *ibid.*

Neque voluntatis consensio excluditur a metu, *pag.* 256 §. *Igitur.*

Non ipso jure habentur irrita a legibus canonicis et civilibus, quæ ex metu, quamvis gravi et in constantem virum cadente gesta sunt, *pag.* 258. §. *Hæc.*

Multo minus tollitur validitas Sacri Ordinis cum adnexo voto castitatis, *ibid.*

Metus reverentialis pro vano putatur ad rescindendum actum ex eo gestum, *ibid.*

In peculiaribus causis tributa est tantummodo Apostolica dispensatio super voto castitatis Subdiaconis ex metu ordinatis, *ibid.*

Quando scilicet ad minuendam voluntatis consensionem occurrebat vel malum, quod timebatur, per se grave, et non ex vana opinione metuentis, *ibid.*

Vel certitudo saltem moralis de gravi illo malo plane impendente, *ibid.*

Ex his si unum deficiat, nulla est metus probatio ad irritandum votum, *ibid.*

Valida sunt, quæ metu licet gesta, postea intervallo temporis rata habentur ex libera voluntate et sine ulla coactione, *pag.* 260 §. *Præterea.*

Sive id tacite fiat, sive expresse, factis, aut indiciis, *ibid.*

Hinc continentiæ votum servare tenetur, nec matrimonium inire potest Subdiaconus, qui officium Ordinis ex metu suscepti libere exercuerit, *ibid.*

Votum metu gravi et injuste extortum irritum censetur tum jure naturali, tum jure Canonico, *pag.* 256 §. *Igitur.*

Vide *Subdiaconatus.*

MISSA

Testatorum animæ uberius ex sacrificio Missæ, quam ex aliis piis operibus adjuvantur, *pag.* 249 §. *Quum.*

Missarum sacrificia chorali servitio præferenda, *ibid.*

Quacumque in Ecclesia Missæ Sacrificium offeratur, idem semper suffragium obvenit animabus defunctorum, *pag.* 295 §. *Verum.*

Missarum onera immutari posse ex centenaria præscriptione, docent nonnulli Doctores, *pag.* 326 §. *Attamen.*

Sed contrariæ sententiæ S. Congregationem adhæsisse traditur, *ibid.*

Vide *Capellani*, *Reductio.*

MISSA CONVENTUALIS

Applicari debet pro benefactoribus in genere, *pag.* 150 §. *Nihilominus.*

Est præcipua divini officii pars, *pag.* 182 §. *Quapropter*, *pag.* 271 §. *Re quidem.*

Imo ad illam horæ Canonicæ ordinantur, *ibid.*

Onus est Capituli Missa Conventualis, *pag.* 272 §. *Neque.*

Incumbit singulis Collegiatarum et Cathedralium Ecclesiarum Canonicis, *pag.* 150 §. *Nihilominus*, *pag.* 273 §. *Hisce.*

Immunitatem ab hoc onere præstare nequit redituum exiguitas, *ibid.*

Nec adversa consuetudo, *ibid.*

Nec fundatio a peculiaribus Benefactoribus peracta de certo Missarum numero litando, *ibid.*

Vide *Canonici*, *Canonicus Infirmus*, *Canonicus Iubilatus*, *Canonicus Pœnitentiarius*, *Parochus.*

MISSA PRO POPULO

Ab iis applicanda, qui actualem exercent animarum curam, *pag.* 137 §. *Missam.*

Et quidem per se ipsos, nisi legitime sint impediti, *ibid.*

Quin valeant illud transferre in Canonicos et Beneficiatos ejusdem Ecclesiæ, *ibid.*

Nec etiam in Vicarios Curatos, *ibid.*

Licet hi parochialibus gaudeant emolumentis, *ibid.*

Secus autem est, ubi Vicarii Curati in solidum, et æque ac Parochus actualem obeunt animarum curam, *ibid.*

Nam Missa pro populo adhæret officio Parochi, non redituum perceptioni, *pag.* 136 §. *Jam vero.*

Ex diuturna consuetudine in Vicarios Curatos aut alios Beneficiarios transferri potest, *pag.* 139 §. *At prior.*

NOMINATIO

Suspenditur beneficiorum nominatio ad levandam Patronorum eorumque filiorum egestatem, *pag.* 48 §. *Quod vero*, *pag.* 57 §. *Quod reliquum*, *pag.* 88 §. *Hæc.*

Ut interea annui fructus in levamen ipsorum conferantur, *pag.* 57 §. *Quod.*

Nominatio beneficii a patrono conferenda est illi, quem testator vocaverit, *pag.* 307 §. *At preces.*

Vide *Beneficium*, *Habilitas.*

OFFICIUM DIVINUM

Vide *Servitium Chori.*

OMISSIO

Vide *Absolutio.*

ONERA

Vide *Absolutio*, *Capellani*, *Erectio*, *Fundator*, *Legatum*, *Præscriptio*, *Reductio.*

ORDINES

Ad recipiendum Sacrum Ordinem beneficio adnexum concedunt Sacri Canones unius anni spatium ipsius beneficii Rectori, *pag.* 47 §. *Ut petitæ.*

Vide *Metus*, *Subdiaconatus.*

PACTIO

Vide *Canon.*

PAROECIA ET PAROCHUS

Paroeciarum unio, justa causa intercedente, probatur, *pag.* 81 §. *Parochialium.*

Justam causam præbet Parochia, lis præbendæ inopia, *ibid.*

Ex Constitutione S. Pii V. quinquaginta scutatorum congrua pro Parochis necessaria est, *pag.* 249 §. *Sed.*

Sed ex Tridentina Synodo centum saltem scutatorum congrua pro Parochis requiritur, *ibid.* et *pag.* 275 §. *Porro.*

In regno Neapolitano ex conventione anni 1818 major minorve constituitur pro majori vel minori animarum regendarum numero, *pag.* 81 §. *Parochialium.*

Et in Paroeciis, quæ duobus hominum millibus non constant, ad minus ducata annua centum pro congrua Parocho solvenda sunt, *ibid.*

Parochiali Ecclesiæ indigenti, si patroni juri suo cesserint, succurritur ex collecta per æs et libram a bonorum possessoribus, licet forensibus, pendenda, *pag.* 81 §. *At.*

Vicarii Curati munus cum Canonicatus officio est incompatibile, *pag.* 98 §. *Nec aliter.*

Justis ac rationabilibus de causis, nimirum ex Ecclesiæ utilitate aut meritorum prærogativa, dispensatio tribuitur, ut Canonicus Paroeciam obtineat, *pag.* 99 §. *Si Emi.*

Parocho tot sunt adjugendi Sacerdotes, quot sufficiant ad animarum curam exercendam, *pag.* 105 §. *Attamen.*

Ad congruum stipendium Parochis assignandum testatorum voluntates commutantur, *pag.* 63 §. *Quod igitur.*

Et missarum reductio impertitur, *pag.* 249 §. *Sed.*

In congruam Archipresbyteri Parochi conferendæ sunt vel ipsæ distributiones quotidianæ, aliaque emolumenta, *pag.* 175 §. *Porro.*

Parocho, si Canonicus sit, incumbit onus Missæ Conventualis, *pag.* 150 §. *Nihilominus.* *pag.* 183 §. *Nec quidquam.*

Sive in eadem sive, in alia Ecclesia parochialem curam gerat, *ibid.*

Non obstante contraria consuetudine, *ibid.*

Quo in casu potest alterum substituere, qui ipsius loco Missam pro populo applicet, dum Conventualis missæ onus tenetur explere, *ibid.*

Canonicus Parochus tenetur ad Diaconi aut Subdiaconi munus obeundum, ubi vel prima Ca-

pituli dignitas, vel alter e gremio Capituli solemniter in Cathedrali Ecclesia Missam celebrat, *pag.* 183 §. *Deinde.*

Imo etiam ad inserviendum Episcopo in solemnibus Pontificalibus, *ibid.*

Etsi extra Cathedralem Ecclesiam curam animarum exerceat, *ibid.*

PATRONATUS ET PATRONUS

Patronis eorumque filiis indigentibus opem ferre solet S. Congregatio onerum reductione, *pag.* 48 §. *Quod vero*, *pag.* 88 §. *Hæc.*

Nominationis suspensione, *ibid.*

Ætatis dispensatione, *ibid.*

Fructuum condonatione, *pag.* 57 §. *Quod reliquum.*

Absolutione ab anteactis omissionibus, *ibid.*

Administratione beneficii, *pag.* 307 §. *Jam vero.*

Nam Ecclesia benigna mater non sinit, ut patronus stipem quæritare cogatur, *ibid.*

Et Concilium Toletanum expresse jussit, patronis eorumque filiis ad inopiam redactis suffragium vitæ ab Ecclesia pro temporis usu deberi, *ibid.*

Accessit Clemens III. *in cap. Nobis de jurepatr.* statuitque, patrono ad inopiam vergenti opem ab Ecclesia ferendam, *ibid.*

Idque ex præsumpta testatoris voluntate, *ibid.*

Quia si heredum paupertatem prævidisset, sanguinis fortasse vocibus motus, vel non imposuisset onerum implementum, vel minorum eorum numerum, *ibid.*

Hinc Patronis eorumque filiis ad inopiam vergentibus ex bonis Ecclesiæ donatis succurritur, *pag.* 88 *pag.* §. *Hæc.*

Quamvis ipsi non extrema, sed relativa premantur rei familiaris angustia, *ibid.*

Patronorum filiis, licet in puerili ætate versarentur, pluries tributa fuit ad hoc S. Ordine dispensatio, ut ad beneficia ecclesiastica nominari possent, *pag.* 313 §. *Porro.*

Patronus debet nominationem Beneficii favore illius conferre, quem testator vocaverit, *pag.* 307 §. *At preces.*

Patronatus omni jure decidit, qui Capellaniæ bona distraxerit, fundos occupaverit, aut reditus in proprios usus erogaverit, *pag.* 56 §. *Quanquam.*

Patroni debent imminutam beneficiorum dotem augere, *pag.* 81. §. *At.*

Et Ecclesiam patronatui subjectam instaurare, *ibid.*

Nisi velint patronatus jure excidere, *ibid.*

PAUPERTAS

Paupertas in erogandis piorum legatorum fructibus spectari debet, *pag.* 93 §. *Jam vero.*

Secus evaneseit quælibet pietatis causa, *ibid.*

Pauperes puellæ divitibus consanguineis in subsidiorum dotalium collatione præferendæ, *ibid.*

Pauperibus futile esse non debet pium legatum, *pag.* 94 §. *Quæ.*

Paupertatis adjunctum noluisse censetur testator, si de una tantummodo consanguinitate sollicitus fuerit, *pag.* 95 §. *At vero*

Paupertas heredis justam præbet causam pro temporaria sortis et fructuum reductione, ubi universos census fructus solvere ære suo teneretur ob aditam hereditatem sine inventarii et legis beneficio, *pag.* 133 §. *Ex juris.*

Gravis paupertas cum consanguinitate conjuncta justam præbet causam, ad voluntatum supremarum commutationes, *pag.* 286 §. *Verum.*

Idque ex præsumpta testatoris voluntate, *ibid.*

PENSIO

Beneficia, licet residentialia, quibus animarum cura non imminet, ex consuetudine Datariæ Apostolicæ nonnumquam gravantur pensione usque ad dimidiam redituum partem, *pag.* 142 §. *Peritiam*, *pag.* 175 §. *Attamen.*

Imo gravior etiam per Summum Pontificem imposita pensio a Beneficiario pendenda, si ipse sciens prudens eidem consenserit, *pag.* 142 §. *Peritiam.*

Ita tamen pensiones sunt imponendæ, ut fructuum pars Rectoribus beneficiorum supersit, qua et onera implere et decentem vitam pro loci et personarum qualitate sustinere possint, *pag.* 174. §. *Ex his.*

Quamvis pensionis reservationi consensum præstiterint, *ibid.*

Dummodo illam ære suo solvere non polliciti sint, *ibid.*

Summo Pontifici jus est pensiones imponendi supra quæcumque beneficia, *pag.* 175 §. *Attamen.*

Sed Episcopis aliisque animarum Curatoribus integra servanda est congrua conciliaris, *ibid.*

PRÆBENDA

Præbendarum unio improbanda, si Ecclesiæ damnosa sit, *pag.* 123 §. *Nihil.*

Tenues censentur chorales præbendæ, si annua scutata 40 aut saltem 30 non reddant, deductis oneribus, *pag.* 150 §. *Nihilominus*, *pag.* 156 §. *Neque.*

Vide *Beneficium*, *Paroecia*, *et Parochus.*

PRÆSCRIPTIO

Præscriptio contra Ecclesiam toto eo tempore dormit, quo Ecclesia suo caret Rectore, *pag.* 57 §. *Ad hanc.*

Ut aliqua obligatio legitime præscribi possit adversus Ecclesiam, requiritur justi tituli probatio, *pag.* 76 §. *Nec.*

Et quadragenarium saltem temporis spatium nullo contrario actu interruptum, *ibid.*

Præscriptio incoepta per judicialem interpellationem interrumpitur; *ibid.*

Atque omnis propterea tollitur bona fides ad præscribendum necessaria, *ibid.*

Interrumpitur etiam præscriptio contrariis actibus, *pag.* 138 §. *Jam vero.*

Jus visitandi loca pia Episcopis concessum nulla præscriptione

excluditur, *pag.* 229 §. *Inter.*

Non suffragatur adversa præscriptio, ut Canonicus Clericus vocem habere possit in Capitulo, *pag.* 264 §. *Neque.*

Præscriptione longissimi temporis, ac præsertim immemorabilis omnes actiones ac etiam jura Ecclesiarum perimuntur, *pag.* 325 §. *Ex.*

Non desunt Doctores, qui doceant centenaria præscriptione Missarum onera et beneficiorum fundationes immutari posse, *pag.* 326 §. *Attamen.*

Contrariæ tamen sententiæ adhæsisse S. Congregationem constat, *ibid.*

PRIVILEGIUM

Vide *Jus quæsitum.*

REEDIFICATIO

Ubi desint statuta, consuetudo, aut reditus fabricæ addicti, sumptus ad sacrarum ædium reædificationem necessarios perferre in primis tenentur Canonici, ac illi, qui beneficia possident, *pag.* 318 §. *Cum, et pag.* 323 §. *At.*

In istorum defectum cogendi sunt parochiani ac bonorum possessores, licet forenses, *pag.* 318 §. *Cum.*

Et quidem per æs et libram, *pag.* 323 §. *At.*

Quacumque appellatione, exemptione et contradictione remota, *pag.* 318 §. *Cum.*

Sed a parochis ac beneficiatis in suorum Ecclesiarum reparationem ad summum eo quidem, quod sufficiant ipsorum superest sustentationi, *pag.* 320 §. *Attamen.*

In casibus extraordinariis, ubi nulla alia suppetant remedia, necessitati occurritur supremarum voluntatum commutatione et Missarum legatorumque suspensione, *ibid.*

RECTOR BENEFICII

Unius anni spatium concedunt Sacri Canones Beneficiorum Rectori ad recipiendum Ordinem ipsis beneficiis adnexum, *pag.* 47 §. *Ut petitur.*

REDDITIO RATIONIS

Vide *Administratio et Administratores, Episcopus.*

REDUCTIO

Imminutis reditibus, onera quoque minuantur oportet, *pag.* 149 §. *Missarum.*

Oneribus enim reditus respondere debent, *ibid.*

Hinc Missarum reductio impertitur, cum reditus impares noscuntur ferendis oneribus, *pag.* 85 §. *Quod initio, pag.* 218 §. *Ex.*

Atque ea methodo conceditur, ut tot litentur sacra, quot subductis oneribus litari possunt ad taxam manualis eleemosynæ, *pag.* 294 §. *Ex.*

Denegatur reductio, si ferendis legatorum oneribus pares sup-

petant reditus, *pag.* 61 §. *Supremas*, *pag.* 218. §. *Verum*, *pag.* 249 §. *Quum.*

Nisi aliter suadeat evidens Ecclesiæ necessitas et utilitas, *pag.* 62 §. *Nihilominus*, *pag.* 85 §. *Verumtamen.*

Missarum tamen reductiones, perpensis peculiarium Ecclesiarum necessitatibus, ad certum numerum solet decernere Sagra Congregatio, *pag.* 63 §. *Quod.*

Facilior atque amplior tribuitur Missarum reductio, ubi earum onus in dubium vocari potest, *pag.* 295 §. *Verum.*

Gravius ac decentius chori servitium æquam suppeditat causam reducendi onera, *pag.* 149. §. *Missarum.*

Onerum reductionem non impertiendam suadent præbendæ, quæ subductis oneribus, annua reddunt scut. 30. aut 40. ad ferendum Chori servitium, *pag.* 150 §. *Nihilominus.*

Verum non denegatur Canonicis et Beneficiariis, qui ex præbenda sua scut. 30, aut 40 non hauriunt, *pag.* 250 §. *Neque.*

Missarum reductio conceditur ad augendas quotidianas distributiones, *pag.* 249 §. *Verum.*

Ubi tamen alia media præsto non sint, *ibid.*

Itidemque ad congruum stipendium Parochis assignandum, *pag.* 249 §. *Sed.*

Reductio onerum tribuitur ad levandam Patronorum eorumque filiorum inopiam, *pag.* 48 §. *Quod vero*, *pag.* 57 §. *Quod*, *pag.* 88 §. *Hac.*

Tribuitur etiam, ut pauperes Clerici ad titulum Capellaniæ sacris ordinibus initiari possint, *pag.* 85 §. *Verumtamen.*

Heredi ejusque familiæ inopi temporaria impertitur sortis et fructuum reductio, ubi universos census fructus solvere teneretur ob aditam hereditatem sine beneficio legis et inventarii, *pag.* 133 §. *Ex juris.*

Atque interdum reductio conceditur etiam perpetua, *pag.* 134 §. *Præterea.*

Vide *Canon.*

REFECTIO DAMNORUM

Vide *Actio*, *Heres.*

REGRESSUS

Vide *Dominium*, *Reservatio.*

REGULÆ JURIS

In legum interpretatione poenae molliendae sunt, potiusquam exasperandæ, *pag.* 265 §. *Verum.*

Pars in toto continetur, *pag.* 272 §. Re *quidem*

Ferendus non est, qui lucrum amplectitur, onus autem eidem adnexum respuit, *pag.* 274 § *Quod.*

RESERVATIO

Dominii ac regressus in venditionis tabulis reservatio ob pretium non solutum resolvitur in simplicem hypothecam, *pag.* 207 §. *Compertum.*

Hæc autem hypotheca reliquorum creditorum hypothecis omnino potior et privilegiata est, *ibid.*

Venditor tamen non potest in vim illius reservationis reintegrationem possessionis adipisci, *ibid.*

Super re distracta et cadente sub reservatione dominii nullus creditor habere potest jus hypothecæ in præjudicium venditoris, *pag.* 208 §. *Quamlibet.*

Donec integra pretii solutio facta non sit, *ibid.*

Prædia, quorum pretium mansit insolutum, concursui subjici nequeunt, *ibid.*

RESIDENTIA

Vide *Beneficium*, *Canonici*, *Capellani.*

RUMOR

Rumor incertus despiciendus est, *pag.* 295 §. *Verum.*

Despiciuntur etiam conjecturæ ex incerto rumore obortæ, *ibid.*

SEMINARIUM

Quidquid confert ad rectam in Seminariis adolescentium institutionem, ad utilitatem Ecclesiæ pertinet, *pag.* 290 §. *Ubi.*

SEPARATIO TORI ET HABITATIONIS

Tribuitur justis et urgentibus de causis, *pag.* 153 §. *Quanquam.*

Etiamsi conjuges individuam vitæ consuetudinem divini humanique juris sanctione servare debeant, *ibid.*

Inter causas legitimas recensetur morbus alterius ex conjugibus contagiosus, *ibid.*

Qui tamen ex medicorum judicio secumferat periculum gravis infectionis, *ibid.*

Nam ordinata charitas id postulat, aut concedit, ut quis suæ prius incolumitati consulat, *pag.* 153 §. *Quae.*

Et ab iis se abstineat, quæ cum in probabile vitæ periculum conjicere possunt, *ibid.*

Si periculum infectionis non sit ejusmodi, ut etiam cohabitationem impediat, tori dumtaxat, non habitationis separatio permittitur, *pag.* 155 §. *Profecto.*

Morbo contagioso assimilatur halitus adeo gravis et pestilens, ut nec temporis beneficio, nec adhibitis remediis superari possit, *ibid.*

Quique alterum conjugem, ne eadem contagione inficiatur, a reddendo debito plane avertat, *pag.* 153. §. *Quamquam.*

Frustra adhiberentur artis remedia ad arcendum pestilentem halitum, qui non ex dentium vitio aut putredine, sed ex morbo *gastrico e da un' affezione scorbutica* proficiscitur, *pag.* 153 §. *Quae.*

Super malignitate morbi adhærendum est physici doctoris et peritorum testimonio, *ibid.*

Non autem testium fidei, *pag.* 155 §. *At.*

Nulla fides adhibenda testi unico et extrajudiciali, dum proferuntur aliorum medicorum testimonia, qui contrarium testantur, *pag.* 155 §. *At.*

Odia etiam et implacabiles inimicitiæ inter conjuges eorumque familias justam præbent causam ad decernendam tori et habitationis separationem, *pag.* 154 §. *Alteram.*

Hæc tamen separatio ob conjugum et familiarum inimicitias temporaria non perpetua decernenda videtur, *pag.* 156 §. *Quod.*

SERVITIUM CHORI

Primis Ecclesiae temporibus non solum Clerici, sed et laici in Ecclesia conveniebant ad vigilias sacrosque coetus antelucanos celebrandos, *pag.* 167 §. *Primis.*

Postea solis Clericis id peculiare evasit, *ibid.*

Atque hinc Pontifices lege lata observari ab iis jusserunt quod ex antiqua consuetudine in horis Canonicis persolvendis invaluerat, *ibid.*

Defervescente Clericorum charitate, antiquam disciplinam remitti contigit, *ibid.*

Et invaluit consuetudo, ut mane post ortum solis matutinum et laudes in choro a Canonicis secularibus persolverentur, *ibid.*

Quare, etsi divinum officium debitis horis psallendum sit, id ita intelligi debet, ut quoad horas matutinas peculiare statutum et consuetudo servetur, *ibid.*

Observanda est consuetudo recitandi matutinum et laudes in choro mane post solis ortum ex communi Ecclesiae disciplina, *ibid.*

Extra chorum cuique licet vespere post absolutum completorium recitare matutinum et laudes sequentis diei, *pag.* 167 §. *Verum.*

Imo etiam Capitulis Cathedralium et Collegiatarum Ecclesiarum concedi potest propter frigoris rigorem, *ibid. pag.* 323 §. *At.*

Aut ob aeris intemperiem, *pag.* 167 §. *Verum.*

Aut ob inductam consuetudinem, *ibid.*

Aut ob aliam honestam rationem, *ibid.*

Valetudinis causa plurimi faciendа est, ut chorale etiam servitium reducatur, *pag.* 322 §. *Ea.*

Gravius ac decentius Chori servitium reductionem onerum suadet, *pag.* 149 §. *Missarum.*

Si nempe ad Chori servitium ferendum, deductis oneribus, non supersint annua scutata 30 aut 40, *pag.* 150 §. *Nihilominus.*

Vide *Absentia*, *Beneficium*, *Canonici*, *Distributiones*, *Emolumenta.*

SUBDIACONATUS ET SUBDIACONUS

Castitatis votum non est de substantia Subdiaconatus, *pag.* 256 §. *Igitur.*

Sed huic ordini accidentaliter

adnexum ex statuto Ecclesiae, *ibid.*

Ejus Ordinis character tolli non potest ex metu reverentiali, *ibid.*

Nam voluntatis consensio per eum metum non excluditur, *ibid.*

Potest tamen ex metus causa concedi dispensatio ab continentiae obligatione Subdiaconatui injuncta, *ibid.*

Ordinis Sacri validitas cum adnexo continentiæ voto tolli nequit ob causativam ac conditionalem vim, quae infertur metu, *pag.* 258 §. *Hæc.*

Minuitur consensio voluntatis vel ex malo, quod timetur, per se gravi et non ex vana opinione metuentis, *ibid.*

Vel ex certitudine saltem morali de gravi illo malo plane impendente, *ibid.*

Hisce in peculiaribus casibus Apostolica dispensatio super castitatis voto tributa est Subdiaconis ex metu ordinatis, *ibid.*

Si unum ex iis duobus deficiat, corruit metus probatio ad irritandum votum, *ibid.*

Qui metus causa Subdiaconatum sumpsit, non audiendus, si antea potuerit ad quoscumque recurrere, *pag.* 260 §. *Præterea.*

Continentiae votum servari debet, nec matrimonium iniri potest ab eo, qui actum ordinis ex metu susceptí libere posthac exercuerit, *ibid.*

Nam valida sunt, quæ metu licet gesta, postea intervallo temporis rata habentur ex libera voluntate, et sine ulla coactione, *ibid.*

Sive id tacite fiat, sive expresse, factis nimirum aut indiciis, *ibid.*

Repellendus est a beneficio dispensationis Subdiaconus ex metu reverentiali ordinatus, si intra quinquennii fines tacuit de suæ ordinationis vitio, *ibid.*

Dispensatio super castitatis voto Subdiaconatui adnexo minime impertienda est ob privatam utilitatem, *ibid.*

Nisi alioquin publica causa occurrat ex magni Principis aut regni aut integræ Provinciae damno, *ibid.*

Vide *Metus*, *Vox in Capitulo.*

SUBSIDIUM DOTALE

Nulla foret pietatis causa, si non paupertatis, sed unius sanguinis ratio in erogandis piorum legatorum fructibus haberetur, *pag.* 93 §. *Jam vero.*

Subsidia dotalia pauperibus relicta censentur, *ibid.*

Ac divites puellæ consanguineæ non sunt pauperibus præferendæ, *ibid.*

SUBSTITUTIO

Vide *Absentia*, *Servitium Chori.*

SUCCESSOR

Nepotum eorumque successorum nomine omnes veniunt sive ex masculis sive ex feminis descendentes, *pag.* 307 §. *At preces.*

Nisi ex aliis verbis secus fundatorem statuisse colligatur, *ibid.*

SUFFRAGIUM

Vide *Canonici*, *Missa*, *Vox in Capitulo.*

SUPPRESSIO

Suppressio ex illegitima auctoritate facta, et ab Apostolica Se. de non confirmata, invalida est, *pag.* 123 §. *Nihil.*

Et bonorum potius spolium appellatur, *ibid.*

Ubi alterutra utilitatis aut necessitatis causa adsit, beneficiorum suppressio permittitur, *pag.* 290 §. *Ubi*

SUSPENSIO

Legatorum suspensionem pluries concessit S. Congregatio ad levandam illorum inopiam, qui piis oneribus obstricti sunt, *pag.* 134 §. *Praeterea.*

Vide *Beneficium*, *Nominatio*, *Patronus.*

TESTAMENTUM

Dispositiva Testamenti præscriptio minime tollitur enunciativa codicilli declaratione, *pag.* 160 §. *Quum ita*

TESTATOR

Testator de uno tantummodo consanguinitatis adjuncto sollicitus, alterum paupertatis noluisse censendus, *pag.* 95 §. *At vero*

Testator vetatur jura ex fundationis legibus jam quæsita pessumdare, aut aliis limitibus circumscribere, *pag.* 312 §. *Ut.*

Vide *Voluntas.*

TESTIS

Testium fidei adhærendum non est, sed peritorum physicorum testimonio, ubi agitur de probanda morbi malignitate, *pag.* 153 §. *Quae*, *pag.* 155 §. *At.*

Testi unico et extrajudiciali nulla fides, dum prostant aliorum testimonia, qui contrarium deponant, *ibid.*

Testes inverosimilia narrantes despiciuntur, *pag.* 295 §. *Verum.*

TRANSACTIO

Æquam præbet utilitatis et necessitatis causam ad commutandas fundatorum et testatorum voluntates, *pag.* 129 §. *Verum.*

Justam transactionis causam litis præsentia suppeditat, *pag.* 207 §. *Compertum.*

Quare transactionis utilitas deducitur ex recessu a litibus, *ibid.*

Præsertim si difficilis eventus sit litis, *ibid.*

Transactionis indoles ea est, ut contrahentes aliquid sibi mutuo remittant, *pag.* 208 §. *Quamlibet.*

Hac adimpleta conditione, transactio utilis renunciatur, *pag.* 130 §. *Neque.*

Si uni tantum ex contrahentibus quæratur utilitas, transactio iniqua est et respuenda, *pag.* 208 §. *Quamlibet.*

TRANSLATIO

Denegari solet translatio Missarum, si fundatoris voluntati adversatur, *pag.* 294 §. *Ex.*

Si obsit Oratorii aut Ecclesiæ cultui et decori, *ibid.*

Atque etiam accolarum commoditati, *ibid.*

Justa intercedente causa concedi solet Missarum translatio, *pag.* 295 §. *Verum.*

UNIO

Vide *Beneficium*, *Ecclesia*, *Præbenda*, *Parœcia*, *et Parochus.*

USUCAPIO

In pœnam negligentium jus suum a legibus introducta, *pag.* 57 §. *Ad hanc.*

Per eam rerum dominia acquiruntur, et cuncta perimuntur jura et actiones, *ibid.*

VACATIO BENEFICII

Vide *Beneficium.*

VACATIONES CHORALES

Vide *Canonici.*

VENDITIO ET VENDITOR

Vide *Dominium*, *Reservatio.*

VERBUM

Verba *possano nominare* facultatem, non necessitatem in fundationis inducunt, *pag.* 306 §. *Et sane.*

Attamen rimanda fundatoris mens, et explorandum, num verbis *possano nominare* facultatem vel necessitatem induxerit, *pag.* 307 §. *At præces.*

Nam germana fundationum vis ac potestas non ex verborum cortice, sed ex integro tabularum contextu eruenda, *ibid.*

Hinc verba facultativa in ultimis voluntatibus resolvuntur in præceptum, *ibid.*

Vide *Descendentes.*

VOLUNTAS

Testatorum voluntas religiose servanda, *pag.* 37 §. *At si*, *pag.* 61 §. *Supremas*, *pag.* 105 §. *Profecto*, *pag.* 128 §. *Supremas*, *pag.* 218 §. *Verum*, *pag.* 286 §. *Profecto*, *pag.* 302 §. *Quum.*

Etiam ubi exluserit auctoritatem Episcopi ab exigenda rationis redditione super administratione locorum piorum, *pag.* 37 §. *At si.*

Nisi forte occurrat suspicio moralis de negligentia administratorum, *ibid.*

Testatoribus jus est, in quod maluerint opus, bona sua relinquere, *pag.* 128 § *Supremas.*

Nihil enim magis hominibus debetur, quam ut liber sit stilus, postquam aliud velle nequeunt, et licitum, quod amplius non redit, arbitrium, *pag.* 57 §. *Quod*, *pag.* 128 §. *Supremas.*

Hinc quæ ad certum opus expressa morientium voluntate destinata sunt, ea facile in aliud converti non debent, *pag.* 61 §. *Supremas.*

Et nedum in æquale, sed neque in melius eorum voluntas immutanda, *ibi l. et pag.* 302 §. *Quum.*

Ac ne in opus quidem proximum testatorum menti, *pag.* 38 §. *Neque.*

Si præstitutus a testatore finis obtineri possit, *pag.* 129 §. *Praeterea*

Secus abducerentur fideles a piis scribendis legatis, *pag.* 61 §. *Supremas.*

Justa tamen et rationabili de causa supremæ voluntates commutari possunt, *ibid.* §. *Verum.*

Atque hæc justa commutationis causa occurrit, ubi testatoris voluntas executioni mandari nequit, *ibid.*

Tunc enim commutatio impertitur in aliud opus magis proximum, et magis testatoris voluntati consimile, *pag.* 302 §. *Verumtamen.*

Abhorret S. Congregatio a concedenda voluntatis commutatione, præsertim ubi læderetur jus alterius, *pag.* 286 §. *Profecto.*

Vel si cautum fuit a testatore, ne sua bona converterentur in alium usum, *ibid.*

Si evidens aliqua urgeat Ecclesiæ necessitas et utilitas, conceditur supremæ voluntatis commutatio, *pag.* 62 §. *Nihilominus*, *pag.* 85 §. *Verumtamen*, *pag.* 105 §. *Attamen.*

Hinc ubi nulla suppetant alia remedia, Ecclesiarum quoque reædificatio legitimam præbet causam commutationis, *pag.* 318 §. *Hinc.*

Conceditur etiam commutatio voluntatis ad congruum stipendium Parochis assignandum, *pag.* 62 §. *Quid igitur*

Inter legitimas commutandæ voluntatis causas recensetur gravis obligati paupertas et consanguinitas, *ibid.*

Idque ex præsumpta testatoris voluntate, *ibid.*

Evidens ac publica necessitas et utilitas inter legitimas causas commutandi supremam voluntatem habetur, *ibid.*

Sed ad justam commutationis causam, nisi adsit necessitas, sufficit utilitas, *pag.* 130 §. *Neque.*

Necessitati enim æquiparatur utilitas, *ibid.*

Et fere omnia, quæ ob necessitatem, permittuntur etiam ob evidentem utilitatem, *ibid.*

Quare inter necessitatis et utilitatis causas, quibus tribuitur commutatio voluntatis, recensetur etiam transactio, *pag.* 129 §. *Verum.*

Supremæ voluntatis interpretandæ regula est, ut pium legatum pauperibus futile non reddatur *pag.* 94 §. *Quæ.*

Neque ejusdem legati executio ab incerto eventu pendeat, *ibid.*

Ex testatorum voluntate tot sunt litandæ Missæ, quot sinunt assignati fructus ad rationem manualis eleemosynae, *pag.* 105. §. *Profecto*

Supremae decedentium voluntates per Apostolicum beneplacitum

commutantur, *pag.* 325. §. *Ex.*
Vide *Collatio*, *Erectio*.

VOTUM

Votum cl. me. Card. Cristaldi in causa *Romana in Januen. Legati* 26 Martii *pag.* 2.
Vide *Metus*, *Subdiaconatus*.

VOX IN CAPITULO

Vocem nequit habere in Capitulo Canonicus, nisi sit Subdiaconatus ordine insignitus, *pag.* 264 §. *Neque*.
Etiamsi id ipsi ab aliis libere concedatur, *ibid.*
Neque adversa suffragatur praescriptio, *ibid.*
Nonnulli Doctores tradunt Canonicos Clericos ne vocem quidem consultivam, neque assistentiam, neque sedere in Capitulo habere posse, *ibid.*
Hoc ipsum olim respondit S. Congregatio, *ibid.*
Tridentina Synodus vocem tantum adimit Canonicis Clericis, *pag.* 265 §. *Verum.*
Sed vocis nomine intelligenda est vox activa, *ibid.*
Hinc privatio vocis non eo protrahenda, ut praesentiam quoque in Capitulis, et votum consultivum habere nequeant Canonici in sacris non constituti, *ibid.*
Huic sententiae adhaesit S. Congregatio, *ibid.*

VOX PUBLICA

Vox publica ab incerto rumore distinguitur, *pag.* 296 §. *Verum.*
Vide *Fama*

BX 1935 A36 t.88-91

Catholic Church. Congregatio Concilii
Thesaurus resolutionum Sacrae Congregationis Concilii

PLEASE DO NOT REMOVE
CARDS OR SLIPS FROM THIS POCKET

UNIVERSITY OF TORONTO LIBRARY

UTL AT DOWNSVIEW
D RANGE BAY SHLF POS ITEM C
39 15 14 19 07 017 8